JOSEPHI LAURENTII MARIÆ

DE CASAREGIS

J. C. GENUENSIS COLLEGIATI, &c.

TOMUS QUARTUS

CONTINENS

ELUCUBRATIONES

AC RESOLUTIONES

in aliquot, & ad integra

STATUTA

DE DECRETIS,

AC DE SUCCESSIONIBUS

AB INTESTATO

SERENISSIMÆ REIPUBLICÆ GENUENSIS

Iterùm edita, cum Additionibus, & Adnotationibus nunc primùm in lucem datis.

QUIBUS NON SOLUM EA, QUÆ AD MATERIAM prædictorum Statutorum, sed ad aliarum ferè omnium Civitatum interpretationem quodam ordine, ac studio enucleantur, ac solidè resolvuntur.

OPUS TAM IN PRAXI, QUAM IN THEORICA omnibus legum professoribus apprimè utile, ac necessarium.

CUM TRIPLICI INDICE, VIDELICET PARAGRAPHORUM, Quæstionum, ac Rerum Notabilium.





VENETIIS, MDCCXL.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

VENERANDO JURISPERITORUM, AC JUDICUM COLLEGIO CIVITATIS JANUÆ.

JOSEPH LAURENTIUS MARIA DE CASAREGIS.



OBIS hæc ſcribo, Viri clariſſimi, quos præſentes intueor, non, ut cæteri ſolent, Poſteritati. Hanc ego tenebris involutam nondum agnovi ſatis. Quæ ſuis aliquandò è latebris prodeuntis futura ſit indoles, quis erga literas amor, quanta in judicando ſeveritas, divinare faciliùs poſſum, quàm ſcire. Studeant proindè alii, melior quibus obtigit cauſa, Judicem quantumvis ignotum laceſſere, nec ab una duntaxat ætate (quos jure omnes benevolos ſperant) advocent ſpectatores. Notis mihi Judicibus opus eſt, nec ingenio freto, nec cauſa: Iis dare ſpectaculum malim, quos de facie dudum notos beniginiſſimos noverim. Obſcurum quiddam, adeoque magnificum poſteritas eſt. Nullum cum illa nobis, niſi temporis ope commercium, cujus optima quæque abolentis vim perhorreſcere ſolent vehementius, qui minùs debuerant, ſapientes. An ego in tanta ingenii tenuitate, obſtetricante quamvis induſtria, fœtum diù victurum aliquem ſperem? Nihil in me tineis licere putem, nihil cæteris, quibus intercipi Doctiſſimi cujuſque lucubrationes quotidiè videmus, injuriis? Minùs ſanè deſipio, quam ut hæc ſperare citrà riſum poſſim. Veſtrum igitur opus hoc eſt, quotquot coævos habeo, Juriſconſulti Genuenſes; Vobis inſcribitor, veſtris in manibus fortaſsè ſeriùs, cer-

tè honestissimè periturum: Vos ego Lectores, vos Judices velim. Vestram diù benignitatem expertus, tum maximè, cum in vestrum me Collegium cooptastis. Neminem unum inter vos video, qui injuriam putet non timeri. Quò in vestra severiùs inquiritis, excipere soletis mitiùs aliena. Si quæ dubium habeant sensum, in deteriorem deflectitis numquam: nec sapientiam (quod aliqui faciunt) putatis pessima suspicari. Non ab alieno contemptu captanda laus est, neque à supercilio majestas, satis utramque conciliat magnitudo. Neque verò in laudum vestrarum subsidium præterita mihi tempora revocanda: non qui ex Collegio hoc vestro Pontifices maximi prodierunt, non qui, aut domesticis, iisque supremis, honorum gradibus, apud nos, aut apud exteros clari, quod à vobis ornamentum acceperant, cum fœnore reddiderunt. Petant hoc sibi decus à vetustate, qui sæculo diffidunt suo; provocent ad judicia mortuorum, qui vivorum sententiam reformidant. Habet, habet in præsens cætus iste clarissimus, quo videri magnus nobis, videri exteris possit: habet, cur audeat quilibet, citrà suspicionem contemptus, munera ei vel tenuissima sistere. Pergite igitur literas fovere, ut facitis; adolescentium animos pulchrum quiddam minantium exigite. Opusculum hoc meum, si boni faventesque exceperitis, erit, cur audeant juvenes nostri sapientes videri. Licere putabunt omnibus, quod mihi impunè licuerit. Dedi ego, quod sapientiæ vestræ severitas condonaret, dabunt mox cæteri, quod laudetis.



AD



AD LECTOREM.



Tatutorum Genuensium duo præsertim capita, quorum alterum est *de Decretis à Senatu impetrandis*, alterum *de Successionibus ab intestato*, frequenter perlegeram: cumque ea plurimis subesse ambagibus reperiissem, dubiisque implexa, nonnullis adnotationibus, ad clariorem eorum intelligentiam distinguere statui. Primis meis adhuc studiis improbus sanè labor videbatur; crescebat enim cum studio nova semper diluenda materies. Sed juvenili ætate hac mea, ne inutili otio tempus deperderem, per immensas Juris ambiguitates temerario quasi conatu procedebam, placebatque nova semper inquirere; nescio quid namque voluptatis erat, difficultates investigare, quas solverem. Plures intereà mihi familiares meas hujusmodi adnotationes audiebant libenter, optabantque, quæ secretò conscripseram, propiùs ipsi pertractare: Inter quos clarissimus ille Julius Cæsar Baldisonus Jurisprudentia, & ingenio vir planè admirabilis, si minus magna cum sui voluptate (ut ipse fatebatur) saltem non rarò opus, quod in aliquam jam molem excreverat, evolvebat, suadebatque continuo in lucem proferre quæ scripseram. Sed arduum erat hujusmodi consiliis assentiri, & typis mandare, quæ privato meo tantùm commodo laboraveram: mihi nempè par crimen videbatur, aut laudes quærere, aut præsumere labores meos cæteris profuturos: Imò notam quandam statim præseferre temeritatis libros dicebam, qui auderent prodire vulgaris adhuc, aut ignoti Auctoris nomine inscripti, undè ipsimet præjudicium sibi ferrent in fronte. Hinc mihi necessarium arbitrabar, aut adnotationes istas supprimere, aut saltem ne immaturæ nimium ætatis opus despiceretur, Auctoris nomen reticere; Tunc enim vigesimum annum vix expleveram, quando hæc agebantur. At ille instabat molestius, ut typis omninò mandarem: Crimen jam esse, adnotationes tam felici studio conquisitas publicæ ulterius negare utilitati: Suasori optimo acquievi tamdem, ut vides; & opus quodcumque illud sit, in lucem dedi. Ne tu dedigneris, humanissime Lector, parva hæc laborum meorum exordia, hæc enim sunt publico commodo, votisque plurimorum addictissimi animi studia, & prima in patrias leges obsequia: Nec est cur Scriptoris immaturam ætatem operi objicias; operis potius, si quæ est, soliditatem expende: Imò, cum adolescentiæ meæ, ut ità dixerim, flores sint, non omninò quærenda est in flore maturitas; Hanc saltem præseferunt venustatem, quia primi. Si qui autem impressorum incuria errores subrepserint, fac, ut ignoscas libenter. Vale.

INDEX TITULORUM,
PARAGRAPHORUM, & VERSICULORUM.

Titulus de Decretis à Senatu impetrandis.

INDEX TITULORUM,
PARAGRAPHORUM, & VERSICULORUM.

Titulus de Succeſſionibus ab inteſtato.

INDEX QUÆSTIONUM
Ad Statutum de Decretis à Senatu impetrandis.

De Successionibus ab intestato.

An




INDEX ARGUMENTORUM RESOLUTIONUM.

RESOL.



IN



IN RUBRICAM STATUTI CIVILIS GENUÆ

DE DECRETIS A SENATU IMPETRANDIS.

SUMMARIUM.

1 *Decreti definitio.*
2 *Omne id quod à Principe statuitur decretum dicitur.*
3 *Appellatione Decreti veniunt rescriptum, edictum, mandatum, & litera.*
4 *Decretum continens individuum actum debet omnino observari nec pro parte valere potest, secus quando est dividuum, & num. 58. & 60. Idem dicendum est de sententiis num. 59.*
5 *Si Princeps rescribat mulieri, ut possit dare pro dote omnia bona, si partem solum tradat, contractus decis erit nullus secundum Surd.*
6 *Contrarium, & Surd. impugnatur.*
7 *Regula, quod in majori inest minor, adaptatur pariter in Decretis.*
8 *Regula, concesso majori intelligitur concessum minus, explicatur.*
9 *Concessa à Principe una specie non videtur altera concessa.*
10 *Minus intelligitur concessum quando istud continetur in majori.*
11 *Decreta habent vim legis.*
12 *Decreta sunt stricti juris, & solum ea veniunt, quæ expressa sunt.*
13 *Et non potest argui à majoritate rationis.*
14 *Neque extendi de casu ad casum.*
15 *Nam Decretum restringitur ad supplicata, & ab eis recipit interpretationem, & num. 63.*
16 *Intelligitur in dubio concessum in Decreto id quod fuit petitum.*
17 *Et intelligitur delegata tam causa petitorii quàm possessorii, si in precibus postulata amba fuerint.*
18 *In Decretis venit etiam id quod tacitè ab eisdem necessariè resultat.*
19 *Et potius attenditur rescripti substantia, & dispositio, quam expositio supplicationum. Intellige ut num. 62.*
20 *In Decretis attenditur mens, & intentio recta Senatus.*
21 *Decreta debent interpretari secundum jus commune.*
22 *Licet verba a jure dissonare videantur.*
23 *Et debent intelligi cum ratione, & legum convenientia.*
24 *Item ne lædant jus tertii.*
25 *Decreta debent interpretari ne injustitia, ac improprietas induceretur quamvis verba aliud affirmare videantur.*
26 *Principem non præsumitur præjudicasse rei judicatæ per commissionem revisionis.*
27 *Præsumitur voluisse principem delegare causam tam in petitorio, quàm in possessorio.*
28 *In causa coram Principe introducta non suspenditur petitorium, sed utraque simul cognoscitur.*
29 *Decretum interpretandum est, ut quantò minus fieri possit tertio præjudicet.*
30 *Et satis est quod aliquid modicum operetur in præjudicium tertii.*
31 *Licet verba starent superflua, vel aliud dicere videantur.*
32 *Numquam præsumitur Principem privare aliquem de jure suo sine causa.*
33 *Præcipuè quando in rescripto non fuit apposita clausula motu proprio, vel de plenitudine potestatis.*
34 *Nisi fuissent apposita cum causa discussione, & cognitione.*
35 *Nec potest extendi decretum ad personas in illo non nominatas.*
36 *Decretum impetratum ex socio non prodest alteri consocio.*
37 *Neque à consorte litis alteri conserti.*
38 *Ad intelligentiam decretorum multum facit consuetudo, & praxis Civitatis.*
39 *Practica est in jure legum Decretorum, & Statutorum intellectrix.*
40 *Per quamlibet personam etiam non habentem mandatum impetrari possunt decreta.*
41 *Exceptis tribus casibus præcipuè si fuerit in actis oppositum.*
42 *Declaratur l. universi C. de precib. Imperat. offer.*
43 *Preces indistinctè possunt ab omnibus offerri.*
44 *Notatur differentia inter oblationem, & impetrationem.*
45 *Decreta in dubio præsumuntur concessa ad postulationem partis, & ad cujus favorem sunt facta.*
46 *In Decretis semper requiritur speciale mandatum si contrà aliquem, vel ad lites rescribendum est.*
47 *Secus de stylo, ut in nostra Civitate Genua.*
48 *Assignatur ratio dictæ praxis.*
49 *De Jure Canonico rescripta sunt annalia.*
50 *Secus de Jure Civili, quæ sunt perpetua.*
51 *Sed nulla adest in hoc differentia inter Jus Canonicum, & Civile.*
52 *Jus Civile, & Canonicum est inter se conciliandum.*
53 *Cujacii opinio reprobatur.*
54 *Sententia Rebuffi distinguentis admittitur.*

55 *Decreta beneficialia sunt perennia.*
56 *Secus decreta Justitiæ, & ad lites.*
57 *Plura de decretis remissivè.*
61 *Rescripta ad lites quoad virtutem extensivam strictè interpretantur, secus quoad comprehensivam.*
64 *Decretum si contineat aliquod injustum & irrationabile, Princeps dicitur circumventus à Ministris.*



1 ECRETIS) Decretum propriè dicitur constitutio sub personæ, aliatumque circumstantiarum determinatione facta *Cujac. in Paratitl. tit. de divers. rescript.* quem sequitur *Alth. in dialog. c. 14. n. 19. lib. 1.*
2 vel latius dici potest illud omne quod à Principe statuitur, & determinatur *l. jus autem Civile de just. & jur. Hann.*
3 *tit. 5. de rescript. p. 1. Surd. decis. 268. n. 23.* & sic decretum, edictum, rescriptum, mandatum, literæ inter se confunduntur, sed melius, ne tempus in nomine frustrà impendam vide de definitione Decreti *Abb. in rubr. de rescript.* & ibi *Felin. ac Doctores.*
4 Decretum autem individuum continens actum debet omnino observari, nec valere potest pro parte, & pro parte non, aliàs corrueret in totum juxta notata per *Bart. & Bald. & Paul. de Castr. l. si non sortem §. si centum ff. de condict. indeb. & Bald. in l. certi condictio §. quoniam ff. si cert. pet.* fuit *de Rosa de Execut. lit. Apost. par. 1. cap. 6. n. 66. Natt. cons. 631. n. 37. Gratian. discept. 162. n. 18. & seq. & discept. 671. n. 22. & 692. n. 33. & 926. n. 26. Cyriac. contr. 303. n. 67. Altolin. resol. 10. n. 68. Put. dec. 323. lib. 1.* & plures cumulat *Altimar. de nullit. rubr. 4. q. 20. n. 41.* Quænam dicantur dividua, & individua plenè per *Gomes. par. 2. c. 10.* & ibi addent. *Piccard. §. finium regundorum Instit. de off. Judic.* Vide additiones in
5 fin. hujus capitis. Quando verò rescriptum, seu decretum ex re ipsa, vel ex verbis est dividuum, quærunt Doctores an observari debeat quoad omnes partes, ut si Princeps rescripserit mulieri minori omnia bona posse dari in dotem, dummodò extimentur, itaut si partem ipsorum dederit contractus dotis evaderet nullus, & hanc opinionem sequutus fuit *Surd.*
6 *d. dec. 268.* Sed adversus dictum auctorem decisum fuit per *Manem. decis. Mantuan. 43.* ubi rationibus,
7 & auctoritatibus collatis à *Surd.* affabrè respondit, regulamque, quòd in majori subsit minus ab eodem Auctore negatam in decretis posse procedere in integrum restituit, & opinioni *Manem.* adhæsit *Hodiern. ad Surd. d. dec. 268.* & mihi videntur omnino admittenda, & non cavillanda, quia *Surd.* deceptus præsertim fuit ab illo *textu in cap. cui de præbendis in 6.* ubi verum est, quòd si Papa mandat provideri aliquem de præbenda A, quæ reddit usque ad centum scuta non potest provideri de præbenda B. quæ minorem summam scilicet quinquaginta reddit, ut benè inquit *Tex.* mandata sunt diligenter custodien-
8 da, neque in hoc loco videtur adaptari posse regula, quod concesso majori intelligatur concessum minus, nam hoc militat in casu ejusdem speciei concessæ, sed verè hic non sumus in eadem specie, ut scilicet si Papa mandaverit provideri aliquem de Præbenda A. quæ reditus scutorum centum habet, negari non potest quod hoc in casu quinquaginta scuta de hac Præbenda venirent concessa, sed Text. loquitur in
9 diversis præbendis una ab alia, & concessa una specie non videtur concessa alia, ut benè distinguendo scripsit *Dec. l. si pupillorum § si Prætor ff. de reb. eorum qui sub tut. & in l. non debet n. 5. & ibi Cagnol. n. 8. Borgnin. dec. 8. n. 10. lib. 2. & Rip. in l. si constante*
10 *n. 74. ff. solut. matr.* ubi quod concesso, quod est plus dicitur concessum, quod est minus quando illud minus connectur in illo majori; cæteris verò non respondeo auctoritatibus dicti *Surd.* quia benè diluuntur dictis à *Manent. d. dec. 43.*
11 Hujusmodi rescripta impetrata à Principe habent vim legis *l. divus Severus ff. de adim. legat. Angel. in l. item veniunt §. cæterum ff. de petit. hæred.* Et sunt stri-
12 cti juris, ideòque in istis ea veniunt, quæ expressa sunt *Andreol. contr. 191. n. 7. Gratian. decis. 44. n. 2. Cyriac. controv. 219. n. 7. Beroi. cons. 148. n. 37. vol. 3.*
13 & non extenditur ad ea Decretum de quibus non fuit facta mentio *Caball. cons. 174. n. 7.* neque potest argui à majoritate rationis *Andreol. d. contr. 191. Monac. decis. Bononiens. 14. n. 4.* tantoque minùs potest 14
extendi de casu ad casum *Andreol. d. loc. num. 15. & Calderin. cons. 234. alias 13. de Præbend.* & sic rescri- 15
ptum restringitur ad supplicata, & ab eis recipit interpretationem *l. 1. ubi Jason. n. 7. C. de divers. rescript. Alex. cons. 84. sub n. 7. vol. 1. Ruin. cons. 37. n. 1. vol. 5. Altograd. cons. 71. n. 36. lib. 2. Castill. de Conjectur. lib. 4. cap. 41. n. 53. 56. 64. 68. Osasc. decis. 169. Surd. dec. 268. & decis. 261. utrobique n. 15. Paris. cons. 3. n. 156. vol. 4. Gratian. discept. 567. n. 6. Cyriac. contr. 219. n. 11. Rocc. respons. lib. 1. respons. 1. in princip. per tot. Dec. cons. 10. n. 8. Mans. consult. 174. num. 1.* Et intelligitur in 16
dubio concessum totum id, quod fuit petitum *Osasch. decis. 88. n. 9. Mansi dicta consult. 174. n. 2. D. Palm. Nep. alleg. 302. n. 10.* præcipue quando decretum factum fuit juxta petita. *Medic. dec. 40. n. 16.* Itaque 17
intelligitur delegata tam causa possessorii quam petitorii si in precibus postulatæ ambæ fuerint *D. Mans. dicta consult. 174. n. 1. & 2.* Immo etiam delegatione simpliciter facta, censeri delegatum tam possessorium, quàm petitorium dixerunt *Boich. in cap. in litteris de Offic. & potest. Judic. delegat. n. 32. Vantin. de nullit. tit. quibus mod. sentent. null. defen. n. 68. Rot. dec. 9. alias 369. n. 3. de caus. possess. & propriet. in nov. Cornazzan. decis. 137. n. 2.* attamen in decretis venit etiam id quod 18
tacitè ab eodem necessariò resultat *Rot. coram Sanctiss. Alex. VIII. Ottobono dec. 44. n. 10.* Et sic potius at- 19
tenditur rescripti substantia, & dispositio quam supplicationes expositæ *D. Palm. Nep. alleg. 303. n. 3. Rot. decis. 536. n. 87. par. 14. rec.*

Nec non in omnibus Decretis attenditur mens, 20
voluntas, & intentio recta Senatus, ut consuluit de nostro Senatu Serenissimo *Dec. cons. 456. num. 7.* Ideoque rescripta debent interpretari secundum jus 21
commune, & semper ad mentem juris, ut dicit *Ant. de Butr. in cap. causam quæ de rescript.* etiamsi eo- 22
rum verba à jure dissonare videantur *Venturin. cons. 4. num. 122. Mart. Medic. decis. 40. num. 18.* & se- 23
cundum juris convenientiam, & rationis consonantiam *Tex. in l. ex facto 43. in princip. ff. de vulg. & Pupil. Menoch. lib. 2. de Præsumpt. præsumpt. 9. per tot.* & quod legibus non repugnent *Rot. decis. 126. num. 7. 8. par. 13. rec. Gratian. cap. 868. num. 18. Peregr. decis. 98. num. 6. Medic. dicta decis. 40. num. 18.* Item ne lædant 24
jus tertii *Medic. d. decis. num. 19. & l. 2. §. Merito, & §. si quis à Principe ff. ne quid in loc. publ. vel itin. Marant. par. 5. Tit. Judic. lis, & instant. num. 33. & Rot. decis. 614. num. 7. coram Bich. t. 2. Ricc. collect. 1010.* & vid. infra in verb. impetrandis *a num. 63. usque n 69.* Et per prædictas omninò rationes concludebam in casu cujusdam decreti facti à Serenissimo Senatu nostro, coram quo fuit supplicatum de committenda appellatione ad illum de jure devoluta à quadam sententia facta ab Illustrissimis DD. Supremis Syndicatoribus super judicio possessorio structo ad formam Statuti nostri *de caus. ordin.* super quibus precibus à Serenissimo Throno fuit rescriptum committenda esse jura reservata in judicio ordinario, dicebam nempè in casu prædicti Decreti prudenter interpretandam esse mentem Senatus secundum juris convenientiam, & rectam illius inten- 25
tionem, ne injustitia, ac improprietas induceretur, licet verba dicti Decreti aliud videantur affirmare *Bosc.* in una allegatione *posita ibi in ord. allegat. 15. num. 15. & 16. inserta in celebri causa Romana pretii officior. post de Luc. in tract. de offic. venal. & vacab. fol. mihi 276. Merlin. decis. 537. num. 4. Mans. consult. 171. per tot. Palm. Nep. alleg. 302. num. 4.* ubi si jam causa terminata esset per rem judicatam, 26
etiamsi à Principe esset commissa revisio absoluta causæ, non censetur rei judicatæ præjudicasse nisi expressè hoc dixisset *Sacc. cons. 74. numer. 4. 5. Dec. cons. 198. num. 3. Bursat. cons. 78. num. 7. Bellon. cons. 19. num. 1.* & sic mentem Senatus fuisse dele- 27
gandi omnia jura partium cumulativè tam in possessorio, quàm petitorio inter eas competentia, ut id bene de jure procedit; Nam causa coram Principe 28
actitata, vel introducta non suspenditur petitorium, sed utrumque simul cognoscitur, & terminatur, & unica sententia definitur. *Cyriac. controvers. 10. num. 57.*

num. 57. & 58. Menoch. conf. 2. num. 184. & 190.
Dec. conf. 449. num. 21. Honded. conf. 94. num. 63.
lib. 1. late Mant. consult. 385. num. 30. & seq. & 5.
& attenta hac interpretatione sanabatur primò ægritudo illa, quæ intolerabilis erat, nempè quod sine caussa Serenifs. Senatus voluisset denegare appellationem appellanti ex omni jure debitam, & solùm committere jura in petitorio, interimque appellantem spoliare per prædictam appellationis denegationem sua possessione, secundò sanabatur etiam absurditas Decreti, quod committebat, vel delegabat jura supplicantis reservata in judicio ordinario, quòd erat impossibile, quia primum judicium possessorium structum fuerat in ordinario judicio ad formam Statuti nostri de cauf. ordin. & non ad formam Statuti de cauf. executivis, secundum quod in §. in omnibus autem reservata intelliguntur jura in judicio ordinario.
29 Et licèt quandoque constet Principem voluisse præjudicare tertio; est tamen facienda interpretatio, ut quantò minus fieri possit tertio præjudicare voluerit
Parif. conf. 6. num. 16. vol. 2. Ventur. in d. conf. 14.
30 num. 120. Et satis est si decretum aliquid modicum operetur in præjudicium tertii Cancer. var. resol. c. 3.
31 n. 104. & 105. par. 3. Vel etiam verba starent superflua, vel aliud dicerent, Ventur. in d. conf. 4. n. 121.
32 & 122. Et ita numquam præsumitur privare aliquem de jure suo sine caosa Cyn. in l. rescriptum C. de Prec. Imper. offerend. Bald. in l. fin. C. de sent. rescind. in princ. Angel. conf. 135. Gabriel. Tit. de Jur. quæsit.
33 non toll. conclus. 1. n. 1. Maximè quando in rescripto non fuit apposita clausula motu proprio, de certa scientia, vel de plenitudine potestatis Angel. in l. item verberatum §. 1. ff. de rei vendic. Bald. in l. 2. C. de
34 Quadrig. præscript. Et licet fuissent appositæ clausulæ prædictæ, & aliæ similes, numquam dicendum est Principem voluisse præjudicare tertio, nisi positæ fuissent cum causæ discussione, ac cognitione, ut latè per Venturin. conf. 4. à num. 127. ad 144. Pilasa instit. pontific. lib. 4. decis. 5. de rescript. num. 13. ubi
35 neque sanat defectus substantiales, nec ullo modo potest extendi decretum ad personas in illo non no-
36 minatas cap. significasti de rescript. Ideòque rescriptum quod unus ex sociis suo nomine impetravit aliis con-
37 sociis non prodest Fachin. controv. lib. 8. cap. 66. Anguisol. lib. 2. conf. 43. n. 1. & 2. idem de consorte litis.
38 Circa intelligentiam, & interpetrationem decretorum multom facit consuetudo, & praxis regionis, seu Civitatis Guid. Pap. dec. 402. num. 2. in med. usque
39 ad 3. practica enim est in Jure legum, decretorum, & Statutorum intellectrix Urceol. de transact. q. 56. n. 51.
40 Per quem impetrari hæc Decreta possint, videamus, respondeo per omnem personam etiam sine mandato l. universis C. de prec. Imper. offer. exceptis
41 tribus casibus, præcipuè si fuerit in actis oppositum per Jas. in d. l. n. 1. adverte tamen quod prædicta
42 lex solum habet locum in Decretis mere gratiosis, & non ad lites, & in præjudicium tertii Bald. in l. 1. C. de prec. imperat. offer. & doctissime Anguisol. lib. 2. conf. 44. n. 2. & 3. de Ros. de exec. lit. Apost. par. 1. c. 1. in
43 addit. num. 18. Verum quidem est quod generaliter, ac indistinctè preces ab omnibus possunt offerri, nec quærendum sit à quo præsenteotur, & in istis terminis videtur loqui apertè tex. in d. l. universis, & declarat Rot. decis. 61. alias 430. in fin. de appellat.
44 Gratian. cap. 573. num. 5. Et est magna differentia inter oblationem, & impetrationem, ut benè explicat Anguisol. d. conf. 44. num. 5.
45 In dubio tamen præsumuntur concessa ad postulationem partis, & ad cujus favorem sunt facta Decreta l. si quis iniquum ff. quod quisque jur. Vivius dec. 60. n. 6. lib. 1. & Capyc. dec. 4. num. 19. & seq. Ubald. decis. 158. per tot. optime Scopp. ad Merlin. cent. 2. cap. 88. num. 3. & 4. Ubi etiam dicit, quod si appareret Decretum fuisse obtentum ad instantiam alterius, nihilominus præsumitur id actum fuisse de mandato ejus cujus interest. Ludovis. decis. 331. n. 19. de Ros. de execut. liter. apostol. lib. 1. cap. 1. num. 82. Secus vero in odiosis, quia tunc probari debet quod supplicatio fuerit porrecta per oratorem in ea nominatum de Ros. d. loco, & Ubaldo d. dec. per tot.
46 Et licet pro indubitato est quod ad obtinendum Decretum, vel ad lites, vel contrà aliquem, seu in

præjudicium alicujus, requiritur semper mandatum, & speciale per cap. nonnulli §. fine & alii cap. ex parte Decani in fin. de rescript. & ita servandum foret de jure civili Anguisol. lib. 2. d. conf. 44. num. 1.
Gratian. cap. 573. num. 41. Secus de stylo Gratian. 47
discept. c. 90. n. 1. & 2. Optimè ad hæc Scopp. ad Merl. cent. 2. cap. 88. n. 3. & præsertim Genuæ, ubi nihil omnino refert à quo sit impetratum Decretum, dummodo sit concessum, ut semper, & quotidie practicatur, & est optima praxis, quia nunquam præsu- 48
mi debet, coram tanto Tribunali Principem repræsentante, neminem voluisse deludere, & rescriptum impetrare, nisi præcedente mandato saltem verbali Domini.
Quandiu durent hæc Principis decreta, cognoscere non est omittendum, & cum distinctione procedam, de Jure Canonico contendunt quidam rescri- 49
pta esse annalia, ut refert Fachin. contr. juris lib. 8. c. 65. & Menoch. de arb. Judic. cas. 202. n. 76. & conf.
100. per cap. plerumque de rescript. & de jure Civili 50
esse perpetua, ita referunt dicti Auctores per l. 2. C.
de diverf. rescript. hanc verò distinctionem inter Jus 51
Canonicum, & Civile intimius inspiciendo non est invenire, nam Jus Canonicum in pratic. cap. Plerumque non dicit, quòd rescripta durent per anni spatium, sed solum statuit, quòd si quis literas, sive decretum impetravit, & intra annum, postquam copiam Judicum habuerit, ex malitia, vel negligentia postposuerit eo uti, posteriorum literatum valet au-
ctoritate conveniri, licet in ipsis nulla de precibus 52
mentio habeatur. Ergo prima distinctio nullo modo est admittenda, præcipuè, quia Jus Civile cum Canonico semper est conciliandum, nec est inter ea inducenda discordia, nisi apertè expressum sit Fach. d. cap. 65. lib. 8. vers. non places quamvis Cujas. illam di-
stinctionem secutus fuerit innixus d. cap. plerumque de 53
rescript. ut sentit idem Fachin. loc. cit. vers. quare puto,
placet mihi igitur Doctrina Rebuffi in commentar. ad 54
const. reg. tom. 2. tit. de rescript. in præfat. num. 4. qui
tenet quod rescripta concedentia jus Parti, & jus 55
Partium respicientia quæ sunt rescripta beneficialia, sive Gratiæ, ut si Princeps concedat quod quis conveniatur coram Rectore, tunc decreta dicuntur, & censentur perennia, ratio quia decet Principis beneficium esse mansurum cap. beneficium de Reg. jur. in 6. secus in rescriptis Justitiæ, quæ comprobatione Judicis, & ejus copia indigent, quia hæc ferè anno pereunt Fachin. d. c. 65. vers. 2. facit Menoch. de arbitr. Judic. cas. 202. num. 77.
Rescripta verò ad lites sine aliqua disputatione esse 56
de sui natura perennia tenuit idem Fachin. cap. 65. lib. 8. in fin. Verum ne jus adversarii lædatur, contrà quem rescriptum fuit impetratum, hoc fuit inductum, ut qui primum rescriptum obtinuit, illo uti debeat intra annum, quod si non facit, adversarius potest impetrare secundum rescriptum nulla facta mentione primi, ita constitutum est d. cap. plerumque ibid. Abb. & Felin. de rescript. & benè consuluit Menoch. conf. 100. n. 34. Etiamque adnota rescriptum ad lites elapso anno perire, cum impetrans vel dolo, vel negligentia usus non est Menoch. d. conf. n. 35. ideòque rescripta dici non debent annalia, quia hoc concessum est, & datum in pœnam solius negligentiæ, sive
doli commissi: plura alia de Decretis, & rescriptis 57
videbis infrà proximè in verb. impetrandis, & in verb. decreta in princ. hujus Statuti, & per consequens hic multa prætermitto.
Item de decretis latè tractat Vigel. in Meth. jur. Civilis p. 1. lib. 1. c. 5. Pandolphin. de Supr. Princ. Potest. quamplura docet Benod. Capr. in tract. conclus. regul. quando decreta falsa, & vitiosa dici possunt in Sintagm. opin. comm. Tit. de Magistr. univers. Princ. moder. tit. 5. c. 1. Item quando rescripta subreptitia sint, quandove per subreptionem impetrata censeantur vel non, in ead. Sintagm. eod. loc. c. 2. & c. 3. pluraque etiam scripsit Menoch. de arbitr. Judic. cas. 201. 202. 203. Felin. in cap. in nostra, & cap. Cæterum de rescript. ibique Abbas Decius, Butr. Ger. Spin. conf. 16. & in specie diversarum precum Riminald. Sen. conf. 204. n. 9. & decreti ætatis veniæ Cyriac. controv. 219. Item de Decretis latè egit Henn. in sua Encicloped. Jur. univers. tit. 5. de rescript. p. 1. Pilasa instit. decis. pontific. lib. 4. decis. 3. de rescript. Capr. reg. 39. per plures sequentes, & latissimum

tractatum de Decretis seu rescriptis edidit Joseph. Oldrad. J.C. Mediolanen.

ADDITIO.

Ad num. 4.

58 Dividua dicuntur quando respiciunt diversas perso-
nas, & tunc possunt quoad unam personam vale-
re, & quoad aliam non Bald. in l. Ordo num. 11.
vers. quæro de duobus C. de Execut. rei judic. Alex.
in l. juste possidet num. 22. ff. de acqu. possess. Ursill.
ad Afflict. dec. 218. num. 2. 3. Mut. in decis. 55. n. 10.
11. & in fin. & ratio est, quia tot dicuntur Decre-
ta, quot sunt personæ, & ideo cum una nihil ha-
beat commune, cum altera, unum per aliud non
59 vitiatur Alex. & Mut. supracitati, & hoc idem pro-
cedit in sententia, nam respectu plurium personarum
est dividua quamobrem si quoad unum personam
non valet, quoad aliam substineri potest, & valida
est, ad text. in l. hoc judicio respondendo, tradit Ver-
migliol. cons. 436. n. 4. & seq. Gabriel. cons. 56. n. 16.
cum plur. seqq. lib. 1. Capyc. latr. decis. 83. num. 15.
Rot. decis. 108. num. 7. & decis. 148. ibique adden. n. 9.
in fin. cor. Pamphil. Ludovis. decis. 319. ibique adden.
num. 7. & decis. 451. num. 7. par. 2. decis. 602. n. 14.
& seq. par. 4. tom. 3. recent. Rubeus de validit. le-
gal. cap. 52. num. 13. 66. 82. & ibi latissime & decis.
104. num. 3. & seq. ubi num. 6. dicit, tot censeri ca-
pita, quot sunt personæ, quæ decisio fuit confirmata
in decis. 341. num. 7. & seq. par. 14. recen. & ita
Gabr. d. cons. 56. num. 19.

Verum superioribus annis, scilicet de anno 1696.
26. Aprilis in una nullitatis ac excessus causa fuit
redditum votum Illustrissimis supremis Syndicatori-
bus a Jo. Baptista Grita J. C. Doctissimo, in quo
60 resolutum fuit, quod Decretum cujusdam curæ datæ
bonis, & hæreditati jacenti erat individuum, non
obstante quod adessent plures hæredes, quorum duo
adiverunt, reliqui autem nondum adiverunt hære-
ditatem, & sicuti respectu eorum qui jam adiverunt
Decretum curæ erat nullum, ita aliorum respectu,
attenta individuitate: & quidem in hoc casu fuit
optime responsum per D. meum, nam Decretum
Curæ fuit factum pro bonis, ac hæreditate jacente,
& non pro hæredibus: unde, Decretum cum respi-
ceret bona ac hæreditatem jacentem quæ repræsen-
tat solam personam defuncti, & non hæredes est
individuum. Per Cost. de Retractat. cap. 8. ens. 2.
num. 1. Post. de manut. observ. 55. num. 50. De Luc.
de plural. hom. cap. 158. num. 4. 5. Afflict. dec. 318.
& Bold. supra citatus.

Ad num. 12. & seqq.

61 Distinguendum est in rescriptis ad lites; Etenim vel intelligenda sunt quoad virtutem extensivam, & tunc strictè interpretantur, secus quoad comprehensivam Felin. in proœm. de rescript. num. 5. & seq. Abb. in cap. cum olim num. 7. de Offic. & potest. Jud. deleg. Vant. de nullit. notit. quibus modis sentent. nulla defend. num. 65. in fin. addit. ad Decis. Sanfelic. 368. vers. quando verba rescripti, & vers. nec suprad. is Obstat Mans. consult. 174. n. 7. usque ad 11.

Ad num. 19.

62 Si vero Decretum est diversum a precibus, non attenditur, nisi pars impetrans se acquieverit Spinol. cons. 15. & in casu quo Decretum attendi deberet illud præcise observandum erit, & non petitio, quæ esset ab eo difformis Oldrad. de Rescript. prælud. 19. num. 8. nam Decretum quando ampliat supplicationem, illud, & non supplicatio attendendum est Palm. sen. cons. 38. num. 7. 8. Monac. Decis. Lucen. 62. num. 15. 16. & post Torr. de Pact. futur. success. decis. 155. num. 3.

63 Decretum censetur concessum juxta petitionem, & supplicationem Rot. dec. 335. num. 17. par. 18. recen. Caren. resolut. 75. num. 1. Dunozet. jun. decis. 604. num. 7. licet in Decreto non adsit illud quod est in supplicatione. De Luc. ad Gratian. cap. 567. num. 3. Et semper ad mentem Juris tradendum, licet aliud verba sonare videantur. Peregrin. decis. 98. num. 13. Limita tamen prout ex Menoch. cons. 1194. n. 21.
Decretum si contineret aliquod injustum, & ir-
rationabile, tunc dici potius debet quod Princeps 64
fuit circumventus a Ministris Murr. vot. 217. & Bo-
vis. ad pragm. Reg. de renov. & suspens. gratiar.

SUMMARIUM.

1 *Senatus Janunensis constat de Serenissimo Duce, & duodecim Excellentissimis Gubernatoribus.*

2 *Et habet jurisdictionem cumulativam cum omnibus aliis Magistratibus.*

3 *Senatus dicitur Supremus Rector.*

4 *Et Principem repræsentat.*

5 *Et quod de Principe, & Imperatore, idem de Senatu dicendum est.*

6 *Coram Senatu omittitur omnis juris rigor, & veritas solum attenditur.*

7 *Senatus non habet indistinctè authoritatem leges condendi.*

8 *Senatus noster non potest leges condere nisi coactu majori, vel minori consilio.*

9 *Absoluta potestas leges condendi residet penes majus consilium, quod verè in omnibus Rempublicam repræsentat.*

10 *Senatus in eo toto, quod à lege, vel Principe authoritatis habuit, Principem repræsentat.*

11 *Præsertim circa causarum decisionem.*

12 *Sententiis Senatus standum est in decisione similium causarum.*

13 *Etiamsi de jure contraria opinio esset verior.*

14 *Impugnantur Vallasc. & Antunnez.*

15 *Sententiis Senatus standum est si ipsemet de causa cognovit sine Consultorum voto.*

16 *Et à sententiis illius non datur appellatio, secùs si de relatione alterius decidit.*

17 *Coram Principe, & in ejus aula non currit instantia.*

18 *Contraria sententia est in jure verior, & communior, & 58.*

19 *Ita coram Senatu.*
Contra prædictam conclusionem num. 59.

20 *Non currere instantiam intellige dummodò pars non omiserit diligentias ad faciendum committi causam.*

21 *Hæc diligentiarum cognitio remittitur arbitrio Judicis secundum circumstantias.*

22 *Instantia coram Senatu currit quando constat de negligentia partis, licet Senatus esset occupatissimus.*

23 *Qui tenetur aliquid facere, debet adimplere quantum in se, licet crederet suum opus nihil profuturum.*

24 *Contrarie opinio est verior.*

25 *Judex ordinatus a Statuto, vel lege est ordinarius.*

26 *Judices appellationis assignati à Magistratu nostro Extraordinariorum vigore Statuti nostri remanent ordinarii.*

27 *Coram quocumque Judice ordinario etiam Senatu debet currere instantia, contrà tamen, ut infrà dicam.*

28 *Omnes Senatus, Concilia, & Judices Supremi sunt Judices ordinarii.*

29 *Et similiter Princeps à quo derivat jurisdictio ordinaria.*

30 *Jurisdictio Principis est data à populo.*

31 *Ideo est ordinarius.*

32 *Non providente Statuto de judice appellationis de jure Princeps remanet Judex.*

33 *Princeps absolutè dicitur ordinarius.*

34 *Et ordinarius ordinariorum, vel ordinarius major.*

35 *Princeps, vel Senatus, aut suprema Curia potest delegare cum clausula remota appellatione.*

36 *Coram Principe, vel Senatu nostro licet judice ordinario non currit instantia.*

37 *Expenduntur textus in authent. sed & lis, & l. cum anterioribus, §. si tamen C. de tempor. & reparat. appellat.*

38 *Princeps non tenetur formalitatibus legum.*

39 *Instantia currit coram Principe si ex negligentia appellantis non committatur.*

40. Se-

40 *Senatus noster non est Judex ordinarius in causis appellationum à sententiis ejus delegatorum.*
41 *Explicatur Statutum de appellation. §. à sententiis lib. 3.*
42 *Reservatio nihil de novo tribuit.*
43 *Quando lex concedit jurisdictionem ei, qui eam habet non fit ordinarius, sed remanet judex prout erat antè legis concessionem.*
44 *Qua veneratione sit prosequendus Senatus, & qua pœna puniendus qui non debitè illum honorat.*
45 *Quæ Senatoris munera sint remissivè.*
46 *Senator debet esse secretus de gestis in Senatu antequam publicentur.*
47 *Princeps duplicem potestatem habet absolutam, & ordinariam.*
48 *Quot Senatorum vota requiruntur in decretis nostri Senatus.*
49 *Quot in decretis Excellentissima Camera sive Procuratorum, & num. 52.*
50 *Pro derogatione, seu dispensatione instrumentorum, testamentorum, sententiarum undecim suffragia requiruntur.*
51 *Item in derogatione columnarum S. Ædis S. Georgii accedente executione Illustrissimi Officii ejusdem.*
52 *Explicatur qualis votorum numerus intervenire debeat in decretis Excell. Collegii Procuratorum.*
53 *Ad revocandum rescriptum eadem sufficiunt vota, quæ ad confectionem dumtaxat requirerentur quamvis in confectione plura intervenerint.*
54 *De votis quæ intervenerint, in decretis debet fieri expressio.*
55 *Quo ordine Senatores debeant dare vota diversimodè explicatur.*
56 *Exprimitur modus Serenifs. Senatus in dande vota.*
57 *De Senatu, & Senatoribus remissivè.*

1 A SENATU) Senatus Genuensis constat de Serenissimo Duce, & duodecim Excellentissimis Gu-
2 bernatoribus, & habet jurisdictionem cumulativam
cum omnibus aliis Magistratibus *Cartar. dec. 67. n. 32.*
3 & est Supremus Rector *per ll. ann. 1528. at in cap. de
Duc. constituend. vers. & qui pariter, & in §. 1. dicti cap.
& in cap. immunit. Duc. & Gubernat. & per ll. quoque*
4 *ann.* 1576. & sic repræsentat de jure Principem *Albir.
de Inconst. q. 37. n. 310. l. quominus ff. de flum. & ibi gloss.
in verb. non permittitur vers. item ad hoc, Vulpian. in l.
1. §. cæterum de postuland. l. jus Senatorum C. de dignit.
lib. 12. l. quisquis C. ad l. Juliam Majestatem, & gloss.
in l. Nemo Verb. Curiam C. de dignit. lib. 12. Annibal.
in addit. ad cons. Alb. 375. lit. F. & cons. 240. lit. O.*
5 *utrobique in verb. Senatus*, ubi idem de Senatu quod
6 de Principe, ac Imperatore dicitur, & coram illo omittitur omnis juris rigor, & veritas solùm rei attenditur *idem Author in citatis locis*, quæ omnia de Senatibus minorem authoritatem, ac dignitatem habentibus affirmaverunt *Antunnez de donat. reg. lib. 2. c. 8.
n. 47. cum Salgad. Ofasch. in procem. decisionum n. 1. &
seqq. Stephan. Garron. in comment. ad tit. de Senator.
constit. Mediol. lib. 1. tit. 4. cap. 7. n. 7. Roland. cons. 76.
n. 35. & seqq. lib. 2. Scacc. de appellat. q. 7. num. 114.
vers. declara hanc ampliationem Hieronym. Molin. y
Guzman. de veritat. jur. vers. 36. n. 66. & perbelle alter
Guzman. de eviction. q. 3. n. 48.* de Camera Imperiali
loquitur *Gail. observ. 141. in fin. lib. 1.* de curia Delphinatus *Guid. Pap. in tract. de appellat. q. 101. n. 67.*
de Senatu, aut consilio Placentino *Andreol. controv.
243. n. 2.* de Senatu Dolano *Grivel. dec. 72.* de Senatu
Parisiensi *Jo. Himbertus Rupellon. lib. 2. instit. forens.
cap. 2.* de Senatu Montisferrati *Natt. cons. 383. Jason.
cons. 16. sub n. 1. & 2. Rolland. cons. 15. sub n. 1. & 11.
vol. 2.* de Senatu Pedemontano *Thesaur. dec. 10. n. 3.
ab Eccles. observ. 8. n. 13.* de Senatu, seu consilio Matritcosi *Alphons. Guzman. de evictione. q. 3. n. 47. & 48.*
7 Et licet hujusmodi Senatus non habeant authoritatem leges condendi, ut insinuat *Valasc. consult. 148.
n. 26. 27. & Antunnez de donat. reg. par. 1. c. 10. n. 43.*
8 & de nostro Senatu, qui non possit leges condere nisi
coacto majori, vel minori consilio respectivè secundum qualitates legum uti habetur *in ll. 1576. c. 47. &*

declarationibus ibi adjunctis: Sed hæc absoluta pote- 9
stas resider penes majus consilium, quod verè Principem, vel Rempublicam repræsentat, uti habetur in
dictis novis *ll. c. 10. de Majori Concilio*, & adnotatum
reliquit *Cartar. dec. 67. num. 6. 7.*
Id tamen nihil penitus operatur, quin verè Princi- 10
pem non repræsentet Senatus in eo toto quod à Principe, vel à lege authoritatis habuit ut benè, & notabiliter explicat *Antunnez de donat. reg. in d. c. 8. n. 46. &
47. Arnizar. de jur. Magistrat. lib. 2. c. 4. n. 7. Petr. de
potest. Princip. c. 29. n. 1. & seq.* & præcipuè circa cau- 11
sarum decisionem *Antunnez d. loco n. 47. Bart. in l.
non ambigitur ff. de l. Thesaur. dec. 232. n. 2. Surd. in dec.
91. n. 4. Rolland. in cons. 70. n. 17. & seq. Menoch. de
arbitr. lib. 2. centur. 1. cas. 68. n. 33. Oldrad. de rescript.
prælud. 1. tit. de lit. Princ. n. 30. Afflict. d. dec. 120. n. 6.*
Hine evenit quod sententiis Senatus standum est in 12
decisione similium causarum *Afflict. dec. 45. n. 4. in fin.
l. filius ff ad l. Corneliam de fals. Gamm. decis. 228. n. 2.
& decis. 33. in fin. Cabed. decis. 212. par. 1. Afflict. dec.
169. n. 7. Rovit. dec. 22. n. 17. & 18. Vincent de Franch.
dec. 238. n. 3. in med.* ubi etiamsi de jure contraria opi- 13
nio esset verior, ut plenè *Guzman. de evictionibus q. 3.
n. 48. 49. Bonden. Collect. legal. par. 2. collect. 31. n. 176.
Andreol. controv. 243. n. 2.* & optimè probat *Arias de
Meza c. 45. lib. 3. n. 6.* Non obstante quidquid dixerit 14
in contrarium *Vallasc. consult. 148. n. 27. & Antunnez
de donat. reg. c. 10. n. 43. lib. 1.* qui tamen ipsemet *in
cap. 8. n. 45.* tenuit contrarium fatendo, quòd Senatus
in judicando eamdem authoritatem habet quam Princeps, quam conclusionem sequitur *Andreol. dicta controv. 243. num. 2.*
Hæc verùm intellige procedere quando Senatus ipse- 15
met de causa cognovit, & per se ipsum examinavit,
& decidit nullo consultorum voto præhabito, nec ex
mente alicujus commissionati ita tradiderunt per *tex.
in l. fin. C. de legib. Menoch. de arbitr. q. 7. n. 53. Tiraquell. de primogen. q. 40. n. 162. Peregr. lib. 2. cons. 5. n. 7.
relati per Antunnez de donat. reg. lib. 1. c. 10. num. 41.
Vallasc. consult. 148. n. 28.* ita etiam à sententiis Sena- 16
tus, sive Principis non datur appellatio, secus verò
si Princeps sententiam fecerat de consilio, seu super
relatione alterius *l. 1. in princ. ff. quan. appell. Roman.
cons. 521. Scacc. de appellat. quæst. 16. limit. 1. num. 130.
Rugginel. de appellat. §. 2. cap. 2. n. 2. Mastrill. dec. 32.
Pac. Jord. tom. 3. lib. 14. tit. 28. n. 186. de appellat. Farinac. q. 101. n. 75. Capic. decis. 111.* latissime *Altimar.
de nullitat. rubr. 5. quæst. 37. n. 64. cum seq. tom. 1.* Sed
debet statim exequi, quia appellatio datur solum ad
effectum devolutivum. *Scacc. de appellat. quæst. 16.
limit. prima num. 135. Altimar. de nullit. dict. loco
num. 68.*
His præcognitis, ac firmatis videndum est, an instantia causarum coram Serenissimo Senatu nostro
currat nec ne, sive suspensa remaneat donec causa,
sive appellatio committatur, illamque etiam in Prin- 17
cipis aula currere tenuit Rota nostra *de mercat. dec.
179. num. 4. & Caroc. de except. exception. 127. numer. 18. Afflict. decis. 283. num. 4.* & ratio eorum
est quia lites neque in concistorio Principis fieri debent immortales.
Contraria tamen sententia est in jure verior, & 18
longè communior, & pro ea sunt aperti *textus in
auth. sed & lis, & l. cum anterioribus §. si tamen C.
de tempor. appellat. & ibi Bald. & Salyc. Jason. cons.
15. num. 2. vol. 3. Roland. cons. 15. num. 5. & pluribus seqq. vol. 2. Ruin. cons. 172. num. 11. vol. 4.
Asin. in prax. in prælud. cap. 3. numer. 28. & §. 2.
cap. 6. numer. 5. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 131.
num. 461. Guid. Pap. decis. 135. in fin. Afflict. decis.
78. num. 3. & ibi Ursill. additionator num. 4. Odd. de
restitution. in integr. quæst. 70. num. 12. Scacc. de appellat. quæst. 15. num. 131. Ridulphin. in prax. par. 1.
cap. 13. numer. 558. Anton. ab Eccles. observ. forens.
tit. 6. art. 1. Rot. coram Seraphin. decis. 184. num. 3.
& seq. Carleval. de Judic. disput. 2. quæst. 7. sect. 3.
num. 943. Gratian. discept. for. cap. 569. num. 15. &
cap. 403. num. 9.* & in puncto Senatus coram quo
tanquam in concistorio Principis non currere instantiam causarum, vel appellationum tradiderunt *Ro- 19
land. cons. 15. num. 1. & 11. lib. 2. Scacc. de appelat.
quæst. 7. num. 114. vers. Declara hanc ampliat. Fabr. in*

suo Cod. de tempor. appell. defin. 15. n. 4. Thesaur. decis.
10. n. 3. Natt. cons. 383. Anton. ab Eccles. observ. 8. n. 13.
Jo. Himbertus Rupellan. lib. 2. instit. forens. cap. 2. Jason.
cons. 16. n. 1. & 2. Grivel. decis. 72. n. 9. 10. Gail. obser.
141. in fin. Guid. Pap. in tract. de appell. q. 101. n. 67.
20 Ad fautores contrariæ opioionis respondetur quod eo-
rum sententia procedit solum quando appellans intro-
ducta causa coram Principe nullo modo curavit eam
committi, ommisitque debitas diligentias. Ita conclu-
dendo dixit post *Alex. cons. 19. n. 3. lib. 1. Thesaur.*
dicta decis. 10. num. 3. & in fin. & quando non appa-
ret de negligentia litigantis, sed per Senatum, sivè
Principem dilatio procedit quia ista ei nullo modo est
redarguenda *Lancellott. de attent. par. 2. c. 12. n. 43.*
Guaz. ad defens. reorum def. 36. cap. 21. n. 6. Conciol.
ad Stat. Eugub. lib. 3. rub. 9. n. 13. Grivell. decis. 72.
21 *n. 28. & 29.* Circa verò has diligentias remittitur ar-
bitrio Judicis, qui considerare debet in appellante qua-
litatem personæ, causæ, temporis circumstantias, &
loci distantias, aliaque impedimenta secundum facti
cootingentias *Alex. cons. 19. lib. 1. num. 5.*
22 Quid autem resolvendum si non appareret de dili-
gentiis litigantis, appareret tamen de incessantibus oc-
cupationibus Senatus, vel Principis per quas difficilli-
mum, ac ferè impossibile fuisset cognoscere de causis
privatorum, utrum in hoc casu iostantia coram Prin-
cipe curreret, videtur quod sic, ex eo quod litigans
numquam excusatur ab allegando, quod diligentiæ
23 profuturæ non erant, quia qui tenetur aliquid facere
debet adimplere, quantum in se, quamvis crederet suum
opus nihil profuturum. *Surd. dec. 182. n. 13. Salgad. La-*
byrint. credit. fol. 726. n. 34. Cravet. cons. 64. n. 6. Becc.
cons. 37. num. 5. & Cyriac. controv. 229. n. 14. & 15.
24 Verius tamen est, quòd si verè, ac certè appareret
diligentias litigantis nihil profuturas fuisse propter cu-
mulum occupationum præcipuè publicarum, adhuc sen-
tio non currere instantiam, licet diligentiæ prædictæ
fuissent omisse a litigante *Rot. decis. 37. n. 10. & de-*
cis. 457. n. 6. coram Pæn. & decis. 567. n. 6. par. 1. rec.
Barbos. axiom. 15.. n. 3. Latro consult. 37. n. 26. 27. l. fin.
§. si ea conditione ff. ad l. Rhod. de Jact. l. 2. §. penult. ff. ad
Tertyl. Surd. dec. 87. n. 9. 10. Altograd. contr. 2. n. 19.
& 20. Barbos. axiom. 62. n. 4. & bene *Ramon. cons. 39.*
n. 4. 5. & ibi Baldacc. Rotc. c. 129. n. 13. & 131. n. 11.
25. Verum si essemus in dubio an profuturæ erant di-
ligentiæ, tunc dicendum contra omittentem, per ea
quæ late deduxi in *Liburnen. avaria* & in terminis
nostris ferè individualibus scilicet ommissionis diligen-
tiarum D. Jo. Baptista Arrigus in una allegatione inser-
ta apud *Emin. de Luc. in Celebri Roman. pretii secreta-*
riatuum Apostolic. n. 71. fol. mihi 118. penes tractat. de
offic. venal. & vacab.
Majus quidem insurgit dubium, an coram nostro
Serenissimo Senatu quando ipse remanet tanquam Ju-
dex à Statuto assignatus currat nec ne: ex. gr. Statu-
tum nostrum *de appellat.* assignat in Judicem appella-
tionis à sententiis delegatorum ipsum delegantem qui
potest esse Serenissimus Senatus, si ipse causam delega-
vit, secus verò si Magistratus Extraordinariorum, vel
Terræfirmæ delegavit quia ad eos recurri debet pro ap-
25 pellatione tanquam ad delegantes. Cum igitur Statutum,
sive lex assignat in prædicto casu Serenissimum Sena-
tum pro Judice dictarum appellationum, ille judex re-
manet ordinarius ex traditis per *Castrens. in l. a Judice*
n. 10. C. de judic. Dec. in cap. cæterum num. 2. extr. de
Judic. Marant. in prax. par. 4. dist. 5. tit. an sit judicium
ordinarium n. 23. & sic etiam quando delegans com-
26 mittit causam vigore facultatis à Statuto datæ, ut Ma-
gistratus noster Extraordinariorum committit causas
appellationum sibi devolutas à Sententiis M. Rotæ
nostræ, hujusmodi Judices sunt ordinarii probat *Bald.*
de feud. tit. de alod. n. 12. & cons. 90. lib. 1. ideòque
27 tali casu debeat currere instantia, sic etiam responde-
runt MM. Opicius Spinula, & Jo. Baptista Raggius
JJ. CC. quorum votum est idem relatum à *Maffol.*
in Ratiocin. 74. n. 26. & in consimilibus terminis est
aliud votum redditum sub die 4. Maji ann. 1643. per
MM. Bartholomæum de Turri, & Augustinum Saly-
nerium in causa appellationis inter Jo. Baptistam Co-
lumbum, & Bartholomæum Grassum vertentis coram
Serenissimo Senatu ad eum tanquam delegantem ex
forma prædicti Statuti devolutæ.

Sed quidem fateor meam imbecillitatem nunquam
enim benè percipere potui quomodo in hoc casu de-
beat currere instantia etiam dato quod Serenissimus
Senatus sit Judex ordinarius tanquam à Statuto as-
signatus, nam omnes Senatus, concilia, & Curiæ 28
supremæ sunt Judices ordinarii, quia dati sunt à Prin-
cipe *Marant. in prax. par. 4. dist. 5. tit. an sit Judex ord.*
vel delegatus n. 2. & n. 23. Scacc. de Judic. par. 1. c. 16.
n. 5. Sabell. in verb. Judex n. 1. Imò ipse Princeps est Ju- 29
dex ordinarius, quia cum det jurisdictionem ordina-
riam eam habere debet, itaque tam ordinaria quàm
quælibet alia descendit ab eo sicut à mare rivuli *Ma-*
rant. d. loco n. 3. Scacc. & Sabell. iisdem loc. supra lau-
datis Ansald. de jurisd. par. 3. tit. unic. c. 1. Principi 30
enim à populo jurisdictio concessa est *Bart. in l. more*
majorum ff. de jurisd. omn. judic. n. 3. & 4. ibique alii 31
Doctores, item Princeps est Judex ordinarius, quia
à populo, & Republica datus est *Bart. dicta l. more*
majorum n. 9. Marant. dicto loco n. 23. Angel. cons. 327.
n. 1. vers. hinc est, Phæb. decis. 80. n. 8. par. 1. & sic 32
quando appellatur ad Principem non providente Sta-
tuto de judice appellationis Princeps de jure remanet
Judex *ex trad. per Franch. de appellat. in præfat. n. 35.*
Scacc. de appellat. q. 8. n. 120. per tot. Ergo tunc Prin-
ceps remanet Judex ordinarius, tanquam à legibus
consultus, sic in terminis affirmat *Mart. de jurisd.*
par. 1. cap. 29. n. 19. Hinc est, quod Princeps, Impe- 33
rator, vel Papa absolutè dicitur ordinarius omnium
Mantic. dec. 322. sub n. 9. & pius Rubeus ad dec. 2. par. 3.
recens. n. 190. & 196. & dicitur ordinarius ordinario- 34
rum, scilicet ordinarius major *dictus Rubeus ad dictam*
dec. & ad dec. 217. par. 9. rec. n. 165. Attamen Docto-
res omnes, quos transcripsimus supra, affirmant co-
ram Senatu, conciliis, & curiis supremis, tanto ma-
gis coram Principe non currere instantiam, cum non
benè inferatur, ex eo quod sint Judices ordinarii non
debeat coram eis currere instantia, inspiciendum pri-
mo est quis est hic Judex ordinarius si Princeps, vel
Senatus, seu alius Judex inferior, ut in simili adver-
tit *Marant. d. loco num. 76.* ibi si ordinarius est Prin- 35
ceps, vel Senatus, aut Supremus Magistratus potest
delegare cum clausula remota appellatione, secus ve-
rò si ordinarius est inferior, ita concludendum est
in nostro casu cum sit ordinarius Serenissimus Se-
natus, coram quo non debet currere instantia, se-
cus verò coram alio Judice ordinario inferiori.
Ulterius hoc beneficium concessum Principi non est 36
ei concessum uti Supremo Principi, scilicet ob digni-
tatem Principatus, vel superioritatis, sed favore pri-
vatorum, eorumque causarum, ne pereant perempta
instantia propter occupationes ipsius Principis per ex- 37
pressos *tex. in auth. sed & lis, & l. cum anterioribus §.*
si tamen C. de tempor. & reparat. appell. ibi *cum iniquum*
sit propter occupationes florentissimi ordinis causas ho-
minum deperire, cum hæc enim ratio semper vigeat
tam coram Principe, uti Principe, quam uti ordi-
nario, ideoque indistinctè instantia perire non debet.
Quinimò cum ex hac ratione desumatur quod instan-
tiæ causarum privatorum perire non debeant propter
occupationes Principis cognoscitur, quod textus lo-
quitur de Principe considerato tanquam Judice ordi-
nario, nam solum propter occupationes ipsius Prin-
cipis non pereunt instantiæ alias periturae, quod si
verè textus loqueretur de Principe uti Principe hoc
supponendum non esset, nam Princeps uti talis est 38
superior omnibus legibus, & nullis tenetur formali-
tatibus *l. Princeps ff. de legib. & dixi infr. verb. im-*
petrandis num.
Quod confirmatur ex eo quod si ex Principis occu- 39
pationibus id non procedat, sed ex negligentia ejusdem
appellantis provenerit tunc concordant DD. non am-
plius obdormire instantiam, sed currere *Alex. cons.*
19. num. 3. lib. 1. Thesaur. dec. 10. num. 3. Grivel.
dec. 72. num. 28. 29. & alii quos mox supra congessi
sub num. 20.
Sed quid amplius in his immoramur? consideran- 40
dum est in nostro casu Serenissimum Senatum non
esse datum pro Judice à Statuto in causis appellatio-
num à sententiis ejus Delegatorum, neque assigna-
tum pro Judice, ut loquuntur authoritates contra-
riæ scilicet *Castrens. Dec. & Bald.* affirmantium dum-
taxat, quod quando Statutum disponat, quod talis
sit

sit cognitor de tali causa, iste est ordinarius; quia iste creatur Judex à Statuto; sed solum Statutum nostrum concedit facultatem succumbentibus posse ad-
41 ire delegantem ut colligitur ex *cap. 3. §. à Sententiis definitivis lib. 3.* ibi *à sententiis definitivis latis per Delegatos jure peritos seu per delegatos de consilio Jurisperitorum possit appellari ad delegantem*, qui est Serenissimus Senatus, & sic Statutum hic non tribuit jurisdictionem Senatui quam plenissimam habet, ut probavimus supra, sed solùm facultatem concedere intendit hujusmodi succumbentibus appellandi, quæ à nostro Statuto regulariter negata erat *sub rub. de delegatis §. à sententiis delegatorum*.

42 Quemadmodum si Statutum provideret quod in tali casu ad Principem solùm recurratur, illa lex seu Statutum non tribueret jurisdictionem Principi, quam Generalem habet ex se, & in se, sed reservaret tantùm cognitionem ad ipsum Principem, quod nihil de novo tribuit *Rot. decis. 411. p. 13. rec. num. 17. & decis. 418. num. 5. & 8.* & in puncto quando
43 lex dat jurisdictionem ei, qui eam habet, tunc dici non potest ordinarius, sed remanet judex, prout erat ante legis concessionem, nec lex eo casu facit eum ordinarium *Bart. in l. more majorum num. 5. ff. de jurisdict. omn. judic.* Quid enim absurdius, ac monstruosius excogitari potest, quàm quod si aliqua causa introduceretur coram aliquo Principe, cujus instantia tanquam in concistorio Principis non curreret, si verò ea committeretur à Principe, & postea ad eum tanquam delegantem denuo rediret, Princeps tunc in judicio appellationis naturam suam perderet, & privilegia Principis, & de Principe fieret ordinarius non habens amplius concistorium, coram quo obdormire potuisset instantia; quid igitur monstruosius? & hæc sufficiant.

44 Quantum autem sit venerandus Senatus, & qua pœna puniendus ille, qui non debitè illum honorat, latè tractat de more suo *Giurb. cons. 38. ferè per tot.*
45 *Gratian. discept. cap. 284.* quæ Senatoris munera sint eruditè descripsit *Osasch. decis. 1. per tot.* debet
46 esse præcipuè secretus de gestis in Senatu antequam publicentur *Annibal. in addit. ad cons. Alb. 375. lit. F. & cons. 240. lit. O. utrobique in verb. Senatus.*

47 Princeps enim duplicem habet potestatem, absolutam scilicet, & ordinariam, quando absoluta dicatur Tyrannis, vel à jure regulata planè examinat *Thesaur. decis. Pedemont. decis. 91. per tot.* & quæ possit facere Princeps de plenitudine potestatis scripsit luculenter *Ridulphin. de suprem. Principis potestat. cap. 6. & latè Rub. in addit. ad decis. Rot. p. 9. rec. decis. 217.*

48 In Decretis Senatus Serenissimæ nostræ Reipubli-
49 cæ octo vota requiruntur; In illis verò Exc. Procuratorum Erarii publici sex, ut per *ll. anni 1628. cap. 21. & 1576. cap. 19. & in addit. ad dictum cap. 19.* nisi in casibus in quibus Statutum majorem numerum expressis verbis in Decretis exigeret, & sic etiam priscis temporibus usque de anno 1453. octo vota antianorum requirebantur, quorum locum hodie subierunt Excellentissimi Gubernatores, ut videre est *in Reg. Domin. Syndic. tit. in quibus consistit bailia Ser. Du-*
50 *cis*; Animadvertendum tamen est quod in Decretis à Senatu impetrandis pro dispensatione instrumentorum, sententiarum, & testamentorum octo vota non sufficiunt, sed requiruntur, & intervenire debent ex tredecim undecim saltem suffragia, ita dispositum legitur per *addit. ad dictum cap. 59. ll. anni 1576.* ita
51 pariter in derogatione columnarum Sacræ ædis S. Georgii undecim vota requiruntur, sed hæc postrema Decreta executionem habere debent, per Illustrissimos Protectores S. Georgii.

52 Dixi quod in Decretis ab Excellentissimo Procuratorum Collegio impetrandis, sex vota necessaria sunt, verùm quia possunt dari casus, quod plura vota requirantur, scire debemus de quo procuratorum numero constat Collegium, & dico certè, ac determinatè constare de octo Excell. Procuratoribus, aliquando de majori numero, nam cum omnes, qui Regali Corona exornati semel fuerint functi munere Ducis, dignitatem hanc Procuratoris successivè in perpetuum acquirunt, & subingrediuntur in illud Collegium, & dicuntur Procuratores perpetui, & supraunmerales, & sicut majores, vel minores numero dari pos-

sunt, ideò determinari non potest certus votorum numerus regulariter, tamen duæ tertiæ partes congregatorum in decretando intervenire debent ut scilicet ex 12. 8. ex 15. 10. Et tenendum pariter est pro certo, ac indubitato, quod sex Procuratores, vel sint perpetui, vel biennales (qui dicuntur illi qui ab urna extracti, & electi declarantur à minori consilio quorum munus per biennium durat) congregati possunt constituere Collegium, sed omnia eorum vota nemine excluso, tali casu intervenire debebunt, nam minori numero Collegium constans non dicitur Collegium legitimum, neque Collegii nomen meretur, & sic usque adhuc semper observatum vidi.

Quæro modò ad revocandum decretum nostri Se- 53
natus, ubi in confectione intervenissent plura vota quam octo, utrum requirantur eadem numero, esto, quòd Decretum fieri potuisset octo dumtaxat suffragiis intervenientibus. Negativè resolvitur *ex Doctrina Decii in l. nihil tam naturale 35. nu. 5. de reg. jur.* ubi non requiri nisi solemnitates, quæ de necessita-
te requiruntur in confectione. *Gratian. cap. 168* & 54
ibi melius additionator *de Luc. Simoncel. de Decret. in præfat. n. 91. 93. cum seq.* Contrarium Regens *de Marin. ad decis. observ. 386. in fin.* & per consequens de votis, quæ intervenerint in Decretis, debet fieri expressio, nam non præsumuntur intervenisse *Bald. in cap. in præsentia col. ultim. vers. & istud de restit. imò de renunciat. & cons. 184. lib. 2. Felin. in cap. quoniam contra col. 20. vers. limita seu declara n. 38. in 7. Conclus. de probat. & ibi Dec. num. 42. Paris. cons. 12. n. 58. lib. 2. & cons. 85. num. 39. lib. 3.*

Quo autem ordine vota Senatores dicere debeant 55
variè scripserunt Doctores plerique à dignioribus inchoandum scilicet à senioribus, & prudentioribus ita *Bald. in c. 1. de controv. feud. appar. tur. termi. n. 1. Tiraquell. de Jur. Primogen. in præfat. n. 108. & 109. sed Nicol. de Lyr. super exod. cap. 23. in gloss. in vers. nec judicio*, dicit quod debet incipi ab illis qui sunt Juniores, ut non formident declinare à majorum sive seniorum sententia, & liberè votum suum proferant, quoniam illic timor nullus subesse debet, quia pro cultu Justitiæ quilibet votum suum confidenter proferre debeat *Specul. in tit. de advoc. §. jam nunc, vers. Juniores n. 11.*

Afflict. verò in suo consilio Neapol. decis. 1. n. 7. vers. ego dicebam, & Osasc. in decis. 1. pro suo Senatu concluserunt, quod qui ultimo loco ingressus est in consilium, ille debet incipere, & sic debet prosequi, & hoc ordine qui prior ingreditur major nominatur, & de hac practica in pluribus regionibus testatur *Rever. D. Jacob Voragin. Archiepisc. Januens. relatus ab ipso-*
met Afflict. sed quidquid sit in aliis Provinciis in no- 56
stro Serenissimo Gubernatorum Senatu hic mos hactenus in Decretis observatur, ut videlicet a Serenissimo Duce proponente inchoetur deinde à seniori Senatore in gyrum Throni quousque vota explera sint, & sic observatur etiam in nostro Excellentissimo Procuratorum Collegio.

De Senatu, & Senatoribus latissimè ponit *Cagnol.* 57
in l. 2. n. 148. cum seqq. ff. de orig. Jur.

A D D I T I O.

Ad num. 18.

Vide *Capyc. Latr. decis. 68. a num. 1. usque ad fin.* 58
Sanfelic. in prax. sect. 35. n. 18. Scanarol. de Visit. carcerat. cap.... Staiban. t. 2. resol. 134. & ibi adden. Hæc sententia procedit non solum in Principe, sed etiam in supremis Magistratibus, ut videre est ex Doctoribus hic a me *sub n. 18.* citatis, quibus addo in puncto supremorum Magistratuum *Rub. de Confus. jur. cap. 3. num. 162. & 163. Sabell. verb. instantia num. 18. Staiban. tom. 2. resol. 134.*

Ad num. 19.

In hac quæstione opponi potest quod quando pars po- 59
tuerit obtinere prorogationes, instantia cursum habuit etiam coram Principe quia talis negligentia imputanda est Actori qui eas obtinere neglexit, ad tradita in puncto per *Giurb. decis. 116. n. 14. & Cravet. cons. 270. n. .. & decis. 263. num. 12. par. 17. rec.* Sed responderi potest quod cum lex providerit instantiam non currere, non tenetur Actor esse de hoc sollicitus; nam ubi jus providet, frustra excogitat homo, ut in ter-

minis similibus docet *Alteimer. de nullitat. rubr.* 10. *quæst.* 14. *num.* 54. *vers. contra vero*, & contra *Giurbam* defendit *Staiban. tom.* 2. *resol.* 134. *in addit. num.* 30. 31.

SUMMARIUM.

1 *IN imperratione Decreti sunt exponenda ea qua retrahere possent Principem ad concedendam Gratiam.*
2 *A mala Principis informatione appellari potest.*
3 *Qua narrari debent qualitates in impetratione diversorum decretorum, remissive. & n.* 101.
4 *Duo genera Decretorum inveniuntur, scilicet Gratia, & alterum ad lites.*
5 *Principales differentia inter decreta Gratia, & lites assignantur, & num.* 7. & 104.
6 *Jasonis inconstantia circa obreptionem in decretis gratia.*
8 *Quid sit obreptio, & subreptio, & num.* 9.
10 *Sufficit in precibus quadam talis narratio ad evitandam subreptionem, per quam implicitè continetur id quod narrari debuisset.*
11 *Item satis est quod narrata in precibus verificentur per aquipollens.*
12 *Præsumitur Principem scire, quæ Minister scivit, & num.* 105.
13 *Et omne factum officialis dicitur scientia ipsius Principis.*
14 *Si Princeps tacitè poterat excogitare quod omissum fuerat à supplicantibus, decretum non dicitur subreptitium.*
15 *Hac conclusio non procedit in decretis tertio præjudicialibus.*
16 *Subreptio facta ab uno impetrante Decretum nomine alterius, illud non vitiat.*
17 *Itaque si à rudi persona, vel imperita.*
18 *Intellige si Decretum esset in favorem impetrantis, non vero in præjudicium tertii.*
19 *Si supplicatio est formata à perito, vel Curiali, tunc non excusat personam rudem à vitio subreptionis.*
20 *Ad vitandam subreptionem sufficit quod tempore dictarum precum veritas sic se haberet, &* 106.
21 *Supplicans dicitur fateri ea quæ continentur in precibus assertive non enunciativè narratis.*
22 *Præsertim quando talia verba non essent necessaria ad actum de quo in precibus.*
23 *In Decreto legitimationis non est necesse exponere partum natum fuisse ex conjugata.*
24 *Contraria sententia est de jure verior.*
25 *Debet etiam exprimi quod fuerit partus natus ex conjugata cohabitante cum viro.*
26 *Contra.*
27 *Filius præsumitur mariti, & non adulteri.*
28 *Princeps non potest legitimare filium, qui præsumitur mariti per l. miles §. defuncto de adult.*
29 *Supplicans non videtur fateri ea quæ narrativè posita fuere à Principe in suo Decreto, eo licet utatur.*
30 *Tria genera qualitatum referuntur, quæ si expressa non sunt, decreta, vel obreptitia, vel subreptitia dici possunt.*
31 *Debent exprimi qualitates, quæ in jure reperiuntur.*
32 *Etiam illa quæ de stylo curiæ, vel Cancellariæ.*
33 *Item illa, quæ non sunt de jure, neque de stylo determinata, sed poterunt retrahere Principem, vel saltem eum reddere difficiliorem ad concedendum.*
34 *Et hoc relinquitur arbitrio Judicis.*
35 *Ex triplici capite, scilicet ratione impetrantis, secundò qualitatis beneficii, tertiò ratione juris, quod in beneficio impetrando alteri competit possunt dari qualitates exprimendæ in Decretis gratiæ.*
36 *Impetrans narrare debet se esse clericum.*
37 *Vitium illegitimationis, crimen in quo est, aliasque dispensationes propter defectus, item suam dignitatem, vel beneficium, quod jam obtinuit.*
38 *Narrare debet qualitatem beneficii, scilicet si beneficium est cum cura animarum.*
39 *Si beneficium est juris Patronatus, vel si est beneficium Ecclesiæ Cathedralis.*
40 *Si beneficium residentiam habet.*
41 *Valor etiam exprimi debet si ex stylo introductum est.*
42 *Si beneficium est electivum, vel regulare hospitale, vel non, vel sit simplex, vel alteri annexum, si monoculare.*
43 *Exprimi debet causa vacationis ipsius beneficii, vel per obitum, aut per resignationem.*
44 *Vel si beneficium sit affectum per Papam, aut impetrans intrusus est in possessionem, aut Statutum juratum beneficio obstet.*
45 *Item debent exponi omnes qualitates alienationis, vel prohibitionis à testatore in sua dispositione ordinata.*
46 *Itaque omnes qualitates aggravantes debent exprimi à supplicante.*
47 *Debent etiam exponi qualitates ratione juris, quod alteri competit, scilicet possessionem licet toleratam quam alter habet, & quamcumque detentionem, & num.* 48. & 49.
50 *Denique quodlibet jus alteri jam acquisitum, vel omne id per quod præjudicium inferretur alicui.*
51 *Exprimi debet in precibus si lis capta est per citationem, vel totus processus, & substantia.*
52 *Vel coram quo lis pendeat, an Judice Ecclesiastico, vel laico, ordinario, vel delegato.*
53 *Item conditio personæ privilegiatæ, veluti si est miserabilis.*
54 *Si lata sit sententia in causa, vel appellatio interposita, vel in judicatum transiverit.*
55 *Si causa finita est cum laudo, vel pacto, seu transactione.*
56 *Decretum impetratum ex falsa causa est ipso jure nullum.*
57 *Item est ipso jure nullum si partim ex vera causa partim ex falsa sit impetratum.*
58 *Quando adsunt diversæ causæ proceditur cum distinctione, sed hic indistinctè concluditur.*
59 *Clausula, si preces veritati nitantur, tacitè inest in decretis.*
60 *Una causa vera sufficit ad salvandum decretum.*
61 *Et sit de una causa finali etiamsi altera sit falsa.*
62 *Secus vero si causa finalis esset unica.*
63 *Princeps non potest rescribere contra legem neque de plenitudine potestatis,*
64 *Ea quæ honeste fieri non possunt impossibilia sunt.*
65 *Derogare potest Princeps legibus tantum positivis, & non illis à naturali dictamine constitutis, & num.* 68.
66 *Quid sit plenitudo potestatis.*
67 *Qualis debeat esse mens Principis, & quantum valeat favor publicus.*
69 *Decretum Principis, quod prius agatur super petitorio, quam possessorio valet.*
70 *In modico Princeps potest præjudicare.*
71 *Decretum quod prius agatur super petitorio est levis præjudicii.*
72 *Tantò magis si Princeps mandaret, quod simul possessorium, & petitorium cognoscatur.*
73 *Quando petitorium absorbet possessorium non potest terminari possessorium, nisi cum petitorio.*
74 *Maximè quando causa agitatur coram eodem Principe.*
75 *In curia Romana causa Possessorii est magni præjudicii.*
76 *Decreta quæ jus partis non tollunt sed dilatant omnia servanda sunt.*
77 *Princeps non obligatur juri solemnitatis.*
78 *Princeps non potest concedere impuberi factionem testamenti si non sit proximus pubertati.*
79 *Legitimatio à Principe fieri potest in præjudicium legitimorum.*
80 *Secus si non fuerit à Parte petita.*
81 *Legitimati per dispensationem in radice matrimonii æquiparantur legitimatis per subsequens.*
82 *Non potest Princeps remittere conditionem a Testatore relictam.*
83 *Neque potest Testatoris voluntatem inanem reddere.*
84 *Expenditur l. facta §. si vero nominis ff. ad Trebell.*
85 *Princeps non potest concedere Judæis usuras.*

86 *Se-*

86 *Secùs si moderatas aliquas permittat.*
87 *Intellige dicta de non potestate Principis quando scilicet non adsit justa causa, secus si ea reperiatur, nam tunc potest lædere tertium, immutare testamentum, contractus &c.*
88 *Decretum potest lacerare impetrans si illo usus numquam fuit, quia dicitur privatum impetrantis.*
89 *Decretum licet Judici præsentatum, sine citatione non dicitur commune utrique parti.*
90 *Impetrantem potest pœnitere, antequam decretum sit commune.*
91 *Etiamsi decretum non solum contineat favorem impetrantis, sed tertii.*
92 *Impetrans decretum contra contractum juratum, quamvis non sit pars citata, neque illo usus, attamen per solam impetrationem, vel præsentationem committit perjurium.*
93 *Decretum efficitur commune per citationem.*
94 *Vel quando fuerint facti plures actus ex quibus constat impetrantem usum fuisse decreto.*
95 *Postquam impetrans usus fuerit decreto non potest eum amplius pœnitere, & pars adversa illo uti potest, quia effectum est commune.*
96 *Non solum decretum fit commune per citationem, & actus factos, sed etiam quando fuit impetratum audita parte. Intellige ut n. 107.*
97 *Decretum fit commune quando impetrans usus fuerit etiam sine citatione partis. Amplia ut num. 108.*
98 *Impetrans producens decretum non potest impugnare verba decreti quamvis illud produxerit in parte, & passibus.*
99 *Secus quando pars adversa, quia benè potest ista contradicere decreto contra eum producto, sed cum sublimitatione.*
100 *Si quis duo decreta super eadem re obtinuerit à diversis Judicibus, & illis usus fuerit, perdit impetrans beneficium utriusque rescripti.*

1 IMPETRANDIS) In impetratione cujuscumque
Decreti Principis exponenda sunt omnia, quæ in
gratia concedenda illum retrahere aut difficiliorem red-
dere possunt, generaliter traditum est *in cap. postu-
lasti de rescript. Fachin. controv. lib. 3. c. 60.* & ita
Menoch. de arbitr. Judic. cas. 201. n. 21. Rot. coram
2 *Ludovis. decis. 150. & ibi addent. in fin. Salgad. la-
byr. credit. cap. 37. num. 6. 7. & num. 12. part. 1.*
itaut à mala Principis informatione appellari possit
pulchrè arguit *German. in tit. de rescript. col. 3. Ru-
ginell. de appell. §. 2. cap. 2. num. 12. Decian. respons.
14. n. 124. lib. 3.* ubi quod ad Principem meliùs in-
formatum appellari potest *Dec. in cap. cum omnes de con-*
3 *stitut. in 2. lection.* Verùm quia non omnes qualita-
tes illæ quæ possunt dari à Jure determinatæ compe-
riuntur, ob id Judicis arbitrio multæ remittuntur *Fe-
lin. in c. cæterum num. 2. & 4. de rescript. Dec. c. su-
per literis num. 9. eod. Ludovis. dec. 150. num. 4. &
seq. & ibi add. Pilaja decis. pontific. lib. 4. decis. 5. de
rescript. num. 17.* & multas qualitates pulchro ordi-
ne, & longa serie, quæ exprimendæ sunt in diver-
sis rescriptis congregat *Felin. in cap. in nostra de re-
script. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. cent. 3. cas. 202.
& cas. 203.* aliasque qualitates exprimendas in impe-
tratione dispensationis ab onere fideicommissi latè *Sal-
gad. labyr. credit. part. 1. cap. 37. per tot.* legitima-
tionis, dispensationis, matrimonii, salvi conductus,
ac gratiæ à pœna perpetrati Criminis, & quibus non
expressis, quæ decreta subreptitia dicuntur vide apud
*eumd. Menoch. latissimè in cas. 201. Decian. respons. 1.
num. 148. & seq. lib. 3.*
4 Hactenus de rescriptis in genere diximus, modo ve-
ro, ut clarius dicenda percipiantur distinguendum est.
Sciendum igitur est duo Decretorum genera dari,
unum Justitiæ scilicet ad lites, alterum Gratiæ, idest
ad beneficia, de Decretis Justitiæ meminit *text. in l.
& si legibus Cod. si contra Jus, vel util. publ. ubi
Bart. & Bald. aliique, & c. Pastoralis, c. sciscitans,
& c. super literis de rescript. de Decretis Gratiæ me-
minit text. in cap. gratia de rescript. in 6. & Clem.
Gratia eod.*
Plures inter se hæc rescripta habent differentias,
quas enumerat *Rebuff. in prax. benefic. in tit. de dif-
ferent.* Unam verò principalem differentiam dico quod 5
scilicet Decretum Gratiæ faciliùs irritatur, quàm Ju-
stitiæ, nam rescriptum Gratiæ ob vitium obreptionis,
& subreptionis ipso jure vitiatur, ita latissimè firma-
vit *Socin. sen. cons. 13. lib. 1. cons. 164. col. 2. cons. 169.
in princ. lib. 1.* sed clarius *Felin. in cap. ad audien-
tiam col. 2. num. 22. de rescript. Socin. Jun. cons. 77.
a. 83. 84. lib. 1. Cravet. cons. 68. n. 2. Paris. cons. 31.
num. 22. lib. 1.*
Rescripta verò Justitiæ ob vitium subreptionis, imò
& obreptionis non ipso jure, sed ope exceptionis ir-
ritantur, ita scriptum reliquerunt *Jason. in l. præscri-
ptionem n. 3. C. si contr. jus, vel util. publ. Paris.
cons. 51. num. 27. lib. 4. Vant. in tract. de nullit. ex
defect. Jurisd. delegat. num. 60.* Quamquam *Jas. in* 6
cons. 2. num. 1. lib. 1. cecinit Palinodiam, sed malè,
quia citat pro contraria opinione *Baldum in l. ul-
tim. num. 4. in fin. C. sentent. rescind. non poss.* sed
verè Bald. hoc in loco non putavit loqui de rescri-
ptis Justitiæ, sed Gratiæ.
Alia differentia adnotari potest, quia rescripta Ju- 7
stitiæ faciliùs, & veriùs præsumuntur concessa, quàm
rescripta gratiæ ita *Gemin. in c. si cui nulla col. 1.
de prabend. in 6. & cons. 65 col. 6. vers. in contra-
rium videtur Gomes. in rubr. de rescript. ita Jac.
Menoch. de arbitr. Judic. cas. 201. num. 5.* ubi assi-
gnat rationem utriusque differentiæ.
Præsciendum quoque est quid importent hæc ver- 8
ba obreptio, & subreptio. Obreptio illa est, quæ per
falsi narrationem committitur, subreptio, quæ per
veri silentium, ac etiam per confusam, & dubiosam
veri expositionem, ita doctrinaliter tradidit *Abb. in
cap. cum dilecta num. 15. de rescript. & est Doctri-
na singularis Innoc. nostri in dicto c. num. 3. Beròi
in cap. super literis lect. 1. n. 1. in fin. lect. 2. n. 1.
quibus accedunt Bald. cons. 252. col. 2. lib. 1. Gemin.
cons. 128. & alii relati per Alex. cons. 6. in fin. lib. 2.
& Ruin. cons 28. num. 8. lib. 1. Salgad. cum pluri-
bus ab eo allegatis in cap. 37. n. 16. 17. 18. part. 1.
in suo tract. de Labyr. credit. lib. 1.* aliasque differen-
tias sive effectus horum verborum lege apud *Me-* 9
noch. de arbitr. Judic. cit. cas. 201.
Adverte tamen quod precibus sufficit talis narrati- 10
va ad evitandam quamcumque subreptionem, vel
obreptionem, per quam virtualiter, ac implicitè con-
tineatur id quod narrari debuisset *Rot. Rom. post no-
strum Massel. de ratiocin. decis. 26. num. 4.* item sa- 11
tis est quod narrata in precibus verificentur per æqui-
pollens *Cassad. decis. 12. de prebend. num. 4. 5. 6. &
num. 10. vers. non obstat, Menoch. cons. 316. num. 4.
lib. 4. Bald. cons. 341. num. 2. lib. 5.* quos sequitur
Ger. Spin. cons. 16. num. 19.
Ea quoque quæ probabiliter præsumitur scivisse 12
Principem, vel suos Ministros, quorum mediante
persona Princeps scivisse dicitur *Surd. cons. 429. n. 14.
& decis. 4. num. 6. ibique Hodiern. num. 19. Capyc.
Galeot. controv. 122. n. 28. lib. 1. Cyriac. controv. 532.
num. 29. Rot. decis. 387. num. 6. part. 3. rec.* & om- 13
ne factum officialis dicitur scientia ipsius Principis
præponentis *l. 1. ff. de institut. act. Mandel. cons. 104.
num. 5. 6.* & in simili *Gaspar Turchus in una alle-
gat. ibi in ordine allegat. 4. n. 13. inserta in Rom.
pretii secretariat. post de Luc. in tract. de offic. ven.
& vacab. fol. mihi 142. Rom. impress.* vel ea quæ 14
Princeps tacitè excogitare poterat ex tota serie, ac
generalitate verborum supplicationis *Urceol. decis.
flor. 3. num. 12.* vel facto narrato, vel alio modo li-
cet taceantur non inducunt decretum subreptitium
*Menoch. cons. 270 num. 7. Spin. cons. 16. n. 25. Cra-
vet. cons. 2. num. 15. Buratt. decis. 833. num. 6.*
Hæc conclusio admittenda tamen non est in De- 15
cretis tertio præjudicialibus nisi talis sit narrativa,
per quam inferantur per necesse, quæ specialiter non
fuerunt expressa, quod aliàs ex hujusmodi verborum
involucro, ac generalitate, quæ pariunt obscurita-
tem, Princeps undequaque occupatus de facili posset
circumveniri. Ita *Rot. Rom. part. 10. recent. dec. 363.
num. 25. 26.* & latè *Salgad. labyr. credit. part. 1.
cap. 37. num. 16. & 17. 18. & optimè Oter. de pa-
scuis cap. 44. n. 49.*
Neque subreptio facta ab alio impetrante decretum 16
nomi-

nomine alterius illud viciat, quia præsumitur tan-
quam non benè informatus ignoravisse ea, quæ de-
debunt Principi exponi, & sic per ignorantiam su-
17 stinetur decretum; ita etiam si à rudi persona, vel
imperita proposita coram Principe fuisset supplicatio,
quia ignorantia, ac imperitia pariter excusaret de-
18 cretum à vitio subreptionis; Intellige tamen prædicta
dummodò non esset decretum in præjudicium alicu-
jus tertii, sed in favorem supplicantis *Aymon. Cra-
vett. cons. 2. num. 15. & 32. 33. Barthelom. Socin.
cons. 270. in fin. lib. 2*, Quando verò tertii præjudi-
cium est leve, decretum non subjacet vitio sobreptio-
nis si illud præjudicium non fuit expressum in preci-
bus. *Paulut. differt. 33. num. 26.*

19 Si verò supplicatio esset formata à perito, vel en-
tiali tunc decretum obtentum à rudi, vel ignorante
persona esset subreptitium, quia tunc non posset iste
allegare suam ignorantiam, per quam nesciverit sup-
plicationes suas benè conficere confert ad hæc *Rota
decis. 359. part. 19. rec. num. 10. 11*, cum doctrinis
ibi fusè transcriptis *& Medices examin. 43. num. 36.*

20 Item ad subreptionem excludendam sufficit, quod
tempore porrectarum precum veritas sic se haberet
prout fuit in eis narratum, quamvis ex aliquo futu-
ro eventu desinere posset *Gabriel. cons. 191. num. 13.
lib. 1. & Spin. d. cons. 16. num. 14.*

21 Nota ampliùs ad majorem notitiam hujus mate-
riæ, quod quamvis regulariter dicatur supplicantem
fateri omnia contenta in precibus id solum procede-
re ad ea, quæ assertivè, non autem enunciativè, &
narrativè continentur in dictis precibus *Bald. in l.
prædia C. de præd. min. Felin. in cap. cum venera-
bilis num. 23. & ibi Dec. num. 22. de except. Spin.*
22 *cons. 64. num. 2.* ubi præsertim procedere quando ta-
lia verba narrativa non sunt necessaria ad actum,
de quo in precibus agitur, ut in decreto legitima-
23 tionis, in cujus precibus porrigendis non erat opus
exponere, quod filius fuisset natus ex muliere con-
jugata per *Dec. in l. 2. num. 9. & in cap. cum ve-
nerabilis num. 22. de exception.*

24 Sed hæc sententia non est vera, quia si non ex-
primeret supplicans qualitatem adulterii, non tenebi-
tur tanquam subreptitia legitimatio *Decian. resp. 1.
num. 148. lib. 3. Nevizan. cons. 99. n. 12. & Anell.
Amat. cons. 4. n. 18.*

25 Qui num. 21. etiam tenet necessarium esse expri-
mere, quod conjugata convivebat cum viro, sed
26 non puto verum, quia ut verè legitimandus est fi-
lius adulteri, qui talis præsumitur ex confessione pa-
tris adulteri *Decian. resp. 1. num. 143. vers. non ob-
stat & num. 151. lib. 3.* præcipuè quando concurrunt
aliæ conjecturæ, vel probationes, & tunc Decretum
legitimationis debet esse validum, licet non fuerit ex-
pressa cohabitatio mulieris cum viro, quia supplicans
fatendo habuisse filium ex conjugata, veritatem to-
27 tam expressit, aut est filius mariti, qui talis præsu-
mitur quando est conceptus cohabitante muliere cum
28 viro *per l. miles §. defuncto de adult.* & tunc tan-
quam filius mariti nunquam posset legitimari à Prin-
cipe, nisi de facto, & plenitudine id fecisset *Decian.
d. respons. 1. num. 88. & 89. lib. 3. Nevizan. cons. 99.
num. 12.*

29 Tantò minùs supplicans non videtur fateri ea,
quæ enunciativè, vel narrativè posita fuerunt in ip-
so decreto à Principe, seu illius ministris, ideòque
supplicanti, licet utatur decreto, non præjudicant
Ger. Spin. cons. 64. num. 5. vers. Secundo dicimus,
præcipuè quando enunciativa, sive proœmialia decre-
ti essent extensa ad favorem supplicantis; quia quod
in favorem alicujus introductum est contra eum re-
torqueri non debet.

30 Tria Genera qualitatum notant scribentes, quæ si
expressa non sunt, Decreta, vel obreptitia, vel sub-
reptitia dici possunt.

31 Et primum Genus continet illas qualitates jam
claras, & expressas, in jureque determinatas, & istæ
procul dubio exprimendæ sunt in Decreto, & in
precibus narrandæ cum solita claritate, alioqui irri-
tantur rescripta Principis, nec aliqua negligentiæ ex-
ceptio, & simplicitatis allegari potest, nam semper
hoc in casu annullatur Decretum, quin si per dolum
omissæ fuerint dictæ qualitates ita intelligit *Felin.
cap. super litteris num. 2. vers. limita primò Gemin.
cons. 105. in fin. Socin. sen. cons. 174. post Princ. &
cons. 273. col. ultim. lib. 2. Ruin. cons. 3. n. 16. lib. 1.
Gravett. cons. 68. num. 11. Socin. Jun. cons. 77. n. 83.
lib. 1. Menoch. d. cas. 201. sequitur Mans. consult. 505.
num. 7. 8.*

Secundum Genus comprehendit omnes qualitates, 32
quæ in jure expressæ non reperiuntur, sed ex stylo
Curiæ, vel Cancellariæ, vel ex consuetudine Princi-
pis, & istæ pariter narrandæ sunt, aliter rescriptum
viciatur *Lap. Alleg. 89.* quem sequutus est *Dec. d.
cap. super literis n. 9. de rescript. Mans. consult. 505.
num. 7. 8.*

Tertium Genus comprehendit illas qualitates, quæ 33
nullo jure definitæ, atque determinatæ sunt, sed si
aliquam illarum quis impetrando Decretum subticuit,
quam si novisset Princeps non concessisset Decretum,
hoc in casu advertendum est quod tali modo impe-
trans Decretum verè subreptor dici non potest, quo-
niam ex parte sua nullum vitium excogitari potest,
& per consequens sua inspecta persona illud Decre-
tum vim habet, & non continet subreptionis vi-
tium, & sic in hoc casu procedit, & intelligenda est
opinio *gloss. in Clem. 1. de Præbend. in verb. alteri*,
sed inspecta persona concedentis subreptitium Decre-
tum dici potest, quia si fortè concedens omnia illa,
quæ nunc cognoscit, tempore dati decreti cognovis-
set, illud non concessisset, & in hoc Judicis arbitrium
operabitur ita procedit *Abbatis, Decii, & aliorum
sententia, Mans. d. consult. 505. num. 7. 8. & Rot.
decis. 21. supposito facto num. 5. de Præbend. in nov.
quam sequitur dictus Menoch. cas. 201. n. 29. & 30.*
& cum isto observare debes praxim quam docet; sci-
licet, quod ille contra quem fuit decretum obten-
tum in primis dicat Decretum subreptitium esse ob
qualitatem ex juris communis, vel municipalis con-
stitutione, vel ex stylo Curiæ, vel ex consuetudine,
quæ narrata non fuit Principi, exindè si hæc non
adessent opponat qualitatem, quæ verosimiliter mo-
vere potuisset Principem ad non concedendum tale
rescriptum, & hæc arbitrio Judicis relinquenda sem- 34
per est, ut dixi suprà, & tenet *Didac. d. lib. 1.
var. resol. cap. ult. num. 5. vers. falsitas, Tiraquell.
tract. quod cessante causa cessat effectus limit. 1. n. 15.*

Usque melius facile tibi fiat agnoscere, aliquas 35
qualitates hic annectam, ut ex istis etiam alias quæ
debeant in impetratione decretorum exprimi addiscas.

Et primò de rescriptis Gratiæ videamus, seu de ea-
rum qualitatum expressione, quæ sub triplici capite
claudi possunt, scilicet ratione impetrantis; secundò
ratione qualitatis beneficii; tertiò ratione juris quod
in beneficio impetrando alteri competit.

Exemplificando primum caput scilicet ratione im- 36
petrantis dicendum est, quod impetrans narrare de-
bet se esse *Clericum Dec. in cap. cum adeò num. 3.
de rescript. Beroi c. super literis num. 72. vers. 22.
eod.* Narrare etiam debet vitium illegitimationis, Cri- 37
men in quo est, alias dispensationes si pluries dispen-
satum fuit ratione plurium defectuum, dignitatem
suam, vel aliud beneficium, quod obtinuit etiamsi
esset tenue quæ omnia, & alia vide latiùs apud *Me-
noch. d. cas. 201. & Felin. in cap. nostra de rescri-
ption. Joan. de Sylv. tract. de benefic. part. 2. q. 11.*

Quoad secundum caput scilicet ratione qualitatis 38
beneficii veluti si beneficium est cum animarum cu-
ra ita firmant omnes in *cap. nostra* ibi *Felin. Cor-
rolar. 10. de rescript. Roc. decis. 1. num. 3. de offic.
Archipresbyt. in antiq. Ceras. de Sacerdot. quæst. 4.
cap. 4. n. 56.* Narrari etiam debet, si beneficium est 39
juris patronatus, latè *Cravet. cons. 68.* vel si est be-
neficium Ecclesiæ Cathedralis *Felin. in cap. in nostra
num. 40. de rescript.* si beneficium residentiam habeat 40
Abb. in cap. ad aures num. 3. & ibi Dec. n. 7. Va-
lorem quoque beneficii debet exprimere impetrans, si 41
tamen ex stylo Curiæ introductum est *Dec. d. cap.
ad aures Menoch. d. cas. 201. num. 78.* secùs si non
ex stylo, vel Princeps rescripsit cum clausula motu
proprio *Menoch. d. loc. num. 79.* Si beneficium est 42
electivum, vel regulare, hospitale, vel non simplex,
sed alteri annexum, si est monoculare, scilicet uni-
cum, vel si spectat ad ordinarium collatorem, ex-
primi etiam debet qualitas vacationis ipsius beneficii, 43

vel

vel per obitum, vel per resignationem, vel aliquid
44 aliud, etiamque per ejus obitum; Tum si beneficium
est affectum, scilicet per Papam semel datum in commendam, si ipse impetrans intrusus fuit in possessionem, si beneficium unitum est cum alio, si Statutum juratum obstet, item debent exponi omnes qua-
45 litates alienationis, vel prohibitionis à testatore in suo fideicommisso, vel majoratu, feudo, vel qualibet dispositione ordinatæ *Salgad. labyr. credit. part.1.*
46 *cap.37. num.* 25. *&* 26. & denique breviùs dicendo omnes qualitates aggravantes exponi debent *Salgad. dicto loco num.*43. hæc omnia eruditè, & meliùs leges apud Doctores cum suis declarationibus, & limitationibus, & præcipuè apud *Felin. in d. c. nostra, & Menoch. de arbitr. Judic. cas.*201. *à n.*84. *ad* 137.

47 Quoad tertii capitis extensionem scilicet ratione juris, quod in beneficio impetrando alteri competit, generaliter firmo, quod ab impetrante narrandum est omne, & quodlibet jus, quod alter in beneficio impetrato obtinuit, & debet omni modo, & clarè collationem alteri factam exprimere, alias decretum esset subreptitium ita sensit *gloss. in cap. gratia in verb. ignoranti de rescript. in 6. ibi Felin. cap. in*
48 *nostra num.* 5. item narrare debet coloratam quoque possessionem, quam habet alter, quamvis hæc de jure non subsistat, nec valeat, sed solum facto ita decidit *text. c. cum nostris de concess. Præbend. & Fe-*
49 *lin. d. c. in nostra num.* 32. item detentionem, sive possessionem per alterum factam *Felin. d. loc. n.*33. item narranda est lis qualis, qualis sit, vel processus
50 pendens *Felin. c. cæterum n.*2.4. *de rescript.* & denique quodlibet aliud jus alteri jam acquisitum, vel omne id, per quod præjudicium inferretur alicui, ut in pluribus casibus signavit *Rot. coram Ludovis. decis.*150. *num.*4. *cum suis addent. Othobon. decis.* 239. *num.* 8. *Buratt. decis.* 435. *num.* 8. *Rot. Lucens. in novissime recollectis per D. Palm. Nep. alleg.*3. *n.*37. *lib.*1. *dec.*418. *num.*1. *part.* 1. *rec. decis.*83. *n.*24. *part.*7. *decis.*363. *num.*24. *part.*10. *decis.*73. *num.*1. *part.* 14.

Nonnullas hactenus qualitates exprimendas in impetratione Decreti gratiosi sub oculis vestris exposui, ut faciliùs ab illis subreptionem aliorum Decretorum possitis agnoscere; modò aliquas qualitates in impetrando decreto Justitiæ subjiciam, ut pari facilitate vobis evadat scire ea omnia, quæ illud subreptionis, vel obreptionis causa vitiant.

Rescripta igitur Justitiæ, quæ ad lites vocare solemus, cum in precibus non sint narratæ illæ qualitates, quæ Principem ad non concedendum movere poterant irrita sunt, verum quia non omnes qualitates, quæ habere possunt talem effectum in jure reperiuntur, ideoque (sicut superiùs generaliter docui in rescriptis gratiæ) arbitrio Judicis earum cognitio remittitur, & sicut conjecturæ, & hujusmodi qualitates ex facto emanant, ita Judicis arbitrio indigent.

51 Primò enim dico quod in hujusmodi rescripto si lis cœpta est etiam per solam citationem narranda est *gloss in c. super literis in verb. literas de rescript. & apud Menoch. de arbitr. cas.*202. *num.*6. *Afflict. decis.*220. *num.* 14. ubi videre est suas ampliationes, & declarationes ab eo elegantissimè scriptas; Totus etiam processus, & substantia narranda est *Menoch.*
52 *d. loc. num.*29. Item coram quo lis pendeat an Ecclesiastico, laico, ordinario, vel delegato ita decidit *gloss. in cap. prudentiam* §. 6. *de offic. delegat.* & ibi *Abb. num.*5. *Barbat. cons.*20. *col.* 3. *cons.*46. *col.* 2.
53 *lib.*3. Item an sit conclusum in causa, conditio item personæ privilegiatæ, contra quam Decretum impetratur, putà si est miserabilis *Menoch. d. cas.* 202.
54 *num.* 39. *&* 40. Item si lata fuit sententia in causa, vel appellatio interposita fuit, & non sit deserta, vel in judicatum transitum sententia fecit *Menoch. cum innumeris ab eo laudatis dicto cas.* 202.
55 *num.* 42. 44. *& seq.* Exponendum pariter est si causa, vel laudo arbitri, & arbitratoris, vel aliquo pacto, transactione terminata, & finita sit in totum, vel in parte, alioquin subreptitium dicetur Decretum, sic respondit ingeniosissimus *Bald. cons.*319. *incipiens proponitur col.* 2. *vers. item considerata, & cons.*345. *ad evidentiam col.*1. *& cons.*347. *quidam nobilis lib.* 1. *d. gloss. in cap. super literis in verb. literas de rescript.* & latissimè apud *Menoch. d. loc. à num.*55. *ad* 82.

Opportunè hic notandum est, & declarandum, an 56
Decretum interpositum ex falsa causa est ipso jure nullum, respondeo affirmativè per *Bart. in l. Seja num.*3. *ff. de Tut. & Curat. dat. ab his Afflict. decis.*218. *num.*4. *Rot. part.*2. *divers. decis.*33. *num.*16. *Pic. ad Stat. Urb. Gloss.*21. *num.*35. *Gratian. discept. for. cap.*122. *num.*5. *cap.*691. *num.*31. *& cap.*961. *num.* 24. *&* 25. *Tusch. lit. D. conclus.*124. *Christin. decis.* 175. *num.* 11. *lib.* 3. *Ricc. collect.* 3164. *Rota part.* 16. *recent. decis.* 312. *num.*22. *& seq.* ubi etiam quod Judex debet certior fieri de veritate causæ aliundè quam ex assertione contrahentium, *& part.* 17.
decis. 331. *num.* 14. Decretum verò partim ex vera 57
partim ex falsa eadem causa pariter est nullum in totum *Bart. in l. Fulcinius* §. *Prætor ait ff. ex quib. caus. in possess. eat. Scapucin. de Salvian. lib.*3. *q.*12. *num.*7. *Gratian. discept. forens. cap.*126. *n.*19. *Duen. de reg.*185 *ampliat.*4. *Capyc. decis.*51. *num.*1. *& seqq. ad* 8. *Odd. de restit. in integrum quæst.*77. *num.*48. *Rot. part.*12. *recent. decis.*63. *num.*5. *& seq.* ubi quod est nullum in totum, *& decis.*109. *n.*9. *& decis.*200. *per tot. decis.*340. *num.*9. *part.*13. *decis.*479. *num.*8. *part.*14. *decis.*358. *num.*9.

Nunc verò restat videndum quando decretum in- 58
terpositum ex duabus causis diversis quarum quælibet erat sufficiens ad movendum Principem existente una falsa, an valeat Decretum, & non sit obreptitium, sed videtur in hoc procedendum cum distinctione, aut loquimur de rescripto Justitiæ, & sine dubio non vitiari decretum substineo per *c. inter cæteras, & c. olim ex literis ubi gloss. in verb. ad omnia, & in c.*2. *in verb. ex perpetuo de rescript. Lap. alleg.*24. *&* 54. *Put. decis.*70. *& Pelycion. Illustr. quæst.*25. §. *& rescriptum* apud quem vide rationes hujus conclusionis cum aliis Doctrinis ab eo cumulatis *Menoch. cons.*385. *num.*1. *Seraphin. decis.*1432. *num.* 9. *Gob. consult.*21. *num.* 14. 15. Aut loquimur de Decretis gratiosis, & videretur primò quod hujusmodi decreta Gratiæ in in quibus totum dependet à voluntate concedentis, & ignoratur ob quam causam concedens moveatur, & ex juris dispositione dispensatio absque causæ expressione facta, censetur ex pluribus causis facta ex vulgata regula, quod ubi non est expressa ratio non unam tantum præsumitur intervenisse sed plures *Salycet. in l. servi vestri num.* 31. *C. de noxal. action.* & dicenti plures adfuisse rationes creditur, & asserenti unam tantum onus incumbit probandi *Corn. cons.*253. *lib.*4. *Paris. cons.*41. *lib.*3. *Cravett. cons.*73. *Mascard. de Probat. in verb. dispensationem conclus.*523. igitur videretur omnes causas in decretis gratiosis verificandas esse, & hanc opinionem amplexa fuit *Rota decis.*17. *in recollectis ab Acorombano Mandos. ad allegat.*23. *Lapii Guttierez. quæst. Canon. lib.* 2. *cap.*15. *num.*68. *&* 108. *Mascard. de probat. conclus.* 325.

Confirmari etiam posset hæc opinio ex clausula *si* 59
preces veritati nitantur, quæ tacite inest in Decretis *Cyriac. controv.*219. *num.* 29. nam hæc clausula omnes preces, & narrata omnia comprehendit, ergo omnia verificanda, & una deficiente actus corruere debet, sed hæc meo sensu non tolleret dubium, nam etiam in decretis Justitiæ subintelligitur.

Sed contrarium mihi placuit, nam cum plures alle- 60
gentur in rescripto gratioso causæ quarum quælibet sufficiens est ad movendum Principem, vel solita sit secundum stylum Curiæ qui magis attenditur; Tunc eo casu sufficit unam esse veram *Navarr. d. cap*17. *num.*107. *& cons.*7. *de rescript. Melchior. Palaez. de majorat. part.*1. *quæst.*8. *Sanchez de matrim. lib.*8. *disput.*22. *num.*44. *Ger. Spin. cons.*16. *num.*31. *Rot. decis.*221. *num.* 3. *part.*14. *Sabell. summ. in verb. decretum num.*7. *vers. si tamen Decian. cons* 22. *n.*88. *lib.* 4. *Covarr. resol. part.*3. *cap.*3. *num* 200. *Rot. decis.*733. *num.*8. *part.*2. *recent. Burat. decis.*12. *n.*12.
*Gobb. consult.*21. *num.*16. Et sic quando adsunt duæ 61
causæ finales si una deficiat altera sufficit §. *affinitatis instit. de nupt.* §. *si plures instit. de excus. Tut. & lata Guttier. quæst. Canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 129.
Secùs verò esset si una tantum finalis causa reperiretur, 62
nam si hæc deficiat totum decretum vitiatur, ut legitur

gitur dispositum in cap. dudum in verb. de ipsa de
Prabend. in 6. & in cap. ex parte ol. 2. in verb. falsò
de Conversion. Conjug. Specul. in tit. de dispensat. §.
dicendum restat. num. 12. Innocent. in d. cap. dudum
ol. 2. num. 15. de election. & in cap. super literis de
transact. in fin. Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 22.
num. 11. & 32. Lap. allegat. 89. & Demum Pelycion.
Illustr. quæst. q. 25. cap. 2. §. in contrarium, & seqq.
ubi etiam contrariis rationibus supra expositis lucu-
lenter respondet, ad quem ne tempus inaniter tera-
mus, recurre pro ingenii tui satisfactione. Adverten-
dum tamen est quod si decretum est individuum,
vel unicum, falsa causa, sive subreptio vitiat illud
in totum, secus si decretum est dividuum, vel par-
tes illius essent separatæ, quia tunc in ea tantum,
ubi est subreptio, decretum vitietur. De Rosa de
execut. lit. A. post part. 1. cap. 6. n. 66. & 71.
63 Multa de irritatione decretorum, quæ procedit ex
non voluntate Principis, sive cujuscumque conceden-
tis ob non narrata, vel falsè narrata, modo aliqua
ex non potentia Principis quamvis ille velit inferius
referam.

Princeps justus non potest in primis rescribere con-
tra legem saltem de potestate ordinaria l. digna vox,
C. de legib. l. ex imperfecto C. de Testam. cap. quem
in Ecclesiarum, ubi omnes Canonistæ, imò nec etiam
de plenitudine potestatis, quia re vera non possu-
mus, nisi quod justè, & licitè possumus cap. faciat
homo 22. quæst. 2. l. nepos proculo ff. de verb. signific.
64 quia ea quæ honestè fieri non possunt, impossibilia
sunt in Principe Mart. Ventur. cons. 4. n. 115. & 116.
quamvis Princeps dicatur solutus legibus l. hostes ff.
de captivis, & postliminium reversis cum similibus;
65 quia intelligendum est hoc dictum in legibus solùm
positivis, secùs ab illis ratione, & naturali dictami-
ne constitutis, ut doctè advertit Fulgos. cons. 143.
quem sequitur Rub. ad decis. 217. part. 9. rec. n. 74.
& 195. 196. Itaque potest dici Principi cur ita fa-
66 ciat idem Rub. d. loc. num. 78. & 79. Eaque pote-
stas absoluta, seu plenitudo potestatis, potiùs tempe-
statis dicenda, & Christiani Principis non est, sed
barbarorum, & Turcarum Sot. de Justit. & Jur. q. 4.
art. 1. Torr. de major. cap. 32. num. 44. & 45. lib. 1.
& hanc plenitudinis clausulam inventam fuisse ab adu-
latoribus perbellè, & latissimè demonstrat pius Rub.
ad dictam decis. 217. part. 9. recentior. num. 283. 284.
& seqq. cum pluribus ab eo laudatis Sabell. in summ.
67 divers. §. Princeps, Principum enim mens talis esse
debet qualis est legum candor, & integritas rationis
naturalis, ut scribit Bald. in l. 1. col. 2. C. si contra
jus, vel util. publ. & hinc Sanctè cecinit Claud.

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebis
Occurrat, mentemque domet respectus honesti.

Nec potest rem uni auferre, & alteri dare, unum-
que altare discoopetire, & alterum cooperire, ut di-
cit Osasch. decis. 169. num. 21. post Bald. ibi allega-
tum, quia esset contra Juris præcepta, in quibus ca-
vetur honestè vivere, alterum non lædere, & jus
suum cuique tribuere, & contra ipsius definitionem
Justitiæ in l. Justitia ff. de Instit. & Jur. neque natu-
rale Jus offendere potest Princeps Thesaur. decis. 87.
num. 6. Et ideo non potest Princeps tollere, vel læ-
dere jus Tertii Cyriac. controv. for. 341. num. 32.
Valenzuel. cons. 69. n. 102. Larrea allegat. fiscal. 50.
num. 54. 55. lib. 1. & allegat. 115. num. 5. lib. 2. De
Philippis differt. fiscal. 40. num. 33. & 40. Nisi ex ali-
qua causa publica, & non privata. Staiban resol. for.
centur. 2. resol. 200. num. 36. & seq. & Schadr. de
Feud. part. 4. cap. 1. numer. 30. lib. 1. Mastrill. de
Magistr. lib. 3. cap. 4. num. 326. Antonez de Donat.
reg. lib. 2. cap. 2. n. 20. de Philippis differt. fiscal. 40.
num 53. sed in hoc casu semper à Principe fieri de-
bet compensatio damni privatis illati. Bruneman. ad
l. rescripta C. de precibus Imper. offer. Chassan. ad
consuet. Burg. Rub. 1. §. 5. n. 165. Thusc. conclus. 685.
& seq. lit. P. Gail. lib. 2. observat. 56. & seq. ideo-
que ex his omnibus rescriptum illud tanquam con-
tra jus elicitum refutandum esse ex facultate Judici-
bus concessa per l. rescripta C. de prec: Imper. offer.
& ibi DD. & Bruneman, & juxta rectam opinio-
nem Grammat. in cons. Civili 84. num. 3. quem sequi-
tur Gabriel. conclus. tit. de restit. spoliat. conclus. 1.
num. 14. Salvo semper si non interveniat Favor pu-
blicus Thesaur. decis. 91. num. 4. pene in fin.

Animadvertendum verò est, quod Princeps, ut te- 68
tigi suprà num. 65, non tenetur observare ea, quæ de
jure positivo introducta sunt, ita sensit Afflict. de-
cis. 283. n. 6. Osasch. decis. 1. num. 28. Brun. cons. 19.
col. 2. ratio est, quia in his positivis sola voluntate
Princeps moveri potest, ut post Innoc. Imol. Abb. &
alios scribit Grammat. cons. Civili 100. num. 54. &
cons. 83. num. 2. neque dicendum est Principem con-
tra jus rescribere, sed suprà Jus dispensare ut in cap.
proposuit extra. de concess. Prabend. quia Summus Prin-
ceps suprà Jus positivum est Natt. cons. 367. num. 8.
libr. 2.

Et ex his quæri potest, utrum Princeps possit con- 69
cedere rescriptum, quod prius agatur de petitorio
ante cognitionem spolii, & possessorii, videretur quod
non, quia rescriberet contra jus scilicet contra l. 2.
C. de Interd. l. si de vi ff. de Judic. & l. ordinarii C.
de rei vindicat. cum similibus ab Accurs. cumulatis,
& cap. reintegranda 3. quæstion. 1. & cap. concurrente
c. gravis de restit. spoliat. & læderet jus tertii quod
non potest.

Sed verior contraria sententia, communiorque est,
nam licet Princeps non potest lædere tertium, ut di-
xi, intellige si læsio esset gravis, nam in modico po- 70
test & in hoc casu argumentatur Alex. cons. 54. n. 3.
lib. 5. etiam sine causa, ut aliqui voluerunt post Bart.
Jason. quos refert & sequitur Sebast. Medic. in tract. regul.
regul. 5. in verb. Princeps, Grammat. cons. Civil. 103.
in fin. Natt. cons. 340. n. 23. lib. 2. & ita communi-
ter tenent DD. in d. cap. qua in Ecclesiarum, & te-
statur Rocc. Curt. de consuetud. sess. 5. num. 19. Cum 71
ergo hic de re modica tractetur, cum ipsa causa pos-
sessorii levis præjudicii dicatur, ita firmat Bursat. d.
cons. 129. num. 19. in fin. Tantò magis potest Prin- 72
ceps facere, & mandare, ut simul, & semel cogno-
scatur Possessorium, & petitorium Fachin. controv.
lib. 8. cap. 7. Ros. diversf. decis. 99. num. 6 part. 1.
Cyriac. controv. 10. num. 63. & seq. Posth. de ma-
nutent. observ. 7. num. 48. Cutell. de donat. disc. 2.
partic. 6. num. 189. ex ea ratione quod possessorium 73
sit modici præjudicii, & in hoc casu, quando peti-
torium absorbet possessorium, vel utrumque judicium
cumulatum fuerit, non potest finiri possessorium, nisi
en ipso cognoscatur petitorium, ac finiatur Cyriac.
controv. 178. num. 34. & seq. Maximè quando causa 74
agitatur coram eodem Principe, quia non tunc suspen-
ditur Petitorium. Per possessorium, & coram eo non
potest allegari Judicium præjudiciale possessorii, sed
utrumque definiri potest à Principe Cyriac. controv. 10.
num. 57. & 58. Menoch. cons. 2. num. 184. & 190.
Dec. cons. 449. num. 21. Honded. cons. 94. num. 63.
lib. 1. Menoch. cons. 2. num. 184. & 190.

Quamvis contrarium sit in Curia Romana ubi de 75
stylo, & practica possessorii causa magni præjudicii
est, ut testatur Æmil. Verell. inter noviss. dec. Rot.
decis. 741. part. 2. in lit. P. & hic stylus antiquissi-
mus est, mihique summè placet, nam ex causa Pos-
sessorii sæpiùs vidi etiam pro domo propria excitari
rixas, bella domestica, jurgiaque inextinguibilia, ideò-
que semper de possessione priùs agi deberet, & Pos-
sessor manutenendus esset quamvis injustè possideret.

Alia ratio pro hac conclusione adduci potest, & 76
ea est quod rescripta Principum, quæ aliquod jus
partis non tollunt, sed dilationem dumtaxat inter-
ponunt ad suum recuperandum omnia servanda sunt
l. quoties C. de prec. Imper. offer. per quem Text.
DD. concludunt dilatoriam exceptionem posse à Prin-
cipe rescribente concedi. Ergo hic cum de sola dila-
toria agatur, donec super petitorio cognitum fuit re-
scriptum suum robur tenebit; ex quibus rationibus cessant
contraria in tantum quia procederet objectio in quan-
tum Princeps in totum jus parti vellet auferre, quia
justè hoc facere non potest si justus dici vult, secùs
verò si differat, & dilationem permittat maximè cum
regulæ l. ordinarii, & c. reintegranda, cum aliis su-
pra relatis, solùm inductæ sunt pro solemnitate Ju-
diciorum, & in favorem spoliati, & non firmo ju- 77
re constitutæ; istis enim solemnitatibus non obliga-
tur Princeps, ut omnes assentiuntur in l. Princeps
ff. de leg. & in d. c. qua in Ecclesiarum Menoch. de
arbitr.

arbitr. lib. 1. quæst. 7. num. 30. Alex. conf. 54. lib. 5. Capyc. decis. 69. num. 13. Nevizan. conf. 97. num. 13. Cravett. in respons. pro Genero num. 239. Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 371. & 372. neque ab hac opinione recessit Grammat. d. conf. 84. num.... licet illum pro contraria alleget Gabriel. nam ibi solum negat licere Viceregi, & alicui Principi secundario, sed expressè concedit Supremo Principi, & etiam tenuit Brun. conf. 108. col. 4. circa finem.

78 Item ex suptapositis non potest Princeps concedere impuberi testamenti factionem, si verò impubes non sit proximus pubertati, vel non habeat aliquem tam conjunctum sanguine, ad quem successio certa ratione deferri posse speretur, vel ejus pater pro illo testamentum condiderat, vel substitutionem pupillarem fecerat, quibus casibus esset diversa ratio, ita decisum refert Thesaur. decis. 87. per tot.

79 Disputatur pariter, an legitimatio naturalium fieri possit à Principe in præjudicium legitimorum, sed affirmativè concludendo si à Patre fuerit petita dicit Merlin. Pignatell. controv. 1. lib. 1. & est Text. in l. in tempus ff. de hæred. instit. & latissimè Antunnez de donat. regiis lib. 1. part. 2. cap. 16. n. 40.
80 Secus verò si non fuerit à Patre petita, nam tunc Princeps non potest legitimare in præjudicium venientium ab intestato, & legitimorum Barthol. Thomas. de legitim. tit. 13. cap. 4. num. 130. Gam. decis. 278. num. 6. Paschal. de vir. Patr. Potest. par. 2. cap. 4. num 122. Antunn. de donat. reg. d. cap. 16. num. 41. Hæc omnia intellige de legitimatione per solum rescriptum Principis, & non de legitimatione per subsequens matrimonium, vel de legitima-
81 tione facta per Papam in consequentiam, scilicet per dispensationem in radice matrimonii, & sic cum faciat Summus Pontifex valere matrimonium in consequentiam, spurios legitimat, & hujusmodi legitimati habentur, ac si essent legitimati per subsequens matrimonium Garc. de benefic. part. 7. cap. 2. n. 42. Antunn. latè in d. tract. de donat. reg. d. cap. 16. à num. 35. ad 38. Cutell. de donat. discurs. 2. partic. 6. num. 164.

82 Neque pariter potest Princeps remittere conditionem à Testatore relictam, puta quod hæres nomen, & arma sua deferat: nam cum illa conditio sit ex contractu, vel ex testamento, quæ sunt jurisgentium, intersitque Reipublicæ familiarum nomina conservari, & defunctorum mentes observari §. disponat
83 in auth. de Nupt. ideoque non poterit Princeps Testatoris voluntatem inanem reddere l. si testamentum C. de testam. & per ea quæ tradit Cravett. conf. 592. num. 55. & conf. 669. num. 7. & conf. 745. num 45. Didac. var. resol. libr. 3. cap. 6. aliosque latè cumulat Molin. de primogen. Hispan. libr. 1. cap. 8. num. 28.

84 Nec obstare potest Text. in l. facta §. Si verò nominis ad Trebell. ubi quod si graverur nomen suum, seu Testatoris assumere hæres, poterit non solum à Principe, sed à Prætore remissionem impetrare, quia ille textus loquitur, quando talis conditio imposita ei, qui in alterius favorem institutus est hæres, ut puta fideicommissarius, qui alteri fideicommissum, & hæreditatem restituere debet, ita hunc textum intellexerunt Bart. Goffred. Salign. quos sequutus fuit Thesaur. decis. 270. num. 6. vers. nec obstat, qui etiam refert secundum hanc opinionem judicasse Senatum in causa D. Claudii Malopere Cuniensis 15. Novembris 1554. referente D. Senatore Bobba postea Cardinali, & etiam aliis in causis.

85 Concedere neque potest Princeps Judæis usuras, ita tenuerunt gloss. in cap. quanto de usur. in verb. immoderatas Alex. conf. 49. num. 6. lib. 4. Marquard. in tract. de Jud. part. 1. cap. 11. num. 11. ubi dicit hanc opinionem magis piam Jas. in l. cunctos populos in prima lect. num. 56. C. de Summ. Trinitat. dicit hanc opinionem veriorem esse, & semper sibi placuisse.

86 Attamen mihi his non obstantibus placuit illa sententia media, quod Princeps aliquas moderatas usuras permittere possit, quam opinionem etiam latè sequitur, & rationibus, & multorum Doctorum authoritatibus comprobat Excell. D. Amad. Primus Præses Senatus Pedemont. in suo conf. relato, & inserto in volumine decisionum Thesaur. decis. 57. §. in tanta varietate.

Hæc omnia, quæ dixi de potestate Principis pro- 87
cedunt in casu, quo nulla adsit justa causa lædendi tertium, immutandi testamenta, & contractus, & resolvendi sententias, & cum hac moderatione intelligenda esse docet Thesaur. decis. 91. num. 1. & 4. Andreol. controv. 277. num. 56. Joan. Torr. de Majorat. Ital. cap. 32. num. 50. & 135. lib. 1. & Paul. de Castr. lib. 3. num..... ff. de testam. & sic etiam Sereniss. Senatus noster potest, ut supra dixi undecim votis concurrentibus annullare, immutare ultimas voluntates, & contractus, ac sententias irritas declarare semper ex justa causa, quæ in Principe præsumitur.

Plura, & satis pro necessitate nostra diximus de Principis potestate in rescribendo, & si vis alia plura agnoscere, facile tibi erit videre apud Rub. in addit. ad decis. 217. part. 9. recent. Andreol. controv. 277. Sabell. in Summ. divers. §. Princeps, & circa contractus, ultimas voluntates, nec non prorogationem, seu vivificationem instantiæ peremptæ, revisionem sententiæ, cum ejus executionis retardatione late Cutell. de donat. disc. 2. partic. 6. per tot. & præcipuè à num. 139. & pluribus seqq.

Vidimus de impetratione Decretorum, modo im-
petrata quomodo uti debeatur videndum est; Qui- 88
libet enim Decretum impetratum, si nunquam eo usus fuit, potest lacerare, quia illud dicitur jus privatum ipsiusmet impetrantis Cost. de remed. subsid. remed. 24. Messin. de confiscat. quæst. 36. num. 109. Rot. dec. 138. num. 2. coram Boratt. & decis. 524. num. 11. Marches. de Commiss. part. 1. cap. 3. num 37. fol. 154. de commiss. in particul. Albit. de inconst. q. 1. n. 1. 2. & seq. Magon. decis. Luc. 52. num. 1. & seq. late de hac materia vide Salgad. de supplicat. ad Sanctiss. part. 1. cap. 13. à num. 73.

Et licet Commissio, sive quodcumque Decretum Judici præsentatum sit, nihilominus antequam pars
citetur ad dicendum, illud non fit commune utrique 89
parti, neque dici potest impetrantem usum fuisse Burr. in cap. super literis num. 22. vers. quia adverte de rescript. Rot. decis. 705. num. 8. part. 3. & decis. 30. n. 20. part. 5. & decis. 343. num. 4. part. 6. recent. Buratt. decis. 138. num. 4. & decis. 405. num. 2. & seq. & ibi Ferentil. num. 23. & decis. 524. num. 11. Caval. decis. 509. num. 1. Beltram. ad Gregor. XV. decis. 552. num. 7. Albit. d. loco num. 20. Dunozet. Jun. dec. 574.
num. 4. & sic Decretum, vel commissio antequam sit 90
effecta communis, impetrans potest pœnitere, & illa non uti Felin. in rubr. de rescript. num. 3. Burr. in dicto cap. super litteris num. 22. vers. quia adverto eod. Egid. dec. 456. Rot. apud Marches. de commiss. part. 1. cap. 3. in particul. num. 77. fol. 154. & ibi decis. 4. & 5. num. 1. fol. 172. unde adversarius invito impetrante, eo uti non potest Alex. in l. si quis major. num. 4. & ibi Jas. num. 14. & Alciat. num. 38. C. de transact. Alex. conf. 34. num. 3. lib. 1. Rot. apud Marches. dicta part. 1. de commiss. in particul. decis. 4. num. 1. & decis. 5. num. 1. fol. 172. Buratt. decis. 138. num. 4.

Hæc etiam procedunt quamvis Decretum contineat 91
favorem non solùm ipsius impetrantis, sed etiam tertii ita notant Felin. Abb. Jas. & alii cumulati per Marchesan. dicto cap. 3. part. 1. num. 38. & 39. non ratione quia concessum ad favorem impetrantis non debet contra eum retorqueri, sed quia ex sola rescri-
pti impetratione alteri parti, nec alicui jus quæri- 92
tur, verum equidem hæc non habent locum in impetrante Decretum contra contractum juratum, quia tunc per solam impetrationem, vel præsentationem rescripti quis efficitur perjurus, licet non sit usus rescripto, neque citata sit pars Seraphin. de privileg. juram. privil. 174. num. 2. & ibi addit. Alias limitationes vide per Albit. de inconst. Judic. quæst. 1. per tot.

Efficitur verò commune quodlibet Decretum per
citationem utrique parti Buratt. loco proximè citato, 93
Rot. decis. 705. num. 8. part. 3. & decis. 20. num. 20. part. 5. recent.

Advertè tamen quod quando fuerint facti plures 94
actus, ex quibus constat impetrantem usum fuisse

com-

commissione impetrata, ut conciliando contrarias opi-
niones, seu decisiones dixit *Rot. in Hispalen. præ-
eminentiar. 16. Decembris 1618. coram Ubald. re-
lata per Beltramin. ad Gregor. dicta decis. 552. n. 7.
Albit. de inconst. Judic. quæst. 1. num. 27.* & ita post-
95 quam quis usus fuit Decreto, vel adversarium ad op-
ponendum contra citari fecerit, nullus pœnitentiæ lo-
cus relinquitur, cum illud jam effectum fuit commu-
ne, & ob id pars adversa etiam invito impetrante
illo uti potest *cap. 1. & 2. de mutuis petit. Staphil.
de liter. grat. vers. advertendum tamen, ubi stante
ista commissione fol. 143. & Rot. decis. 17. num. 4.
& seq. de dol. & contumac. in Nov.* & contra il-
lum ad ulteriora citando procedere etiam potest per
contradictas *Rot. apud Marchesan. de Commis. Avoc.
caus. part. 2. §. 2, decis. 1. num. 3. fol. 194. Papazon.
ad Rot. decis. 34. num. 2. de rescript. in novis. Bel-
tramin. ad Gregor. XV. dicta decis. 552. num. 8. quos
sequitur Ridulphin. in prax. part. 1. cap. 13. n. 521.*
Non solùm Decretum fit commune per citatio-
96 nem, & actus factos in vim illius, sed etiam quan-
do illud fuit impetratum audita parte, ita decidit *Mar-
chesan. post opinionem contrariam relatam d. cap. 3.*
97 *part. 1. num. 41. & seq. fol. 155.* & etiam, quando
pars impetrans eo usa fuit non citata parte, fit com-
mune Decretum, & altera pars potest illo uti pro-
sequendo super dicto Decreto citare faciendo impe-
trantem ad effectum firmandæ jurisdictionis Judi-
cis, ita sensit *Coccin. decis. 695. num. 15. & seq.*
98 Inter hæc omnia non omittam quod aliquis haud
potest impugnare verba decreti, vel rescripti, quod
produxit, etiamsi produxerit cum protestatione qua-
tenus faciunt pro se, & in parte, & passibus pro se
*c. cum venerabilis de exception. Paul. de Castr. in
cons. 331. col. 2. ante medium lib. 1. Rot. decis. 264.
quam sequitur Aymon. Cravett. cons. 201. n. 5.* neque ta-
lis protestatio relevat producentem, quamvis pars con-
traria hujusmodi productionem acceptet *Cravett. d. lo-
co*, & aliis ab eo relatis, cum quibus etiam firmat
quod confessio, de qua fit mentio in rescripto producto,
præjudicat, licet illud erat subreptitium, & omnino
99 nullum: è contra verò pars adversa, contra quam
producitur, potest illud impugnare, & contradicere,
ut diximus supra, sed observa quod si pars hoc fa-
ciat negando narrata prout narrantur in dicto rescri-
pto producto, eo quidem minime uti potest *Bald.
cons. 15. vers. secundo patet col. 1. part. 2. Cravett. d.
cons. 201. num. 7.*
Evenire potest etiam casus, quod quis postquam
impetraverit Decretum super una re ad unum Judi-
cem, & deinde super eadem ad diversum Judicem,
100 aliud impetret, hoc enim casu impetrans perdit bene-
ficium utriusque rescripti, dummodo vero de illis usus
fuerit ita apertè decidit *text. in cap. 16. de rescript.*
& nullo amplius modo illis uti poterit, quia fraus
nemini debet patrocinari; aliasque rationes vide ibi
per *Gloss. adductas, & Doctores.*

A D D I T I O.

Ad num. 1. 2. 3.

101 Nisi hæc omnia fuerint expressa Decretum est subre-
ptitium. Latissime *Oler. de Pascuis cap. 44. num. 50.
& seq.*

102 De Decretis, ac de subreptione & obreptione decre-
ti late agit *Jovius de solemnit. contract. Minor. ac Mu-
lier. tom. 2. gloss. 24. §. 10. & 11.*

103 Decretum non est subrepititium licet non fuerit ex-
pressum præjudicium alterius, quod erat valdè re-
motum, vel eventuale. *Benincas. dec. 314. num. 7.*

Ad num. 5.

104 In Decretis gratiosis semper intelligitur clausula *si
impetrans decretis uti voluerit, vel placuerit.* Latè
Passerin. problem. 7. 247. & 258. 267. & 276. in med.

Ad num. 12.

105 Rescripta non sunt subretitia licet omissum sit narra-
re aliquid, quod erat Principi notum, vel in ejus
Curia. *Sabell. in praxi Criminal. verb. Rescripti
n. 13.* Et etiam cessat subreptio quotiescumque Prin-
ceps concedens fuit informatus de eo quod in pre-
cibus non fuerit narratum, vel expressum. *Paluti
differt. 33. num. 23.* vel Rescriptum condidit ad rela-
tionem alicujus, quia sufficit quod Princeps extra pre-
ces habuerit debitam informationem facti. *Urceol. de-
cis. flor. 3. num. 11. 12.* latè *Rot. Senen. coram Au-
dit. de Comitibus decis. 12. numer. 13. 16. Amat.
cons. 72. per tot.*

Ad num. 20.

Subreptionis vitium, seu defectus allegari non po- 106
test ab eo, qui illius fuit causa, vel habebat onus ob-
tinendi *Pamphil. decis. 63. num. 20.*

Ad num. 96.

Non solum alteri parti efficitur commune Decre- 107
tum, sed potest coram delegato impetrantem recon-
venire pro suis juribus. Cæterum si impetrans obti-
nuerit Decretum Commissionis cum clausula *Remota
appellatione*, eadem clausula potest uti pars adversa
pro sua Reconventione, ut bene tradit *Magon. dec.
Lucens. decis. 52. num. 12. & seq.*

Ad num. 97.

Item Decretum efficitur commune quando non im- 108
petrans, sed altera pars usa fuit dicto decreto Com-
missionis citato impetrante, qui nihil opposuit con-
tra productionem decreti, quod non poterat alias
præsentari nisi per ipsum impetrantem *Magon. dicta
decis. Lucens. 52. per totam præcipue num. 19.*

AD PRINCIPIUM STATUTI DE DECRETIS.

DEcreta sive Justitiæ, sive gratiæ nonnisi parte, aut illo, cujus principaliter interest citato impetrentur, alioquin subreptitia, & nullius momenti censeantur, nisi aliter per Senatum verbis claris dispensatum esset.

S U M M A R I U M.

1 *Citatio in omni actu est necessaria tam de jure divino, & naturali, quam Civili.*
2 *Ideoque non potest à Principe tolli.*
3 *Nisi ageretur de jure quærendo ex lege solum civili, quia tunc Princeps potest.*
4 *Citatio quoque in Decretis gratiæ, tantò magis justitiæ impetrandis requiritur.*
5 *Si in Decretis non fuit citata pars, illa remanent nulla.*
6 *Decretum factum sine citatione non præsumitur habere insertam causam per quam Princeps velit privare partem de jure suo.*
7 *In Decretis, quæ partem non læderent, non est necessaria citatio, & 35.*
8 *Ita etiam omitti potest citatio, si esset de minimo, vel levi præjudicio partis.*
9 *Interloquutoria potest revocari sine citatione, ubi de levi præjudicio agitur.*
10 *Citatio invalida non vitiat actum, quando non erat necessaria.*
11 *Quando proceditur per viam gratificationis non requiritur citatio.*
12 *Statutum nostrum tam in Decretis gratiæ, quàm Justitiæ semper requirit citationem.*
13 *Statutum quod non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
14 *Statutum indefinitè loquens de Decretis comprehendit quæcumque genera Decretorum.*
15 *Requiritur præcipuè citatio, quando ageretur de removenda quacumque suspicione fraudis.*
16 *Citatio in Decretis gratiæ, quam Justitiæ fuit à Statuto nostro imposita causa potius evitandi dolos, ac malitias.*
17 *Pars præsens habetur pro citata, & citatio tunc omitti potest.*
18 *Pars præsens præsumitur citata.*
19 *Licet Statutum requirat citationem, actus potest expediri partibus præsentibus, contra numeris sequent.*
20 *Secus in nostro Statuto per verba negativa nisi.*

21 *Ver-*

21 *Verba annullativa in Statutis non patiuntur adimpleri actum per æquipollens.*

22 *Et talia verba important formam.*

23 *Præcipuè in forma rescripti, quæ præcisè servanda est.*

24 *Statuto requirente aliquid pro forma, consensu partium tolli non potest.*

25 *Citatio quando est de forma, præsentia eam non supplet.*

26 *Attento præsertim Statuto nostro disponente, quod Statuta intelligi debeant ad litteram.*

27 *Præsentia est supplementum citationis, non propria citatio.*

28 *Non solum requiritur citatio ad impetrandum Decretum, sed etiam si ageretur de illo interpretando, vel declarando.*

29 *Ad instantiam solum citati Decretum fieri non potest, nisi instante etiam citato.*

30 *Qui impetravit citationem, & non comparet in termino dicitur contumax.*

31 *Differentia inter jus Digestorum, Codicis, & Authentic. in procedende contra actorem absentem, & contumacem.*

32 *Reus non potest instare pro absolutione ab instantia Judicii, seu ab impetitione contra Actorem contumacem, nisi iste à reo ad hunc effectum citetur.*

33 *Citatio impetrata, & exequuta efficitur communis ad hoc solum, ut sub citatione per unam partium facta, judex possit pronunciare pro altera.*

34 *In impetratione Decretorum temporis vivi non requiritur citatio.*

DECRETA) ad cognitionem decretorum Justitiæ, sive gratiæ vide supra, quæ dixi *in verb. impetrandis à num. 4. & seqq.* & ibi eorum differentias, quas hic superfluitatia evitando vitio omitto.

NON NISI PARTE &c. Nullus locus est am-
1 bigendi, quod citatio in omni actu, prout necessa-
ria tam de Jure divino, naturali, & civili omitti
non potest latè circa hoc discurrit *Baron. de citat.*
2 *quæst. 1.* Ideoque non potest per Principem tolli *Cu-*
3 *tell. de donat. disc. 2. partit. 6. num. 166.* nisi agere-
tur de jure quærendo ex lege solum civili, quia Prin-
ceps eo casu poterit *Gratian. discept. cap. 673. n. 3.
& seq. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 17. num. 5. &
seqq. Baron. de citat. quæst. 15. num. 60. & seqq. &*
4 *quæst. 18. num. 82.* Et per consequens etiam in rescri-
ptis tam Gratiæ, potiusque Justitiæ impetrandis re-
quiri debet citatio *l. Patrono, l. interdum, l. nec filio*
5 *ff. de natal. restit.* alioquin nullius momenti censeri
debent *l. divus Commodus 3. ff. de jur. aureor. l. me-
minerint 6. C. unde vi* aliique text. faciunt cumulari
per eruditiss. Joseph Bottinum in collat. Pontific. &
6 *Cæsar. Jur. ad hoc nostrum Statut. hoc tit.* Et decre-
tum Principis non citatis his quorum interest nun-
quam præsumitur habere insertam causam, per quam
velit eos privare jure suo *Socin. cons. 164. lib. 1. &
cons. 62. lib. 4. Jason. cons. 233. n. 2. Cravett. cons. 50.
num. 2. & 5. Abb. in cap. 1. de caus. Possess. & pro-
priet. Curt. Sen. cons. 20. Curt. Jun. cons. 170. n. 25.*

Non semper verum est quod in decretis impetrandis
7 partis citatio requiratur, quia in casu, quo literæ,
quæ à Principe impetrantur, partem non læderent non
est necessaria citatio *l. tempora 2. §. quod si ita C. de
tempor. & repar. l. libertus 15. ff. de in jus voc. Asin.
in prax. §. 7. cap. 5. limit. 43. Roland. Cavagnol. ad
cons. 2. Menoch. num. 117. & seqq.* ubi inquit quod
quando nullum adest interesse non procedit lex, ci-
tatio namque partis non requiritur quando actus,
qui geritur ipsi præjudicium non facit, nec ipsa pars
inde damnum patitur *Novar. in pragm. Regn. Neap.
de citation. collectan. 1. n. 76. Brun. à sol. in Com-
pend. resol. verb. Citatio Part. conclus. 43. limit. 17.
lib. 1. Gallup. in prax. part. 2. cap. 2. num. 47.* &
quod citatio omitti potest ubi non solum de nullo,
sed etiam de minimo aut levi præjudicio partis agi-
tur *Rot. Bonon. decis. 16. num. 6. & coram Burate.
decis. 606. num. 3. Gratian. cap. 714. num. 7. & 13.
& Giurb. cons. 39. num. 58. Peregrin. de fideicomm.*
9 *artic. 48. num. 26.* & sic interloquutoria potest re-
vocari absque citatione, ubi de nullius præjudicio
agitur *Buratt. decis. 606. n. 5. Riminald. sen. cons. 282.
num. 10. Decian. cons. 18. num. 217. lib. 1.* ubi cita- 10
tio invalida non vitiat processum, sive actum, quan-
do non erat necessaria *Farinac. in fragm. post re-
pert. Judic. verb. citatio num. 30.* ubi etiam non re- 11
quiritur citatio quando proceditur per viam gratifi-
cationis *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 31. n. 44.
tom. 1.*

Sed per Præsens Statutum nostrum semper requiri- 12
tur citatio, & in omni genere Decretorum, & in
omni actu, nam ejus verba sunt simplicia, & indi-
stincta absolutaque, & quod Statutum non distinguit 13
nec nos distinguere debemus *Bart. in l. de pretio
Crott. in l. omnes populi num. 166. ff. de Justit. &
Jur. Cephal. cons. 573. num. 1. lib. 4. Rot. decis. 330.
num. 4. part. 2. divers.* Statutum enim indefinitè lo- 14
quens generaliter venit accipiendum, & comprehen-
dit quæcumque genera decretorum, *Bart. in l. si
pluribus ff. de leg. 2. Bald. cons. 52. lib. 1. & cons. 180.
col. 1. lib. 2. Alexandr. cons. 26. num. 3. lib. 4.* & 15
præcipuum habet locum conclusio si ageretur de re-
movenda quacumque causa fraudis, quæ fieri posset
in præjudicium alterius *Dec. cons. 5. in fin. per text.
in l. 1. §. pecuniam ff. de Calumn. & in l. Julianus
in princ. & §. mutui datio ff. ad Macedon. Oinot.
Instit. de Authent. Tut. §. tutor autem num. 1. 2.* ut 16
in nostro casu nam statuentes aliam non habuere in-
tentionem, quam evitandi quoslibet dolos, & mali-
tias, ut in terminis Statuti nostri firmat *Alder.
Mascard. de gener. Statut. interpret. conclus. 5. n. 23.*

Regulare etiam est, quod citatio non est necessa- 17
ria ubicumque pars, quæ citari debet est præsens
*Mansuer. ad Pap. in form. Respons. Rei Convent.
gloss. 1. vers. demum el. 1. Minsign. cent. 6. observ. 6.
num. 8. Cavaller. decis. 117. num. 1. Barbos. in cap.
susceptis n. 14. de caus. possess. Ricc. collect. 2412.* in-
tellige tamen, nisi sit præsens pro alia causa *Min-
sing. d. loc. num. 9. Ricc. collect. 203. Sfort. de restit.
in integr. quæst. 34. num. 45. Gratian. cap. 797. num. 1.
& cap. 738. num. 20.* ubi quod præsentia supplet de- 18
fectum citationis, & ratio conclusionis est, quia
pars præsumitur citata *Giurb. cons. 39. num. 65. Odd.
cons. 20. num. 33. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 164.
num. 15. & cap. 147. num. 2. Baron. de citat. quæst. 21.
num. 1. 2.* & præcipuè *Asin. in prax. § 7. limit. 90.
num. 4. & 5.* ubi quod quamvis Statutum exigat ci- 19
tationem in aliquo actu, illum expediri posse parti-
bus præsentibus ita etiam sensit *Bald. in Auth. si
omnes creditores sub num. 9. 10. C. si min. ad hæ-
red. se abstin.* ubi statutum præcipiens, quod à se-
quuta citatione Judex possit facere talem actum, ha-
bet etiam locum à sequuta partis præsentia *Jason. in
l. 1. ff. de in jus voc. num. 3.*

Attamen his omnibus non obstantibus contrarium 20
sentio in nostro Statuto per ejus verba, quæ verè
formam important, & primò per verba negativa il-
la, *non impetrentur nisi parte citata*, per quæ in
simili casu decidit *Carpan. ad Stat. cap. 479. lit. B.
num. 2. part. 2. & 464. num. 13. lib. 1.* & per ver- 21
ba annullativa *alioquin subreptitia & nullius momen-
ti*, quæ non patiuntur actum impleri per æquipol-
lens *Carpan. cap. 324. num. 177.* tamquam importan- 22
tia formam *Alder. Mascard. de Gener. Stat. in-
terpetr. conclus. 9. num. 19. & 62.* Maximè cum aga- 23
tur de forma rescripti, quæ præcisè servanda sit *cap.
cum dilecta de rescript. cap. cui de Prabend. in 6.* ubi 24
etiam quod Statutum requirit pro forma, non potest
consensu partium tolli *Bart. in l. de his ff. de Te-
stam. Borgnin. decis. 21. num. 66.* & ita quando cita- 25
tio requiritur pro forma actus, præsentia partis non
supplet *Baron. de citat. quæst. 18. num. 23. & in suis
addit. ad dictam quæstionem* ubi multos congerit, *&
Jason paulo supra allegatus in contrarium in d. l. 1. ff.
de in jus voc. num. 13. Gabriel. conclus. 1. num. 414. de
citat. Asin. de execut. §. 2. c. 20. num. 6.* Maximè hæc 26
omnia habent locum in Statuto nostro *de extrins.
Intell.* quod disponit prout litera jacet Statuta nostra
accipienda esse, quod benè ampliat, & declarat *Masch.
d. tract. conclus. 4. num. 102. & seqq.* Itaque si Sta- 27
tutum dicit, quod pars citari debeat, ad unguem de-
bet observari, & propriè citatio est sumenda, non

æqui-

æquipollens, nam præsentia est supplementum citationis, non propria, & vera citatio ut per *Giurb. Odd. Carpan. Baron. supra laudat.* & ita judicatum fuit à Joseph Maria Spinula collega nostro Doctissimo in causa vertente inter M. Jo: Franciscum Spinulam, & M. Paulum Mariam Cattaneum in ejus voto typis edito *pag. 11. vers. respondetur* post hæc scripta viso.

28 Et non solùm debet citari pars ad videndum fieri Decretum, sed etiam post factum, si vellet tractare de illius interpretatione *Grammat. cons. 5. seu decis. 5. Guid. Pap. decis. 70. quem sequitur Novar. in pragmat. Regn. Neapol. sub rubr. de citation. collect. 1. num. 43.*

29 Quærendum principaliter est, utrum ad instantiam partis citatæ non comparente citante, & in ejus contumacia, Decretum fieri possit, iste casus remanet in dispositione juris communis, nam Statutum in hoc non providet, & de jure fuit decisus per Supremos Syndicatores hujus Serenissimæ Reipublicæ de voto M. Jo: Baptistæ Grittæ J. C. Celeberrimi, qui post discussionem, ac maturum, & subtile examen consuluit non posse Judicem ad instantiam citati deffinitivè providere non comparente, & instante citante; Tenor enim prædicti consilii sequitur prout infra.

Celebris est articulus, super quo placuit DD. VV. Illustriss. explorare sententiam meam, utrum scilicet super citatione emanata ad actoris instantiam, ipso in termino non comparente, liceat reo instare, ut pronuncietur melioratio, quasi prædicta citatio utrique parti communis efficiatur. Super quo contraria emanarunt vota ab Jurisperitis ab hoc Illustrissimo Tribunali ad consulendum deputatis, Primum scilicet M. Baliani Ravascheri J. C. de anno 1649. in causa M. Liviæ Centurionæ dicentis de nullitate meliorationis latæ per M. Jo: Gregorium Justinianum de voto M. Jo: Francisci Scaliæ J. C. in quo firmavit non potuisse ferri dictam meliorationem ad instantiam M. Nicolai Spinulæ, qui ad eam fuerat citatus instante dicta M. Livia, quæ in termino non comparuit, & proinde evanuerit, & circumscripta fuerit citatio, perinde, ac si facta non fuisset, ad quod probandum allegavit jura, & auctoritates, sed jejunè nimis, & non discusso (prout par erat) articulo. Contrarium verò respondit M. Nicolaus Delera J. C. usque de anno 1669. in causa Hieronymi Grafigna, cum Benedicto Contri, ubi voluit posse hodie de jure Codicis sententiam ferri ad instantiam rei citati, etiam absente citante, maximè si agatur, & constet Judici de meritis, & negotio jam inter partes liquidato. Verùm, & ipse suam sententiam protulit summis ut ita dicam, labiis degustata quæstione, in qua ego obtemperando benignis mandatis DD. VV. Illustrissim. in causa nullitatis, & excessus proposita per q. Baptestinam Ghillionam Uxorem Donati Rinaldi, contra M. Mariam Catharinam Raggiam Uxorem D. Alberici Costæ à melioratione lata per M. Raphaelem Justinianum Judicem Delegatum, ut muneri meo plenius satisfacerem, necessarium duxi conclusionem hanc pro virium tenuitate discurrere, ut in frequentibus controversiis, quæ quotidie super re hac oriuntur, quid jura disponunt, & Doctorum auctoritas firmaverit facilè sciri possit.

Auditis itaque partibus prædictis una cum earum MM. Advocatis, excitatis pluries dubiis, eorumque resolutionibus pluries, atque pluries maturè, ac diligenter ponderatis, Divina illustratione ex corde prius implorata censui partes DD. VV. Illustrissim. (salva semper earum benigna censura) fore, & esse pronunciandi, & sententiandi in omnibus prout infra.

Videlicet dictam meliorationem fuisse, & esse nullam, & ratio est, quia illa fuit prolata sine citatione dictæ Batestinæ, quæ licet partem adversam citari fecisset, nihilominus nullam fecit instantiam pro illius prolatione, sine qua sententia est nulla.

Non obstat, quod in termino cadentis citationis, si actor non comparet, possit reus uti eadem citatione pro obtinenda sententia ea ratione, quod citatio efficiatur communis *Juxta Doctrinam Bald. in l. & post edictum 73. §. Quod si is numer. 1. 2. ff. de judic.* ubi *quod qui impetrat citationem, & non comparet in termino dicitur contumax, quia lex monet eum, quod in eodem termino debeat comparere, & in adium citantio, & non comparentis remanet citationis effectus, & reputatur contumax, ut possit contra eum procedi, tanquam contra contumacem, omnis enim citatio est peremptoria illi, qui fecit citari adversarium; quia citans, ad eumdem terminum est monitus à jure*, ut totidem verbis inquit *Socin. in tract. de citat. artic. 27. num. 28.* quem refert, & sequitur *Ant. Nicell. de concord. gloss. n. 348. in tractatib. universal. tom. 16. fol.* 211. ubi id ampliat procedere, si citans esset præsens. 30

Pro vera etenim objecti resolutione distinguendum est juxta casuum variationem, & nostrarum legum diversitatem, nam secundum jus Digestorum si actor post litem contestatam se absentabat, circumducebatur citatio, idest edictum peremptorium, non poterat autem perveniri ad sententiam deffinitivam, neque ad liquidationem causæ, neque reus absolvi ab instantia Judicii, nisi ipso petente judex expressim id concederet. De jure codicis si actor absentaret se à Judicio post litem contestatam, postquam tamen constabat de meritis causæ, tunc contra absentem, & contumacem perveniebatur ad sententiam deffinitivam, aliàs tantùm reus absolvebatur ab instantia Judicii, & actor condemnabatur ad expensas. De Jure verò Authenticorum per *Auth. qui semel Cod. quomodo, & quand. Jud.* constitutum est, quod petente reo indistinctè procedatur ad liquidationem causæ, & sententiam deffinitivam *Petr. Barbos. ad l. peremptorium 68. num. 26. cum quatuor seq. ff. de Judic.* ubi *num. 35. vers. nam in remedio*, subdit quod in remedio *§. & si quidem l. properandum Cod. de Judic.* quod providet secundum Jus Codicis casu superius considerato, quando scilicet constat de meritis causæ, debet citari actor absens, & ei debet assignari dilatio ad comparendum in judicio, si verò petatur circumduci edictum, non est necessaria citatio actoris absentis, quod ante omnes originaliter docuit *Innocent. in cap. consuluit ante num. 1. vers. & potest etiam, & num. 1. vers. tamen credimus extra de offic. deleg.* ubi habet hæc formalia verba. 31 32

Potest etiam absolvi ab instantia Judicii, sed debet fieri cum majori solemnitate, quia tunc pereunt acta Judicii, tamen credimus necesse eum citari, ut prædicta absolutio fiat argum. prædict. ll. & quia nunquam super hoc, ut absolvatur adversarius ab instantia Judicii citatus fuit, absolutio, quæ fit a termino fiet sine ulla citatione.

Et Innocent. sequitur *Bart. in l. & post edictum numer. 3. vers. oppone, & videtur ff. de Judic* ubi *quod Judex potest actore non comparente in termino citationis non solum circumducere edictum, imo absolvere à tota instantia, tamen in hoc est differentia, quia quando circumducitur edictum tantum, non est necessaria nova citatio, sed hoc potest facere eo ipso, quod de actoris contumacia constat, sed quando vellet absolvere ab instantia tota, tunc est necessaria nova citatio. Abb. d. cap. Consuluit num. 8. vers. secundum remedium de offic. deleg.* ubi *quod Reus præsens potest facere se absolvi ab instantia Judicii, ut autem absolvatur à termino non requiritur alia citatio, nec pereunt alia acta litis, sed solum tollitur ille terminus præfixus, sed ubi absolvitur ab instantia, requiritur citatio; debet enim absens iterum citari.*

Salycet. *in dict. l. properandum §. & si quidem num. 14. vers. aut se absentavit post dilationes*: ubi *quod si actor se absentavit post dilationes datas ad probandum, si nihil probavit, Reus est absolvendus deffinitivè, intelligendo semper, quod legitime citetur ad sententiam audiendam.*

Optimè *Rot. decis. 7. num. 2. cum seqq. de verb. signific. in antiq.* ubi super hac materia solidam dat Doctrinam his verbis.

Si Reus comparet, & actor non, aut libellus est oblatus, & Reus vult absolvi ab impetitione, & tunc non sufficit, quod actor solum fuerit contumax, sed oportet, ut iterato citetur ad videndum absolvi eum ab impetitione, & tunc etiam habet locum conclusio,

quod

quod actore non probante Reus absolvitur, si autem pro contumacia actoris petat condemnari in expensis, istud est faciendum, & tunc non admittitur ulterius ad agendum, nisi præstita sufficienti cautione, si autem non fuit porrectus libellus per Actorem, qui est contumax Reo comparente, & tunc aut Reus vult solum condemnationem in expensis, & dabitur, aut vult absolvi ab instantia Judicii, & tunc illa sibi locum vindicat, sed oportet, quod iteratò tunc ad istum actum citetur actor ad instantiam Rei ad videndum ipsum absolvi ab instantia Judicii, & ad hoc allegat Innoc. loco superiùs citatum, & hujus decisionis authoritate idem firmavit *Vestr. in prax. lib. 4. cap. 4. numer. 2. vers. & ubi causa sit talis*: ubi *quod si causa sit talis, quæ litis contestationem desideret, & Reus non reperiat libellum oblatum, dabitur Reo condemnatio expensarum adversùs Actorem non comparentem absque alia citatione, at etiam si voluerit, absolutoria ab instantia Judicii, sed nova erit opus ad hoc actoris citatione, at si Reus reperiat libellum oblatum, & dabitur condemnatio expensarum, ut suprà absque alia citatione, non etiam absolutoria ab impetitis, nisi actore rursus ad hoc citato.*

Anton. Faber in Rationalibus *ad dict. l. & post edictum §. quod si is in ratione decidendi, vers. quod ergo, & vers. ut verò, & in §. circumducto in ratione dubit. vers. ex quo apparet*: ubi *quod si is adversum quem edictum impetratum fuit, urgeat cognitionem, nec velit diutius rem indecisam relinquere debebit ille ab eodem Judice impetrare non ex integro tria edicta, sed unum pro omnibus, & peremptorium, & si ad diem cognitionis actor non respondet, condemnatur, ut verò condemnetur, illud præterea exigitur, ut postulante adversario citetur ex novo peremptorio, & tunc si perseveret non venire, ab actione, vel petitione sua in pœnam contumaciæ submoveatur.*

Ex his igitur firmata remanet conclusio super citatione cadente ad instantiam actoris non posse pronunciari instante reo dumtaxat, nisi ipse actorem citari fecerit: Super citatione tamen impetrata, & exequuta postulante Reo sententiam definitivam ferri posse.

Nec contrarium probant *Bald. Socin. & Nicell.* in objecto allegari: siquidem *Bald.* nil aliud dicit, nisi quòd impetrans citationem, & non comparens in termino, dicatur contumax, ut possit contra eum procedi tanquam contra contumacem, non verò, quod citante non comparente possit absque alia citatione pronunciari definitivè ad instantiam citati. *Socin. & Nicell.* dicunt citantem ad eumdem actum, & terminum videri citatum à Jure absque alia citatione. An autem instante citato possit definitivè
33 pronunciari, ne verbum quidem, unde intelligendi sunt in hunc modum, scilicet, ut firmare voluerint, quod post executionem citationis, ea efficiatur communis ad hoc, ut sub citatione facta per unam partem judex possit pronunciare pro altera, ut per *Bald. in l. properandum, §. & si quidem num. 9. Cod. de Judic.* profitetur *Ubert. Gratios. in tract. de Citat. cap. 12. numer. 39.* ubi *quod Judex debet sequi id quod probatum est, non autem, id quod petitur per eum, qui petit pronunciari, citans enim suum adversarium censetur se ipsum citare, videlicet tam actor ad effectum agendi, quam Reus ad effectum excipiendi, & sic Judex pronunciabit prout juris esse cognoverit, citatum condemnando, vel absolvendo.*

Similique modo respondetur ad *gloss. in dict. l. & post edictum, §. quod si is verb. circumducendum*, quæ inquit hodie deberi etiam actore absente definitivam dari, quia ibidem non firmat id posse fieri super citatione cadente ad instantiam Actoris, sine interventu aliæ citationis, quia hoc esset contrarium expressæ dispositioni *dict. l. properandum, §. & si quidem*, sed hoc subjicere voluit ad demonstrandum, quod licet per *dict. l. & post edictum* Actore non comparente in termino citationis, nil aliud fieri posset, quàm illam circumducere, hodie tamen secundùm jus novum Codicis, & authent. potest ad instantiam Rei definitiva dari:

Utrum autem requiratur nova citatio, nec ne, Glossa non aperit, & sic ad hoc allegari non meretur.

Eademque facilitate removetur objectum *ex Innocent. in dict. cap. consuluit in princip.* dicente quod Actore non veniente Reus absolvitur ab instantia edicti, nisi ex gestis liqueret causam posse decidi, quasi subintelligendum sit super eadem citatione, quod tamen nedum Innoc. non dixit, sed contrarium apertè docuit, ut suismet verbis relatis superiùs probatum est, & ita eum intellexerunt *Abb. Bart. Roe.* & alii superius citati.

Eademque responsione submovetur objectum ex *Gloss. in cap. Christianis, verb. contempserunt 11. quæst. 1.* nam ibi firmatur in optione Rei esse, an velit, ut circumducatur edictum, vel quod admittantur probationes suæ, non etiam quod possit ferri sententia sine nova citatione, de qua etiam nullam mentionem facit *Text. in l. divi fratres ff. de liberal. caus.* cujus Textus dispositio locum habebat de Jure Digestorum favore libertatis, ut notavit *Gloss. ibidem verb. non videri, vers. & sic contrahitur, & vers. in aliis autem*, cum in cæteris causis locum haberet regula *l. post edictum* superius ponderata.

Nec vis fieri potest super absurdo, quòd nempè in facultate Actoris esset maliriosè adversarium citari facere, qui propterà omittens partis citationem confisus citationi Adversarii, isto non comparente melioratio amplius obtineri non posset.

Respondetur enim in praxi sollicitos litigatores in hujusmodi errores non prolabi, sed frequenter cum uterque de causæ expeditione sollicitus est se invicem citari facere, ut facultas ferendæ sententiæ altero tantùm citante, & non comparente in dubium revocari non possit.

Nec omitti potuit citatio, quia ageretur de pronuncianda melioratione, ad quod fuit allegatus *Stacq. de sentent. & re judic. Gloss. 9. numer. 26. cum seqq.* quia ipse de melioratione non loquitur, ad quam ferendam citatio omninò requiritur ex regula *§. probationes, & sententia sub rubr. Statuti de caus. ordin.*

Ex quibus ita de jure censui referendum repetita semper DD. VV. Illustriss. benigna censura.

Excipiuntur verò à supradicta regula Statuti no- 34
stri decreta temporis vivi, in quibus non requiritur citatio, ut in declaratione facta anno 1592. 26. Februarii à minori Consilio, & licèt illa declaratio loquatur solùm de temporibus vivis factis à Senatu, habet etiam locum in illis, quæ fiunt ab Illustrissimis Magistratibus Extraordinariorum, & Terræfirmæ, ut diuturna observantia interpretativa legum docet.

A D D I T I O

Ad num. 7.

Quando Principi notoria est justitia impetrantis, 35
& injustitia partis adversæ, potest omissa citatione decernere contra absentem. *Barbosa in cap. olim 12. num. 5. de Sentent. & re judic.*

Ad num. 27.

Contrarium *Saminiat. controv. 182. n. 10. lib. 2.* 36

S U M M A R I U M.

1 *QUi sunt principaliter vel secundario interessati remissivè.*
2 *Omnes citandi sunt interessati, ut omnibus præjudicet, secus, ut actus valeat.*
3 *Quando secundario interessati citandi sunt, ut eis noceat, remissivè.*
4 *Si Statutum jubet citari Principalem, non potest citari Procurator.*
5 *Secus in nostro Statuto, ubi non requiritur citari principalem personam, quia factum procuratoris propriè, ac verè est factum Principalis.*
6 *Procurator potest citari in rebus levis præjudicii,*

vel quando Principalis est absens, secus quando esset magni.

7 *Coram Serenissimo Senatu potest citari sine scriptis, & in mane pro vesperis, exclusa tamen prima vice.*

8 *Attenditur assertio potius Notarii in actis redacta, quam relatio Nuncii.*

9 *Subreptitium est id, quod tacetur. Obreptitium, quod falsò narratur.*

10 *Subreptio, & Obreptio eumdem operantur effectum in Decretis justitiæ, & ad lites, nam eodem modo, scilicet ope exceptionis, vitiant Decreta.*

11 *In Decretis gratiæ pari modo operantur effectum, licet contrarium, quia in eis vitiant ipso jure.*

12 *Secus verò quoad alios effectus, ac terminos præterquam irritationis.*

13 *Per hoc Statutum Decreta indistinctè sunt semper nulla ipso jure.*

14 *Defectus actus præcepti à Statuto reddit illum nullum ipso jure.*

15 *Subreptio in Curia Romana non operatur tantum nullitatis effectum, attento quia facilis habetur recursus ad signaturam pro reformatione.*

16 *Quando opponitur exceptio subreptionis, aut obreptionis contra Principis Decretum subito supersedendum est quousque per sententiam hæc exceptio terminetur.*

17 *Obreptio non dolosa non nocet in illis, quæ demonstrationis causa expressa sunt in rescriptis gratiæ, secus quando taxationis causa.*

18 *Si subreptio non fuit commissa cum dolo, sed per solam simplicitatem, Decretum solum remanet vitiatum in illa parte, qua commissa fuit subreptio, & non in totum.*

19 *Plura de obreptione, & subreptione remissivè.*

20 *Ex præjudicio tertii præsumitur subreptio.*

21 *Conjectura, quibus cognoscuntur decreta subreptitia fuisse, vel non remissivè.*

22 *Verba* nullius momenti *inducunt ipso jure nullitatem.*

23 *Licet actus sit ipso jure nullus requiritur sententia illius declaratoria.*

24 *Per clausulam*, vel non citatis citandis *Decretum valet sine citatione.*

25 *Hæc clausula in Decretis nostri Senatus debet apponi separatim ab ipso Decreto.*

26 *Si quis se opposuerit in actis citari pro quolibet Decreto a parte impetrando, non potest provideri, nisi citetur vel Senatus decretando apponat clausulam* non obstantibus opponentibus. *Exemplum habes num. 29.*

27 *Decreta prorogationum instantiæ causarum cum apocha Judicis, Approbationum instrumentorum, Salvi conductus, tam Criminalis, quàm Civilis, Approbationum fidejussorum, & Assecuratorum, Decreta quoque privilegiorum concessa alicui utendi beneficio nostrorum Statutorum solent fieri omnia prædicta sine citatione cum clausula*, vel non, *& hæc erunt valida respectu eorum, qui non se opposuerunt, secus eorum, qui se opposuerunt per clausulam insertam* exclusis opponentibus.

28 *Verba clara dicuntur quando intellectus non laborat intelligendo, & sensu corporeo solum percipitur.*

CUJUS PRINCIPALITER INTEREST) Multi possunt esse interessati, sed inter eos adest 1 differentia. Aliqui enim dicuntur principaliter interessati, & de his loquitur Statutum nostrum. Aliqui verò in consequentiam, & secundario. Qui dicantur principaliter, & secundario interessati videantur *Baron. de citat. quæst.23. num. 2. & seqq. & præcipuè num.37. cum aliis seqq. Tusch. conclus. 661. verb. Principales, & Cardin. de Luc. discurs. 9. ex num.34. & disc. 17. num. 10. de Judic. Giurb. decis. 1. num.51. & 52.*

Quæro, si sunt multi principaliter interessati, ci- 2 tari debeant, respondetur, ut omnes præjudicentur, omnes citari debent, non quidem, ut actus valeat, quia sufficeret citatio aliquorum interessatorum *De Franch. decis. 523. num. 18. Tusch. conclus. 256. n. 42. verb. citatio, Gait. de Cred. cap. 2. tit. 3. num. 386. & seqq. & 621. cum seqq. Cost. Sicul. cons. 2. num. 42. Pat. Jord. lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 1. num. 146.* Et sic de jure tantum citandi sunt quorum principaliter interest, & non illi quorum secundario. *Antunez de Donat. lib. 1. part. 2. cap. 18. num. 111.*

Advertendum tamen est, quod quamvis hoc nostrum Statutum requirat citari illos, qui principaliter habent interesse, non tollit ideo dispositionem, seu leges juris communis exigentes quoque citationem in secundario interessatis, nam adimpletur Statutum citando principaliter interessatos, sed non jus commune requirens aliam citationem in secundario,

Quando verò citandi sunt secundario interessati, ut 3 eis noceat notat *Baron. de citat. quæst. 23. à num. 27. & seq.* vel quando citato principali non noceat secundario interessato *dict. quæst. 23. num. 25. & 26.* qui post multas opiniones relatas firmat cum distinctione.

Utrum stante hoc Statuto requirente Partem cita- 4 ri, seu illum cujus principaliter interest debeat omnino, ac semper citari Principalis, videtur, quòd sic; nam partis appellatione venit propriè pars principalis, & non procurator. *Barbos. appellativ. 187. &* quia quando Statutum requirit citari personam principalem non potest citari ejus procurator, sed ipsemet Principalis, ita *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 5. num. 42. lib. 1. & Dec. cons. 460. num. 30. Pasetb. cons. 128. n. 19.* ubi Statutum requirens citari Principalem non sufficit citare procuratorem per *Text. ac Doctores*, ab eo laudatos, *Chassen. in consuetud. Burgund. Giurb. decis. 118. num. 29. vers. non obstat Rub. 9. §. 9. in verb. à l'homme de main morte num. 3.* ubi in Statuto disponente, quod citari debeat persona propria, non verificantur illius verba nisi Principalis citetur.

Attamen in nostro casu Statuti, si benè attenda- 5 tur, non est inserta hæc forma, quia verbum principaliter non cadit super persona citanda, ut in casibus Doctorum allegatorum, sed super verbum interest, unde dictum verbum qualificare debet, & sensus sit, scilicet eo, qui principale habet interesse citato, unde hæc forma, seu ligamen citandi ipsum Principalem non adest in nostro Statuto, sufficit er- 6 go quod procurator citetur ad adimplendum Statutum nostrum, quia procurator in eis, quæ agit procuratorio nomine verè, ac propriè, & non per fictionem repræsentat personam Principalis *Jas. l. 1. ff. de acquir. possess. §. item acquirimus num. 10. vers. tamen contrarium*, ubi quod mulier verè contrahit per procuratorem, & contractus non valet ob prohibitionem Statuti mulierum contractus annullantis *Chassen.* in loco contra nos citato, ubi quod Statutum exigens citationem verificatur propriè & verè, nec per fictionem, secus si pro forma requireret expressam citationem exequendam in persona propria, & est conclusio magis communior, quod quæ fiunt à procuratore verè, & propriè, & non per fictionem facta dicuntur ab ipso Principali per Theoricam mirabilem *Bart. in l. sed si unius 17. §. Servus meus num. 2. & 3. ff. de injur. Rot. decis. 392. num. 2. juncto num. 10. part. 5. recent. Rot. decis. 285. num. 6. part. 6. rec. & Rot. Gen. de Mercat. decis. 67. n. 2. Rota decis. 154. num. 6. part. 8.* ubi in eo qui ratum habuit *Rot. nostra de mercat. decis. 67. num. 2. & Nuperrime Tabor ad axiomat. Barbos. tit. 6. cap. 3. n. 16. vers. ubi ait Gob. consult. 16. num. 8.* ideoque si Principalis sit absens, vel res est modici præjudicii citari potest procurator, secus si sit magni præjudicii, ut notat *Dec. cons. 460. num. 30. & seqq. Baron. de citat. quæst. 26. num. 5. & num. 9.*

Coram Serenissimo Senatu potest post citari sine 7 scriptis, & in mane pro vesperis, sic practica se habuit ob excellentiam tanti Tribunalis, cui major obedientia servari debet excepta tamen prima vice, pro qua semper in scriptis citatio requiritur.

Si citatio fit in scriptis, & appareat postea in actis 8 Notarii de relatione Nuncii, attenditur assertio scripta Notarii, quàm Nuncii contrarium affirmantis *Rot. dec. 535. n. 2. part. 1. rec. Mart. vot. pis. 131. per tot.*

ALIO-

9 ALIOQUIN SUBREPTITIA. Differentia
inter subreptionem, & obreptionem est quod subre-
ptitium dicitur illud in quo vera tacentur, obrepti-
tium in quo falsa narrantur *Menoch. de arbitr. cas.*
201. *num.* 9. *Pilaja decis. Pontific. lib.* 4. *decis.* 5.
de rescript. Eumdem enim habent effectum respectu
irritandi Decreta subreptio, & obreptio.
10 Nam tam subreptio, quàm obreptio in Decretis
Justitiæ, & ad lites non vitiant ipso jure decre-
tum, sed ope exceptionis, ideòque necesse est illas
opponere *Jason. in l. præscriptionum num.* 3. *Cod. si
contr. Jus, vel util. Paris. cons.* 5. *num.* 27. *libr.* 4.
Rot. coram Buratt. decis. 226. *numer.* 13. *Foler. ad
Marant. distinct.* 16. *part.* 4. *num.* 73. ubi tamen li-
mitat, quando esset rescriptum avocationis causæ ab
alio Judice, quia tali casu dicit, quod ipso Jure vi-
tiaretur, aliosque plures casus limitat, apud quem
videbis.
11 In Decretis verò gratiæ obreptio, & subreptio
eumdem operantur effectum licet diversum ab illo,
quem operantur in Decretis Justitiæ, & ad lites,
nam in istis Decretis gratiosis vitiant ipso jure De-
cretum *Mart. vot.* 74. *num.* 21. *Salgad. labyr. credit.
part.* 1. *cap.* 37. *numer.* 4. 5. & 13. *Menoch. dict.
cas.* 201. *num.* 20. & promiscuè in jure accipiuntur
subreptio, & obreptio ad effectum annullandi decre-
12 tum, ut dixit *Surd. decis.* 308. *num.* 17. ibique *Ho-
diern;* secus verò quoad alios effectus ac terminos *Me-
noch. dicto cas.* 201. *num.* 21.
13 Sed stante nostro Statuto in pœnam ejus non ad-
implementi semper, & indistinctè decreta sunt nul-
la ipso jure non ope exceptionis. Primò quia Statu-
tum procedit per verba annullativa *nullius momenti*.
14 Secundò quia hæc subreptio procedens ex defectu ci-
tationis, & per consequens ex defectu actus præcepti
à Statuto, reddit actum nullum *Alder. Masc. de
Gener. Stat. interpr. conclus.* 9. *num.* 56. & 57. &
num. 61. ubi etiam omissio levis solemnitatis; Subre-
15 ptio verò in Curia Romana non tantùm operatur
nullitatis vitium, & quasi non attenditur ob facilem
recursum ad signaturam pro reformatione *Ridulph. in
16 prax. cap.* 5. *part.* 3. *num.* 289. & denique adverte,
quod si opponatur exceptio subreptionis, aut obre-
ptionis contra Principis Decretum subito superseden-
dum est in ejus effectu, quousque dicta exceptio per
sententiam terminetur *Phab. decis.* 41. & *decis.* 65.
part. 1. *Oliv. de for. Eccles. part.* 1. *quæst.* 22. *n.* 4.
Augustin. Barbos. in repert. pag. 132. *lit. E. Pegaz.
resol. cap.* 18. *num.* 50. *Altimar. de nullitat. rub.* 10.
quæst. 6. *num.* 80.
17 Item Obreptio non dolosa non nocet in illis, quæ
demonstrationis causa expressa sunt in rescriptis gra-
tiosis, si apparet, quòd Princeps omninò concessisset
præsupposita bona specificatione qualitatum, cum se-
cus sit quando essent expressæ causa taxationis, &
limitationis; quamvis enim expressio falsitatis vitiet
literas in beneficialibus etiam in eo, quod Princeps
non moverit, tamen illud intelligitur ubi esset ex-
pressa falsitas gratia taxationis, vel limitationis ali-
cujus rei, vel modi latè declarat *Rota decis.* 19. *de
Prebend. in antiq. alias est decis.* 4. & 70. *de re-
script.* quos sequitur notabiliter *Gratian. discept.* 256.
num. 30. & 31.
18 Item licet subreptio vitiet Decretum, attamen si
non fuit commissa cum dolo, sed per solam simpli-
citatem, ac ignorantiam, Decretum solum remanet
vitiatum in illa parte, qua commissa fuit subreptio,
& non in totum *Pilaja decis. Pontific. lib.* 4. *dec.* 5.
num. 14.
19 Plura de obreptione, & subreptione tractat *Larr.
20 alleg.* 91. *tom.* 2. *fol.* 123. *per tot.* & quod ex præju-
dicio tertii præsumatur subreptio dictus Author *al-
leg.* 50. *num.* 50. *tom.* 1. *Altimar. de nullit. Rub.* 10.
num. 79. *Bonden. collect.* 26. *num.* 35. & 36. *Hond.
cons.* 27. *à num.* 49. *Dom. Pegaz. cap.* 18. *num.* 45. &
21 *seq.* Et quando gratia Principis censeatur subreptitia
ex eo, quod aliquid non fuerit narratum, vel
quando censeatur Principem concessurum fuisse etiam-
si scivisset id quod ei fuit subreptum latè de hujus-
modi conjecturis *Palm. Nep. libr.* 3. *allegat.* 201.
num. 202.
22 ET NULLIUS MOMENTI. Verba *nul-
lius momenti, vel roboris* inducunt in Statutis ipso
Jure nullitatem *Feder. cons.* 137. *col.* 1. *post med. vers.
sonant enim illa verba, l. si quis sempronium ff. de
hered. institut. Speroll. decis.* 155. *num.* 17. *Gratian.
disceptat.* 691. *num.* 3. 4. 5. *Barbos. diction. nullius
momenti, Altograd. Joseph. controv.* 96. *num.* 81. &
82. sed verum est quod licet actus sit ipso jure nul- 23
lus requirit sententiam declaratoriam nullitatis *Car-
pan. ad Statut. Mediolan. cap.* 8. *num.* 92. & 93.
libr. 1.
NISI ALITER PER SENATUM. Ideoque so- 24
let Serenissimus Senatus in fine decretorum appone-
re clausulam, *vel non citatis citandis*, quod impor-
tat validitatem decreti, etiamsi non fuerint citati ci-
tandi, & sic usus obtinuit quod valeant dicta de-
creta per dictam clausulam, quæ alias non valerent
ad tradita per *Ridulph. tract. de suprem. Princ. po-
test. cap.* 60. *num.* 44. *Gratian. cap.* 673. *num.* 9. Sed 25
quia anno 1659. 13. Aprilis dubitatum fuit quod
dicta clausula, quæ potiùs de stylo Cancellariæ po-
nebatur, non benè adimplere valuisset dispositionem
Statutariam, quæ verbis claris fieri debet, ut hic in
Statuto, tunc Serenissim. Senatus decrevit, & pro-
hibuit MM. Cancellariis posse in quocumque rescri-
ptorum, sive Gratiæ, sive Justitiæ genere dictam clau-
sulam ponere nisi prius per Serenissimum Senatum
verbis expressis decretum fuisset velle providere super
supplicationibus absque citatione partis.
Uno eodemque tempore provisum fuit per di- 26
ctum Serenissimum Senatum super oppositionibus,
quæ fieri solebant à secundario interessatis, nam si-
cuti hujusmodi oppositiones non redigebantur in scri-
ptis, sed solùm fidei Cancellariæ mandabantur, ideò-
que multa ipsis opponentibus, vel per malitiam, vel
negligentiam, vel oblivionem alterius damna pro-
veniebant. Itaque Serenissimus Senatus mandavit fie-
ri in Cancellariis librum Oppositionum pro decretis
impetrandis, in quo nomina Opponentis, & illius,
cui opponit describi debeant; atque etiam provisum
fuit, quod si aliquis præsentare voluerit suas suppli-
cationes sub his notam facere debeant de omnibus
oppositionibus, & si nulla inveniatur oppositio,
signare, quod nemo opposuit, & si quis extantibus
oppositionibus supplicare voluerit, prius citare faciat
Opponentes, vel possit Serenissimus Senatus ad in-
stantiam partis prius, quàm provideat super preci-
bus, declarare velle procedere cum clausula *non ob-
stantibus oppositionibus*, quod potest facere Princeps,
& sic nulla requiritur citatio, ut in terminis *Gra-
tian. disceptat.* 458. *num.* 28.
Hæc omnia decreta fuerunt dicto anno 1659. 13.
Aprilis, exclusis tamen à supradictis ordinibus de- 27
cretis prorogationum temporis instantiæ una cum
precibus judicis causæ, Approbationum instrumento-
rum, quibus partes consensæ fuerunt, dummodò in-
fra annum decretum super eis fiat ad formam Sta-
tuti, exceptis etiam Salvis conductibus, tam Crimi-
nalibus, quàm Civilibus, Approbationibus Fidejusso-
rum, vel Assecuratorum, & omnibus aliis provisio-
nibus, quæ de stylo fieri solent cum clausula *exclusis
opponentibus*.
Deinde anno 1660. 18. Julii exclusa etiam fuere
Privilegia, sive facultates, quæ conceduntur per Se-
renissimum Senatum posse uti, & frui sci beneficio
Statutorum, hàc tamen non omissa solita clausula
vel non cui etiam immediatè annectatur clausula *ex-
clusis his qui opposuissent*, & teneatur M. Cancella-
rius sub hujusmodi decretis nomina oppositorum sub-
scribere, ut observatur in Salvis Conductibus, ut
sic illi, qui hujusmodi privilegia obtinuere, illis uti
poterunt contra quosvis alios, & non adversùs op-
ponentes descriptos sub pedibus dictorum Privilegio-
rum.
VERBIS CLARIS: Quod autem dicatur cla- 28
rum dicit *Alciat. in l. palam ff. de verbor. signific.*
& *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.* 1. *numer.* 110.
& solùm dicuntur verba clara, quando intellectus
non laborat intelligendo *Bald. in authent. Hoc in-
ter liberos in princ. de testament. Socin. Jun. cons.*
122. *num.* 23. *volum.* 1. *Mantic. de conject. lib.* 3.
tit. 4. *numer.* 7. *Sous. decis. Lusit.* 6. *numer.* 15. &
quæ nullam recipiunt interpretationem *Mascard. de*

probat, contiuf. 1016. *num.* 15. *vol.* 2. & clarum dicitur quod solo sensu corporeo percipitur absque aliqua impropriatione, ratiocinio, & alia operatione intellectus, alias secus *Rot. apud Bicch. decis.* 612. *num.* 16. *part.* 2. *& Conciol. in una allegat. inserta in Celebri Roman. pretii offic. penes de Luc. in tract. de offic. venal. & vacab. num.*11, *&* 12. *fol. mihi* 281,

A D D I T I O

Ad num. 26.

29 Anno 1697. die 3. Septembris Serenissimus Senatus inhaerendo dispositioni Statuti Civilis *de Decretis à Senat. impetr.* praesertim §. 1. ad majorem cautelam decernit ac declarat quod decreta in posterum condenda per DD. suas Serenissimas non citatis iis, qui sese opposuissent in scriptis in libro oppositionum, licet renovata cum clausula *vel non &c.* intelligantur, & sint ipso jure, & facto nulla, nullius momenti, & contra mentem ipsius Senatus respectu opponentium, & circa eos nullius sint capaces exequutionis, & si eam forte obtinuerint, etiam exequutio sit nulla, itaut omnia ejusdem habeantur perinde ac si facta numquam fuissent, nisi habita fuisset in dictis Decretis expressa mentio dictarum oppositionum, & Senatus decreverit eis non obstantibus. Et praesens Decretum publicetur in locis solitis & consuetis; Ad calculos decem &c. & ultra favorabiliter concurrentibus &c.

---

§. I.

QUando porrectis per aliquem precibus, & eis sub calculorum judicio deductis, supplicata obtinere non potuerit, Cancellarius de eo sub supplicatione scripturam faciat; & quotiescumque de illis precibus iterum tractaretur, det notitiam Senatui, & re ter tentata, & non obtenta supplicans non audiatur ulteriùs super eadem supplicatione, nisi exacto semestri, & quicquid intetim obtentum esset minori numero decem votorum sit subreptitium, nisi aliter Senatus verbis expressis, & eodem votorum numero mandaret.

S U M M A R I U M.

1 *ANtiquitus subscribebantur supplicationes porrigenda Serenissimo Senatui.*
2 *Decretum est semper gratiosum ideoque remedium extraordinarium.*
3 *A precibus semper interpretantur decreta.*
4 *Ad Principis Cancellarium spectat dictare, & subscribere decreta.*
5 *Recipere, & colligere supplicationes ad Referendarios spectat.*
6 *Qui habet facultatem signandi supplicationes, & cognoscendi, habet jurisdictionem ordinariam, secus si Statutum diceret, quod ea faceret authoritate concedentis, quia tunc esset delegatus.*
7 *Dictio* quotiescumque *plures vices significat.*
8 *De Juro semel tantùm licet supplicaro.*
9 *Et sic una revisio potest obtineri tantùm à Principe, & non revisio revisionis.*
10 *Secus vero si numquam supplicatum obtinuerit, quia tunc potest pluries ad obtinendum supplicare.*
11 *Decretum impetratum per importunitatem super re irrationabili est nullum.*
12 *Non sunt eadem Preces, si petatur res eadem ex diversa causa.*
13 *Supplicationes licet eadem sint, si mittantur ex altera parte non censentur eadem, sed diversa.*
14 *Si Cancellarius omittit dare notitiam Senatui de precibus semel tentatis, ut munus ejus est, nihilominus remanet decretum validum.*
15 *Culpa imputari non potest ei, qui non facit id, quod facere non tenebatur.*
16 *Ex negligentia unius alteri noceri non debet.*
17 *Sic etiam si aliquis actus omittatur ex negligentia Notarii, non obstat parti producenti.*
18 *Nemini per alterum debet inferri iniqua conditio.*
19 *Dominus non tenetur de dolo, neque facto Procuratoris.*
20 *Statutum dirigens verba in judicem, si judex omittit aliquid, non facit nullitatem actus respectu partium.*
21 *Actus nullus non consideratur tanquam actus, quia statutum restringitur ad actum validum. Unde reiterandus est actus num.* 43.
22 *Non inducitur obreptio, vel subreptio per silentium, vel expressionem actus nulli.*
23 *Ex alienatione nulla emphyteusis in nullam paenam incurrit alienans.*
24 *Dictio* eadem *repetit omnes qualitates supra expressas.*
25 *Tempus in Statuto prefixum est continuum.*
26 *Et mensis de diebus triginta intelligitur.*
27 *Dictio* interim *est limitativa temporis intermedii.*
28 *Decretum est subreptitium in nostro Statuto, si interveniat minor numerus decem votorum, secus si decem.*
29 *Solemnitas extrinseca non praesumitur.*
30 *Secus, si essemus in antiquis.*
31 *Precipuè quando est enunciata in aliqua scriptura, vel instrumento.*
32 *Solemnitas extrinseca non praesumitur etiam in antiquis, si apparerent omnes actus ex quibus constaret illam non adfuisse.*
33 *Dictio* nisi *stat limitativè tantum.*
34 *Qualis expressio requiratur, si ea fuit ordinata à Statuto remissivè.*
35 *Expressum dicitur etiam quod tacitè colligitur ex mente, & conjecturis.*
36 *Item quod ex signis, vel nutu colligi potest.*
37 *Et quod venit à contrario sensu expressum dicitur.*
38 *Item quod virtualiter inest.*
39 *Expressum etiam dicitur, quod verbis generalibus exponitur.*
40 *Praedicta genera expressionum non sufficiunt in Statutis tanquam non propria.*
41 *Decretum non est subreptitium si Senatus expressè deroget Statuto requirenti solemnitatem.*
42 *In numero majori inest minor.*

QUANDO PORRECTIS PER ALIQUEM
PRECIBUS } Supplicationes, quae antiquitus 1
porrigebantur Senatui, subscribi solebant ab ipsis sup-
plicantibus, aliter non acceptabantur à Cancellariis,
vel Subcancellariis, ut ex Decreto 1561. 10. Junii in
2. Decret. car. 78. & hoc consentaneum erat Juri com-
muni, quia alioquin de jure Decreta non praesumun-
tur impetrata à nominato in eis, nisi abundè probe-
tur *Ubald. dec.* 300. *n.* 19. sed hodie formam hanc,
& practicam non vigere video, seu potiùs abusus ex
negligentia inolevit.
Supplicationes, sive preces semper concernunt gra- 2
tiam, & est remedium extraordinarium, conceditur
enim Decretum ex mera benignitate, & Gratia Prin-
cipis, ut colligitur per *notat. in Abbat. in c. ex literis in
ultim. notat. de in integr. restit.* itaque semper à preci- 3
bus interpretantur decreta *Cyriac. latè in Contr.* 219.
n. 11. *& Rot. post Cenc. de censib. dec.* 124. *n.* 1.
CANCELLARIUS DE EO SUB SUPPLICA-
TIONE SCRIPTURAM FACIAT: Ad Principis 4
Cancellarium, qui S. Palatii Quaestori assimilatur,
spectat diligens cura, ne contra id, quod oportet,
rescripta impetrentur, & legitimè impetrata dictare,
& subscribere *l. universo* 7. *Cod. de divers. rescript. c.
dicenti §. universa* 25. *quaest.* 2. *D. meus Bottin. Collat.
Pont. & Caes. Jur. ad hoc Stat. hoc tit.* Preces autem
tractare, annotationes conficere, easque Principi re-
ferre ad officium Cancellarii non spectat, sed ad 5
Scriniorum, Magistros nempè libellorum, & me-
moriae, & referendarios, ut in *tot. tit. C. de prox.
Sacr. Scrin. & de Magistr. Sacr. Scrin. lib.* 12. *& in
auth. referend. S. Palat. Tusch. in lit. R. conclus.* 79.
n. 1. qui tamen *n.* 3. 4. declarat, quod si haberent etiam 6
facul-

facultatem signandi supplicationes, & causas commit-
tendi, & per se ipsos disponendi dicerentur habere
jurisdictionem ordinariam, secus si in Statuto, vel
delegatione Princeps diceret, quod facerent prædicta
authoritate concedentis, quia tunc essent delegati per
Angel. conf. 327. *vers. quatenus autem.*

7. QUOTIESCUMQUE: Hæc dictio significat
plures vices, & reiterationem casuum, ut in *l. uxo-
re §. testamentum ff. de leg.* 3. *& in l.* 1. *ff. de vac.
mun. & in l. si tibi Decem §. Pignore de Pact. Me-
noch. conf.* 143. *num.* 15.

DE ILLIS PRECIBUS: Scilicet de eisdem-
met precibus, & melius se explicat Statutum hic in-
ferius *in verb. super eadem supplicatione*, nam si sup-
plicans veller ex diversa causa supplicare super eadem
re non dicerentur eædem preces, ut probabo paulò
infra in verbo: *det notitiam.*

ITERUM TRACTARETUR: Intellige
per eamdem partem, vel ad ejus instantiam, vide
quæ in sequenti verbo dicam.

8 Et de jure semel tantum licet quemlibet supplica-
re *Gamm. decis.* 110. *num.* 10. *Specul. in tit. de sup-
plicat. §.* 1. *in princ. Donat. Ant. Marin. alleg.* 7.
num. 1. *&* 2. ubi allegat *text. in l. si quis adversus
C. de prec. Imper. offer. Guid. Pap. decis.* 345. & sic
9 unam revisionem potest obtinere tantùm à Principe
Giurb. decis. 66. *num.* 1. *Amat. resol.* 6. *num.* 1. *Ber-
lich. conclus.* 6. *num.* 12. 13. 14. ubi revisio revisio-
nis non conceditur *Vallasc. consult.* 51. ubi censetur
litigator importunus, & indignus *Pereir. de revis.
cap.* 98. *num.* 1. 2. *Mart. Mut. decis.* 17. *n.* 1. *Larr.
decis.* 39. *num.* 3. Sed hæc omnia Jura, & Doctores
loquuntur in casu, quo supplicans semel supplicata
obtinuit, vel revisionem, in qua succubuit, & iterum
supplicare veller per dictos authores suprà allatos,
10 sed quando supplicans obtinere nunquam potuerit,
hoc casu admittitur frequens, ac etiam inverecunda
petitio, & importunitate supplicantium constringitur
Princeps ad ea concedenda, quæ aliter non esset
concessurus, ut in *l.* 1. *C. de Petit. bon. subl. lib.* 10.
cum eis quæ cumulat *D. Bettin. d. tract. hoc tit.*
11 *in §. & re ter tentata*, ubi etiam hanc limitat re-
gulam in casu, quo fuisset impetrata concessio per
importunitatem precum in his, quæ postulari prohi-
bentur, vel concedenda non sunt *cap. si quando de
rescript.* & ibi *gloss. in verb. qualitatem negotii Tusch.
concl.* 221. *num.* 12. *in lit. R. Altimar. de nullitat.
Rub.* 10. *part.* 6. *num.* 81. 82. Et preces importunæ
quæ dicantur *Altegrad. conf.* 5. *num.* 70. *lib.* 1.

12 DET NOTITIAM SENATUI. Non te-
netur dare notitiam Senatui in casu, quo de illis
eisdem precibus non ageretur, ut si ex diversa cau-
sa super eadem re supplicaretur, quia hoc modo po-
test supplicari quamvis non posset ex eadem causa,
ita decidit *Joan. Imol. conf.* 146. *num.* 10. *vers. item*
13 *non obstat*, & etiam non tenetur si in casu, altera
pars super illis eisdem precibus supplicaret *Guid. Pap.
decis.* 345. *num.* 2. ubi firmat, quod licet non possit
iterum supplicare per *Text. in l. si quis adversus C.
de prec. Imper. offer.* declarat tamen hanc dispositio-
nem, & limitat in casu, quo ab eadem parte emit-
teretur iterum supplicatio, seu petitio, stante hac de-
cisione reor, quod Cancellarius non teneretur dare
notitiam Senatui de prima vice, & de primis preci-
bus si illæ emitterentur ab altera parte, secus
si ab eadem. Contrarium tenet *de Rosa de exe-
cut. liter. Apostol. part.* 2. *cap.* 2. *numer.* 34. quod
etiam procedit, ipse dicit, in casu quo primum
decretum fuerit impetratum mutuo partium consensu
num. 35. Sed de Rosa loquitur de decreto obtento
ab altera parte; sed nos sumus in casu, quo decre-
tum non fuit impetratum, & iterum supplicatio ea-
dem ab altera parte porrigeretur. Ad quod vide fir-
mata *in §. seq. num.* 5. *cum seq.*

Modo quæro si Cancellarius non dedit notitiam
Serenissimo Senatui precibus semel tentatis, & Pars
secunda vice eas obtinuit, utrum rescriptum dicere-
tur subreptitium, & videretur quod sic, nam for-
ma Statuti non est integrè adimpleta, & forsan si
Serenissimus Senatus habuisset notitiam de primo
tentamento lentius, & maturiùs decretum emisisset,
& id est quod sufficit ad illud reddendum subrepti-
tium, ut dixi suprà in *Rubr. in verb. impetrandis
in princ.*

Sed his non obstantibus contrarium existimo, & 14
dico, quod nullo modo Decretum diceretur subre-
ptitium, nam pro parte impetrantis nihil fuit taci-
tum, aut falsè narratum, neque obsistit deficientia
notitiæ, quam Senatus, per dispositionem hujus Sta-
tuti habere debet: Primò, quia hoc munus pertinet
solum ad Cancellarium, & non ad impetrantem,
& si iste negligit facere ea, ad quæ tenetur, non
nocet impetranti, Culpa non potest imputari ei, 15
qui non fecit id, quod facere non tenebatur *Surd.
conf.* 345. *num.* 31. *Burat. decis.* 10. *num.* 10. 11. 12. 16
Merlin. decis. Lucens. 68. *num.* 10. & melius in ter-
minis *Canaver. decis.* 54. *per tot. & conf.* 6. *per tot.
Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 4. & ne-
gligentia unius alteri nocere non debet *l. rem here-
ditariam in fin. ff. de eviction. l.* 3. *ff. de transact.
l. non debet ff. de regul. jur.* & sic in dubitabiliori- 17
bus terminis, si aliquis actus omittatur ex negli-
gentia Notarii, non obest parti producenti *Rot. co-
ram Seraphin. decis.* 1115. *num.* 5. & coram *Burat.
decis.* 780. *num.* 3. *&* 4. & in terminis citationis *Rot.
recent. part.* 13. *decis.* 15. *num.* 4. & si quis fecerit
quicquid pro adimplemento facere debebat, tunc ille
adimplevisse omne censetur, quia non est conve-
niens, quod quis ex facto, & culpa aliena in pœ-
nam, sive damnum incurrat; Cum nemini per al- 18
terum inferri debeat iniqua conditio *l. arbiter ff. de
arbitr. in l. fin. ff. de leg. commis. l. uter ex fratri-
bus ff. de cond. instit. l. jure civili ff. de condit. &
demonstrat. l. in jure ff. de regul. jur. Rot. rec. part.* 1.
dec. 507. *n.* 1. *Gratian. discept. for. cap.* 851. *n.* 2. *&*
10. *lib.* 5. *& cap.* 726. *num.* 6. *&* 7. *& cap.* 786.
num. .... *lib.* 4. Cum quibus etiam Doctrinis firma- 19
tur, quod Dominus nullo modo tenetur ex facto
sui procuratoris *l.* 17. *de damn. infect. l. si pater ff.
quæ in fraud. Roman. conf.* 74. *de Luc. de credit.
disc.* 57. *num.* 3. *&* 4.

Ulterius Statutum nostrum dirigit verba in ipsum 20
Cancellarium, ideoque ejus est obligatio, *Merlin.
decis. Lucens.* 68. *num.* 10. & nullo modo debet hæc
omissio nullitatem facere, & causare præjudicium
partis *Marant. prax. part.* 5. *in tit. & omnia fiant
durant. instant. num.* 58. *Alex. conf.* 181. *num.* 14.
lib. 6. *Sabell. resol.* 88.

ET RE TER TENTATA, ET NON OB-
TENTA: Intellige quod si res per tres vices validè,
ritè, & rectè tentata fuisset, nam qui nulliter agit ni- 21
hil agit, & Statutum restringitur ad actum validè ritè,
& rectè factum *l.* 4. *§. condemnatum ff. de re Judic. l.
non imputavit §. non quavis ff. de bonor. Possess. con-
tra tab. l.* 2. *in fin. ff. quemadmodum testam. ape-
riant. Calderin. de extinct. emphyt. lib.* 4. *cap.* 16.
num. 67. *Valenzuol. conf.* 32. *num.* 49. *Pereir. de re-
vis. cap.* 97. *num.* 12. ex hinc infero, quod si obten-
ta non fuisset res per tres vices ob non voluntatem
concedentis, scilicet Serenissimi Senatus, sed ob ali-
quam nullitatem commissam, seu formam omissam
non diceretur res ter tentata *Pereir. de revis. cap.* 97.
n. 13. ubi docet, quod ex non expresso actu nullo, qui 22
aliàs exprimi deberet Principi, non inducitur obreptio,
neque subreptio, & citat *Felin. in c. ex tenore de rescr.
n.* 2. *Nigr. de laudem. q.* 38. *n.* 45. *Valenzuol. conf.* 32. *n.* 56.
Salgad. labyr. cred. cap. 37. *n.* 25. 26. *tom.* 1. *de Rosa
de execut. lit. Apost. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 37. & similiter ex 23
alienatione nulla Emphyteusis irrequisito Domino in
pœnam commissi non offenditur *Calderin. de Emphyt.
d. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 10. *Burgos. de Pax. conf.* 44. *n.* 4.
Tiraquell. de ll. Connub. tit. 15. *§.* 1. *gloss.* 6. *q.* 24. *n.* 205.
Thesaur. lib. 2. *q.* 23. *n.* 21. *Mart. dec.* 196. *n.* 5. *Cor-
bull. de Emphyt. Caus. privat. ob alien. limit.* 22. *Nigr.
de laudem. quæst.* 38. *num.* 41.

SUPER EADEM SUPPLICATIONE:
Vide quæ dixi paulò supra in *verb. de illis precibus.*
Et hæc dictio repetit omnes qualitates præcedentes 24
per tradita à *Paul. de Castr. in l. idem si duobus in
princ. ff. de pact. quem sequitur Carpan. in cap.* 306.
& 311. *utroque loco sub num.* 1. *lib.* 1.

NISI EXACTO SEMESTRE: A die ulti-
mi tentamenti, & tale tempus de jure est continuum
Cravett. conf. 271. *n.* 5. *Socin. conf.* 108. *vol.* 4. quia omne 25

tempus à Statuto, seu à Jure communi præfixum ad
aliquid præscribendum censetur continuum *Gloss. Bart.*
& DD. in rubr. de divers. tempor. præscript. Surd.
decis. 203. & quod Statuti tempora sint continua
Tiraquell. de retractat. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 21.
Carpan. cap. 82. num. 158. & cap. 112. lib. 1. nu-
26 *mer. 57. & cap. 487. lib. 2. num. 70.* & isti menses
sex singulatim de diebus triginta intelliguntur, ita
notat cum aliis *d. Carpan. cap. 102. num. 69. 70.*
lib. 1.

INTERIM: Hæc dictio est limitativa temporis
27 intermedii, & importat pendentiam in casu nostro
totius semestris, veluti, ac si dictum esset, & quic-
quid medio tempore hujus semestris obtentum esset
l. si chorus in fin. ff. de leg. 3. l. libertus, §. in quæstio-
nibus, ff. ad munic. Surd. cons. 460. num. 68. & quos
latè citat *Barbos. in dict. interim* 173.

MINORI NUMERO DECEM VOTORUM:
28 Quamvis concurreretent octo vota, vel novem, De-
cretum est subreptitium, secùs verò si decem, qui
numerus est extraordinarius, & quia generaliter in
decretis impetrandis 8. vota ex 13. requiruntur, ut
dixi suprà in *rubr. verb. Senatus*, & vota requisita
de jure non præsumuntur intervenisse nisi expriman-
tur, unde invaluit Genuæ Practica, quod ubi re-
quiritur in Decretis numerus extraordinarius voto-
rum, Cancellarj faciunt de illis mentionem specia-
29 lem, quia solemnitas extrinseca non præsumitur *l.*
quæcumque §. fin. ff. de publ. Judic. l. sciendum ubi DD.
ff. de verb. obligat. Bald. in l. gesta ff. de re judic.
Abb. in cap. tenor extr. de sentent. & re judic. Alex.
in cons. 106. lib. 5. Vant. de nullit. ex deff. citat. n. 13.
Instit. de fidejuss. §. fin. & gloss. ibi, Decian. cons. 105.
num. 4. vers. & si sex testes, exclusis decretis tem-
porum vivorum, ut in cap. 80. quia hæc fieri pos-
sunt sine prædicta solemnitate, & expressione suffra-
30 giorum. Secus verò si essemus in antiquis, nam
tunc præsumi deberet solemnitas extrinseca, & etiam
citatio *Gratian. cap. 859. num. 15. 16. & cap. 867.*
num. 53. Staib. Jun. resol. 2. in addit. ab eod. factis,
31 maximè quando solemnitas reperitur enunciata in ali-
qua scriptura, vel instrumento *Gratian. cap. 153.*
32 *num. 20. & cap. 883. num. 9.* nisi tamen videretur, ac
appareret ex omnibus actis, vel totali eorum serie il-
lam solemnitatem numquam adfuisse, neque præsumi
posse *Palm. Nep. alleg. 3. n. 78. & seq.*

33 NISI ALITER: Dictio *nisi* stat, & interpre-
tratur diversimodè, sed hoc in loco stat exceptivè,
& limitativè *l. actione C. de transact. ubi Bart. &*
Jas. & cæteri, Surd. decis. 225. num. 19. & dec. 264.
n. 17. & cons. 71. n. 6. Flamin. de resign. lib. 5. q. 6.
num. 183. Menoch. cons. 3. num. 16. Gratian. discept.
cap. 9. n. 26. & dictio *aliter* non hic inducit for-
mam, neque conditionem, sed significat contrarium
Barbos. de diction. diction. aliter num. 3.

34 VERBIS EXPRESSIS: Expressum quodam-
modo, & qualiter dicatur notat latè *Jason. in l. Præ-*
tor in princ. ff. de oper. nov. nunc. Tiraquell. in l. con-
35 *nub. gloss. 7. Exprez. n. 19. cum seq. & n. 81.* Expres-
sum dicitur etiam, quod tacitè colligitur ex mente,
& conjecturis ut notat *Felin. in cap. 3. n. 4. de pro-*
bat. Tiraquell. d. tract. ll. connub. d. gloss. 7. Exprez.
n. 162. & 171. Borgnin. Cavalcan. tract. de usufruct.
36 *n. 84. ad fin.* Expressum pariter dicitur quod potest
signis, vel nutu colligi *Tiraquell. d. gloss. 7. num. 160.*
37 & etiam dicitur, quod venit à contrario sensu per
argumentum *Borgnin. tract. de tutor. n. 85.* & pariter
38 dicitur expressum quod virtualiter inest, & tacitè ut
per *Alex. cons. 126. n. 3. vol. 6. Tiraquell. d. gloss. 7.*
39 *num. & n. 118. cum seq.* firmat quod etiam dicitur
expressum, quod verbis generalibus expressum sit, sed
40 fallit in Statutis, quia hæc genera expressionis non
sufficiunt *Tiraquell. d. gloss. 7. n. 145. Gabriel. in suis*
commun. tit. de claus. conclus. 5. num. 23. & 24. Ne-
viz. cons. 2. n. 22. Dec. in cons. 142. col. fin. vers. præ-
terea, & vide quæ dixi infra *in §. 5. verb. expressam*
mentionem.

EODEM VOTORUM NUMERO MANDA-
41 RET: Sicuti dixi suprà, quod si minori numero de-
cem votorum, scilicet si novem, aut octo solùm
concurrerent, esset subrepticium Decretum, nunc ve-
rò Statutum limitationem ponit, & hæc est, quod si
eodem votorum numero (scilicet novem, si no-
vem, aut octo, si hæc intervenerint) Senatus in
contrarium mandaret cum clausula derogatoria Decre-
tum amplius non diceretur subrepticium. Et etiam
adverte, quod si non eodem, sed majori numero
contrarium idem Senatus mandaret nihil operaretur,
quia intraret dispositio præsentis Statuti, & ratio
evidens est, & nulla indiget speculatione, nam in
numero majori inest minor in *l. 1. §. si stipulanti ff.* 42
de verb. signific. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 433.
num. 104. lib. 1.

A D D I T I O.

Ad num. 21.

Et sic ex secunda supplicatione arguitur primam 43
non habuisse effectum. *Ubald. decis. 300. num. 44.*

---

§. II.

QUi preces semel obtulerit, & supplicata obti-
nere non potuerit per tres vices, ut suprà,
& intra annum iterum super eadem re sup-
plicare voluerit, teneatur in secundis preci-
bus expressam mentionem facere de primis,
& de eo, quod sequutum est, super eis, &
obtinere concurrentibus decem votis, aliter
quicquid impetrasset censeatur subreptitium,
nisi eodem votorum numero Senatus aliter
mandaret verbis expressis.

S U M M A R I U M.

1 *EXplicatur contrarietas Statuti.*
2 *Statuta potiùs consistunt in sic volo, & sic jubeo, ideoque sunt magis facti, quam juris.*
3 *Verbum offerre significat præsentare.*
4 *Tentare est tanquam rem aggredi.*
5 *Reprobatur D. Bottinus asserens non esse necessarium exprimere Principi de precibus ab eo jam denegatis.*
6 *Non est absurdum admittere oblivionem in Principe ob multitudinem negotiorum.*
7 *Princeps denegando Decretum præsumitur semper facere id ex justa causa.*
8 *Non debet Principi inconstantia, & variatio, & Princeps revocans ordinata est inimicus bonis moribus.*
9 *De primis precibus, seu Decretis debet fieri in novis precibus expressa mentio.*
10 *De primis rescriptis debet fieri specialis, & non generalis mentio Senatui.*
11 *Non est necessaria mentio de primo decreto nulle, seu elidibili per exceptionem, si ea resultet ex propriis literis Decreti, limita prout num. 15.*
12 *Item neque est necessaria mentio de transactione nulla.*
13 *Neque de ea, quando Decretum continet illud idem, quod ipsa transactio.*
14 *Non est necessaria mentio de primo decreto, quando secundum tendit ad eumdem effectum.*
15 *Debet etiam fieri mentio de primo decreto nulle ab eodem impetrante in secundis precibus, secus ab adversario.*

QUI PRECES) Hic Paragraphus si benè non 1
expenditur videtur contrariare proximè antece-
denti, ideòque aliqua indiget declaratione. Contra-
rietas sive absurditas, quæ objici posset consistit in
eo, quòd per paragraphum huic antecedentem dispo-
nitur; scilicet, quod si quis per tres vices tentaverit
obtinere Decretum, & non obtinuit, ulterius, nisi
exacto semestre, audiatur, & quicquid intra tempus
hujus semestris obtentum fuerit minori numero decem
votorum sit subreptitium; nisi aliter eodem numero
votorum Senatus mandaret.

Præsens è contra paragraphus Statuti disponit,
quod si quis per tres vices tentaverit decretum, &
non obtinuerit, ut dictum est supra, & voluerit in-
trà annum (sub quo etiam comprehenditur dictum

feme-

semestre) denuò supplicare super eadem re, tenetur primò facere mentionem de primis precibus, & de eo quod sequutum fuerit super eis, & tenetur referre decem vota, aliàs omnia obtenta sint subreptitia, nisi aliter eodem votorum numero Senatus expressè mandaret.

Ergo patere videtur contrarietas, quia statuentes super uno, & eodem casu diversa disponunt, nam in §. antecedenti non requirunt ab eo, qui per tres vices tentaverit supplicationem mentionem fieri de primis precibus, neque de eo, quod super eis secutum fuit, neque interventum decem votorum ad derogationem ejus dispositionis, & è contra in præsenti paragrapho hæc omnia concurrere præcipiunt sub pœna subreptionis.

Animadvertendum tamen est pro responsione, quod casus statutorum diversi sunt inter se, eorum enim differentia consistit in diversitate temporum, & sic benè applicatur dicterium, distinguamus tempora, & concordabimus scripturas, nam statuentes in primò casu loquuntur de eo qui voluerit tentare aliquid intra semestre, & ibi ponit, quomodo valeant obtenta intra illud tempus, in secundo de eo qui intra annum voluerit tentare, & ibi pariter ponit quomodo valeant obtenta.

Nec obstat si dicatur, quod semestre includitur in anno, quia nostrum Statutum intellexit hoc verbum *intra annum* solùm respectu tertiæ, sive ultimæ vicis porrectæ supplicationis, vel tentamente, non autem includere voluerit intra annum, de quo loquitur tempus illius semestris super quo jam disposuit in proximè procedenti §. ideòque ex hac distinctione, & intellectu remota remanet omnis absurditas, & si rationem quæris, cur Statuentes in primo semestre contenti fuerint supplicantem non teneri ad faciendam mentionem de primis precibus prout requiritur in secundo semestre.

Respondeo, quod bene actum fuit per Statuentes, nam cum res supplicata fuerit intra primum semestre, facilius imò facillimè evenire potest, quod Senatus recordetur de primis precibus, & de earum sequuta repulsa, secùs si exacto primo semestre, sed si hæc ratio tibi non satis placebit, aliam hic meliorem subjicies, vel in margine quam ad hunc effectum, ut mendis purgares, adeò largam reliqui,
2 dum mihi demum sufficit legisse, quod Statuta consistunt potius in sic volo, sic jubeo, quam in meditam eorum rationem *Bald. in usib. feud. tit. de alien. feud. in fin. Jas. in l. Gallus §. si ejus n. 15. ff. de lib. & Posth.* & quod illa sunt magis facti quam juris *not. Brun. tract. fœmin. exclud. art. 1. q. 5. num. 4. ad fin.*

3 SEMEL OBTULERIT: Idest præsentaverit, seu porrexerit, sed non tentaverit, ut infra proximè dicam in verba *per tres vices*.

4 PER TRES VICES, UT SUPRA: Non inclusa vice oblationis, ut aliqui dicebant, quia offerri potest centies supplicatio, & non quidem diceretur res neque per unam vicem tentata, nam tentare propriè dicitur qui rem aggreditur, & vi omni experitur habere *Cicer. in paradox. & in orat. pro C. Rabirio Posthumo Ulp. in l. his consequenter §. sed cum ff. de famil. Erciscu.*

INTRA ANNUM: Sed exacto primo semestre, ut declaravi hic supra in *verb. qui preces.*

TENEATUR IN SECUNDIS PRECIBUS: Utrum is qui semel aliquid à Principe petiit nec obtinuit, & velit iterum supplicare teneatur in ultimis precibus facere mentionem de primis porrectis, & non obtentis.

5 Hæc Quæstio non levis est, & quamvis hic illam tetigit *Eruditissim. D. Bottinzoni suis Collat.* & pro negativa concluserit ex ratione, quod quamvis Principi mentio fieret de primis precibus rejectis, non ideò iterùm negaret imò præsumi debeat Principem denuò rogatum, quod antea negaverat, concessurum, vel quia velit rigorem antea in denegando adhibitum temperare, vel ob novam subditi supplicationem (quæ concessionis necessitatem importet.

Sed tamen contrarium sentirem, quamvis multos DD. perlegi, & non inveni casum, quia si Prin-
6 ceps recordaretur prioris denegationis (nam absurdum non est in Principe admittere oblivionem propter multitudinem negotiorum *cap. cum olim de re Judic. Carol. in l. si mihi, & tibi §. in legatis lect. 54. in fin. de legat. 1. Reyger. in verb. Princeps num. 73.* pertbelle *Gonzales in cap. olim 12. de sent. & re Judic. Rot. coram Caprar. decis. 344. num. 22. & decis. 386. num. 18. Larrea alleg. Fisc. 92. num. 17. & seq.* ubi quod procedit in omnibus etiam Ministris occupatis in pluribus). denuò requisitus iterum denegaret, quia Princeps denegando præsumitur facere 7
semper ex aliqua justa causa *gloss. in l. relegati Cod. de Pœnis cap. cum à nobis in fin. de testam. Cyn. in in l. rescripta Cod. de prec. Imper. offer. Roman. in cons. 369. num. 28. & cons. 436. num. 19.* ubi dicit hanc probationem de Jure *Grammat. cons. 100. n. 17. Ansald. de Jurisd. part. 3. tit. 4. cap 1. num. 90. 91. fol. mihi 559. Reyger. in verb. Princeps*, & sic cum recordaretur denegationis pristinarum precum, recordaretur etiam justæ causæ, per quam denegavit, & sic iterum denegaret, vel saltem difficilior redderetur ad concedendum. Quoties igitur non exprimitur Principi, quod si esset expressum ille non concessisset, vel saltem redderetur difficilior, ut hic rectè considerarunt nostri statuentes, rescripta dicentur subreptitia *cap. dudum Ecclesia 54. de elect. & cap. super literis c. caterum de rescript. ibique Panormit. & Felin.*

Ulterius cum non conveniat Principi variatio, & 8
inconstantia, sed debeat esse constans, & immobilis *Bald. cons. 327. lib. 1. per tot. numer. 4. Zabarell. cons. 142. num. 3. Rub. ad decis. 217. num. 471. par. 9. rec. tom. 1.* ideoque reprehendit Cœlestinus Pontif. qui manè concedebat, & serò revocabat gratiam, vel denegabat postea concedebat *Joan. Andr. cap. 1. de renunciat. in 6. late Marta vot. 23. Revir. ad pragmat. Regni de revocat. & suspens. gratiar.* & debet semper esse immotus, & invariabilis in suis Decretis, beneficus, & gratis etiamque in illis sui prædecessoris nisi ex aliqua justa causa superveniente id faciat *Cutell. de donat. disc. 2. part. 6. à num. 193. ad 199. inclusivè Boscol. in una allegat. inserta apud de Luc. in Roman. pretii officior. ibi in ordine allegat. 15. num. 31. & 32. post tractat. de offic. Venal. & Vacab.* ubi quod Princeps revocans ordinata à se, vel suo prædecessore est inimicus bonis moribus.

His igitur firmatis dicendum est quod faciliùs Princeps iterum se confirmaret in eadem opinione, & sic denuò denegationem eliceret cum ejus mens quod semel voluerit de honestate revocare non debet *Roland. cons. 13. num. 52. & seq.*

EXPRESSAM MENTIONEM. Vide ea, quæ dixi suprà *in §. praced. in verb. verbis expressis*, & quid importent hæc verba *vide not. apud Abb. cap. in nostro 32. num. 4. de rescript.* & vide quæ dixi infra *in §. 3. in eod. verb.*

DE PRIMIS: Scilicet non obtentis: Quid di- 9
cendum modo esset si obtentæ fuissent preces? dico quod de primis decretis etiam debet fieri mentio expressa imò expressissima, ut docet *Felin. in cap. caterum 3. num. 2. cum Concordant. & pulchrè Abb. cap. in nostro 32. num. 4. & sequent. de rescript. & sintegm. comm. opinion. de Magistrat. univ. Princ. moder. tit. 5. cap. 2. col. 3. vers. rescriptum*, secundum aliter esset subreptitium Decretum, ita firmant supradicti
DD. & non sufficit generalis expressio, sed spe- 10
cialis, ut dicit *Abb. d. cap. 32. num. 4.* Adverte ta- 11
men quod non est necessaria mentio de primo decreto nullo, vel elidibili per exceptionem *Gloss. penult. in cap. ex tenore de rescript. cap. bonæ de confirm. util. vel inutil. Alex. cons. 43. num. 5. in 4. vol. Pereir. de revis. cap. 97. num. 13. Salgad. labyr. cred. cap. 37. num. 25. & 26. part. 1. Abb. in cap. in nostro 32. num. 9.* ubi dicit hoc procedere quando nullitas, vel exceptio ex propriis literis insurgit *Rot. decis. 178. in antiq. tit. de rescript. Abb. cons. 38. num. 5. vol. 1. Felin. in cap. ex tenore de rescript. num. 2. Negr. de laudem. quæst. 38. tom. 2. num. 45. Valenzuel. cons. 32. num. 56. Menoch. de arbitr. cas. 202. num. 56. 57. 58. & 81.* ubi quod non tene- 12
tur fieri mentio de transactione nulla, vel elidibili per exceptionem quoniam quod nullum est nullum præstat impedimentum.

Neque debet fieri mentio de transactione in de- 13

treto quando illud continet illud idem quod ipsa
14 transactio *Menoch. d. loco num. 59.* neque est mentio necessaria de primo quando novæ preces tendunt ad eumdem effectum *Gym. conf. 107. lib. 2. & fincegm. comm. opin. de Magistr. univ. Prin. moder. tit. 5. cap. 2. col. 3. vers. rescriptum 2.*
15 Declara verò per eumdem *Menoch. dict. caf. 202. num. 81.* quod dixi videlicet quod non tenetur facere mentionem de primo decreto nullo id procedere in casu si secundum decretum impetravit adversarius, nam si idemmet primus impetrans velit secundum decretum impetrare tunc in impetratione secunda est facienda mentio de primo *Gemin. conf. 141. casus talis est col. 3. vers. in contrarium.*

EODEM VOTORUM NUMERO: Scilicet decem verbis.

VERBIS EXPRESSIS: Vide ea quæ dixi in §. primo quando potrectis in simili verbo.

---

§. III.

HÆc omnia disposita intelligantur citra derogationem priorum legum de sententiarum, testamentorum, & instrumentorum infrictione disponentium, sed supplicationes occasione prædicta faciendæ subjaceant etiam regulis, & ordinibus de quibus supra.

S U M M A R I U M.

1 DIctio Hæc omnia *est universalis, & nihil excludit.*
2 Citra *idem significat, ac* præter.
3 *Sacrilegium est de potestate Principis disputare.*
4 *Potestas Principi non fuit a Deo data in destructionem, sed in ædificationem populi ejusque gubernationem.*
5 *Principes creati sunt tanquam tutores, & patres status publici.*
6 *Disputatio fieri potest de potestate Principis eam metiendo à jure non verò ab effrænata voluntate.*
7 *Princeps facere potest solum ea quæ secundum legem, & justitiam fieri admittuntur.*
8 *Princeps non potest de potestate ordinaria sententias infringere.*
9 *Secus de absoluta aliquo justo suadente motivo.*
10 *Sententiæ sunt de jure civili licet per eas dominia transferantur quia hoc venit consecutivè.*
11 *Item Princeps non potest de ordinaria potestate tollere, immutare, evertere ultimas voluntates.*
12 *Neque tollere potest jus in spe solum acquisitum.*
13 *Jus disponendi de rebus propriis fuit introductum de jure gentium.*
14 *Differentia notabilissima inter immutare leges de testamentis, & jus quæsitum ex testamento; in primo casu Princeps potest facere, in secundo non.*
15 *Non potest Princeps de absoluta potestate immutare ultimas voluntates, quia habent substantiam de jure gentium.*
16 *Secus quando adest legitima causa, & num. 37. & 38.*
17 *Ex justa causa potest Princeps alterare majoratus ubi notantur causæ remissivè.*
18 *Princeps secularis nunquam potest immutare voluntates defuncti ad pias causas, secus verò quoad prophana.*
Limita, & declara num. 39.
19 *Instrumentum est scriptura continens conventionem, & contractum partium.*
Distingue inter contractum, & instrumentum n. 40.
20 *Si annullatur instrumentum, non annullatur contractus in eo contentus.*
21 *Appellatione instrumenti veniunt testimonia.*
22 *Landa, vel sententia propriè sunt instrumenta.*
23 *Item acta judicialia, vel extrajudicialia, etiam in materia Statuti.*
24 *Omne id quod in scriptura continetur instrumentum est.*
25 *In Statutis appellatione instrumenti veniunt solum instrumenta publica.*
26 *Sæpissime instrumentum accipitur pro contractu.*
27 *Et in Statutis contractus pro instrumento accipi potest contra num. 29.*
28 *Ideoque si Statutum annullat instrumentum, annullari videtur contractus, vel obligatio.*
29 *In statutis contractus non venit instrumenti appellatione.*
30 *Quia in Statutis venit solùm id quod propriè ex verbi aut vocabuli significatione derivat, maximè stante nostro Statuto, quod verba intelligi debeant ad literam.*
31 *Annullato instrumento non annullatur illud, quod continetur in eo ratione substantiæ, sed gradus probationis.*
32 *Et substantia contractus etiam annullato instrumento potest probari per ipsum Notarium, vel testes.*
33 *Princeps non potest infringere contractus.*
34 *Neque de plenitudine potestatis.*
35 *Potest tamen ex justa, vel legitima causa.*
36 *Princeps derogando instrumentis, vel contractibus, sententiis, ac ultimis voluntatibus si subreptio, vel obreptio fuisset commissa non valuerit derogatio.*

HÆC OMNIA) Includit omnia disposita in 1
præcedentibus capitulis, quia hæc est dictio universalis, & nihil excludit *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 38. num. 1. lib. 1. Rot. decis. 269. n. 9. tom. 3. rec. Ruin. conf. 61. num. 15. vol. 5.*

CITRA: Hæc dictio plures significationes ha- 2
bet, sed hic stat pro exclusiva, & posita pro dictione præter, ut in *l. si bona fidei ff. de petit. heredit. l. post rem ff. de transact. l. nec filius ff. de reb. cred.*

PRIORUM LEGUM: Videlicet *cap. 19. ll. 1576. fol. mihi* 34. ubi declaratur, quod pro dispensatione instrumentorum, sententiarum, & testamentorum undecim vota à Serenissimo Senatu requiruntur, nota tamen quod respectu columnarum Sancti Georgii non admittuntur dispensationes prædictæ nisi quoque exequi mandentur per Illustrissimos Protectores Sancti Georgii ut ex ejus legibus.

DE SENTENTIARUM: Sacrilegium licet 3
multi affirment de potestate Principis disputare, & de ejus authoritate per *l. disputare Cod. de Crim. sacril. l. 5. Cod. de divers. rescript.* quam allegat *Hier. à Laur. decis. Aven. 133. num. 18. Peregrin. conf. 12. n. 12. lib. 6. Rox. de incompat. in append. ad part. 8. cap. 10. num. 12.* Attamen quia potestas non fuit à 4
Deo Principibus attributa in destructionem, sed ædificationem gentium, & suorum subditorum eorumque gubernationem protectionemque *Abb. in cap. significasti 2. notab. de præsumpt. Guid. Pap. decis. 551. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 3. num. 5. 9.* & re- 5
ges de hoc solùm creatos esse videmus, ut Tutores sint, & Patres Status Publici *Senec. lib. 1. de Clem. cap. 14. Jo: Torr. de Major. Ital. cap. 32. §. 1. num. 3. lib. 1. Rub. ad decis. 217. num. 317. & seq. part. 9. recent.* ideòque disputatio jure meritò fieri potest de 6
Potestate Principis eam metiendo à Justitia, & Jure non verò ab effrænata voluntate ad *text. in l. digna vox Cod. de legib. l. ex imperfecto ff. de leg. 3. & l. 3. Cod. de Testament. Piccard. super instit. lib. 2. tit. 27. §. ultim. num. 3. D. Bottin. in suis Collat. hoc loc. Rox. de incompatib. in append. part. 8. cap. 10. num. 1.* In his itaque terminis potest de Principis potestate disputari *Aldobr. conf. 1. num. 110. &*
seqq. quia hoc est dicere Principem solum ea, quæ 7
secundum legem, & Justitiam fieri admittuntur facere posse *Fachin. controv. cap. 2. lib. 1. Sesse dec. 74. num. 41.*

Pro qua disputatione ad nostrum propositum quærendum est utrum Princeps potest derogare sententiis, ultimis voluntatibus, & instrumentis de quibus ordinatim secundum verba præsentis Statuti modò dicam.

Quamvis de rigore Juris Princeps non potest de- 8
rogare, & rescindere sententias, quia faceret contra leges, & primò contra legem finalem *Cod. sententia rescindi non posse. l. admonendi in fin. ff. de Jur.*

jur.

jur. l. caufar; vel liter, Civ. de tranfact. Bald. in conf.
352. num. 1. lib. 1. Amat. refol. 6. n. 8. Giurb. dec. 7.
9 *num. 1.. in med.* tamen de plenitudine poteftatis ali-
quo motivo fuadente poteft fententias, arbitramenta,
& arbitria infringere *l. div. ff. de Pæn. Bald. d. conf.*
352. n. 1. Curt. Jun. conf. 1. n. 21. Bald. c. fent. refc.
non poff. l. fin. n. 11. & 12. Amat. refol. 6. n. 9. Abb.
conf. 109. col. penult. lib. 1. Giurb. dec. 7. numer. 8.
10 & ratio eft quia fententiæ, ac Judicia funt de Jure
Civili foper quo Princeps poteft difpenfare, & fupe-
rior legibus Civilibus eft. Neque obftat quod fen-
tentiæ transferant Dominia, quæ funt de Jure Gen-
tium, quod Princeps tollere non poteft; quia hoc
Dominium venit confecutivè ad fententiam *Bald. d. l.*
fin. C. fent. refc. poff. & Curt. d. conf. 1. num. 26.
11 TESTAMENTORUM: Indubitata eft Juris de-
cifio, quod Princeps Fideicommiffa, fucceffiones, te-
ftamenta, & omnes ultimas voluntates evertere de
poteftate ordinaria, tollere, vel immutare non poteft
Peregr. de fideicom. art. 52. num. 116. Roman. conf. 34.
num. 52. Merez. de majorat. par. 1. quæft. 24. n. 15.
& in fecunda partis initio num. 545. & latius Anton-
nez. de Reg. donat. in par. 2. lib. 1. cap. 1. num. 64.
qui infinitos cumulat, & non poteft tollere claram
teftatoris mentem *l. teftamentum C. de Teftam. Me-*
noch. lib. 4. Præfumpt. 79. numer. 24. & quod Prin-
12 ceps auferre non poffit jus etiam in fpe quæfi-
tum, quia tale Jus non dicitur obvenire de jure Ci-
vili *l. obvenire ff. de verb. fignif. Paul. Rub. ad de-*
cif. 217. numer. 451. & feq. par. 9. recent. nam jus
13 difponendi de rebus propriis, quoad primævam in-
ventionem fuit introductum de jure gentium, nam
eo ipfo quod gentes effe cœperunt, de rebus fuis dif-
ponere voluerunt, ut habetur in *Genef. 27. & 3.*
Reg. Palaez. Merez. in dicta 2. part. init. num. 527.
528. Caftill. quotid. controv. cap. 28. in princ. adver-
14 te tamen quod multum differt inter fe immutare,
alterare, vel tollere leges de teftamentis, & Jus quæ-
fitum ex teftamentis in primo cafu poteft Princeps
facere, nam immutare, tollere, & alterare leges de
teftamentis loquentes hoc folùm tangit folemnia te-
ftamentorum, & tanquam provenientia de Jure Ci-
vili poteft hoc facere, fecùs verò Jus quæfitum ex te-
ftamento fcilicet difpofitione teftatoris, qua voluit
bona fua ad illum pervenire quia hujufmodi poteftas
transferendi rem fuam poft mortem, ac ufus teftan-
di à jure Gentium provenit. Hanc diftinctionem edo-
cet *Ricch. de union. Prol. cap. 3. num. 44. quem fequi-*
tur Jo: Torr. de Major. cap. 32. §. 8. num. 90. 92.
cum qua multæ opiniones diffidentes conciliantur.
15 Hæc dicta cum moderatione intelligenda funt, nam
Princeps non poteft derogare etiam de abfoluta po-
teftate ultimis voluntatibus Teftatorum, ubi jufta,
atque legitima caufa deficiat, & ratio jam reddita
fuit, quia Teftamenta, & contractus habent de Ju-
re Civili formam, & modum, fubftantiam verò de
Jure Gentium *Fulgof. conf. 62. num. 4. Peregr. de fi-*
fideic. art. 52. num. 127.
16 Sed è contrà quando accedat aliqua jufta caufa
poteft hujufmodi voluntates Princeps alterare, & in-
fringere quæcumque teftamenta, tam antè, quàm
poft aditam hæreditatem *Duran. tract. de condit. &*
mod. impof. par. 2. c. 1. num. 116. & luculenter do-
cet *Antunnez. de donat. Reg. c. 1. in 2. p. lib. 1. n. 66.*
Cancer. var. lib. 3. cap. 3. num. 66. Mart. de Jurifd.
par. 4. Centur. 1. caf. 74. num. 15. Paul. Caftr. l. 3.
num. 4. ff. de teft. Natt. conf. 470. num. 24. 25. Merez.
de Majorat. d. 2. part. initio num. 550. & fic ex ju-
17 fta caufa poteft princeps alterare majoratus, & quam-
cumque fimilem fucceffionem *Alogr. Jun. contr. 1.*
num. 64. & latè tenet Torr. de fucceff. in primogenit.
cap. 32. tom. 1. §. 10. num. 133. & feq. Cyriac. contr.
364. num. 26. & feqq. ubi notantur plures juftæ cau-
fæ, propter quas Princeps poteft commutare ultimas
voluntates de hac materia plenè tractat *Peregrin. de*
fideicom. dicto art. 52. in num. 126. & pluribus aliis
feqq Caftill. quotid. controv. lib. 3. cap. 28. ubi latif-
fimè de poteftate Principis circa teftamenta.
18 Et hæc intellige, quoad prophana tantùm, fecus
in relictis ad pias caufas, quia tunc ad fummum
Pontificem fpectat commutare voluntatem defuncti
Cyriac. controv. 364. n. 27. 28. junctis n. 48. & 49.

ET INSTRUMENTORUM: Inftrumentum pro-
priè dicitur fcriptura continens conventionem, vel 19
contractum partium, & differt à contractu, vel con-
ventione tanquam continens à contento *Bertaz. de*
clauf. in rubr. num. 1. Bald. conf. 175. in princ. verf.
evidentiam lib. 1. Alex. conf. 44. in fin. lib. 7. l. cum
qui ædes ff. de ufu. l. contrahitur 4. ff. de Pignor. Sabell.
in fumm. verb. Inftrumentum num. 16. multofque tex.
hic cumulat D. Bottinus in fuis Collation. & ita dif- 20
ferunt quod fi annullatur, vel amittatur inftrumen-
tum non annullatur contractus fi aliàs, vel per te-
ftes, vel quomodocumque probari poffit *Natt. conf.*
609. num. 23. l. cum inftrumentis C. de fid. inftr. Caftr.
conf. 75. num. 2. lib. 2. Tiraquell. de retr. lignag. gloff.
prima §. 2. num. 2. & feq. l. cum res de C. de probat.
l. pactum 17. C. de pact. Signaroll. conf. 145. num. 4.
& appellatione inftrumenti veniunt etiam teftimonia 21
l. 1. C. de fid. inftrum. Bertaz. de clauf. in rub. n. 2.
etiam teftamenta, & Codicilli *Barbof. appell. 119.*
num. 6. Item lauda, & fententiæ propriè funt inftru- 22
menta *Tufch. conclu. 235. lit. I. num. 8.* Item acta 23
Judicialia, vel extrajudicialia etiam in materia Sta-
tuti *Angel. conf. 49. num. 2. Caftr. conf. 430. in 3.*
lib. 1. & omne id quod in fcriptura aliqua contine- 24
tur *Abb. conf. 64. lib. 1.* Quicquid fit quod in ma- 25
teria ftatutaria appellatione Inftrumentorum veniant
folùm inftrumenta publica *Carpan. c. 96. numer. 16.*
lib. 1. Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 70. num. 3. Turt. ad
Stat. Pap. ftat. 127. in Civil. numer. 4. fol. mihi 589.
Et in ftat. 1. pariter in Civil. num. 591. & feqq.
Advertè tamen quod fæpiffimè inftrumentum ac- 26
cipitur pro contractu *l. folent in princ. junct. gloff. ff.*
de off. Proconf. l. Divus de fer. Tufch. conclu. 236.
num. 36. & pluries hic per Eruditifs. Bottinum Domi-
num meum in fuis Collat. num. 8.
Hoc præmiffo poteft enim dubitari fi in Statutis
veniat contractus pro inftrumento, & videtur pri-
mo fic, nam hæc interpretatio eft paffiva à jure 27
communi, & recipitur etiam in Statutis *Mafcar. de*
gener. Stat. interp. concl. 2. nu. 1. & continens pro 28
contento, & viceverfa etiam accipitur apud Gram-
maticos: Item quando Statutum annullat Inftrumen-
tum videtur annullare contractum vel obligationem
Bald. in l. hujufmodi §. fi ità circa fin. ff. de leg. 1. &
in l. fervum Filii §. cum qui ff. eod. in fin.
Sed his non obftantibus in Statuto maximè in 29
noftro non venit contractus pro Inftrumento, quia
Inftrumentum eft diverfum à contractu per jura fu-
prà allegata *Bart. in l. fi quis legatum col. fin. in princ.*
ff. de falf. inftr. Dec. conf. 17. num. 3. & in Statuto 30
venit folum id quod propriè ex verbi, aut vocabuli
fignificatione derivat præcipuè ftante noftro Statuto,
quod verba intelligi debeant ad literam, ut in fimili
Carpan. ad Stat. Mediol. c. 122. num. 2. lib. 1. &
per DD. in l. omnes populi ff. de Juft. & Jure Mafc.
de Gener. Stat. inter. conclu. 4. num. 38.
Et verum non eft quod dixit *Bald. in loc. fup. cit.*
videlicet fi Statutum annullat Inftrumentum cenfe-
tur etiam annullare contractum, nam in hoc com-
muniter reprobatur *Dec. conf. 17. num. 3.* Imò idem
Bal. in l. fin. de falf. adim. leg. quod Statutum quan-
do loquitur de contractu non habet locum in In-
ftrumento, nec fi loquatur de Inftrumento habet lo-
cum in contractu *Dec. d. conf. 17. num. 7.* Ex qui-
bus omnibus infertur quod nomine Inftrumenti non
venit contractus. Obferva tamen quod fi contractus 31
non poffit probari aliundè, vel per teftes, vel quo-
modocumque alio modo contractus ille qui conti-
netur fub Inftrumento annullato non valeret non ra-
tione propriæ annullationis, fed Inftrumenti, quod
non effet amplius capax facere probationem de illo
contractu *Paul. de Caftr. conf. 99. & Dec. d. conf. 17.*
num. 4. ubi etiam vult quod contractus probari pof- 32
fit per ipfum Notarium, qui rogavit Inftrumentum,
& per ipfos teftes, qui in eo interfuerunt.
Attingo etiam hic quæftionem utrum Princeps in- 33
fringere poffit contractus, & breviter refpondeo, fed
negativè ob rationes appofitas fuprà in *verb. tefta-*
mentorum, fed appropriando modo textus, ac autho-
ritates huic præmiffæ quæftioni adduco *tex. in l. fi*
à te C. de pact. inter emptor. ibi *Remitti hanc con-*
ventionem refcripto noftro non jure petis, l. fi donatio-
num.

num 3. de revoc. donat. ibi *si donationem jure fecisti hanc, authoritate rescripti nostri rescindi non oportet*, & faciunt tex. *in l. rescripta l. nec damnosa C. de prec. Imper. offer. l. jubemus C. de Sacros. Eccles. l. omnes C. si contra jus, vel util.*

34 Major enim disputatio est, utrum Princeps hoc facere possit ex plenitudine potestatis, dic quod non, quia ex jure gentium proveniunt, cui non potest derogare *l. ex hoc jure ff. de just. & jur. Pinel. in rubr. C. de rescind. vendit. 1. par. cap. 3. num. 4. cum sexcentum aliis, Rub. ad decis. 217. numer. 451. & sequent. par. 9. roc.*

35 Non absolute procedit hæc conclusio, & limita in casu, quo Princeps tolleret contractus ex justa aliqua causa *Peregr. de fidei. art. 52. n. 127. Menoch. cons. 995. Cancer. var. lib. 3. c. 3. n. 66. Antunnez.* cum infinitis per eum concervatis de more suo *in par. 2. lib. 1. cap. 11. num. 66. de donat. Reg.*

SUBJACEANT ETIAM REGULIS, ET ORDINIBUS DE QUIBUS SUPRA; Hæc depositio conformatur etiam cum jure communi, quia quamvis Princeps possit infringere sententias, Testamenta, ac instrumenta ex plenitudine potestatis, aliquo
36 motivo suadente, ut dixi supra, tamen si aliqua obreptio, vel subreptio committeretur, & probaretur sequutam illam fuisse, non valeret rescriptum *Bald. cons. 252. num. 1. & seqq. lib. 1.* & ita in nostro Statuto deciditur, quamvis Serenissimus Senatus undecim votis possit supradictis derogare, tamen non valerent dispensationes, derogationes, & annullationes, si sequeretur aliqua subreptio, vel obreptio ex nominatis à Statuto, vel omissis, sed dispositis à jure communi.

A D D I T I O.

Ad num. 11.

37 Princeps non solum ex causa publica potest derogare fideicommissis, ac ultimis voluntatibus, sed etiam ex causa privata; Et quæ sint causæ vide *Urceol. decis. Florent. 3. num. 1. 3. 9. & seq.*

38 Commutatio voluntatis est semper ex justa causa, quando facta est in æquale aliud, vel melius *Piton. discept. Eccl. tom. 3. discept. 69. num. 5. cum seq.* Et circa hanc materiam vide *Emerix. decis.* 806. & 898.

Ad num. 18.

39 Vide tamen limitationes, & declarationes penes ipsum *Cyriac. d. controv. 364. num. 49. & seq.*

Ad num. 19.

40 Aliud est contractus, aliud Instrumentum. *Mans. cons. 529. num. 14. & 15. Egregiè Olea de Cession. tit. 8. quæst. 3. num. 29. 30. 31.*

---

§. IV.

SI supplicatio fuerit reprobata, ita ut concurrerint in concedendo tot vota, quot fuissent necessaria ad concessionem, supplicans non audiatur super eadem re intra annum, nisi Senatus saltem decem votis aliter disponeret verbis claris.

S U M M A R I U M.

1 *REprobatio à Judice facta semper parit exceptionem rei judicatæ.*
2 *Coram Serenissimo Senatu, & Supremis Tribunalibus nunquam obstat exceptio rei judicatæ, & possunt iterum de causis cognoscere, & sic decisum est Genuæ.*
3 *Quid importet verbum clarè in Statuto.*

1 FUERIT REPROBATA) Reprobatio a Judice facta semper parit exceptionem rei judicatæ, ita ut nunquam de ea re reprobata consideratio haberi potest, textus sunt expressi in *l. quod in diem §. si rationem, ff. de compensat. & in l. si autem 8. §. si quocumque modo ff. de negot. gestis.*

2 Coram verò supremis Tribunalibus, & præcipuè in nostro Serenissimo Senatu, qui vices Principis substinet, nunquam obstat exceptio rei judicatæ, latissime *Albin. de Inconstant. Judici q. 37. num. 308. & pluribus seqq. & bene Altimar. de nullit. rub. 9. quæst. 34. num. 4. 5. optime Cresp. Valdaur. par. 2. observat. 91. num. 92. & seq.* nam solent suprema Tribunalia, ubi de injustitia constat, sententias revocare, nec sunt ligatæ manus Supremi Tribunalis, quin possit iterum de causis cognoscere, *Carol. de Grass. de sentent. & re judic. num. 13. Gratian. discept. 499. num. 22. Ludovis. decis. 317. num. 1. & 2. Seraphin. decis. 251. num. 3. & pulchre Venturin. cons. 33. num. 15. 16. 17.* & ita fuit responsum anno 163.., inter M. Stephanum Centurionum, & Alexandrum ejus Patruum Illustrissimo Officio S. Georgii à M. Insigni J. U. D. Casanova, & secundum ejus votum pronunciatum: Idem fuit responsum anno 1631, eidem officio in causa M. Liviæ Senatæ à M. Jacobo Tiscornia in causa M. Francisci Scatellæ.

VERBIS CLARIS.; Vide supra in principio hujus capituli in simili verbo, & etiam adde *Carpan. ad Stat. Mediol. lib. 1. cap. 73. in verb. clare*, ubi multa annotat de hoc verbo, & quid importet. 3

---

§. V.

SI quis Decretum aliquod obtineret à Senatu De, aut super negotio jam proposito coram Extraordinariis, seu Magistratu Terræfirmæ, teneatur expressam mentionem fieri facere de dicta propositione, aliter decretum obtentum sit subreptitium, & nullum non obstante quod intervenerit numerus votorum alioquin requisitus. 1

S U M M A R I U M.

1 *DIctio De de ejus natura importat causam proximam, & immediatam.*
2 *Hic vero in Statuto stat pro dictione super.*
3 *Per solam precum oblationem, seu libelli non dicitur aliquid petere, sed petere velle.*
4 *Quæcumque petitio antè partis citationem non dicitur de processu, sed de preparatoriis Judicii.*
5 *Per præparatoria res non desinit esse integra.*
6 *Judicium sumit solum initium à citatione.*
7 *Antè citationem non dicitur præventa neque præoccupata jurisdictio, neque suspenditur, & n. 22.*
8 *Post citationem non dicitur amplius res integra.*
9 *In secundis precibus debet fieri mentio de primo actu gesto cum citatione partis.*
10 *Licet citatio solum impetrata fuerit, & non exequuta.*
11 *In secundis precibus debemus facere mentionem de negotio proposito antè primum Judicem licet negotium cessatum esset ex aliqua causa præcipue, quando in statuentibus consideratur ratio removendi fraudes.*
12 *Secùs de jure communi.*
13 *Decretum impetratum à Principe sine mentione denegationis ipsius facta à Judice inferiori per nostrum Statutum est subrepticium.*
14 *Idem firmatur de jure communi reprobato D. Bottino.*
15 *Officium Principis est eligere optimates spectata prudentia, ut eum possint sublevare;*
16 *Princeps contrarium faciendo ejus, quod fecit Judex inferior, vel suus delegatus, eum injuria afficit.*
17 *Mentio primi decreti debet fieri expressa, & specifica, nec per relationem pro adimplenda forma Statuti nostri.*
18 *Statutum quando procedit ad actus annullationem tunc dicitur, omnia disposita per illud esse pro forma.*
19 *Clausula nullius roboris, vel nullius momenti importat ipso jure nullitatem.*
20 *Ipso jure nulla nil aliud expectant, quam declarationem Judicis.*

21 *Secus si ipso facto.*
23 *Libellus supplex an, & quando habeat vim litis contestationis, & quando confessionem inducat.*

1 DE) Varios tenet significatus hæc clausula, quos
recenset *Barbos. de diction. dict.* 76. & de ejus
natura importat causam proximam, & immediatam
Cardinal. Mantic. de conject. ultim. vol. lib. 11. *tit.* 12.
num. 17. *Paris. cons.* 9. *n.* 44. *vol.* 1.
2 Sed hic in Statuto nostro non aliam importare
potest significationem, quam illam eandem dictionis
super ut in l. 3. *in princ. ff. si à non comp. jud.* quam
allegat cum dicto *Ciceronis idem Barbos. dict.* 76.
num. 16. & benè videtur hæc dictio *Dè* declarata
per ipsum in verbis immediate sequentibus, ly aut
super.

NEGOTIO JAM PROPOSITO: Multæ hic cadunt considerationes, & in primis pro earum enucleatione, solita indigemus distinctione, ut verè agnosci possit quomodo intelligatur negotium, jam propositum coram Judice inferiori, seu jam inchoatum, ad hoc ut de eo fieri debeat mentio in secundo rescripto impetrando à Principe.

3 Et primo videndum est, an per solam porrectionem libelli supplicatorii, sine partis citatione, & sine aliqua expositione Judici facta intelligatur inchoatum negotium: respondeo negativè, quia per solam libelli, seu precum oblationem quis non dicitur petere, sed petere velle vulgata *l. amplius* 15. *ff. rem rat. haber. & ibi gloss. & DD. omnes, & l. unic. C. de lit. contest. Vel. dissert.* 26. *num.* 86. *ad med. Asin. de execut.* §. 4. *cap.* 113. *num.* 2. *fol.* 126. *quem sequitur Posth. de Manut. observ.* 78. *num.* 32. *Cyriac. controv.* 327. *num.* 50. *Leo de præparat. par.* 1. *præparat.* 2. *nu-*
4 *48. & 49.* Hinc quæcumque petitio ante partis citationem non dicitur de processu, sed de præparatoriis
Judicii *Lanfrac. de Arsad. tract. de libell. lib.* 17.
num. 22. *Bald. in Auth. Clericus col.* 2. *C. de Episc. & Cleric. Muscatell. in prax. par.* 2. *gloss. præsentata à num.* 8. *fol.* 20. *Leo de præparat. judic. par.* 1. *præparat.* 6. *num.* 5. *& antea in præparat.* 2. *num.* 35. *&*
56. ac præparat. 36. *num.* 9. *Alex. l.* 1. *num.* 2. *ff. de*
5 *in jus voc. & in rubr. C. de edend.* per quæ sane præparatoria res non definit esse integra, idem author
præparat. 6. *num.* 2. *&* 3. *Altimar. de nullit. rub.* 10.
quæst. 16. *num.* 9. *cum pluribus seqq.* neque lis intro-
6 ducta dicitur *decis.* 431. *par.* 4. *rec. tom.* 1. omne enim
judicium initium sumit solum ab ipsa citatione *Guzman. verit. jur.* 4. *num.* 25. *Gratian. cap.* 389. *n.* 11.
Asin. in prax. §. 1. *num.* 14. *Burat. decis.* 138. *n.* 2.
7 *&* 3. Et sic ante citationem neque dicitur præventa, neque præoccupata jurisdictio *l. si quis postea ff. de judic. c. proposuisti de for. compètent. l. non videtur ff. de re judic.* ibique omnes *Marant. in prax.* 4 *par. distinct.* 12. *num.* 11. *Carleval. de Judic. disp.* 2. *q.* 8. *n.* 997. Item neque per præsentationem Decreti factam Judici res non desinit esse integra, nisi essemus in casu decreti gratiosi, *Altimar. de nullit. rub.* 10. *q.* 16. *num.* 13. *Albit. de inconst. q.* 1. *num.* 11.
8 Sed, si citatio exequuta fuerit, non dicitur am-
9 plius res integra, & non inchoata, & tunc debet fieri in secundis precibus mentio de primo actu facto cum citatione partis, quæ rem proposuit coram primo Judice, ut sensit *Felin. in cap. super literis n.* 12. *prope princ.* quem sequitur *Menoch. de arbitr. cas.* 202. *num.* 7. *Altimar. de nullitat. rub.* 10. *q.* 16. *num.* 9.
10 etiamsi sola citatio impetrata fuerit, & non exequuta *d. cas. num.* 8. *Altimar. d. loco citato, & albit. d. loco citato, & num.* 12. Quæ magis omnia habent locum in nostro Statuto, quod indistinctè determinat de negotio solùm proposito coram Magistratu Extraordinariorum, seu Tertæfirmæ mentionem expressam fieri debere.

11 Qua regula generali Statuti attenta semper, & indistinctè debemus facere mentionem de negotio jam proposito coram dictis Magistratibus, licet negotium jam propositum cessatum esset ex longo temporis intervallo, vel ei renunciatum, præcipuè quando in statuentibus considerari potest ratio removendi frau-
12 des *Mascard. de Stat. conclus.* 5. *num.* 31. Secus verò esset de jure communi *Cravet. cons.* 182. *n.* 4. *& cons.* 293. *Menoch. de arbitr. judic. cas.* 202. *n.* 14. 15. 16.

Nec omittam (dum apte hic cadit) disputationem, an scilicet Decretum impetratum à Summo Principe posteaquam à judice inferiori illud denegatum fuerit, reddatur subreptitium, si mentionem non fecerit impetrans de prima denegatione Judicis inferioris
in secundis precibus porrectis Supremo Principi. Su- 13
perflua est, ut videtis per nostrum Statutum, hæc
quæstio, dum eam expressis verbis determinavit,
Non tamen de jure, & licet hoc dubium excitavit hic 14
Eruditissimus D. meus Borrinus, & secundum eum concludendum negativè videatur, scilicet nullo subreptionis vitio subjacere Decretum obtentum à Judice, vel superiori Principe, si ab impetrante de prima Decreti, vel propositi negotii denegatione ab inferiori Judice facta, mentio in secundis precibus facta non fuerit.

Sed mihi hæc sententia non benè arridet; nam 15
sicut Princeps, & ejus officium est aligere aliquot administratores status sui, ut in tanta negotiorum mole, & multitudine ei succurrant, vel optimates spectatæ prudentiæ assumere, ut eum possint sublevare *Reiger. in suo Thesaur. jur. in verb. Princeps n.* 14. ideoque ex his dicendum est, quod si hujusmodi à Principe electi, in quibus omninò confidit, aliquid ejus nomine agerent, vel rescribendo, concedendo, vel denegando, certè si Princeps de gestis à suo delegato mentionem habuisset, & sic de prima denega-
tione, non diversimodè facturum fuisse credendum 16
est, quia alias injuria eos afficeret, quæ est sufficiens causa ad reddendum rescriptum subreptitium, ut benè concludit *Felin. cap. cæterum de rescriptis, & est tex. in l. litigatores ff. de arbitr. quem allegat Menoch. de arbitr. d. cas.* 202. *num.* 62.

Præterea ad confirmationem prædictæ conclusionis efferri potest, quod sicut tenetur in secundis pre-
cibus impetrans narrare primum rescriptum obten- a
tum, ut sentiunt Doctores communiter in *cap. Cæterum de rescript.* ita à pari denegationem primi rescripti, nam contrariorum eadem est disciplina.

EXPRESSAM MENTIONEM: Hic debet fieri 17
expressa, & specifica mentio, neque sufficit per relationem ad scripturas forsan productas, sivè processum coram Senatu Serenissimo exhibitum *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 445. *num.* 30. *lib.* 1. *& cap.* 319. *num.* 38. *Riminald. Sen. cons.* 307. *n.*.... *lib.* 2. *Alder. Mascard. de Stat. interpretat. conclus.* 9. *num.* 62. *Osasch. decis.* 128. *num.* 13. quia Statutum videtur hic requirere pro forma hanc expressionem, ut clarum nobis redditur ex verbis infra declarandis, ut
benè fraudes evitentur, quæ ratio potissima est. 18

ALITER: Statutum, quando procedit ad actus annullationem, tunc dicitur omnia disposita per illud esse pro forma *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 319. *num.* 41. *lib.* 1. *Felin. in cap. cum dilecta* 32. *sub n.* 6. *Pasct. cons.* 172. *num.* 2. & in simili verbo etiam docuit *Fenzon. ad Stat. Urb. in c.* 71. *in verb. alias lit. L. num.* 21. *& in puncto de diction. aliter edem sensit Scayn. decis. Bonon. decis.* 67. *num.* 5. *&* 6.

NULLUM: Verba nullius roboris, vel momenti 19
inducunt in Statutis ipso jure nullitatem *Ecder. Sen. cons.* 137. *col.* 1. *post med. vers. sonant enim illa verba l. si quis Sempronium ff. de hered. instituend. Sperell. decis.* 155. *num.* 17. *Gratian. discept.* 691. *num.* 3. 4. 5.
Altimar. de nullit. rubr. 4. *quæst.* 1. *num.* 4. & quæ 20
sunt ipso jure nulla nil aliud requirunt nisi sententiam declaratoriam *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 8.
num. 92. *&* 93. *lib.* 1. Secus verò si dixisset nullum 21
ipso facto *Peregr. cons.* 6. *num.* 11. *lib.* 2.

A D D I T I O.

Ad num. 7.

Per porrectionem libelli non suspenditur Jurisdictio 22
ordinarii *l. ejus* 4. *ff. de appellat. recip. & ibi Cuman. Cyriac. controv.* 413. *num.* 40. *& vide hic Bottin. n.* 4. *& leges ab eo citatas.*

Libellus supplex Principi oblatus an, & quando 23
habeat vim litis contestationis, itaut perpetuet actionem, & producat alios effectus litis contestationis, *Sabell. verb. libellus n.* 7. Et quando inducat confessionem, vel non, *Sabell. d. loco n.* 7. *vers. quando.*

§. VI.

§. VI.

DE rebus verò aut negotiis cadentibus sub jurisdictione Extraordinariorum, seu Officij Terræfirmæ teneatur quilibet qui Decretum obtinere voluerit à Senatu, impetrare interveniéntibus saltem decem votis favorabilibus, aliter Decreta obtenta sint obreptitia, & subreptitia.

S U M M A R I U M.

1 *FRustra recurritur ad Principem circa id, quod valet ordinario remedio reparari.*
2 *Senatus nunquam solet apponere manus ad ea, quæ possunt expediri remedio ordinario, neque causas inferiorum judicum cognoscere, nisi ex justa aliqua causa.*

DEcem vota requirit hoc Statutum super rebus, ac negotiis, quæ cadere possunt sub authoritate concessa Illustrissimis Magistratibus Extraordinariorum, & Terræfirmæ, cum aliter octo sufficerent, & hoc in pœnam eorum, qui sine necessitate supremum Judicem molestant circa ea, quæ à Judice or-
1 dinario reparari possunt, frustra enim recurritur ad Principem circa id, quod valet ordinario remedio reparari *l. unica C. de Thesaur. lib.* 10. *l. Imperatores* 30. *ff. de reb. author. Jud. possid. l. cum interdicta C. arbitr. tutel. Amaya in d. l. unica vers. ut superfluum C. de Thesaur. n.* 53. ideoque benè Princeps potest rejicere supplicantem *Alvarez. Velasc. consult.* 51. *num.* 11. *Card. de Luc. de Judic. discur.* 38. *n.* 2.
2 *&* 3. quia Senatus non solet apponere manus ad ea, quæ possunt expediri remedio ordinario, neque causas aliorum judicum cognoscere, nisi aliqua evidens causa requirat *Alb. cons.* 641. *num.* 6. *& cons.* 240. *num.* 37. *ibi addens lit. O. & cons.* 375. *num.* 20. *& ibi add. lit. F.*

---

§. VII.

SI aliqua revisio sententiæ delegatorum data esset per Senatum, seu concessa, & propterea deberent, vel constitui, vel subrogari aliqui Delegati pro electione, nihilominus teneatur quilibet comparere coram Extraordinariis, vel Officio Terræfirmæ, cui respectivè spectaret illud negotium ex forma Statutorum, & si Decretum aliquod, sive delegationis, sive subrogationis impetraret à Senatu, teneatur illud impetrare sub modis, & in omnibus ut suprà, aliàs sit obreptitium, & subreptitium.

S U M M A R I U M.

1 *QUa sit revisio gratiosa, vel Justitia, & per quas causas conceditur.*
2 *Revisio Justitiæ & gratia de jure differunt inter se.*
3 *Revisio ex gratia requirit aliquam causam per quam a Principe concedatur.*
4 *Quæ sint causa concedendi revisionem remissivè.*
5 *Sententia facta coram Judice suspecto meretur revisionem.*
6 *Revisio nunquam impedit revisionem sententia.*
7 *In dubio præsumitur potius Principem rescripsisse an sententia revidenda sit, quam quod simpliciter revideatur.*
8 *Revisio pertinet ad Principem Supremum non recognoscentem superiorem.*
9 *Solus Supremus Princeps potest jus à sententia deductum alterare.*
10 *Causa semel in Principis aula introducta nunquam ab ea exire potest, nisi à Principe rursus remittatur.*
11 *Ita in causa revisionis.*
12 *Per decretum factum à Principe alicui ad referendum Princeps se interposuisse dicitur in causa.*
13 *Referendarius nullam habet jurisdictionem, & num.* 32.
14 *In nostro Senatu per Decreta ab eo facta ad referendum non dicitur revocata causa.*
15 *Secus verò in decretis mixtis videlicet quod residentes in Regali Palatio studeant componere partes sin minus referant, & num.* 33.
16 *Tractatus compositionis suspendit causam, & tempus instantia licet statutaria.*
17 *Princeps apponendo manus in aliqua causa facit cessare jurisdictionem ordinarii.*
18 *Statutum nostrum procedere solùm declaratur in delegatione revisionum à sententiis delegatorum.*
19 *Actio ad exhibendum est diversa à rei vendicatione, & sunt diversa Judicia.*
20 *Actio ad exhibendum est præparatoria rei vendicationis sine tamen ullo ordine à lege præfixo.*
21 *Reprobatur D. Bottinus.*
22 *Subrogatio devolvitur ad primum eligentem.*
23 *Subrogatus est semper idem cum primo, & ejusdem natura.*
24 *Clausula sub modis, & in omnibus ut suprà repetit qualitates supra expressas.*
25 *Natura relationis est ad proxima se referre.*
26 *Relatio ad omnia præcedentia non refertur quando ratio assignari potest, quod potius ad unum, quam ad aliud referatur.*
27 *Vel quando facta relatione ad omnia restringeretur dispositio favorabilis.*
28 *Vel quando sequeretur aliquod absonum, & absurdum.*
29 *Relatio semper facienda est quibus commodè, & æque convenit.*
30 *An per recursum ad Principem pendente lite suspendatur jurisdictio ordinarii.*
31 *Jurisdictio Judicis inferioris neque de consensu partium prorogari potest.*

SI ALIQUA REVISIO) Revisio sententiæ mul- 1
tipliciter concedi potest nempè ex justitia quæ solùm conceditur ob falsitatem probationum, vel corruptionem judicum, vel ex gratia, seu ex speciali Principis gratia, quæ conceditur ex omnibus aliis causis præter duas supradictas, ut notat *Pereyr. de revis. cap.* 8. *num.* 1. *& seq.*

Hi duo modi revisionum scilicet Justitiæ, ac gra- 2
tiæ de jure differunt inter se, ut ostendit idem *Pereyr. in cap.* 7. *&* 8. Tamen in nostro Statuto indistinctè accipienda est revisio ex regulis generalibus traditis per *Alderan. Maschard. de Stat. interpret.*
conclus. 5. & licet hujusmodi revisio ex gratia, & be- 3
nignitate Principis proveniat, & ob id gratiosa dicatur, requirit tamen aliquas causas, à quibus fundamentum, & motivum capiat ipsemet Principis indulgentia *Valasc. consult.* 51. *numer.* 7. *Pereyr. dicto tractat. cap.* 8. *num.* 3. *&* 4. *& seq. & cap.* 14. *n.* 7.
quibus locis enumerat causas, per quas possit Prin- 4
ceps concedere revisionem, inter quas multum ope- 5
ratur ad concedendam revisionem, si coram aliquo Judice suspecto causa cognita fuit *Giurb. decis.* 48. *num.* 1. *Pereyr. dicto cap.* 8. *num.* 4. *&* 22.

Regulariter tamen est, quod revisio nunquam im- 6
pedit executionem sententiæ *Bursat. cons.* 74. *num.* 9. *Vant. de nullit. tit.* 14. *qual. & quib. mod. sent. & proces. num.* 30. *&* 31. *Pereyr. de Sous. tract. de revis. cap.* 40. *num.* 5. *& tribus seqq. Scacc. de appellat. quæst.* 19. *remed.* 3. *num.* 27. *vers. sed supplicatio*, &
in dubio potiùs præsumitur Principem rescripsisse, an 7
sententia revidenda sit, quam quod simpliciter revideatur *Menoch. de arbitr. quæst.* 52. *num.* 15.

PER SENATUM: Qui repræsentat personam
totius Reipublicæ, ut plenè diximus suprà, & ideò 8
tanquam Princeps potest revisionem quamlibet concedere, nec alicui licet rei judicatæ revisionem concedere, nisi solis Principibus Supremis superiorem non recognoscentibus *l. Divi* 27. *ibi gloss. ff. de pæn. l.* 1. *§. fin. ff. de quæstion. Auth. Quæ supplicatio C. de precibus Imper. offer. l. unic. C. de sent. præfect. l.* 1.
& 2. *C. de sent. rescind.* Solus enim Princeps Su- 9
premus potest jus à sententia deductum alterare, & ei derogare *Scacc. de appellat. q.* 19. *remed.* 3. *n.* 21.

Paz.

Paz. in sua prax. tom. 1. quæst. 7. cap. unic. num. 121.
Pont. de Potest. Proregis tit. 10. de diverſ. provi-
ſion. §. 1.
10 TENEATUR QUILIBET COMPARERE : Se-
cus de jure communi (quamvis contrarium ſuſtine-
ri poſſe aſſeruit hic Eruditiſſimus Bottinus) proce-
dit, nam cauſa ſemel in aulam Principis introdu-
cta nuſquam ab ea exire poteſt niſi à Principe rur-
ſus remittatur *Bald. in l. ſi ut proponis col. penult.*
C. quomodo, & quand. Judex Dec. conſ. 137. num. 3.
Jaſ. in l. filius familias §. Divi num. 58. ff. de leg. 1.
& in conſ. 98. col. 1. lib. 4. latè Pegaz. reſol. cap. 18.
num. 44. vel illam deleget, textus eſt ſingularis in
c. paſtoralis §. praterea de off. ord. Bald. in dicta l.
ſi ut proponis num. 25. ibi nota, quod cauſa, quæ
ſemel eſt in Curia Romana, nunquam exibit de cu-
ria, niſi Princeps deleget, vel cauſam remittat ad
ordinarium, quem ſequitur libenter *Covarr. practic.*
quæſt. lib. unic. cap. 9. num. 5. uſque ad verſ. Quin &
illud. Magon. deciſ. 90. num. 17. Figuer. de jur. adhæ-
rend. cap. 54. num. 34. Coſta de Remed. ſubſid. remed.
11 *24. num. 1. Pegaz. reſol. cap. 18. num. 44.* & juxtà ter-
minos reviſionis idem ſenſit *Pereyr. de reviſion. c. 83.*
num. 26. quia reviſione pendente cenſetur ad Princi-
pem evocata cauſa, & ſic cum Principis aulam ſe-
mel ingreſſa ſit, nunquam exit *Coſt. dicto remed. 24.*
12 *num. 3.* Utrum verò per Decretum factum à Princi-
pe alicui de ſuis Cancellariis ad referendum, vel cui-
libet alio in aliqua cauſa dici poſſit, Principem ſe
13 interpoſuiſſe in dicta cauſa, reſpondeo ſic per ea,
quæ adducit *Scacc. de appellat. quæſt. 15. num. 269.*
Vide *Lancellot. de attent. par. 2. cap. 20. ampl. 11.*
Rot. in nov. de reſcr. dec. 6. Altimar. de nullit. rub. 9.
Gonzalez ad c. 8. de offic. Legati licet ſimplex refe-
rendarius nullam habeat authoritatem, ac juriſdi-
ctionem niſi referendi, ita ut ſi pronunciaret, quæ-
libet ejus pronunciatio eſſet ipſo jure nulla *Alex.*
conſ. 108. n. 5. lib. 6. Angel. conſ. 327. num. 1. verſ.
Contrarium eſt verum. Thuſc. concluſ. 79. lit. R. num. 1.
14 *Palm. Sen. conſ. 54. numer. 24.* Sciendum tamen eſt,
per quod hujuſmodi Decreta ad referendum in no-
ſtro ſtatu non dicitur Sereniſſimus Senatus ſe in-
tromiſiſſe in cauſa propter declarationes ab eodem
Ser. Senatu factas anno 1662. 5. Januarii, & 1663.
14. Maji.
15 Adverte pariter quod iſtæ declarationes loquuntur
ſolum circa decreta ſimpliciter facta à Senatu Can-
cellariis ad referendum, & non poſſunt comprehen-
dere illa decreta mixta, quæ fieri ſolent quandoque
à Sereniſſimo Senatu, videlicet, quod Excellentiſſi-
mi Reſidentes in Regali Palatio ſtudeant componere
partes, ſin minus referant, iſtud enim Decretum
continet prius tractatum compoſitionis, qua non ſe-
quuta relatio facienda eſt, ideoque tanquam mixtum
non comprehenditur ſub Decretis ad referendum ema-
natis, & ſic ſuſpenderet cauſam coram ordinario
16 prout introducta coram Principe, item quia conti-
nens tractatum compoſitionis debet cauſam, & tem-
pus inſtantiæ etiam ſtatutariæ ſuſpendere *Mandoſ. ad*
Reg. 34. q. 41. num. 6. in fin. Gratian. deciſ. 173. in
addit. num. 1. & ibi Carol. Ant. de Luc. num. 3. non
obſtante in contrarium *Caball. conſ. 49. Alex. conſ.*
72. num.... lib. 3. Rot. deciſ. 665. coram Bich. & ita
in facto obtinui à M. Joſepho Maria Spinola J. C.
magni nominis, & collega noſtro.
Idcircò prudenter hoc Statutum noſtrum non ob-
ſtante pendentia reviſionis voluit, quod Magiſtratus
Extraordinariorum, vel Terræfirmæ poſſint commit-
tere hujuſmodi delegationes, & ſubrogationes, quæ
ſolùm Principi concedenti reviſionem de jure perti-
17 nent, quia generaliter, ut dixi, Princeps apponen-
do manus in aliqua cauſa facit ceſſare juriſdictionem
ordinarii, ſivè inferioris, & intelligitur avocata ejus
juriſdictio *cap. 1. & 2. de confirmat. util. vel inutil.*
Coſt. de remed. ſubſid. dicto loc. num. 1. & Rot. Ge-
18 *nuenſ. de mercat. deciſ. 21. numer. 13.* Ex his enim
quoque concludendum eſt, quod ſupradictum Statu-
tum noſtrum loquitur ſolum, & habet locum tan-
tum in delegatione ob conceſſam reviſionem ſenten-
tiæ delegatorum, nam ſi reviſio per Senatum eſſet
conceſſa ſententiæ aliorum judicum ordinariorum,
ſive M. Rotæ Civilis, ſive cujuſcumque Magiſtratus,
ille, qui pro delegatione ejuſdem inſtaret, nullo mo-
do tenetur coram Magiſtratibus Extraordinariorum,
vel Terræfirmæ comparere, ſed coram ipſo Principe
concedente ex juribus ſupra deductis, & ſic Statu-
tum noſtrum, quod in hoc caſu contrarium voluit,
illud declaravit, & ſtatuit expreſſis verbis.
Reſpondendo modo contrariis, quæ objicit hic D.
meus Bottinus num. 5. ſcilicet, quod quamvis Præ-
ſes Provinciæ fuerit Judex in actione ad exhibendum,
tamen de cauſa principali, ſcilicet de rei vindicatio-
ne, inferior Judex poteſt cognoſcere, reſpondendo
dico, quod bene id procedit, nam actio ad exhiben- 19
dum eſt diverſa, & nihil habet cum actione rei vin-
dicatoria, & ſunt diverſa judicia, & ſic illa poteſt
poſtponi, & petitorio prius agere *Jaſ. in rub. C. de*
edend. verſ. 1. quia non eſt de neceſſitate. Gratian. di-
ſcept. 262. num. 6. & quamvis actio ad exhibendum 20
dicatur præparatorium rei vindicationis, attamen iſtud
præparatorium eſt ſimpliciter, & ſine ullo ordine à
lege præfixo *Leo de præparat. præparat. 5. num. 7.* id-
eoque cum ſint diverſæ hæ actiones, poteſt unus Ju-
dex cognoſcere de una, & non de alia, & ſic benè
applicatur Doctrina allata per eundem D. meum hìc, 21
quod appoſitio manus Principis ad unum finem, & ef-
fectum non ligat manus inferioris, quoad diverſum
finem, & effectum, ſiquidem limitata cauſa limita-
tum effectum producit *l. cum ſervo 63. ff. de contrah.*
emption. & alii contextus allegati per D. meum.
SIVE DELEGATIONIS : Intellige ſemper pro re-
viſione ſententiæ delegatorum conceſſa à Senatu,
nam iiſdem terminis ſemper retenta intelligitur diſ-
poſitio.
SIVE SUBROGATIONIS : Electus ad aliquod 22
officium, quando excuſatur, vel removetur, ſemper
ſubrogatio loco illius devolvitur ad ipſum removen-
tem, vel excuſantem, licet ex electio etiam ad alios
pertineret *l. 1. §. ſolent ff. quando appellandum ſit l. 2.*
ff. ad municipal. & ſubrogatus eſt ſemper idem cum 23
primo, & ejuſdem naturæ *l. qui eum §. qui injuria-*
rum ff. ſi quis caut. Menoch. de arbitr. q. 54. n. 29.
SUB MODIS, ET IN OMNIBUS, UT SU- 24
PRA : Hæc clauſula, ſive dictio repetit omnes qua-
litates ſuprà expreſſas, & facit relationem omnium,
quæ dicta ſuperius ſunt *Bertazol. de clauſ. clauſ. 21.*
gloſſ. 27. Altograd. Jun. controv. 38. num. 49. & latè
de hac tractat *Scayn. in deciſ. Bononien. 81. num. 11.*
& ſeqq. & vide apud eum quas operationes illa fa-
ciat *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 417. num. 647.*
lib. 1. item de natura relationis eſt ad proxima re- 25
ferre *argum. l. fin. & ibi Bart. de rebus dub. Rot.*
deciſ. 158. num. ..par. 5. recent. Peregr. conſ. 51. n. 5.
tom. 5. & Rot. deciſ. 300. coram Duran. item ad om- 26
nia præcedentia non refertur, quando ſpecialis ratio
aſſignari poteſt, ut ad unum, & non ad aliud refe-
ratur *Bart. in l. talis ſcriptura §. fin. de leg. 1. Caſtr.*
l. 1. C. de liber. præter. Socin. jun. conſ. 158. num. 49.
lib. 2. & conſ. 160. num. 61. dicto lib. 2. vel quando 27
facta relatione ad omnia reſtringeretur diſpoſitio fa-
vorabilis *Grat. conſ. 16. num. 9. lib. 1. Ruin. conſ. 64.*
ſub num. 8. verſ. & pro hac parte lib. 2. Alex. conſ.
48. num. 6. Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 151. inſpect. 2.
num. 30. par. 2. fol. 379. vel quando ſequeretur aliquod 28
abſonum, & abſurdum *Scayn. in deciſ. Bonon. 81.*
num. 13. & 14. & ſeq. Pariſ. conſ. 79. col. 5. vol. 2.
Grat. conſ. 112. col. 3. vol. 2. Socin. Jun. conſ. 162. nu-
mer. 61. lib. 2. Manſ. conſult. 358. num. 22. & Rot.
deciſ. 536. par. 14. rec. Nam abſurda ſunt evitanda
l. nam abſurdum ff. de bon. liber. & ſic relatio ſem- 29
per facienda, quibus commodè, & æquè convenit *l.*
1. in fin. C. de liber. præter. Caphal. conſ. 117. nu. 4.
lib. 1. Fenzon. ad Stat. Urb. dicta inſpect. 2. par. 2.
num. 46. fol. 380. Gabriel. de clauſ. concluſ. 9. num. 16.
apud quem latiſſimè cum ſuis limitationibus vide hanc
concluſionem.

A D D I T I O

Ad num. 10.

An per recurſum factum Principi pendente lite ſuſ- 30
pendatur juriſdictio ordinarii, *Cyriac. controv. 413.*
fere per tot. Nevizan. conſ. 44. n. 10. & ſeq. & vid.
Textum in l. ejus 4. ff. de appell. recip. Salgad. de reg.
protect.

protect. par. 1. cap. 7. fere per tot. & de supplicat. par. 1. cap. 9. num. 84.

Ad num. 11.

31 Neque de consensu partium potest prorogari jurisdictio Judicis inferioris, *Rota Lucens. divers. coram Lepid. decis. 55. Pegaz. resolut. 18. num. 44.* Et hoc procedit sive causa fuerit avocata à Principe ad instantiam partis, sive ex motu proprio, dicta *Rot. Luc. coram Lepid. d. decis. 55. §. & differentia.*

Ad num. 12. 13.

32 Relatione pendente nihil potest innovari, *Galeot. respons. Fiscal. 30. num. 73.* & in puncto *Merlin. dec. lucens. 72. num. 3.* ubi dicit quod pendente relatione deputatorum à Principe, & tractatu compositionis ab eo demandatæ civibus aliquibus, ordinarius non potest se intromittere in causa, propter manum ab eo positam *Gratian. decis. 144. num. 35. Sabell. in prax. crimin. verb. causa num. 19.*

Ad num. 15.

33 De hujusmodi decretis *Studeant componere partes, sin minus cognoscant*, Vide *Riminald. Jun. cons. 205.*

---

§. VIII.

IN iis quæ per Senatum providenda erunt abstineant à voto, & recedant à loco habentes interesse, & agnati cognati, & affines usque in secundum gradum inclusivè, sivè alicujus partium, sivè habentium interesse, alioquin nullum sit, quod fuisset Decretum, & intelligitur durare affinitas etiam post mortem ejus, qui causam daret affinitatis.

S U M M A R I U M.

1 *RElativum qui, qua, quod, aliquando est declarativum, aliquando restrictivum.*
2 *Serenissimus Dux debet se abstinere à voto, tam in rebus civilibus, & publices, quam in Criminalibus, & privatis, quando habet aliquod impedimentum.*
3 *Senator non potest ex se ipso abstinere à voto, absque quod à partibus formiter recusetur.*
4 *Senator in omnibus causis votum suum tenetur dare.*
5 *Secus verò quando lex mandaret, quod in tali casa à voto se abstineat, nam tunc licet non interpellatus se abstinere debet.*
6 *Actus præsumitur ex eo capite factus per quod substineri possit.*
7 *Negotia præsumuntur tractata ab eo, qui ea pertractare debebat.*
8 *Decreta temporum vivorum, valent etiamsi Senator non se abstinuerit à voto, alias abstinendus.*
9 *Senatores habentes interesse principaliter, vel secundario debent abstinere à voto.*
10 *Qualitas adjecta verbo, secundum tempus verbi requiritur.*
11 *Si hæres nondum adiverit hæreditatem non potest dici confinis.*
12 *Qui dolo desinit possidere habetur pro possessore.*
13 *Differentia de jure inter agnatos, & cognatos.*
14 *In Statutis consanguineorum nomine veniunt omnes sanguine conjuncti.*
15 *Quando Statutum loquitur de agnatis, & cognatis, habet solùm locum in legitimis, & naturalibus.*
16 *Secus verò quando continet dispositionem favorabilem, ne fraus sequi possit.*
17 *Quando Senator est æqualiter affinis cognatus, vel agnatus non potest ab aliqua partium recusari, cum limitatione num. 19.*
18 *Secus quando esset æquè ambarum partium inimicus.*
20 *Qui habet causam Judicem recusandi, & non eum recusat, ex hac confidentia oritur alteri parti suspicio, & causa eum allegandi.*
21 *Judices proclives esse debent in admittendis recusationibus.*
22 *Quid sit affinitas, & quot generibus constat.*
23 *Affinitas secundi, & tertii generis non venit in Statutis.*
24 *Neque affines per fornicationem considerantur de jure civili.*
25 *Secus de jure Canonico.*
26 *Gradus cognationis, vel agnationis in nostro Statuto computantur secundum jus Canonicum.*
27 *Cognatorum, vel agnatorum vocatio usque ad 10. gradum extenditur.*
28 *Sub appellatione affinium veniant affines usque ad decimum gradum ad effectum recusandi Judicem.*
29 *Id tamen arbitrio Judicis remittitur, secundum circumstantias.*
30 *Affinitate per mortem resoluta non resolvitur causa suspicionis in causis motis ante eam dissolutam, secus in movendis.*
31 *Reprobatur, ac declaratur Gratian.*
32 *In hoc nostro Statuto etiam post mortem durat affinitas, tam in causis motis ante resolutionem, quam post eam movendis.*
33 *Affinitas finitur post mortem illius, qui causam dedit affinitati.*
34 *Et sic non est amplius locus Statuto jubenti inter affines fieri compromissum.*
35 *Dissoluta per mortem affinitate, dissolvitur causa suspicionis ad recusandum Judicem.*
36 *Secus tamen si remanerent reliquiæ affectionis, veluti filii, vel descendentes.*
37 *De Jure Canonico affinitas etiam durat post mortem illius, qui causam dedit affinitatis.*
38 *Sub nomine affinium in Statutis veniunt vir, & uxor, & num. 40.*
39 *Propter unum quodque tale, & illud magis.*
41 *Sub appellatione affinium in nostro etiam Statuto comprehenditur vir, & uxor.*
42 *Explicatur Statutum nostrum de extrinsec. intellect. prohibens argumentum à majoritate rationis.*

IN IIS QUÆ) Relativum qui, quæ, aliquando restringit, aliquando declarat, ad agnoscendum enim quomodo se habeat, considerandum est, si qualitas conveniat omnibus relatis, videlicet, si dico omnes Genuenses, qui vivunt sub Reipublicæ Gubernio, hoc loco relativum stat causa declarationis, quia illa qualitas relata per relativum Qui, convenit omnibus Genuensibus, secus verò si dicerem omnes Genuenses, qui Nobiles sunt, quia tunc relativum Qui restringit, ut patens est, & hanc Doctrinam nobis probat *Mysinger. instit. de jur. natur. gentium §. jus authorit. civile 1. in vers. qui legibus*, & tene menti, quia quandoque in multis casibus juvat ad cognoscendum, & distinguendum plura æquivoca. 1

ABSTINEANT A VOTO: Serenissimus Dux quinque admonendus est, si tractatur de rebus tam civilibus, quàm criminalibus, vel publicis, vel privatis, in quibus esset admonendus pro aliquo impedimento ne assistat, ex Decreto Colleg. ann. 1551. mense Jan. in 2. Decretor. car. 36. 2

Senator non potest se ipsum ex se recusare, & abstinere à cognitione, vel interventu alicujus causæ, absque quod à partibus formiter recusetur *Fontanell. decis. 1. num. 6. & 7. & decis. 2. num. 6.* idcirco quilibet Senator tenetur votum suum in omnibus causis, quæ à Serenissimo nostro Duce proponuntur, præbere, absque quod allegari possit dubietas *Fontanell. d. dec. 1. num. 13. 14.* 3 4

Secus verò si lex, seu constitutio, quemadmodum hujus nostri Statuti dispositio, mandaret, quod Senatores à voto abstineant, tunc ipso facto poterunt recedere, imò debent à voto abstinere, licet à parte non fuerit oppositum, aliàs Decretum erit nullum, facis in terminis nostris similibus *Fontanel. d. decis. 2. num. 1. Cravet. cons. 240.* 5

Olim coram M. Rota nostra orta fuerat controversia de validitate Decreti obtenti à Serenissimo Se-

natu

natu undecim tantùm calculis interventientibus ad a-
ctum necessarius, quia tunc in Senatu aderat aliquis
affinis non valens dicere in causa, nec constabat, an
iste præsens, vel absens fuerat, & M. Casanova J.
C. celeberrimus coram eadem Rota substinuit pro va-
liditate illius Decreti, & obtinuit in facto anno 1604.
mense Maji, in actis Jo. Francisci Valetarii.

Fundamenta hujus opinionis, exclusis illis, quæ
habes *in conf. 16. ejusd. Casanova* manuscripto, quod
mihi adhuc ignotum extat, sunt hæc, primò, quia
6 positis duobus possibilibus, unum, quod suadeat con-
structum valere, aliud secus, sumendum est primum
nullitatem excludens, *Pacian. de probat. cap. 17. n. 11.
lib. 2.* & quando actus potest ex duplici jure fieri ge-
stus, ex eo dicitur per quod substinetur *l. quoties de
rebus dub. Seraphin. dec. 599. n. 1. & 2.* & semper su-
menda est interpretatio, quæ actus firmitati assistit
Mantic. de conject. ultim. vol. lib. 12. tit. 17. n. 13. & in
terminis proximioribus nostris docuit *Menoch. de præ-
7 sumption. lib. 6. præsumpt. 4. n. 16.* ubi quod negotia
Reipublicæ, quæ ad unam partem Civium pertra-
ctare pertinebat, dicuntur tractata ab illa, & non
ab altera parte, ita ut actus valeat, itaque conclu-
dendum est in nostro casu, & onus probandi adfuis-
se affinem, & dedisse votum spectat ad partem hoc
asserentem. Sed optime ad hanc materiam pro substen-
tatione decreti *Alegrad. conf. 28. n. 49. 50. lib. 1.*

Advertendum tamen est, quod si adversarius pro-
baverit adfuisse eo tempore confecti decreti in Senatu
affinem, vel agnatum, seu cognatum, & dedisse vo-
tum concurrentibus solum votis necessariis, tunc non
posset præsumi pro validitate actus, nam præcisè ob-
stant verba Statuti nostri jubentis, quod si affinis, vel
cognatus aliquis adesset, abstineat, & recedat à lo-
co, alioquin Decretum sit nullum.

Item ad scientiam curialium nostrorum notandum
est, quod quando oritur dubium, & hæsitatur, an
aliquis Excellentissimus Senator possit dare votum,
nec ne, solet à Senatu Serenissimo instari fieri De-
cretum cum clausula *amoto, vel non amoto*, prout
clausula *citata, vel non citata*, & sic introducta
fuit hæc praxis ad tollendas omnino controversias,
8 quæ dietim exsurgebant. In Decretis verò temporum
vivorum, hæc cautela non requiritur, quia benè sine
ea possunt fieri, ex Decreto Minoris Consilii 23. Febr.
in actis M. Cancellar. Costæ.

HABENTES INTERESSE; Vide quæ dixi supra
in principio hujus capituli in verb. *cujus principali-
9 ter interest*, hic tamen, cum Statutum indistinctè
loquatur, comprehendit omnes habentes interesse,
vel principaliter, vel secundariò, & qui sunt prin-
cipaliter, vel secundariò interessati, vide *Baron. de
citat. q. 23. num. 37. Giurb. decis. 1. num. 51. & 52.*

Quid dicendum putares, si aliquis Senator insti-
tutus esset hæres, & nondum adivisset hæreditatem,
forsan crederes, quod abstinere debeat à voto, ego
verò de rigore, cum interessatus adhuc dici non pos-
sit, in negativam descenderem, quia quod talis ha-
beas interesse, tempore confectionis Decreti debet ve-
10 rificari. Nam qualitas adjecta verbo secundum tem-
pus verbi requiritur *l. in delictis §. si extraneus ff.
de noxa*, & fere in simili casu sensis *Bartholom. de
11 Bosch. conf. 546. n. 4.* ubi decidit, quod cum aliquis
tempore venditionis factæ ab alio de aliqua re non-
dum adiverat hæreditatem, dici non poterat confinis.

Sed si hoc dolo factum sit, subreptitium, & nul-
lum Decretum sine dubio arbitrarer, quia dolus, &
secunda intentio nemini debet esse proficua, & ha-
12 betur pro interessato, sicut, qui dolo desiit possidere,
perinde habetur, ac si possideret *l. qui dolo, & l. pa-
nem de reg. jur. l. sin autem §. sed & si quis, & l. is qui
dolo de rei vindicat. Mysinger. inst. de action. §. om-
nium num. 22. & 23. Bruneman. ff. ad exhibendum l.
Julianus 9.*

13 ET AGNATI; COGNATI: Agnati, & cognati
inter se differunt, nam agnati dicuntur qui per vi-
rilem sexum, cognati qui per fœmineum conjungun-
tur *instit. de legit. Agnat. tut. in princ. vers. sunt autem,
& instit. de legitim. Agnat. success. §. sunt autem*, &
circa hanc declarationem verborum vide latè *Curt. Jun.
conf. 5. Tort. ad Stat. Pap. stat. 25. num. 149. & seq.* &
14 consanguineorum nomine in Statutis veniunt omnes
sanguine juncti *Tort. ad Stat. Pap. stat. 96. num. 51.*

Animadvertendum verò est, quod quando Sta- 15
tutum loquitur de agnatis, & cognatis, habet so-
lum locum in agnatis, cognatis legitimis, & natu-
ralibus *Dec. conf. 316. num. 1. Castrens. conf. 138.
vers. ut confirmantur lib. 2. Caphal. conf. 278. num. 31.
lib. 2. Maschard. de general. stat. interpretat. concl. 4.
num. 34.* Sed hæc limitatio non intrat in præsenti 16
Statuto, nam hic etiam comprehenduntur legitimi
tantum, propter dispositionem favorabilem omnibus
ne fraus sequi possit *Carpan. ad Stat. Mediol. c. 115.
num. 93. lib. 1.* & sic concludendum, nam aliter da-
ri contingeret adoptantem pro adoptato in Senatu
Serenissimo votum dare posse.

Quid verò dicendum, si aliquis esset æqualiter af- 17
finis, cognatus, & agnatus ambarum partium, &
colligantium, dico, quod non tenetur ille affinis,
vel cognatus, vel agnatus abstinere se à voto, nec
à loco recedere, & istam pulchram quæstionem te-
tigit in terminis etiam hujus nostri Statuti *Maf-
card. de General. Stat. interpretat. conclus. 5. n. 91.
92. & 93. Franc. in cap. postremo num. 18. de appellat.
quem sequitur Gratian. discept. for. cap. 100. num. 16.
Menoch. de arbitr. cas. 152. num. 8.* Ratio quia cum
hoc Statutum factum fuerit ratione suspicionis, &
quando Judex pariter est consanguineus utrique par-
ti, & affinis, tunc affectionis, & æqualis gradus ra-
tio omnem suspicionem excludit *l. non solum §. 1. de
ritu nuptiar. Bald. in l. 1. ad fin. vers. ex quo nota
ff. ubi pupill. & edict. deb. Gratian. cap. 100. num. 18.*
& ità Judex, si æqualis amicus est partibus, affinis,
& consanguineus, non potest removeri, neque re-
cusari *De Pont. decis. 30. num. 15. Tusch. conclus. lit.
S. conclus. 908. num. 35. Milan. decis. 15. par. 1. Me-
noch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 152. num. 8. Giurb.
conf. 95. num. 10. & 11.* non verò hoc procedit, 18
quando est æqualis inimicus utrique parti, ad dif-
ferentiam vide *Barbos. in cap. secundo requiris §. 3.
num. 7. de appellat. Rebuff. d. artic. 9. gloss. unic. n. 18.
Baron. de effect. inimicit. effect. 116. num. 100.*

Verùm quia magis propensum animum habere po- 19
test Senator, licet in gradu æqualis ad unum, quàm
ad alium, hoc in casu (dicis idem *Mascard. dicto
loco*, cui profectò assentior, & assentitur *Menoch. de
arbitr. cas. 152. num. 8.*) stabitur arbitrio Serenissimi
Senatus, nisi partes aliud considerabile expresse in
contrarium allegarent, & opponerent.

Ex his tantò magis dicendum est, si pars, cui
competit allegare causam remotionis, seu amotionis
à dando voto, consentiretur in illum Senatorem
affinem, seu agnatum, vel cognatum, non solùm
tacitè, sed expressè, ex hac tamen, & tanta confi- 20
dentia, quam habet ille, qui habet causam judicem
allegandi suspectum, dat causam sufficientissimam al-
teri colligitanti illum allegandi talem, licet aliàs non
posset, *Theodor. allegat. 3. num. 3.* & est doctrina no-
tatu digna, quia multoties in praxi occurrit eam
scire, ut evitari possit durities Judicis suspecti, co-
ram quo litigare non solùm durum, sed inhuma-
num quidem est, ideoque Judices proclives esse de- 21
bent in dubio in admittendo causas suspicionis, ut
admonet *Fontanell. dec. 17. num. 17.*

ET AFFINES: Quid sit affinitas habetur in §. 22
affinitatis instit. de nupt. & qui veniant appellatione
affinium, *Aret. in §. hac quidem instit. de jure natur.
gentium*, & tria sunt genera affinitatis, quæ videbis
apud *Oinot. instit. de nupt. in suo special. tit. de arbo-
re affinitatis num. 5. & seq.* affinitas tamen secundi, 23
& tertii generis non venit in Statutis, quia hæ af-
finitates non considerantur amplius de jure civili
*Feuzan. ad Stat. Urb. cap. 100. de compromiss. in verb.
inter alios affines num. 24.* nec affines per fornicatio- 24
nem comprehenduntur *Masc. de Stat. interpret. con-
clus. 4. num. 23. & 24. Carpan. ad Stat. Mediol. cap.
115. num. 108. lib. 1. Caphal. conf. 480. n. 29. lib. 4.*
quia nulla affinitas de jure civili contrahitur, sed 25
tantùm de jure canonico, per quod per quemcun-
que coitum affinitas contrahitur, satis præ cæteris
*Oinot. instit. de nuptiis de arbor. affinitatis num. 3. 5.
& seqq.* & ibi omnes institutistæ.

USQUE IN SECUNDUM GRADUM: Gradus 26
cognationis, agnationis, & affinitatis in nostris Statu-
tis computantur secundum jus Canonicum per disposi-
tionem Statuti nostri *de jur. reddend. §. declarato tamen*

& vi-

& vide ea, quæ dixi infrà instit. de success. ab intest. §. Quibus omnibus in verb. usque in quartum gradum.

Item considera, quod si Statutum nostrum non posuisset hæc verba *usque in secundum gradum*, venirent, & comprehenderentur affines tertii, & quarti gradus,
27 & deinceps, nam sicut vocatio cognatorum, & agnatorum de jure novellarum usque ad decimum gradum extenditur, ita etiam affinitas, quæ juxta illorum terminos, & gradus regulatur, ut benè explicat *Oinot. instit. de nuptiis in special. arbor. affinitatis n.* 10. *&* 11. *&*
28 *seq.* & in puncto, quod de jure consanguinitates, & affinitates ad effectum recusandi Judices possint extendi usque ad septimum, octavum, & decimum gradum, dixit *Menoch. de arbitr. cas.* 152. *Fontanel. decis.* 11.
29 *numer.* 7. Sed hæc conclusio non est absolutè vera, & non potest tradi certa regula, cum qua possit determinari ad quem gradum possint extendi consanguinitates, & affinitates ad prædictum effectum, sed secundum circumstantias casus relinquendum est arbitrio judicis, ut benè consideravit *Fontanel. d. decis.* 11. *num.* 18. *&* 19. *Menoch. de arbitr. cas.* 152. *n.* 6.

30 INTELLIGITUR DURARE AFFINITAS: Ista dispositio concipienda esse tantum videtur secundum terminos Juris, videlicet, quod in causis motis ante mortem illius, qui erat causa affinitatis durare debeat affinitas etiam post mortem, itaut Senator semel exclusus antè dissolutam affinitatem per mortem, non debeat post eam dissolutam admitti ad votandum, secos verò in causis movendis, quia per affinitatem dissolutam resolvitur causa suspicionis, ut in puncto decidit *Fonta-*
31 *nell. decis.* 13. *n.* 12. licet contrarium affirmare videatur *Grat. discept. c.* 100. *n.* 14. *lib.* 1. absolutè, ac indistinctè asserendo, quod post dissolutam affinitatem adhuc non resolvatur suspicionis causa, sed non obstat illius dictum, quia contraria opinio est communior, ac verior (prout infrà mox dicam sub n. 35.) secundo, authoritates ab eo citatæ non probant illius dictum, tertiò, intelligendus est dictus *Gratian. secundum dictum Fontanell. in d. dec.* 13. *n.* 14. quarto, & est melior consideratio, quod opinio *Gratian.* procedit solùm de jure Canonico, ut dicam infrà num. 37.

32 Quidquid tamen sit de jure, in nostro Statuto indistinctè loquente accipienda est indistinctè dispositio, videlicet tam in causis motis ante affinitatem dissolutam, quàm in movendis post eam dissolutam, præcipuè cum aliquid operari debeat præter jus commune, ut per repetitas regulas sparsim in hoc opere firmatas, & omnibus notas.

33 ETIAM POST MORTEM: Verum est, quòd in omnibus aliis rebus generaliter de jure communi affinitas post mortem mariti, vel uxoris, qui causam dant affinitatis, finitur, *Vulpianus in l. cui eorum §. affinitates ff. de postuland.* ibi *affinitates non eas accipere debemus quæ quondam fuerunt, sed præsentes:* ibi *Bald. Bart. Angel. Alex. in l. rei judic. in princ. n.* 12. *solut. matrim. Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 115. *n.* 109. *lib.* 1. *Tort.*
34 *ad Stat. Pap. stat.* 25. *n.* 161. & ea cessante non esset locus Statuto jubenti compromissum fieri inter affines *Alex. cons.* 207. *n.* 8. *lib.* 7. *Fenzon. ad Stat. Urb. c.* 100. *num.* 22. *in verb. affinitate durante.*

35 Et in puncto dissolutæ affinitatis per mortem, quod eo casu non duret causa allegandi Judicem pro suspecto *Chartar. dec. Genuæ* 23. *per tot. Sess. decis.* 41. *n.* 20. *vol.*
36 4. *Fontanell. decis.* 13. *num.* 1. 2. 3. Secus tamen si post dissolutam affinitatem remanerent reliquiæ affectionis, scilicet filii, vel descendentes uxoris præmortuæ, quia tunc remaneret adhuc causa suspicionis, rejectis contrariæ fautoribus defendit idem *Fontanell. d. dec.* 13. *num.* 5. *usque ad fin.*

37 De Jure verò Can. aliter dicendum est, quia quoad impedimentum matrimonii affinitas durat etiam post mortem illius, qui causavit affinitatem *Marant. in specul. suo Aureo prax. par.* 6. *act.* 2. *n.* 16. *Alex. cons.* 207. *n.* 7. *lib.* 7. *Fenzon. ad Stat. Urb. d. cap.* 100. *n.* 23.

38 Quærunt Doctores, & non est vana quæstio, an sub nomine affinium comprehendantur uxor, & maritus, *Carpan. in cap.* 115. *n.* 104. *lib.* 1. tenet quod sic, imò sponsus, & sponsa, sed in casu Carpani agebatur de Statuto favorabili, scilicet quod causæ affinium compromittantur.

Ego verò secluso modò Statuto nostro (de quo dicam infrà) Puto, quod quamvis Statutum loquens de affinibus non verificetur in viro, & uxore secundum proprietatem verborum, quia vir, & uxor non sunt verè affines, sed causa affinitatis, & effectus non est verè causa, nisi eminentialiter, ut dicunt Philosophi,
seu Theologi, tamen verificatur ex ratione legali pro- 39
pter unum quodque tale, & illud magis ut est *tex. in proposito in l.* 1. *C. unde vir, & uxor.* ubi declarat eam *Castrens. & latius Alex. in princ. & ut in ultim. addit.*
ad gloss. primam in §. affinitatis instit. de nuptiis, & quod 40
Statutum loquens de affinibus habeat locum in marito, & uxore, tenuit *Fenzon.* expressè, & extrà dentes *ad Stat. Urb. cap.* 100. *num.* 26. *de compromiss.*

In casu verò Statuti nostri præmissa quæstio dubita- 41
bilior mihi est (quamvis hæc articuli discussio hoc loco parùm intersit, quia si maritus non veniret appellatione affinis, tamen comprehenderetur sub verbis *habentes interesse*) in casu verò Statuti nostri, ut inquam præmissa quæstio dubitabilior mihi est, nam cùm extat aliud Statutum prohibens omnem extrinsecum intellectum ex identitate, vel majoritate rationis, & quod dispositiones statutariæ intelligi debeant ad literam, videtur enim ex hac clara prohibitione, quod nullo modo sub nomine affinium comprehendi possit uxor, vel maritus.

Sed pro majori declaratione resolutionis hujus quæ- 42
stionis, quæ satis utilis est, præcipuè Genuæ ad intellectum nostrorum Statutor. distinguendum esse arbitror.

Aut agimus de identitate rationis, & hoc in casu non potest intrare hæc rationis identitas, per dispositionem nostri Statuti satis expressam, & sic docuit punctualiter in terminis Statuti nostri *Mascard. de Gener. Stat. interpret. concl.* 4. *num.* 102. *&* 103.

Aut agimus ex majoritate rationis, & hic subdistinguam, vel hæc majoritas rationis est præsumpta, & allegata ex arbitrio hominis, quæ cum sit imaginaria, & argumentalis, ut exempli gr. si adesset aliquod Statutum concedens minori vendere usque ad valorem centum scutorum, & non ultra, ex majoritate rationis præsumpta, vel argumentali dici posset, quod emere usque ad dictam summam possit, vel si tibi lego meam bibliothecam ex majoritate rationis præsumpta, & argumentali dicendum est etiam legatos fuisse aliquos libros, qui extra bibliothecam extarent, hoc modo majoritas rationis non comprehenditur in Statutis. Sin autem ageretur de majoritate rationis surgente ex juris dispositione, ut quia talem majoritatem rationis lex in casu occurrenti aliàs approbasset, ut quia si adesset Statutum excludens proximiorem, eatò magis remotiorem, vel quia verba Statuti etiam ex latissima significatione importarent ex juris interpretatione illud, ad quod ex majoritate rationis allegantur, & declarantur, hoc enim casu rationis majoritas est attendenda, & Statutum illam prohibens non est tam judaicè accipiendum, ut de tota etiam sentiat, sed solùm de prima majoritate rationis præsumpta, ita perbellè distinxit, & sensit *Mascard. præcise in nostr. Statut. Janua d. conclus.* 4. *num.* 113.

Ex quibus igitur concludendum est in nostro Statuto comprehendi etiam debere sub appellatione affinium uxorem, vel maritum ex majoritate rationis non præsumpta, sed ex juris dispositione, nempè propter unum quodque tale, & illud magis, ut dixi suprà.

---

§. IX.

VErùm ut negotia breviori via expediantur, si partes à Cancellario, sive mandato Senatus, sive instante aliqua ex ipsis partibus fuerint monitæ, ut nominent, si quos noverint in Senatu habere impedimentum aliquod, ne in causa dicere possint, & intra terminum comminatum non opposuerint, seu non manifestaverint sub actis, sit ratum, quod fuerit Decretum non obstante aliquo impedimento agnationis, cognationis, & affinitatis, non tamen ad favorem illius qui sciens habere propinquum in Senatu tacuerit, sed benè valeat ad ejus damnum.

SUMMARIUM.

1 *EXtensio hujus §. ad omnes Magistratus.*
2 *Pars citata ad aliquid opponendum, si illud intra tempus non opponit, videtur ei consensisse.*
3 *Tacens in judiciis pro consentiente habetur.*

4 *Et*

4 *Et idem operatur tacitus, quàm expressus consensus.*
5 *Item circa modum procedendi in judiciis.*
6 *Plures causæ ad recusandum Judicem pro suspecto remissivè.*
7 *Judex non solùm potest à principio recusari, sed etiam in medio processu, vel post litem contestatam ex causa de novo emergenti.*
8 *Idem si causa non de novo evenerit, sed nova fuit ad notitiam partis.*
9 *Paria sunt quid de novo emergere, & de novo ad notitiam pervenire.*
10 *Consultor electus de consensu partium potest recusari, ex causa superveniente.*
11 *Item Assessor, Arbiter, Notarius, Procurator, & num. 51.*
Contrarium num. 52.
12 *Quando dicatur nova causa suspicionis.*
13 *Juramentum sufficit ad probandum suspicionem ortam fuisse ad notitiam partis de præsenti.*
14 *Si causa recusationis Judicis processit ex facto partis, non attenditur.*
15 *Secus verò si causa suspicionis esset inimicitia.*
16 *Lis mota contrà Judicem, quia paris inimicitiam, est causa recusandi Judicem, licèt ex facto partis lis processerit.*
17 *Quælibet causa suspicionis probari debet ab opponente, secus si esset scandalosa, & præjudicialis tertio.*
18 *Cognitio causæ suspicionis ad recusandum Senatorem spectat ad totum Senatum.*
19 *Quælibet causa legitima recusandi Senatorem potest allegari.*
20 *Senatus non potest allegari suspectus.*
21 *Secus verò alii Magistratus Genuæ, qui non sunt ordinarii.*
22 *Quilibet Delegatus à Principe ut suspectus potest recusari.*
23 *Dignitas allegari potest pro suspecta.*
24 *Dicto unius Doctoris standum est, licèt loquatur sine lege, ac authoritate, quando ab aliis non impugnatur.*
25 *Statutum, cum de materia disponat, recursum ad jus commune impedire videtur.*
26 *Judex absque lege ex arbitrio suo judicare non debet.*
27 *Sub appellatione personæ non venit Magistratus in Statutis.*
28 *Explicatur Statutum de Delegat. §. allegatio, & jur.*
29 *Statutum non disponit in eo, quod præsupponit.*
30 *Neque probat, quod præsupponit.*
31 *Ubi non verificatur suppositum Statuti, neque illius dispositio locum habere debet.*
32 *Judex ante litis contestationem quandocunque potest recusari.*
33 *Ad Judicem non spectat legem genericè interpretari, nisi in casu sibi specialiter ad judicandum commisso.*
34 *Explicatur Statutum de jure reddend. §. ultim.*
35 *Identitas materiæ non impedit diversitatem rei procedentem, ex diversitate formarum.*
36 *Ordinaria, & delegata jurisdictio sunt inter se incompatibilia.*
37 *An causa sit sufficiens ad recusandum Judicem nec ne, ad arbitrium ejusdemmet judicis spectat.*
38 *Levis etiam causa est sufficiens, quia materia est favorabilis.*
39 *Subrogata alia Judicis persona cessat suspicionis causa, quæ erat in primo Judice.*
40 *Quando causa suspicionis est scandalosa, allegans illam probare non debet, sed superior extrajudicialiter informatus potest judicem removere.*
41 *Legibus, & non exemplis est judicandum.*
42 *Senator habens interesse in causa debet se abstinere à voto, alias Decretum erit nullum, non obstante, quod pars monita ad allegandum impedimentum nihil opposuerit.*
43 *Nemo in causa propria est Judex, etiamsi adversarius consenserit.*
44 *Si post oppositionem aliquam factam, demùm reus in judicio compareat, sine replicatione primæ oppositionis, ab ista præsumitur recessisse.*
45 *Actus nullus contra facientem illum per dolum valet.*
46 *Nemo ex dolo, vel delicto debet lucrum reportare.*
47 *Quisque præsumitur scire suos agnatos, & cognatos, & etiam facta vicini.*
48 *Matrimonium contractum palam, & in faciem Ecclesiæ inter conjunctos, præsumitur factum fuisse cum ignorantia.*
49 *Præsumptio validior tollit alteram præsumptionem debiliorem.*
50 *Taciturnitas conjuncta cum dolo, parit effectum consensus.*

HIc Paragraphus extensus fuit ad omnes Magistra- 1
tus, vel Judices, tam delegatos, quàm ordinarios
Serenissimæ Reipublicæ per legem conditam ab utro-
que Majori, & Minori Consilio de anno 1623. quam
registratam habes post *D. Bottinum ad Collat. Jur. Pont.*
& Cæsar. in tit. ne quis in causa propria incipientem
Signori, come le Signorie vostre in fin. dicta leg.
FUERINT MONITÆ: Citata parte ad aliquod op- 2
ponendum, si illud intrà tempus non opponit, dicitur
consensisse in id, & nolle contradicere, *Amat. ref. 93.*
n. 8. 12. 13. Salgad. labyrinth. credit. par. 3. c. 2. n. 67.
cum pluribus seqq. Staiban. Jun. resol. 180. à n. 12. usque
ad 36. latissime *Pegaz. de fideic. cap. 7. num. 210. & 212.*
Quia in Judiciis tacens pro consentiente habetur, *l.* 3
cum ostendimus. §. fin. de Fidejuss. Tutor. Amat. ref. 36.
num. 19. & per ea quæ hìc dixit D. meus Bottinus,
quod si partes monitæ, ut intrà certum tempus oppo-
nant contrà personam Judicis, & nihil intra terminum
opposuerint, intelligantur tacitè consentire per *tex. in*
c. insinuante 25. de offic. & potest. Judic. deleg. c. inter
Monasterium 20. de sent. & re jud. Conciol. ad Stat. En-
gub. rubr. 5. n. 12. lib. 2. & idem operatur tacitus, quàm 4
expressus consensus, *Jason. in l. quæ dotis n. 77. ff. solut.*
matrim. Menoch. de recup. possess. remed. . . q. 15. n. 161.
174. item in Judiciis sufficit consensus præsumptus ex
taciturnitate, *Tiraquell. de legib. connub. gloss. 7. n. 23.*
30. 37. Giurb. dec. 14. n. 9. circa finem & dec. 99. n. 3. 4.
Surd. cons. 288. & circa modum procedendi taciturni- 5
tas eodem modo præjudicat, *Imol. in l. 2. n. 4. in princ.*
& ff. à quibus appellare non licet Bald. in l. si non sortem
§. 1. ff. de condict. indeb.
HABERE IMPEDIMENTUM ALIQUOD: Plu- 6
ra impedimenta, seu causæ recusationis Judicis dari
possunt, quas usque ad 40. enumerat *Marant. in sua*
prax. par. 6. Princ. ultim. p. Judic. 2. Act. n. 27. cum seqq.
Franch. in cap. Postremò num. 20. de appell. aliquas notat
Mysing. suis observ. in observ. 59. centur. 4. Gratian. di-
scept. Forens. cap. 100. an. 22. & seq. Ursel. conclus. 128.
n. 642. & seqq. in verb. appellatio, Fontanell. decis. 13.
cum seqq. Grass. de except. except. 24. Menoch. de arbitr.
lib. 1. q. 89. n. 54. Multissimas refert *Petr. ad rit. M. C.*
265. tom. 2. & rit. 265. repetita in *tom. 3.* & cur, quo-
modo, qui, quibus causis recusentur judices, & alia
tractat *Fontanell. à decis. 13. ad decis. 31. ad decis. 13.*
Pegaz. ref. for. c. 18. n. 36. Borgnin. dec. 28. n. 114. & seqq.
pulchre & latissimè *Fermosin. de fur. compet. cap. si quis*
circà, etiam potest recusari Judex non solùm à principio, 7
sed etiam ex causa de novo emergenti post litem contesta-
tam *Farinac. Fragment. par. 2. n. 906. & seqq.* Idemque,
quando suspicionis causa non de novo veniens, sed no- 8
va ad notitiam partis *n. 908.* nam paria sunt, quid de 9
novo emergere, vel de novo ad notitiam pervenire,
Caccialup. §. 6. n. 3. fol. 463. Leotard. de usur. q. 76. n. 25.
amplia post conclusum in causa potest opponi suspicio,
si ea supervenerit *Farinac. eod. loc. n. 910. & 913.* & sic 10
consultor etiam electus de consensu partium potest re-
cusari pro suspecto ex causa superveniente, vel saltem
ad notitiam partis *Laur. de Jud. suspect. c. 10. n. 15.* Item
Assessor, Consultor, Arbiter, Notarius, Procurator, 11
Capyc. Galeot. lib. 1. controv. 39. n. 6. 7. 8. 9. Pacian.
de probat. cap. 45. num. 53. lib. 2. Quando dicatur 12
nova causa suspicionis, *Castill. decis. 75. Fontanell.*
dec. 17. num. 5. & seq. & decis. 18. n. 1. & per tot.
Ubi quod juramentum solum sufficit ad probandam sus- 13
picionem post tempus ortam ad notitiam non devenisse,
nisi ex præsenti. Sed juramentum debet præstari à judi-
ce, nam allegans non potest ex se ipso jurare *Fontanell.*
d. dec. 18. n. 3. In praxi hoc tamen Genuæ non servatur.
Declara tamen, quod si causa recusationis Judicis 14
processit ex facto partis, non attenditur, *Scacc. de ap-*
pellat. q. 11. n. 52. vers. subrestringe secundo, Farinac.
par. 2. fragment. Criminal. n. 914. Baron. de effect. Ini-
micitiæ effect. 116. n. 44. Matthæus Sen. de re crim. con-
trov. 65. n. 29. Secus verò si causa suspicionis esset ini- 15
micitia, quia tunc etiamsi ex facto partis processerit, po-
test recusari Judex ab eadem parte, *Farinac. dicta par. 2.*

fragm. n. 863. *&* 879. *Scacc. de appell. q.* 17. *limit.* 47. *Membr.* 1. *num.* 18. *Barron. de effect. inimic. effect.* 116. *num.* 43. *Sanfelic. dec.* 83. *n.* 1. 2. ubi distinguit.

16 Hinc est, quod lis mota contrà Judicem ab uno de Colligantibus, quia parit inimicitiam, & omnes aliæ causæ, quæ inimicitiam pariunt, sunt aptæ ad allegandum Judicem suspectum, quamvis ex facto, & dolo partis processerit, *Prat. discept. cap.* 52. *n.* 15. *& seqq. & præcipuè n.* 19. *Fontanel. dec.* 14. *n.* 14. *& per tot. præcipuè n.* 25. *& seqq. Rot. decis.* 165. *n.* 10. *par.* 6. *Farinac. par.* 2. *fragm. Criminal. n.* 863. *Conciol. alleg.* 91. *n.* 23.

17 Quælibet enim causa suspicionis probari debet ab opponente, secus verò si causa exprimenda esset scandalosa, & cum præjudicio tertii, tunc præstito juramento ab opponente ei creditur, & hæc est æquior opinio, quam dicit *Fontanel. dec.* 2. *n.* 11. 12. 13. *Giurb. decis.* 48. *n.* 6.
18 & cognitio causæ suspicionis, vel recusationis spectat ad totum Senatum *Fontanell. dec.* 7. *num.* 14.

19 Videtur hic per Statutum nostrum dubitandum fore, an possent alia impedimenta præter expressa hic à statuentibus in proximè præcedenti paragrapho allegari ad recusandum aliquem Excellentissimum ex Senatoribus nostris Serenissimi Senatus, & Respondeo affirmativè, quod bene possunt allegari aliæ Causæ præter eas affinitatis, agnationis, cognationis, ac habentis interesse, ut docuit *Fontanell. dec.* 14. *n.* 4. *& seqq. & n.* 26. *& dec.* 13. *n.* 7. *Mastrill. dec.* 234. *n.* 14. *lib.* 3. *Ramon. cons.* 3. *n.* 23. *&* 24. quia superius Statutum non se restringit ad illas tantùm, neque alias excludit, sed providere voluit, quod in illis casibus supra expressis Decretum sit ipso jure nullum, sine aliquo facto, vel allegatione illarum causarum, secus in aliis causis, quæ allegari possunt à partibus, ne arguantur ipsas in judicem ex taciturnitate consensisse, ut dixi supra in verb. *fuerint monita*, maximè si ad eas nominandas præcisè esset citata pars, vel monita, quam cautelam tradere voluit Statutum nostrum. Vide late tradita à *Cresp. Valdaur. observ.* 9. *n.* 48. *& seq.*

20 Dixi quod Senatores possint allegari suspecti, secus verò Senatus, qui Principem (ut dixi suprà in rubr. in verb. *Senatus*) repræsentat *Fontanell. dec.* 6. *n.* 2. Alii
21 verò Magistratus nostræ Civitatis possunt allegari suspecti, dummodo non sint Judices ordinarii ob prohibitionem nobis impositam à statuentibus sub rubr. *de jur. reddend.* §. *ultim.*

Et quod possint tanquam delegati allegari suspecti, seu tales recusari, probatur in doctissimo voto M. Jo: Baptistæ Grittæ Domini mei Colendissimi, & Collegæ nostri, cujus tenor mox sequitur.

Præceperunt mihi DD. VV. Serenissimæ earum benignè decreto diei 9. Septembris proximè elapsi, ut cum Jurium expressione referrem, an attendenda sit allegatio, & juratio suspecti facta à M. Gregorio Garbarino de Præstantissimo Magistratu Cambiorum, & singulis personis ipsum constituentibus Judice delegato à DD. VV. Serenis. in causa, quam cum eo habent MM. Fideic. filiorum minorum q. M. Jo: Stephani Spinulæ, q. M. Jo: Baptistæ, quibus ut ea, qua par est, reverentia obtemperarem, vidi, ac attente perlegi scripturas dictæ allegationis, votum redditum Illustrissimis Supremis Syndicatoribus sub decreto diei 22. Maji 1651. à MM. Jo: Francisco Insula, & Carolo Antonio Paggi Jurisconsultis Collegiatis, exempla diversorum Tribunalium hujus Serenissimæ Reipublicæ in utramque partem adducta, partes pluries audivi, una cum earum MM. Advocatis, quamplures juris allegationes, & præcipuè pro dubiorum per me pluries utrinque excitatorum resolutione præstitas, qua potui maturitate, ac diligentia consideravi, & demum visis videndis, & consideratis considerandis Christi nomine invocato, in eam tandè inclinavi sententiam referendi DD. VV. Serenis. in omnibus, ut infrà.

Videlicet licuisse dicto M. Gregorio Garbarino allegare, & jurare suspectum, tàm dictum Præstantissimum Magistratum Cambiorum Judicem Delegatum, quàm omnes, & singulas personas dicti Præstantissimi Magistratus: an autem adsit causa saltem levis removendi tam dictum Præstantissimum Magistratum, quàm personas illum constituentes arbitrio DD. VV. Serenissimarum reliquendum duxi rationibus inferius allegandis.

22 Motus fui respectu primæ partis meæ consultationis ad sic referendum ex trita regula Juris communis, secundum quam quilibet delegatus etiam à Principe potest uti suspectus recusari, juxtà *Text. in l. apertissimi, ubi DD. communiter C. de Judic.* quia in materia suspicionis regula est affirmativa, *Roland. cons.* 29. *n.* 16. *vers. secundo non obstat, lib.* 3. *Papiens. in form. libell. in action. real. de declin. Jurisdict. alio. Judic. de allegat. suspic. in Gloss. Judicem suspectum num.* 3.

Non obstat quod incongruè videatur allegari suspicio in Magistratu considerato, uti dignitate in abstracto, quæ neque amoris, neque odii capax est, à quibus veluti fontibus manare traduntur causæ Judicũ suspicionis.

23 Quandoquidem ista limitatio nullo Jure, aut auctoritate comprobatur, imò in contrarium stat auctoritas *Capyc. in dec.* 138. *n.* 6. qui decidit successorem in dignitate, posse suspectum allegari, quando suspicio inhæsisset dignitati, & non personis, quasi sola dignitas in abstracto sumpta suspecta considerari possit.

Et licet objectum fuerit Capyc. sine lege, aut authoritate aliqua id affirmare, cum locus *Alex. in c. cum speciali de appell.* ab ipso ad hoc allegatus inventus non fuerit, & forsan inveniri non possit.

24 Attamen ex hoc Capycis doctrina non labefactatur, tum quia dicto Doctoris tam in terminis decidentis etiam sine aliqua authoritate standum est, quando illud ab aliis non impugnatur, & ad instar legis observandum est, *Venturin. cons.* 10. *n.* 8. 9. etiamsi nihil alleget, *Menoch. cons.* 73. *n.* 17. *vers. revocatur in dubium*, *Gratian. cap.* 282. *n.* 19. *Marta vot.* 6. *n.* 7. *& vot.* 56. *num.* 3. *Rub. ad dec.* 20. *n.* 40. *par.* 3. *recent.* & dicitur casus legis, donec alius allegetur, qui contradicat, *Rub. idem n.* 43. tum etiam, quia decis. Capycii sunt maximæ auctoritatis, & in Regno Neapolitano pro legibus allegari solent, ut testatur *Muscatell. in prax. lib.* 2. *par.* 1. *Glos.* 1. *n.* 11.

Hæc modo cessant, quia iste *Alex.* post hæc scripta à me inventus fuit, & quia communiter citatur pro *Præposit. Alexandr.* ideoque non fuit tam facilè M. Consultori eum reperire sub nomine *Alex.*

25 Nec evitari potest prædicta regula Juris communis, quasi obstante Statuto Genuæ duobus in locis, nimirum sub rubr. *de jure redden.* §. *final.* & sub rubr. *de delegat.* §. *allegatio*, *& juratio*, quod cum de materia disponat, recursum ad Jus commune impedire videtur, ad celebre *cons. Morot.* 89. *per tot. & præcipuè sub n.* 7. *& seqq.*

Placuit enim responsio, dictum consilium *Morot.* casui nostro non applicari, cum illud decidat extante Statuto loci inferioris disponente in deficientia suorum Statutorum recurri debere ad Statutum loci superioris, illud locum non habere, quando Statutum loci inferioris aliquo modo disponit de materia, quasi tunc verè non dicetur deficere: quæ tamen doctrina nostram speciem non attingit, cum in ea non agatur de recursu ad aliud Statutum, sed ad jus commune, ad quod ex sui natura, & ex nostri Statuti dispositione Statuta in casibus omissis recurrunt; alias si objectum procederet, inde sequeretur
26 maximum absurdum, nempè quod in dictis casibus à Statuto omissis Judex absque ulla lege ex arbitrio judicare deberet, quod nullatenus est admittendum *argum. tex. in l. illicitas* §. *veritas ff. de offic. Præsid.* & docet eleganter *D. Thomas* 2. 2. *q.* 67. *art.* 2. in ratione decidendi per hæc verba, *Bonus Judex nihil ex arbitrio suo facit, sed secundum leges, & jura pronunciat*, unde cum adsit dispar ratio inter recursum ad aliud Statutum, de quo loquitur Mororius, & recursum ad jus commune, de quo hic agitur, ab uno ad alterum rectè non infertur, vulgaribus juribus.

Nec evitari potest regula jam dicta sub prætextu quod Statutum in §. *allegatio sub rub. de deleg.* videatur suspicionem in Judicibus restringere ad personas delegatorum
27 tantùm, exclusivè quoad Magistratus, qui uti persona ficta nomine personæ simpliciter à Statuto prolatæ venire non possunt ex *Rom. & aliis*, ex adverso allegatis, quibus addo *Rot. dec.* 353. *num.* 17. *par.* 6. *recens.*

28 Siquidem si rectè legantur verba præcitati Statuti evidenter apparebit illud non disponere circa Judices, qui possint, vel non, suspecti allegari, sed tantum super tempore, intra quod allegatio fieri debet, verbum etenim *fiat*, quod est determinativum hujus dispositionis, cadit solummodo super tempore cui annexum est, ibi *fiat saltem intra dies quatuor*, reliqua verò verba, ibi *allegatio*, *& juratio suspecti de personis delegatorum*, non stant dispositivè, sed per modum simplicis enunciationis, & sic dicta verba de personis delegatorum non disponunt ipsas tantummodo posse allegari suspectas, sed ad summum id supponunt, quod suppositum, vel ab alio Statuto, vel ab aliqua juris communis dispositione probari debet, quamobrem cum illud à neutro comprobetur,

29 tur, sequitur non solùm personas, sed etiam Magistra-
tus ipsos suspectos allegari posse; Statutum enim, dum
præsupponit, non disponit circa suppositum, sed illud
aliundè verificari debet, *Alex. cons. 17. n. 8. vers. & quia
verba vol. 2. Caroc. in reg. cum quid par. 2. limit. 1. n. 8. de
reg. jur. in 6. Surd. decis. 193. n. 8. Rot. dec. 300. n. 2. in
crimin. collect. per. Farin. Cyriac. contr. 67. num. 28. &
contr. 709. n. 8. 9.* & ratio est, quia præsupponens non
videtur aliquid de novo disponere circa præsupposita,
Rot. dec. 244. n. 5. par. 4. tom. 2. & dec. 681. n. 13. par. 4.
30 *tom. 3. recentior.* nec Statutum aliquid præsupponens,
illud probat *Seraphin. dec. 404. num. 5.*

Nec pro absurdo ponderandum est, quod Statutum
prædictum secundum hunc intellectum videatur præfi-
gere tempus dierum quatuor, quando delegatio perso-
31 nis tantum facta esset, non Magistratibus, in quibus
suppositum Statuti, nempè delegationis personis factæ
non verificatur, & consequenter, neque ejus disposi-
tio, *Rot. decis. 589. n. 1. par. 1. divers. decis. 600. n. 4.
par. 1. tom. 1. & decis. 590. n. 2. par. 4. tom. 1. recent. Se-
raph. dec. 839. n. 6. decis. 1275. n. 2. Altograd. cons. 95.
n. 6. lib. 1.* & si facta delegatione personis ipsarum su-
spicio allegari deberet intra dies quatuor, facta autem de-
32 legatione Magistratibus ipsorum recusatio posset quando-
cumque ante litis contestationem proponi, dummodo
inter declinatorias omnium prima proponeretur. *Fon-
tanell. dec. 17. n. 1. 2. 3. Rot. dec. 638. n. 3. par. 4. tom. 3.
recent.* contra stylum hactenus servatum, secundum
quem utroque casu allegatio suspecti intra dictos dies
quatuor fieri debet.

Cum enim Statutum non comprehendat casum de-
legationis factæ Magistratibus, quia ad illos verba ejus-
dem non porriguntur, nullum resultaret absurdum,
quamvis in ipsis dictus terminus non servaretur, de
quo tamen stylo legitimè non constat, & in casus con-
33 tingentia de eo esset particulariter videndum, cum ad
Judicem non spectet legem interpretari, nisi in specie
sibi ad judicandum commissa, ut eleganter docet *We-
semb. in Parat. ff. lib. 1. tit. 3. n. 3. in fin.*

34 Nec obstare pariter mihi visa est dispositio alterius Sta-
tuti, sub rub. *de Jur. redd. in §. finali*, secundùm quam
Judices, & Magistratus Ordinarii non possunt allegari,
neque jurari suspecti, aliquo modo, neque aliqua ra-
tione, à qua per consequens deducebatur Præstantiss.
Magistratum Cambiorum, qui Genuæ est Judex ordina-
rius, non posse allegari suspectum, nec ratione delega-
tionis quasi illa sit una ex rationibus, quæ à Statuto ex-
cluduntur, sub illis verbis, *neque aliqua ratione*, cum
per delegationem fieri non possit, quin subjectum ipsius
Jurisdictionis delegatæ, sit ipse Judex ordinarius, licet
eidem qualitas delegationis accedat.

Pro responsione etenim est advertendum, Statutum
prædictum, per illa verba *neque aliqua ratione* disponere
retento themate, quod nempè Judex, vel Magistratus
sit ordinarius, quarè si supponimus ejus Jurisdictionem
in contingenti esse simpliciter delegatam, Statutum præ-
dictum amplius intrare non potest, quia ejus verba non
verificantur; quod autem dictus Præstantissimus Ma-
gistratus sit merè delegatus ostenditur, vel ex eo, quod
in hac causa nullam habet ordinariam jurisdictionem se-
cundùm Doctrinam *Marant. in spec. p. 4. sub tit. An sit
Judic. ordin. vel delegat. num. 77.*

Nec turbat, quod ex hoc non videatur removeri ob-
jectum, quod dictus Præstantissimus Magistratus sal-
tem materialiter sit Judex ordinarius, ita ut eo suppresso
corruat etiam delegatio, uti forma illi adhærens,

35 Subtilis namque ponderatio corruit, advertendo iden-
titatem materiæ non impedire diversitatem rei, quæ
oritur ex diversitate formæ, quæ dat esse rei, *l. Julianus
§. Si quis rem*, ibi, *mutata forma propè interimit sub-
stantia rei*, ubi *singularis Gloss. marginalis in verbo si
quis rem, ff. ad exhibendum, optimus text. in l. Si con-
venerit 18. §. Si quis navem, & ibi gloss. in verbo aliud
navis in fin. ff. de pignorat. action.* quare, etiamsi sup-
poneretur dictum Præstantissimum Magistratum mate-
rialiter esse Judicem ordinarium, tamen formaliter est
delegatus, cum uti ordinarius nullam in hac causa ha-
beat Jurisdictionem, ut suprà probavi.

36 Corruit secundò, quia termini ordinarius, & dele-
gatus non se invicem compatiuntur, delegata enim ju-
risdictio derogat ordinariæ *c. sanè il 2. de offic. delegat.
Marant. in specul. par. 4. sub tit. An sit Judic. ordinar.
vel deleg. n. 38.* cum ergo in præsenti causa dictus Præ-
stantissimus Magistratus possit esse Judex uti delegatus
tantùm, sequitur ipsum appellari posse Magistratum,
dempto tamen termino ordinarii, qui Magistratui Dele-
gato convenire non potest.

Corruit tertiò, quia delegatio non est ratio, ob quam
quis possit allegari suspectus, sed est modus tribuendæ
jurisdictionis, & ideò sub illis verbis, *neque aliqua ra-
tione*, rescriptum delegatorium comprehendi nequit,
aliàs sequeretur posse allegari Judicem suspectum, ea
tantùm ratione, quod sit delegatus, quæ causa in om-
nibus delegatorum personis perpetua esset, quod ni-
mium à recta Juris ratione aberrat.

Hinc tollitur combinatio prædictorum Statutorum ex
adverso allata, ad ostendendum ex Statutorum disposi-
tione allegationem de suspecto fieri tantum posse de per-
sonis delegatorum; cum ex prædictis pateat Statutum,
in §. allegatio, sub rub. de delegat. non disponere circa
illos, qui possunt, vel non allegari suspecti, sed assum-
ptum tantum supponere, à quo supposito nulla inducitur
dispositio, ut suprà ostensum fuit; aliud verò Statutum
sub rub. *de Jure redd. in §. final.* ex proximè dictis in ca-
su nostro locum non habere.

Respectu verò secundæ partis meæ consultationis defi- 37
niendum dixi arbitrio DD. VV. Serenissimarum, an in
præsenti allegatione adsit causa saltem levis ad removen-
dum dictum Præstantissimum Magistratum à judicio fe-
rendo in hac causa, ea motus ratione, quod res hæc sit
satis arbitraria, *Fontanell. dec. 11. num. 32.* & superior
juxtà suum arbitrium (in quo certa regula tradi nequit)
determinare possit, an causa, quæ affertur sibi sufficiens
videatur ad Judicem removendum, *Giurb. dec. 54. n. 9.*
in qua tamen materia pro regula generali traditur, quā- 38
libet causam, licèt levem, & modicam sufficere pro il-
lius recusatione, cum sit materia favorabilis, *Rot. dec.
165. n. 7. par. 6. recent.* & janua defensionis appelletur,
*Capyc. Latr. consult. 102. n. 6. lib. 2. Giur. ad decis. 81.
dicti Capyc. Latr. num. 1. lib. 1.*

Ratio autem est, quia causæ suspicionis non sunt om-
nes in jure expressæ, quia de facili hoc fieri nequit, sed
secundùm expressas in jure Judex arbitrabitur illam ju-
stam, vel injustam, quæ similis, vel efficacior erit ex-
pressa; cum de similibus ad similia sit procedendum, jux-
tà doctrinam *Abb. in cap. cum speciali n. 7. de appellat.*

Et licet pro concludenti causa allegatum fuerit, præ-
decessores præsentium Officialium dicti Præstantissimi
Magistratus gravasse dictum M. Gregorium, cum con-
tra illum sententiam in hac causa aliàs tulerint, ex do-
ctrina *Capyc. in dicta dec. 138. n. 6.* tamen illa aliquam
patitur difficultatem, dum *Intriglial. dec. 49. n. 18.* & eo
relato *Fontanel. dec. 16. n. 10.* dixerunt causam suspicio- 39
nis cessare, quando persona Judicis fuit mutata, &
Giurb. dec. 27. n. 3. docuit non posse Tribunal pro suspe-
cto allegari ratione suspicionis alicujus Judicis in eo exi-
stentis, quando alius in locum suspecti subrogari potest,
ut Genuæ fit ex dispositione novarum legum anni 1576.
sub rubr. *de Subrogat. Magistr.*

Reliquas verò causas pro parte dicti M. Gregorii ad-
ductas referre non curavi, cum ad superioris arbitrium
omninò spectet, ut suprà dixi, illas admittere, vel reji-
cere, & si inter illas aliqua adesset, quæ sine scandalo
probari non posset, tunc superior sumpta super illa extra-
judiciali informatione posset Judicem suspectum remo- 40
vere, *Giurb. dec. 48. n. 4. Capyc. latr. dec. 85. n. 1. lib. 1.*

Super exemplis autem utrinque allatis insistendum 41
non duxi, quia legibus, & non exēplis Judices in farendis
sententiis moveri debent, juxtà *text. in l. nemo C. de sent.
& interlocut.* præsertim cum coram me producta sint in-
vicem contraria, quo casu ad stylum interpretativum
inducendum non conducunt, *l. nam Imperator*, ibi,
*in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur consuetu-
dinem aut rerum perpetuo similiter judicatarum auctori-
tatem vim legis obtinere debere ff. de legibus Ganaverr.
dec. 29. n. 25.* & ideo quicquid aliàs diversimodè judica-
tum fuerit existimavi prædicta de jure procedere DD.
VV. Serenissimarum benigna censura semper salva, &c.

Alia quæstio incidere potest in hoc paragrapho videli- 42
cet, quod postquam pars comminata ad dicendum, seu
allegandum ejus impedimentum cognitum in aliquo ex
Senatoribus, & intrà terminum non opposuerit, utrum
sit firmum, ac ratum decretum, si in illius confectione
adesset aliquis Senator habens in causa interesse, videtur
affirmativè dicendum, per præsentem dispositionem
Statuti nostri, sed veriùs, quod dictum decretum esset

ipso jure nullum e ratio consistit ex eo, quod paragra-
phus proximè præcedens illud annullat, nec hic præsens
dispositio contrarium ponit, quia licet voluit, quod ra-
tum sit decretum in casu, quo sit sequuta citatio ad alle-
gandum impedimentum, & non fuerit in actis dedu-
ctum non includitur impedimentum illius, qui habet in-
teresse, neque de hoc intellexerunt statuentes, ut benè
fuisse declaraverunt ibi sit ratum, quod fuerit decretum
non obstante aliquo impedimento agnationis, cognatio-
nis, & affinitatis: Et sic quoque intelligendum est Sta-
tutū, ut minus corrigat jus commune, illique magis con-
43 forme sit, nam de Jure Civili prohibetur, quod nemo in
causa propria sit Judex etiamsi adversarius in eum con-
sentiret per *tex. in l. unica cum sua rubr. C. ne quis in sua
caus. judic. & l. si quis de re sua 56. ff. de recept. arbitr.*
44 NON OPPOSUERINT: Idem si opposuerint, sed
postea denuò comparuerint, sine replicatione dictæ oppo-
sitionis tunc intelligeretur renunciasse oppositioni recu-
sationis *Arg. c. gratum de offic. deleg. Alex. cons. 81. vis.
process. num. 5. lib. 2. Gratian. c. 100. num. 27.*
45 NON TAMEN AD FAVOREM ILLIUS: Sic
etiam actus nullus, licet nullum habeat effectum ad favo-
rem facientis illum per dolum, contra eum bene valet
*Jason. in §. præterea instit. quibus modis jus patr. potest.
solv. in primis addit. incip. circa hunc §. & est Text. in l.
transactione 30. C. de transact. Rot. dec. 8. de testam. in
antiq. n. 10. Ancharan. cons. 211. n. 2. Cephal. cons. 133.
lib. 1. n. 125. Rot. dec. 356. n. 15. in noviss.* ubi limitat,
46 quia nemo ex dolo, vel delicto suo debet commodum,
vel lucrum reportare *Angel. Aretin. cons. 4. quoad pri-
mum n. 30. vers. alias autem Castrens. cons. 52. n. 3. lib. 2.
vers. conclude ergo.*
47 QUI SCIENS: Hujusmodi scientia præsumi debet,
quia non solùm suos agnatos, cognatos, & affines quis-
que cognoscere præsumitur, sed etiam facta conjuncti
*Menoch. de præsumpt. q. 77. lib. 2. n. 7. & præsumpt. 24.
48 lib. 6. n. 42. Jason. in cons. 156. col. 1. vol. 4.* qui licet vo-
luit præsumi ignorantia inter duos affines, vel conjunctos
contrahentes in faciem Ecclesiæ matrimonium hoc non
officit, sed facit ad nostram Conclusionem, nam iste
Doctor hujusmodi præsumptionem eruit à modo, & for-
ma contrahendi matrimonium palàm populo, quæ verè
facit præsumere contrahentes inter se suam affinitatem,
49 vel conjunctionem ignorasse, & sic hæc præsumptio tol-
lit alteram præsumptionem *Gabriel. concl. 6. de præsumpt.
n. 36.* quia præsumptio urgentiori præsumptione aufer-
tur, & sic quamvis præsumatur quemque suos agnatos,
& conjunctos scire, attamen si ex conjecturis, ut in ca-
so præmisso Jasonis deduci possit contrarium, pro con-
trario standum est.
50 TACUERIT: Taciturnitas conjuncta cum dolo pa-
rit effectum consensus *Menoch. de præsumpt. præsumpt.
99. lib. 6. n. 30. Jas. in addit. ad Port. instit. quib. mod. jus
Patr. Potest. solv. §. prætereanum. 7. vers. & unum nota.
Pacific. de Salvian. inspect. 3. cap. 5. num. 76.*

A D D I T I O

Ad num. 10. & 11.

51 Aliæ Personæ enumerantur à *Petr. ad Rit. M.C. 265.
n. 91.* ubi de Curatora ad lites, Advocato, & Procura-
tore partis contrariæ, & aliis qui allegari possunt suspecti.
52 Contrarium tenet *Ursill. verb. Assessor n. 8.* ubi dicit
quod Assessor assumptus à Judice pro sui instructione, vel
informatione, non potest allegari suspectus.

---

§. X.

NOn possint expediri, neque tradi per Cancel-
larios literæ alicui Officiali, Jusdicenti, aut
Ministro, nisi priùs recepta apodixia, seu admit-
tatur à Syndicatoribus Supremis, & ab aliis Ma-
gistratibus, etiam Comperarum Sancti Georgii,
juxta decreta Senatus sub pena librarum centum
pro qualibet vice, & graviori arbitrio Senatus.

S U M M A R I U M.

1 *VErbum possit cum negativa præposita tollit omnimodo potestatem, & inducit formam.*
2 *Natura dictionis nisi est ponere contrarium orationis præambulæ.*
3 *In dignitatibus debent eligi viri probi, graves, divites, ac peritissimi.*
4 *Debitores Reipublicæ, vel Civitatis honorem aliquem habere non possunt.*

NON POSSINT: Verbum hoc *possint*, cum nega- 1
tiva præposita tollit omnimodò potestatem, & in-
ducit formam *Carpan. ad Statut. Mediol. c. 21. lib. 1.
in verb. non duret, nec durare possit, & c. 279. in verb.
non possint lib. 2. Socin. Sen. cons. 283. n. 2. vol. 2. Jas.
cons. 42. vers. sed hic non obstant. vol. 3.*
NISI PRIUS: Natura hujus dictionis est ponere con- 2
trarium orationis præambulæ *l. actione ubi Bart. &
Doct. C. de transact. Alex. cons. 83. n. 3. lib. 1.* & hìc
verò cum huic dictioni præcedat negativa, concludit,
& affirmat nempè expediri, & tradi literas *Rot. in dec.
197. n. 2. in fin. & decis. 639. n. 2. par. 1. divers. in re-
cent. Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 171. num. 13.*
ADMITTATUR A SYNDICATORIBUS SU-
PREMIS, &c. Hoc benè actum fuit per statuentes, 3
ut semper probi viri in dignitatibus collocentur. Idem est
de jure communi, ut eligi debeant viri probi, graves,
divites, experti, & peritissimi *Conrad. Landen. in sua
prax. lib. 1. c. 10. de decur. n. 6.* Et qui non reperitur hu-
jusmodi probitatis ad honores promoveri non potest *l.
Cassius ff. de Senator. idem Conrad. d. loc. n. 14.* latè con-
firmat *Capyc. dec. 121. n. 17. 18. Lancellot. tract. de at-
tent. lit. pend. n. 20. Carpan. ad Stat. Mediol. c. 1. n. 25.
lib. 2.* neque debitores Reipublicæ, vel Civitatis hono- 4
rem aliquem habere possunt *Conrad. d. loc. paulo suprà
laudatus n. 18. vers. debitores, idem Carpan. ad Stat.
dicto cap. 1. n. 41. lib. 2. Capiblanc. de Baronib. in sin-
gul. num. 94. & seq.*

---

§. XI.

DEbeant Cancellarii, & præcipuè ille, qui cu-
ram habet negotiorum Civilium tenere in
Cancellaria librum Speculi, & in eo saltem omni
anno antè collationem officiorum annotare no-
mina eorum, qui fuissent declarati ponendi in di-
cto libro, & ideo requirere, & habere à Supre-
mis Syndicatoribus, & eorum Cancellario dicta
nomina ad hoc, ut semper in collatione officio-
rum liber Speculi Senatus conformetur libro Spe-
culi Supremorum.

S U M M A R I U M.

1 *VErbum debeat importat necessitatem parendi Statuto.*
2 *Judex ex Syndicatu condemnatus non potest habere aliam dignitatem, & officium.*
3 *Officiales culpabiles in officio, ad aliud promoveri non possunt.*

DEBEANT: Hoc verbum importat necessitatem pa- 1
rendi Statuto, *Merlin. dec. 432. n. 5. tom. 1. De-
cian. tom. 3. resp. 19. num. 147. Folin. cap. exceptionem
in 3. col. de except.*
LIBRUM SPECULI: In hoc libro adnotantur no-
mina, & cognomina Syndicatorum, ob aliquod cri-
men commissum, ne ex Syndicatu condemnatus um- 2
quam habere possit dignitatem, sive aliud officium, ita
etiam notat *Carpan. ad Stat. Mediol. lib. 2. cap. 45. in
verb. habere aliquod officium, & sic olim (ut observavit
D. meus Bottinus in Collat. ad Statutum nostrum c. 15.
lib. 1. vers. & qui inter alia)* nomina scelestorum Judi-
cum describebantur in albo, quod dicebatur Pyctarium
*l. actuarii 5. & l. jubemus 16. §. Super iis C. de erogat. mi-
lit. annon. lib. 12.* & officiales semel culpabiles in officio 3
ad officium amplius promoveri non poterant *l. Cassius ff.
de Senator. l. nullus Thesauriensis 2. C. de Palatin. Sa-
crar. largit. lib. 12. l. quicumque C. de diversis offic. lib.
12.* Nec non accusati tantum non possunt ad novos ho-
nores promoveri. *Altimar. de nullit. rub. 10. q. 6. n. 43.*


F I N I S.

JOSEPHI LAURENTII MARIÆ

DE CASAREGIS

AD STATUTUM

DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.



IN RUBRICAM STATUTI CIVILIS GENUÆ

DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

SUMMARIUM.

1 *Statutum loquitur solum de subditis.*
2 *Statutum licet favorabile de subditis tantum loquitur.*
3 *Statutum de successionibus comprehendit solum subditos.*
4 *Statutum non potest exercere suam jurisdictionem in non subditos, ideoque metitur eorum voluntas ab eorum potestate.*
5 *Statutum in ordinatoriis judicii observatur contrà forenses.*
6 *Statutum neque comprehendit Clericos.*
7 *Neque potest Clericos comprehendere, quia in specie eos comprehendere nequit.*
8 *Statutum de success. non comprehendit Clericos.*
9 *Statutum licet favorabile non comprehendit Clericos.*
10 *Statutum favorabile quando est arctativum, & imperativo modo conceptum non comprehendit Clericos.*
11 *Doctores qui affirmant Statutum favorabile comprehendere Clericos intelliguntur, ut tali Statutu uti possint si velint, sed non comprehenduntur.*
12 *Statutum de privileg. Cleric. Genuæ tollit omne beneficium Statutorum Clericis.*
13 *Statuentes rite, & rectè possunt tollere eorum Statuti beneficium Clericis.*
14 *Statuentes possunt, & in nostro Statuto voluerunt tollere quæcumque beneficia eorum Statuti, sive conformis, sive non cum jure communi.*
15 *Explicatur Statutum nostrum de privileg. Cler.*
16 *In successione passiva Clerici Statutum nostrum de success. habet locum.*
17 *Statutum de success. solum respicit bona, & non personam Clerici Defuncti.*
18 *Quando Statutum est factum favore, & commodo publico ligat Clericos.*
19 *Statutum disponens, ne Monachus, seu Monialis succedat, validum est.*
20 *Statutum disponens, ne immobilia alienentur in forenses, valet, & comprehendit bona Clericorum.*
21 *Statutum, ne immobilia in forenses alienentur, respicit principaliter bona, & non personas.*
22 *Statutum privans filios familias hæreditate paterna nubentes contrà patris voluntatem sustinetur ob bonum publicum.*
23 *Res Clericorum extrahi tentata contra prohibitionem legis ammone cadunt in commissum.*
Cæsareg. Tom. IV.
24 *Statutum ligat etiam Clericos de illis non facta speciali mentione.*
25 *Statutum licet loquatur de personis, attamen principaliter respicit bona, quia attenditur potius intentio quam verba, & num. 26.*
27 *Quando personæ habilitantur, & inhabilitantur, arctantur &c. sunt personalia statuta.*
28 *Bona patrimonialia Clericorum sunt laicalia.*
29 *Super bonis Clericorum imponuntur collectæ, & ita Genuæ.*
30 *Omne privilegium Clericorum cessat post eorum mortem.*
31 *Post mortem Clerici, ejus bona fiunt laicalia.*
32 *De bonis Clerici defuncti possunt Statuentes disponere.*
33 *In successionibus attenditur qualitas præsens bonorum, & non antiqua.*
34 *Declaratur regula, quando hæreditas defunctum repræsentat.*
35 *Hæres non repræsentat defunctum in his, quæ factum hominis requirunt.*
36 *Super impossibili lex non fingit.*
37 *Post mortem Testatoris acquiritur unico actu dominium succedenti.*
38 *Licet aliquando suspendatur dominium actuale hæreditatis, habituale est subitò in succedere debente.*
39 *Statutum conditum favore familiarum, & agnationis comprehendit etiam Clerici bona, & hæreditatem.*
40 *Clericus intestatus decedens videtur voluisse eos, quos vocat Statutum patriæ suæ.*
41 *Reprobatur Alderan. Mascard. contrarium tenens.*
42 *Adducitur Cathalogus Doctorum, qui affirmaverunt Statutum de success. habere locum in hæreditate Clerici.*
Et Constitutio SS. Papæ Innocentii XI. n. 102.
43 *Reprobantur Doctores contrariæ opinionis.*
44 *Bona omnino Ecclesiastica sunt exempta à jurisdictione laicali.*
45 *Forenses ligantur Statutis illius loci, in quibus bona sita sunt.*
46 *Casus mixtus est, quando adest alia tertia persona non nominata in Statuto, quæ excludit personam excludentem vigore Statuti aliam sibi proximiorem.*
47 *Casus mixtus etiam est, quando persona tertia non nominata a Statuto excludit de jure communi excludentem vigore Statuti aliam personam, quæ de jure communi succederet cum non nominata.*

48 *Semper datur mixtura casus, quando persona non nominata a Statuto excludit excludentem vigore Statuti proximiorem.*
Contrarium num. 103.
49 *Quando Statutum excludit propter agnatum, matrem, si adsit patruus Clericus est casus mixtus.*
50 *Est casus mixtus, quando adest consanguinea soror in Statuto excludente matrem propter patruum.*
51 *Quando persona non nominata à Statuto non excludit de jure communi excludentem vigore Statuti aliam personam non est casus mixtus.*
52 *Commendatur Ariotus Benielli J. C. Genuensis Celeberrimus.*
53 *Assignatur alter casus, qui non habet mixturam.*
54 *Reprobatur Sabell.*
55 *Statutum non potest disponere de rebus in alieno territorio sitis.*
56 *Statutum loquens in rem, seu in personam non extenditur extra Territorium.*
57 *Statutum excludens fœminas non comprehendit bona extra territorium sita.*
58 *Et hoc habet locum etiamsi fœmina, & masculus de successione contendentes, ambo subjecti sint statuentibus.*
59 *Idem, licèt defunctus sit forensis.*
60 *Pariter dicendum est si succedentes solùm sint forenses.*
61 *Et si omnes succedentes, & testator sint forenses.*
62 *Contrà tamen in hoc ultimo casu concludendum, cui obstat Rota Genuensis num. 104.*
63 *In mobilibus, ac pecunia non attenditur Statutum loci, ubi reperitur, sed Testatoris defuncti.*
64 *Actiones, jura, nomina debitorum sunt tertia species bonorum, & dicuntur incorporalia.*
65 *In nominibus debitorum attenditur pro successione Statutum Testatoris defuncti, & non illius cui debitores subjecti sunt.*
Contrarium num. 105.
66 *Reprobatur contraria opinio, & ejus sequacium.*
67 *Annuì introitus censentur pro immobilibus.*
68 *Census, loca montium pecunia ad montes, seu bancum perpetuò collocata, vel credita perpetua habentur pro immobilibus.*
69 *Imò hæc genera bonorum possunt pro immobilibus permutari.*
70 *Quando utrumque Statutum scilicet defuncti, & loci bonorum est ejusdem Principis, attenditur in successione Statutum Testatoris defuncti, non vero loci in quo bona sita sunt.*
71 *Declaratur hæc limitatio.*
72 *Limitatur quoque, quando in loco, ubi adest defunctus, reperiuntur major bonorum pars, quia tunc illud Statutum se trahit etiam ad alia loca, ubi minor bonorum pars sita est, nam major trahit minorem partem.*
73 *Contrarium firmatur.*
74 *Si Statuta tam loci, ubi moritur Testator, quàm illius, quo bona reperiuntur sunt uniformia in exclusione fœminarum propter masculos, attenditur solum Statutum loci Testatoris defuncti.*
75 *Contraria opinio firmatur variis rationibus.*
76 *Ex conformitate Statutorum diversi Principis non potest nasci jurisdictio unius contrà alium.*
77 *Declaratur Bellon. Jun.*
78 *Ex duobus actibus imperfectis semel junctis nihil perfectum nasci potest.*
79 *DD. Card. de Luc. & Jo. Anton. Bellon. reprobantur.*
80 *Semper prævalere debet Statutum loci, ubi res sitæ sunt, quam aliud.*
81 *Licet Statuta tam loci Testatoris ubi defunctus est, quam illius in quo bona sita sunt, reperiantur conformia, attamen si uni Statuto renuncio, non intelligitur alteri renunciatum.*
82 *Si renunciatur Statuto conformi juri communi, non intelligitur juri communi renunciatum.*
83 *Adducuntur plura absurda in sensu contraria sententia Belloni, & Card. de Luc.*
84 *Bellon. & Cardin. de Luc. sibimetipsis fuerunt contrarii.*
85 *Voluntas tacita Testatoris non attenditur.*
86 *Ex testamento invalido licet cognoscatur voluntas Testatoris, attamen habet locum successio de jure statutario.*
87 *Ex omni actu invalido voluntas declaratur.*
88 *Adminiculum non est probatio probata, & habere debet subjectum cui adhæreat, & n. 89.*
90 *Statutum servit solum pro interpretatione Testamenti Testatoris defuncti, non verò quando nulla expressa fuerit ejus voluntas.*
91 *Statutum inhabilitans fœminam ad succedendum habet solum locum intra fines ejus Territorii, & non ultra.*
92 *Item habilitatio, seu inhabilitatio, vel legitimatio personæ habet solum locum intra fines Serenissimi Dominii Genuensis.*
93 *In omnem casum requireretur expressa habilitatio, seu legitimatio pro bonis etiam extra territorium sitis.*
94 *Princeps potest habilitare ubique terrarum personam tantum.*
95 *Secus vero pro bonis extra territorium sua jurisdictionis sitis.*
96 *Tutor quia principaliter datur personæ ubique etiam extra jurisdictionem Principis est Tutor, secus vero curator, qui datur rebus.*
97 *Voluntas præsumi debet Testatoris fuisse, quod Statutum Patriæ suæ non habeat locum extrà fines ejus.*
98 *Testator præsumitur habere tot patrimonia quot sunt loca in quibus ejus bona reperiuntur.*
99 *Testator tot personas repræsentat, quot loca sunt, in quibus bona habet.*
100 *Laudatur D. Julius Cæsar Baldisonus.*
101 *Verbum ab intestato licèt non fuisset expressum in nostro Statuto adhuc illud subintelligeretur.*



DE SUCCESSIONIBUS: Perutiles, ac utilissimæ omnibus evadent præsentes annotationes, quas ad hujus Statuti intelligentiam non mediocri labore, & vigiliis elaboratus fui, cum frequenter de successionibus quæstiones super Statutorum dispositionibus ubique contingere exaudiuntur.

Primò enim ne tempus in verbis impendamus,
quærendum ante omne mihi proposui quales perso-
nas comprehendat Statutum nostrum de successio-
nibus ab intestato, & hic facilis occurrit responsio,
nam semper Statutum, & præcipuè hujusmodi so- 1
lùm comprehendit subditos, & de subditis solum
loquitur *Mascard. de general. Stat. interpretat. con-*
clus. 6. num. 1. 2. 3. & seq. etiamsi sit favorabile *Bur-* 2
sat. cons. 198. num. 35. vol. 2. Carpan. ad Stat. Me-
diol. in prælud. num. 657. & in terminis Statuti de 3
successionibus, quod comprehendat solùm subditos
docuit *Rot. decis. 24. post Merlin. de legit. n. 4. 7. 8.*
9. quia Statuta in non subditos jurisdictioni Statu- 4
entium disponere non possunt, ideoque meritus ex
eorum potestate voluntas *Bart. in l. omnes populi ff.*
de just. & jur. num. 36. & in l. cunctos populos C. de
summ. Trinit. Vincens. de Franch. decis. 545. num. 7.
8. Honded. cons. 3. lib. 1. num. 16. & 17. Curt. Sen.
cons. 72. num. 13. Curt. Jun. cons. 306. num. 63. lib. 3.
Burr. cons. 40. numer. 1. Rot. coram Cels. decis. 258.
num. 10. Merlin. decis. 414. num. 15. Tort. ad Stat.
Papiæ in prælud. num. 153. secus si de civilibus, quæ 5
respiciunt solemnitatem contractus, vel litis ordina-
tionem idem *Tort. in d. loco num. 152. & Mascard.*
de Stat. conclus. 6. num. 22. & Carpan. ad Stat. Me-
diol. in prælud. num. 666. Sic igitur cum non subdi- 6
tos comprehendat Statutum, neque Clericos, & Ec-
clesiasticos *cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut. Bart.*
in repet. in l. de quibus in 5. quæst. num. 30. ff. de le-
gibus. Losæus in suo tract. univers. par. 3. cap. 15.
num. 15. usque ad 22. Surd. cons. 301. nec eos vult
com-

6 comprehendere optimè *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 63. *num.* 60. 61. & 62. 63. & etiamſi generaliter eſſet condictum perſonas clericorum non com-
7 prehendit, cum in ſpecie eas comprehendere non poſſit *Hondad. dict. conſ.* 3. *num.* 17. *Mart. in ſumm. leg. ſucceſſ. part.* 1. *quaſt.* 13. *artic.* 13. *num.* 13. *Surd. decif.* 2. *num.* 45. *Rot. decif.* 264. *part.* 12. *recent. n.* 3. *Sabell. reſol.* 37. *num.* 12. & hoc procedi regulariter dicunt cum innumeris ab utroque allegatis *Tort. ad Stat. Papia in praelud. num.* 4. & *Carpan. ad Stat. Mediolan. in praelud. num....* *Maſcard. de General. Statut. interpret. concluſ.* 1. *n.* 1. & *ſeq. Rot. decif.* 364. *num.* 1. & 2. & *Rot. decif.* 38. *num.* 10. *part.* 19. *rec.*
8 ubi in puncto Statuti de Succeſſ. quod non comprehendit clericos, quod etiam dicit *Bichius decif.* 625. *num.* 17. & *ſeq. Gabriel. conſ.* 37. *num.* 12. *lib.* 2.
9 Quæ concluſio procedit etiam in Statutis merè favorabilibus, & utilibus idem *Carpan.* & *Tort. locis*
10 *ſupra laudatis*; & *Surd. conſ.* 301. *num.* 24. Quapropter, ſi qui unquam Doctores poſſent aſſignari in favorabilibus ligare etiam Clericos affirmantes, non loquuntur primò in terminis Statuti coarctantis, & imperantis, ut conſtanter aſſerunt *Abbas in cap. Eccleſia S. Maria* 10. *num.* 25. *de conſtitut. cui ſubſcribunt Barbat. conſ.* 50. *lib.* 3. *Theſaur. quaſt.* 2. *ſub n.* 7. *lib.* 2. *Marc. Medic. dec.* 53. *num.* 17. *Alex. conſ.* 111. *num.* 6. *in fin. lib.* 7.
11 Secundò ſemper intelligendi eſſe debent cum magiſtrali diſtinctione *Surd. conſ.* 2. *num.* 38. & *d. conſ.* 301. *num.* 14. ubi dicit eos, qui affirmant legem favorabilem ligare clericos intelligi debere quoad hoc, ut ſi velint, poſſint ea uti non quod comprehendantur ſub Statuto, & cogantur huic parere, illudque recipere, quam diſtinctionem ſequuti fuere *Ciarlin. cap.* 35. *num.* 5. & *ſeq. Rot. decif.* 392. *n.* 20. *part.* 18. *Theſaur. quaſt. for.* 1. *lib.* 2. *numer.* 6. 7. *Sperell. decif.* 11. *num.* 27. *Lap. allegat.* 191. *n.* 6. & *ſeq. Alex. conſ.* 111. *num.* 5. *lib.* 7.

Igitur ex his non amplius hæſitandum mihi videtur quod Statuta ſucceſſionum perſonas Eccleſiaſticas non comprehendat, quamvis de iſtis tanquam favorabilibus poſſint uti, ut dixi ſupra per authoritatem Surdi, Ciarlini, & Rotæ, quibus addo *Theſaur. qq. for.* 1. *lib.* 2. *num.* 4. & *ſeq. Oliv. de for. Eccleſiaſtic. part.* 1. *quaſt.* 33. *num.* 14. *circa finem*, & *Rot. Epiſcop. Iſolan. cap.* 63. *num.* 51.
12 Advertant verò noſtrates, quod in Statuto Genuenſi hæc non habent locum, nam per illud ſub rubr. *de privileg. Clericor.* tollitur perſonis Eccleſiaſticis omne beneficium quorumcumque Statutorum, ideoque noſtris Statutis uti non poſſunt, qua diſpoſitione attenta nihil refert quærere, an Statutum noſtrum ſit favorabile nec ne, ut in puncto Statuti noſtri admonuit *Maſcard. de General. Statut. interpretatione concluſ.* 1. *num.* 194. cum ab eo relatis, neque hoc abſonum, & injurioſum clericis fateri debemus.

Primò, quia nobis ſub gravi cenſura vetitum eſt ſub *Stat. de extrinſec. intell. prohib. §. nullus Magiſtratus.*
13 Secundò, quia rectè Statutum laicale poteſt tollere clericis quodcumque beneficium ſui Statuti *Carpan. in praelud. ad Stat. Mediolan. n.* 585. & *cap.* 180. *num.* 20. 21. ſuum privilegium, auxilium, protectionem *Tiraquell. de retract. lignag. gloſſ.* 8. §. 1. *n.* 42. *Dec. conſ.* 114. *in princ. Ciarlin. controv.* 45. *num.* 10. & *ſeq. vol.* 1. *Dom. Manſ. conſult.* 468. *num.* 4. *D. Palm. conſult.* 29. *per tot. Rot. poſt Merlin. de legitim. decif.* 50. *Pereir. de man. Reg. part.* 2. *cap.* 67. *num.* 15. & in terminis Statuti noſtri *Rot. Januenſ. legitimæ veneris* 14. *Junii* 1680. *coram Matbejo Oliv. de for. Eccleſ. part.* 1. *quaſt.* 33. *n.* 14. *Cost. in memor. verb. Clerici ligantur Bald. conſ.* 170. & 262. & 260. *lib.* 3. & *in l. ſi quis Curialis n.... C. de Epiſc. & Cleric.* ubi dicit quod diſpoſitio legis, vel Statuti non prodeſt Clericis, ſi lex, vel Statutum non vult, quod proſit, & licet per Statutum non poſſit auferri Clerico beneficium proveniens ex diſpoſitione juris communis, tamen auferri protectio, & privilegium, ſeu beneficium proveniens ab ipſo Statuto, quæ ſimilia adducit *Pap. conſ.* 60. *num.* 15. & 18. *Surd. conſ.* 2. *numer.* 43. *lib.* 1. *Socin. Sen. conſ.* 97. *num.* 4. *lib.* 1. nec non in ſimilibus terminis loquitur *Riminald. Sen. conſ.* 268. *lib.* 2. *n.* 39. qui firmat etiam daro, quod perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint uti Statuto privilegiativo, & generaliter loquente, tamen de mente ſtatuentium eſſe poteſt, quod illud Statutum non proſit Clericis, quando idem eos privat à forma Statutorum, vel ſuo privilegio, beneficio, & protectione, & *ab eodem num.* 39. *verſ. nec prædictis obſtat ad num.* 42. eleganter reſpondit quibuſdam objectionibus in contrarium adductis, quibus dicebatur, quod illa privatio formæ, ſeu beneficii Statutorum à Statuentibus præcepta referri debeat ad Statuta exorbitantia, ſive arctativa, non verò ad Statuta merè privilegiativa, & favorabilia, & concludit denique, & benè, 14
quod cum ibi Statutum privabat ſimpliciter Clericos, & abſque ulla diſtinctione Statutorum, vel exorbitantium à jure, vel merè favorabilium, comprehendebat tam Statuta arctativa, vel exorbitantia, vel privilegiativa, vel quocumque alio modo.

Altera enim ratio, quam adducit idem Riminald. ea eſt, quia in principio Statuti illius Civitatis excludentis Clericos erant aliqua verba, ex quibus clara Statuentium voluntas colligebatur; ibi *cum eis legem imponere non liceat*, quæ ratio etiamſi videbatur concludi in Statutis ſolummodo arctativis, præceptivis, & exorbitantibus à jure communi, tamen inferri poteſt ſub ea ratione comprehendi Statuta merè privilegiativa, quia Statuentes propter id quod 15
non poſſunt eis legem imponere, & ſic per Statuta præceptiva, voluerunt, quod non gaudeant Clerici beneficiis Statutorum ſuorum merè privilegiativorum, itaque concludendum eſt in noſtro Statuto, quia etiam ibi ſimilis colligitur mens, & intentio ſtatuentium ex verbis dictæ rubricæ *de privileg. Cleric.* ibi *quæ ratione cujuſvis. profeſſionis, & religionis non eſſent ſuppoſita juriſdictioni Magiſtratuum ordinariorum Reipublicæ.*

Quæſtio verò quæ difficilius quotidie exagitatur inter Doctores illa eſt: Utrum Statutum de ſucceſſionibus, ut ſæpius contingit in noſtro, comprehendat hæreditatem, ſive ſucceſſionem paſſivam Clerici, ſive cujuſcumque perſonæ Eccleſiaſticæ, & fateor quidem me hæſitantem diu animum habuiſſe ob authoritates Sacrorum Tribunalium, & rationes, ac fundamenta hinc inde deducta, ſed denique opinionem favorabilem laicis, ſcilicet, quod ſub eorum Sta- 16
tutis de ſucceſſionibus hæreditas Clericorum comprehendatur, & uti veriorem, & magis receptam præcipuè in noſtro Sereniſſimo Statu amplexus fui, & ita judicavit Jo: Dominicus Pater meus amantiſſimus *in Clavarenſ. paſſivæ ſucceſſionis anno* 1656. 3. *Maij. Conſtantin. ad Stat. Urb.* .... *Jo: Torr. var. quaſt. lib.* 3. *in Miſcellan. part.* 2. *quaſt.* 37. *fol.* 10. & antea *lib.* 2. *quaſt.* 6. *num.* 37. & 38. *fol.* 198. Et hanc meam opinionem me citato ſequitur *Palm. dec.* 247. *num.* 9. 10. *tom.* 3.

Fundamenta enim hujus concluſionis plura ſunt, & Primum, quod in Statuto de ſucceſſionibus ab 17
inteſtato conſiderantur perſonæ ſuccedentium, non autem perſona Clerici defuncti, ut tradunt eleganter *Theſaur. quaſt. for. quaſt.* 2. & 4. *numer.* 20. *libr.* 2. *Peregrin. conſ.* 90. *numer.* 23. *libr.* 1. & *decif.* 117. *num.* 12. *Rot. Rom. diverſ. decif.* 295. *num.* 6. 9. 10. *lib.* 1. & *decif.* 304. *part.* 1. *recent.* ac deciſum refert *Chriſtophorus Mart. Medic. decif. Sen.* 53. *num.* 19. *ac per tot. Surd. qui receſſit à decif.* 20. ubi contrarium tenuerat *conſ.* 560. *lib.* 4. & ſecundum ipſum fuit judicatum teſte *Theſaur. dicta quaſt.* 4. *ad etiam tradita per Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 19. *Caval. decif.* 33. *part.* 3. *num.* 15. & *decif.* 20. *lib.* 4. *num.* 4. *Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 2. *n.* 276. *Tort. ad Stat. Pap. in Civil. Stat.* 95. *Mangil. de imputat. & detract. quaſt.* 56. *num.* 34.

Secunda ratio decidendi ea fuit, quod Statutum noſtrum de ſucceſſionibus ab inteſtato diſponit circa bona temporalia Clericorum, ac reſpicit juſtam vivendi rationem pro tali approbatam in ipſius Reipublicæ conſervationem, quapropter cum ſubjectum illius Sta- 18
tuti ſit quid reale, ac publicum commodum concurrat, nec directè opponatur Clericorum immunitati, ejuſque diſpoſitio ſit generalis, non prohibitiva, aut arctativa, nulla ſubeſt ratio quin ſibi locum non obtineat

etiam

etiam in hæreditate Clerici, ut et *Merlin.* & co-
piosè per eum citatis *in dict. tract. de legitim. lib.3.*
tit.1. quæst.19. num.7. quibus additur Rot. Senensis
apud Medic. decis.53. num.19. & ex num.22.23.cum
19 *seqq.* Sic Statutum, ne Monialis, seu Monachus suc-
cedat, quamvis aliàs ligare nequiret personas Eccle-
siasticas, quia disponit super rebus, vel bonis, &
factum est favore publico, validum esse nemo adhuc
dubitavit, *Rot. coram Ubaldo decis.466. & 550.* ut
20 dicam infrà in §. *Masculus, seu fœmina*, & sic pa-
riter aliud Statutum, ne immobilia alienentur in fo-
renses, quod utique est in fortioribus terminis com-
prehendit etiam bona patrimonialia Clericorum *Balb.*
de præscription. part.5. quæst. princ. num.2. Caroct.
cons.127. num.7. Gips. in addit. ad decis. Bonon.133.
vers. sed in aliquibus, ea solùm ratione, quia dispo-
nit super re statuentibus subjecta.

Nec est restrictio libertatis considerabilis alienandi
rem suam in forenses cum inter subditos possit pro
libito eam exercere Statutum, neque sit id principa-
21 le in intentione statuentium, quæ non est directa
ad personas, sed ad res ne in extraneos deveniant
Federic. de Sen. cons.85. col. penult. vers. non obstat.
Surd. cons.2. num.40. neque ita est immunitati Cle-
ricorum inhærendum, ut bonum Reipublicæ regimen
22 negligatur, vel offendatur, sic rursùs Statutum, quod
imponeret pœnam privationis hæreditatis paternæ fi-
liisfamilias nubentibus sine consensu patris, licèt vi-
deatur contrarium libertati matrimonii, substinetur,
quia præponderat intentio principalis, quæ movet
Statuentes, nimirum, ut reprimantur mali mores,
nec disponit super matrimonii substantia, sed de re
statuentibus supposita *Cancer. cap.24. num.6. Vasquez.*
de success. creat. libr.1. §.10. numer.628. Borrel. in
summ. decis. part.3. cap.1. num.292. Peregrin. cons.6.
num.4. lib.2. & ad Stat. Urb. tit. de Stat. Urb. præ-
23 *script. gloss.19. n.208.* Sic denique cadunt in com-
missum res Clericorum extrahi tentatæ contra pro-
hibitionem extractionis annonæ, ex quo ob bonum
Reipublicæ, & salutem condita dicitur *Mauson. de*
contrabann.

Neque obstare potest *Surd. cons.301. numer.24.*
Tort. ad Stat. Pap. in prælud. num.1. & Carpan.
in prælud. num.... asserentes Statuta laicorum non
posse ligare Clericos, etiamsi forent eis favorabilia,
quia prædicti DD. loquuntur de Statuto arctante
personam jubendo, ac prohibendo, & quando in eo
Clerici sunt nominati, ut fatetur idem *Surd. n.25.*
vers. quinto, & num.33.34. juncto fine dicti consil.2.
24 Secus ubi de bonis agitur, nec de Ecclesiasticis men-
tionem faciat, ut videre est apud eundem *Surd. d.*
cons.301. num.66. & tradit eleganter *Gipsius in ad-*
dit. ad decis. Bonon.133. vers. sed in aliquibus, &
Mart. Medices decis.53. num.40.

Et dubitari quidem non potest, quod verba Sta-
tuti nostri concepta sint in rem, & non in perso-
nam, quià ad cognóscendum, utrùm Statuta sint
personalia, vel realia, seu potiùs disponant de bonis,
vel arctent personas Clericorum, non attenditur,
quomodo verba sint concepta, cum hæc distinctio
sit magis verbalis, quàm essentialis, nec lex sit im-
25 posita verbis ad tradita per *Thesaur. dicta quæst.2.*
num.5. lib.2. & Medices decis.53. num.23. & an-
te eos per *Bosc. cons.269. num.2.* attenditur autem,
ut supra resolutum fuit, quænam fuit principalis in-
tentio Statuentium, utrum scilicet directa ad perso-
nas, vel res, & in hoc secundo casu, licèt expresse
26 personas nominet, non proinde Statutum dici potest
personale, quia personæ non considerantur de per
se, sed in consequentiam rerum, ut latè per eun-
dem *Thesaur. & Medic. in locis mox laudatis*,
& Surd. cons.343. numer.9. 10. sequutus à Cardin.
de Luc. de successionib. ab intestat. disc.5. numer.
120. vers. Postremo Natt. cons.248. in primo dubio;
dicitur autem Statutum in personam, quando per-
27 sonæ ipsæ habilitantur, vel inhabilitantur, arctan-
tur, & coercentur aliquid facere, vel non, alias
quomodocumque demum sit conceptum, semper de
bonis censetur disponere *Surd. cons. ubi supra Rot.*
decis.295. numer.20. 21. part.1. diversor. Marc.
Anton. var. resolut. libr.2. resol.59. cas.10. Cy-
riac. controv.277. num.43.

Tertia ratio est quia bona patrimonialia Clerico- 28
rum sunt merè laicalia, & subjecta jurisdictioni Prin-
cipis sæcularis, Clerici enim in his non gaudent pri-
vilegiis Ecclesiæ extra casus à jure expressos *Balb.*
de præscript. part.1. quæst.5. princip. num.2. Gipsius
in addit. ad decis. Bononiens.133. vers. sed in ali-
quibus, Odd. apud Flav. Tort. ad Stat. Pap. Tomat.
de Collect. Paris. Surd. Caroct. & alii quamplures
congesti per Medic. dicta decis.53. num.19. & 20. 29
quod usque adeo recognitum est in dominio hujus
Serenissimæ Reipublicæ, ut quotidiè super bonis pa-
trimonialibus Clericorum tanquam laicalibus impo-
nantur collectæ, *Rot. Lucens. inter recol. à D. Palm.*
tom.3. decis.248. num.59. & 60. quæ *avariæ* ma-
terna lingua vocantur, tam ordinariæ, quàm extra-
ordinariæ, prout collectantur cætera omnia bona lai-
corum, quo casu ut inquit *Thesaur.* statutum laicorum,
maximè coram Judice laico, servandum erit absque
eo, quòd dicatur ponere falcem in messem alienam
cum disponat de re sibi subjecta.

Quarta ratio est, & potentissima, quia in om-
nem casum Statutum nostrum disponit de bonis eo
tempore, quo desierunt esse Clerici, nimirum post
mortem illius, quo casu esto etiam millies, quod eo
vivente ex persona ipsius essent aliquo privilegio val- 30
lata, illud cessat, cum mors omnia solvat *§. deinceps*
auth. de nuptiis l. Paulus respondit 89. §.1. ff. de ac-
quir. hæredit. & in terminis, quod bona, quæ vi-
vo Clerico erant affecta aliquo privilegio eo defun-
cto desinunt Ecclesiastica dici, & sequuntur condi- 31
tionem hæredis *Guid. Pap. quæst.261. Petr. Gregor.*
In Syntegm. univers. jur. lib.46. cap.3. num.8. undè 32
possunt statuentes, & fortiùs absque difficultate de
eis disponere, quo magis tunc temporis, absque diffi-
cultate eorum jurisdictioni subsunt ad tradita per
Barbos. cap. quod Clericis de for. compet. Gabriel. Sa-
craji in addit. ad Mathes. sing.110. num.86. Brun.
de Stat. fœmin. exclus. artic.8. n.4. Bursat. cons.93.
num.36. vol.1. Surd. cons.560. num.11. & post præ-
dictos, & alios quos pleno calamo congerit *Mart.*
Medic. dicta decis.53. n.5. & 6. Quibus addo *Car-*
din. de Luc. disc.6. de success. ab intest. num.13. ibi 33
dicendum est in præsenti, ut non debeat attendi sta-
tus, seu qualitas antiqua bonorum, sed illa de præ-
senti quando successionis quæstio agitur, de quo tem-
pore ob annihilationem prioris possessoris amplius in
rerum natura non extantis bona sunt in statu laica-
li, cui sane rationi observat idem *Medices per Surd.*
in decis. an. responsum non fuisse etiamque *num.9.*
Subdit à nemine fuisse evacuatam, sed ulterius *dicta*
Surdi decisio fuit reprobata à D. de Luc. dicto disc.6.
de success. ab intest. num.13. in fin. & ab Hodiern. in
addit. ad prædictum Authorem, quem citat idem *Ho-*
diern. in duobus locis ejus consiliorum palinodiam
canentem.

Neque obstare potest regula illa, quod hæreditas 34
defunctum repræsentat, ideoque personam Clerici,
& illius vicem substinere dicatur *l. hæreditas 34. ff.*
de acquir. rer. dom. per alia adducta à *Bart. Bosc.*
cons.269. num.2.

Quia respondetur primo hanc regulam non proce- 35
dere in his quæ requirunt factum hominis, ut sunt
textus expressè *in dict. l. hæreditas ff. de acquir. rer.*
domin. l. ususfructus 26. ff. de stipulat. servor. & sic
solùm repræsentat ea onera realia scilicet hypothe-
cas, & similia, sive privilegia realia, ut jus servitu-
tis &c. quæ factum hominis, sive defuncti non exi-
gunt quia hoc non potest repræsentari, nam impos-
sibile est quod mortuus vivat, & Dominus sit, ideo- 36
que super impossibili natura lex non fingit, ut do-
cet *Bart. in l. si quis pro empt. ff. de usucap.*

Secundò respondetur, quod quando quis intesta- 37
tus decedit, acquiritur Dominium subito unico, &
eodem tempore venientibus ab intestato, ut dicunt
Philosophi in forma nova, quæ est simul, & semel
exclusio veteris, & vice versa. Et quamvis aliquan- 38
do suspenditur actuale dominium habituale, tamen
delatum dicitur laicis, dum judicis subsequens decla-
ratio super pertinentia nihil de novo inducit, sed
quod à principio existit, declarat; ut punctualiter
tradidit *de Luc. disc.6. numer.13. vers. item quia*
de successión. ibi etiam subdens, quod si prioris
possessio-

possessionis; scilicet Clerici exemptionem retinerent bona, ita sequeretur, quod deberent esse exempta defuncto Clerico etiam ab oneribus laicalibus, atque à Judicis laici jurisdictione, cujus contrarium verius est, atque quotidiana praxis Tribunalium omnium docet; itaque de manifesto errore convinci videtur ratio pleoè expensa per *Surd. decis.* 20. *numer.* 10. *& seq.* quoniam replicat idem *De Luc.* & elegantiùs *ibidem in fin.* quia eo defuncto, & anoibilato, ejusque Dominio resoluto; quoties ejus voluntas non resistat, nil Defuncto interest, an una, vel alia lex in successione servetur.

39 Quinta ratio fuit, quia eo magis Statutum comprehendere debet hæreditatem Clerici, quo favorabilè est, nempe conditum ad conservanda bona in familia, & agnatione *Rot. Rom. in decis.* 563. *num.* 2. *part.* 2. *in rec. Thesaur. decis.* 375. *num.* 52. *Medices decis.* 53. *num.* 10. 11. *& Joseph. de Rustic. de liber. in condit. lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 5. *Alex. Trentacinq. var. resolut. lib.* 1. *tit. de Stat. conclus.* 1. *numer.* 1. *vers. minor probatur latissimè Cavagn. ad decret.* 73. *Montisferrati* §. 1. *&* 2. *per tot.* sunt etiam pro hac opinione *Rot. decis.* 204. *part.* 1. *recent. & decis.* 644. *numer.* 2. *in* 2. *part. recent.* per quam revocata fuit decisio ejusdem *Rotæ decis.* 780. ubi conclusum fuit hujusmodi Statutum odiosum esse, & sic argumentati sunt *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 19. *Graff. de effect. Cleric. effect.* 2. *num.* 276. *Caval. decis.* 33. *part.* 3. *numer.* 15. *Tort. ad Statut. Pap. in Civil. Stat.* 95.

40 Sexta, quia cum Statuto concurrit etiam voluntas ipsiusmet Clerici; qui dum intestatus decessit, & testando potuisset de bonis suis disponere, censetur ad ejus hæreditatem invitare quos lex suæ Patriæ vocat, & velle id quod Statuta volunt *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 25. *num.* 15. *de Rusticis dicto lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 5. *& lib.* 6. *cap.* 8. *numer.* 23. *Mantic. de conjectur. ultim. vol. lib.* 6. *tit.* 7. *per tot.* & vide ea, quæ dixi pluribus locis inferius ex hoc etiamsi simus in personis Statuto non suppositis *Rot. decis.* 295. *&* 304. *part.* 1. *divers.* ut de Clercis tradit *Pic. in l. Titia* §. *Titia cum nuberet num.* 78. & de Principe qui Statuto non ligatur *Vasquez qq. illustrium controv.* 45. *numer.* 16. *&* 17. & eo magis Clericorum voluntatem non contrariam, sed conformem Statutis præsumere debemus, quo non minus eos appetere familiæ propriæ conservationem, quam laicos in diem experimur, ac tradit *Surd. dict. cons.* 560. *n.* 10. *Medices dicta decis.* 53. *n.* 13. *De Luc. d. disc.* 6. *n.* 13. *&* 14. *tit. de successionibus vers. urget etiam.*

41 Neque officit Doctrina *Alderan. Mascard. de general. Stat. interpretat. conclus.* 1. *num.* 43. ubi post contrariam opinionem tenentem asserit hoc indubitatum esse in Dominio nostro Jannensi, in quo vigore Statuti sub *rubr. Cleric. lib.* 6. *cap.* 4. Non possunt Clerici uti Statutis, & eorum dispositione pro se, unde cessat fundamentum super quo potissimum fundatur sententia contrarium affirmantium, videlicet, quod ex quo Clerici excludunt fœminas stante Statuto, quod extantibus masculis fœmina non succedat, ita, & in eorum hæreditate jus idem quoad laicos servari debet.

Quia Mascard. erravit in supposito, & hoc patet ex fundamentis, & rationibus supra à me deductis, quæ sunt omnino diversæ à ratione prædicti Mascardi, quæ omnium minima est, & parum excogitata à Doctoribus. Nam melioribus, & solidioribus argumentis nostra conclusio firmata fuit, & majori, ac insigniori calculo Doctorum, quorum hic inferius Cathalogum subjicio.

42 *Thesaur. quæst. forens. q.* 2. *&* 4. *lib.* 2.

Medic. decis. 53.

Surd. cons. 560.

Merlin. de legitim. lib. 3. *tit.* 1. *q.* 19.

Caval. decis. 33. *part.* 3. *numer.* 15. *& decis.* 20. *lib.* 4.

Graff. de effect. Cleric. effect. 2. *num.* 276.

Tort. ad Stat. Pap. in Civil. Stat. 95. *à n.* 76.

Gabriel. cons. 93. *n.* 36.

Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 278. *num.* 21. *& cap.* 311. *num.* 20. *& in prælud. n.* 609.

Lel. Capit. ad consuetud. Neapol. in prælud. §. 3. *num.* 22.

Cov. in suis memorab. in verb. Clericus vers. & idem.

Barbat. cons. 50. *col.* 4. *vol.* 3. *& in cap. quod Clericus de for. compet. num.* 28.

Tiraquell. de jur. Primogen. q. 45. *num.* 2.

Calcan. cons. 7. *num.* 14.

Mod. Pasis ad Del. in dicto cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit. num. 53. *in verb. Clerici.*

Paris. cons. 40. *num.* 26. *vol.* 3. *post Card. Bald. per eum citatos.*

Anchar. in repetit. cap. 1. *quæst.* 11. *in princip. de constitut.*

Lap. alleg. 101.

Felin. in dict. cap. Ecclesia S. Maria num. 8. *in fin.*

Roman. singul. 443.

Garoll. Macz. cons. 87. *num.* 30.

Honded. cons. 3. *num.* 29.

Ursill. ad Afflict. decis. 301. *num.* 11. *in fin.*

Carocc. decis. 127. *per tot.*

Alb. cons. 761. *num.* 60. *lib.* 4.

Hodiern. ad Surd. decis. 20. *num.* 2. *& ab eo plures allegati.*

Cardinal. de Luc. disc. 6. *de success. ab intestat. num.* 12. *&* 13.

Innoc. de success. quæst. 8.

Latissimè Bottiler. de successon. Theorem. 12. *cap.* 1.

Capr. in Reg. 15. *n.* 47.

Cavagnol. in observ. ad Decret. Montisferrati 73. §. 1. *quæst.* 7. *fol.* 79.

Squillant. de privileg. Cleric. cap. 7. *num.* 97.

Mart. cons. 118. *num.* 14.

Rot. apud Ratcum decis. 191. *n.* 2. *lib.* 2.

Borgnin. decis. 9. *num.* 81. *par.* 2. *& decis.* 20. *n.* 14. *part.* 4.

Neapod. in Consuet. Neapol. tit. de successon. ab intestato num. 247.

Socin. Sen. cons. 230. *n.* 8. *lib.* 2.

Ploc. cons. 93. *per tot.*

Raudens cons. 14. *num.* 111. *& seq. lib.* 2. *& var. resol.* 11. *num.* 10.

Sfort. Odd. in cons. impress. apud Tort. ad Stat. Pap. rub. 95. *num.* 76.

Signoroll. cons. 166. *col.* 2. *vers. sed in bonis.*

Gobb. de success. observat. 9. *per tot.* latissimè *Mart. Venturin. cons.* 25. *per tot. tom.* 2.

Naque obstare possunt authoritates, & DD. contrariam opinionem firmantes, quia in confesso est, ut observant *Thesaur. dict. quæst.* 2. *& Medic. dec.* 53. *n.* 4. *vers. aggredientes*, omnes illos ab uno pendere Imola, qui malè inducens de casu Statuti pœnalis loquentis in personam, & arctantis modum testandi, & sic contra personam Ecclesiasticam, ad casum Statuti *de success. ab intest.* nihil concludit, vel saltem pendere ab Alex. & Ruin. Imolæ sequacibus, qui insuper in eo errore fuerunt, & existimaverunt successionem non subditi, etiam pro bonis Statuto suppositis inter subditos non determinari, cujus contrarium verius est. 43

Secundò, quia falsis, vel levioribus fundamentis innituntur, vel ab aliis reprobati, vel sibi ipsis contrariis reperiuntur, & ut facilius sit vobis eos singulos revidere dato studio referre volui, & tales sunt scilicet.

Guglielm. de Benedict. in cap. Raimutius vers. duas habens filias num. 145. *de testam.*

Dec. cap. Ecclesia Sancta Maria numer. 218. *de constitut.*

Conciol. alleg. 70. *num.* 28. *& allegat.* 71. *num.* 35. *& ad Stat. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 62. *num.* 39. 40. & cæteri ab eo allegati. *Panimol. decis.* 99.

Mascard. de General. Stat. interpretat. conclus. 1. *num.* 43. qui errat in supposito, *ut dixi supra n.* 41.

Fachin. controv. jur. cap. 29. *lib.* 12. qui pariter errat in altero supposito.

Mart. de success. leg. part. 1. *quæst.* 13. *artic.* 13.

Bellett. Disquis. Cleric. tit. de exception. Cleric. à Stat. laical. §. 4. *num.* 24.

Surd. dec. 20. *n.* 7. qui sibi fuit contrarius *in cons.* 2. *n.* 26. *& seq. &* contra hanc decis. ipsemet *cons.* 560. *lib.* 4. *in tertia oppositione*, *ut observavit Hodiern.*

ibi

ibi addens. qui dictum Authorem in dicta decisione reprobavit.

Ottobon. decis. 149. *num.* 4. reprobatus à D. Card. de Luc. *disc.* 6. *de success. numer.* 12. §. *verum imò*, qui observat, quod idem Othobon. fatetur contrariam opinionem esse majori Doctorum calculo confirmatam,

Urceol. consult. for. cap. 50. *& in ejus appendic.* ubi refert per extensum tres decisiones Rot. Romanæ.

Et Rot. decis. 38. *par.* 19. *num.* 2. *ubi allegat decis.* 258. *num.* 7. *coram Cels. & dictam decis. Ottobon.* 149.

Et decis. 625. *coram Bich.*

Nec miror quidem hoc Sacrum Romanum Tribunal huic opinioni magis adhærere, quamvis minùs receptæ, minusque fundamentali, ut suprà ex deductis à me latè dignoscitur, quia id procedit ex nimio zelo Ecclesiasticæ immunitatis, qui tamen in animo *D. Card. de Luc. supr. laudati non prævaluit.*

44 Pro coronide tandem hujus conclusionis observa benè, quod dixi bona solum patrimonialia Clerici esse subjecta Statutis laicalibus, secus verò ea, quæ habuit ab Ecclesia, vel à beneficiis Ecclesiasticis, ut benè distinxit *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 278. *num.* 22. *Bursat. cons.* 132. *num.* 7. *vol.* 2. *Hieron. Rocc. Episc. Isclan. disp. cap.* 63. *n.* 36. *in fin.*

45 Modo verò restat videndum, an forenses ligentur Statutis de successionibus, quorum locis adsunt, & reperiuntur bona Defuncti, respondendum affirmativè arbitror, nam cum Statutum respiciat principaliter rem, quia disponit de modo succedendi est magis communis Doctorum Conclusio, quod tale Statutum est indistinctè servandum nulla habita distinctione personarum, vel sint Ecclesiasticæ (quia firmavimus latè suprà non obstare Clericatum) vel laicæ an sint subditæ, vel forenses, an verba dirigantur in rem, vel in personam, quando scilicet certum est, quod effectus ipse dirigatur in rem *Alb. cons.* 50. *num.* 5. 6. *Carpan. ad Stat. Mediol. c.* 278. *numer.* 24. *Caphal. cons.* 309. *num.* 60. *vol.* 3. *Bursat. cons.* 198. *num.* 42. *&* 43. *vol.* 2. Si igitur tale Statutum, ut nostrum disponens principaliter de successione, seu de qualibet alia re sita in territorio valet indistinctè in præjudicium forensium eujuscumque generis sint, quia scilicet non considerantur personæ, sed res, certè videtur idem dicendum eadem ratione, quod tale Statutum debeat prodesse forensibus: Quinimò facilius debeat admitti interpretatio, quod prosit, quam quod noceat, ita discurrit, & rectè idem *Mandell. Alb. d. cons.* 50. *n.* 6.

Antequam verò veniamus ad considerandum, quæ bona comprehendat Statutum nostrum, aliquid præponere debemus de materia casuum mistorum, qui dari possunt, quique sub Statuto nostro non comprehenduntur tanquam non præmeditati, ideoque ad successionem intestati de jure communi semper recurrere eo casu debebimus, & advertendum primò est, quod tunc solum datur casus mixturæ in hujusmo-
46 di successionibus Statutariis, quando persona tertia non nominata à Statuto excludit personam privilegiatam excludentem vigore Statuti aliam personam, quæ sit de jure communi proximior illius excludentis vigore dicti Statuti, exempl. grat. si adessent tres personæ scilicet Mater, Agnatus in quarto gradu, & Patruus Claustralis, hic est casus mistus, quia de jure communi Patruus, qui est persona non nominata à Statuto excludit de jure communi agnatum, quæ est persona privilegiata à Statuto excludens Matrem de jure communi proximiorem.

47 Alter casus mixtus est etiam, quando persona non nominata de jure communi excluderet excludentem aliam vigore Statuti, quæ tamen de jure communi admittitur simul cum persona à Statuto non nominata, exempl. grat. si adesset Patruus, Soror, & Pater, hic casus diceretur mistus, nam pater non nominatus à Statuto excludit de jure communi Patruum excludentem vigore Statuti Sororem, quæ tamen admittitur de jure communi cum ipso Patre:
48 Adverte igitur, quod casus mixturæ datur solum, quando persona non nominata à Statuto excludit eum, qui excludit vigore Statuti aliam personam sui proximiorem, nec relevat postea si ista exclusa à Statuto postea de jure communi sit admissa propter æqualitatem gradus cum persona non nominata, & cum ea concurrat *Brun. de Stat. exclus. fœminar. artic.* 6. *num.* 136. *Ruin. cons.* 39. *num.* 2. *lib.* 3. *Surd. cons.* 100. *num.* 19. *&* 20. *in fin. Giovagnon. cons.* 2. *num.* 22. *&* 23. *& cons.* 3. *per tot. lib.* 1. *Mart. de success. legal. par.* 2. *quæst.* 4. *artic.* 6. *num.* 38. *&* 63. plene *Card. de Luc. de success. disc.* 45. *num.* 5. *& seq. Giovagnon. respons.* 3. *lib.* 1. *à num.* 2. *cum seq. quos refert*, & sequitur *Armenz. decis. Januens. dec.* 3. *n.* 7. & sub num. 8. plures casus mixtos enumerat à multis Doctoribus relatos, secundum quos successio de jure communi devolvi debebat.

Et in specie stante Statuto excludente matrem pro- 49
pter agnatos, si aderat Patruus claustralis, qui non comprehenditur in Statuto, iste facit venire successionem ad jus commune excludendo agnatos remotiores, & aperit viam succedendi Matri *Rot. dec.* 2. *apud Marches. de commiss. desert. caus. par.* 2. §. 1. *fol. mihi* 78. *quæ est decisio* 59. *par.* 1. *rec.*

Item stante alio Statuto excludente matrem pro- 50
pter patruum, si aderat consanguinea soror non nominata à Statuto, ista facit succedere de jure communi, & sic aperit viam matri tollendo impedimentum Statuti ad successionem filii *Rot. decis.* 43. *par.* 7. *recent.*

Secus autem quando persona non nominata à 51
Statuto non excluderet de jure communi eum, qui excludit vigore Statuti personam sui proximiorem, puta si adessent duo Patrui, unus Laicus, & alter Clericus, & simul mater, hic casus non diceretur mixtus, quia Clericus persona non nominata à Statuto non excludit patruum laicum excludentem vigore Statuti matrem, ideoque iste casus solum decideretur vigore Statuti, & admitteretur ad successionem solum Patrui, Clericus, & laicus, qui impediendo, ne mater succedat, successionem sibi totam acquirit trahendo secum fratrem Clericum, ut
in causa Sauli ab Armenz. & ab Arioto Beniclli J. 52
C. Genuensi semper recolendæ memoriæ latè, & studiosè decisum fuit, quæ est *decis.* 2. *à num.* 36. *& seq. & decis.* 3. *à num.* 6. *& seq. ac præcipuè n.* 24. *cum seq. coram eod. Armenz.*

Alter etiam casus dari potest, qui non habet mix- 53
turam, puta si darentur duo fratres, quorum unus sit Clericus, & simul una soror, hic casus neque dici potest mixtus, quia frater Clericus, qui est persona omissa à Statuto de jure communi non excludit alterum fratrem laicum, qui de jure Statutorum excludit sororem, & sic successio regulanda foret juxtà successionem Statuti, sed laicus hoc casu trahet secum Clericum, & ex persona laici communicabitur hoc beneficium exclusionis Statutariæ, ut defendit *Ciarlin. controv. for. cap.* 45. *num.* 18. 19. 20. *lib.* 1. *& alii quam plures allegati à dicta decis.* 2. *numer.* 48. *coram Armenzano.*

Hac distinctione servata videmus, quantum aber- 54
ravit *Sabell. in sua resol.* 27. *num.* 12. *&* 13. Dum in casu existentiæ duarum sororum, quarum una erat monialis, & simul fratris, affirmavit, quod per existentiam monialis, quæ non est inclusa in Statuto exclusivo fœminarum debebat regulari successio secundum jus commune per Doctrinam *Rot. Romanæ decis.* 43. *par.* 7. *rec. num.* 8. *& seq.* Aberravit enim.

Primò, quia soror quamvis Ecclesiastica venit in Statuto exclusivo fœminarum non ut monialis, sed uti fœmina, & hæc est communis Doctorum sententia, & verior quam firmavi infrà *in principio verb. Soli* pluribus authoritatibus, & in §. *Masculus*, ideoque cum Statutum etiam eam includat, ac excludat per masculum, non est regulanda successio de jure communi, sed per Statutum.

Secundò, quia si non esset comprehensa in Statuto attamen non faceret casum omissum, seu mistum, quia retenta nostra vera distinctione, hæc soror de jure communi non excluderet fratrem suum excludentem vigore Statuti aliam sororem laicam, ut dixi, & firmavi pauso suprà.

Rota enim, in qua se fundavit sine ponderatione Sabellus, loquitur in casu quando persona non nominata à Statuto, & omissa est proximior persona excludente alteram vigore dicti Statuti, & sic casus

erat

erat mixtus, & per conſequens omiſſus, ideoque re-
gulandus ſecundum jus commune, ut explicavi ſu-
prà, & magiſtraliter advertit *Giovagnon. reſp. 3. à
numer. 2. cum pluribus ſeq. lib. 1. & Rot. coram Ar-
menz. deciſ. 2. à num. 40. cum pluribus pariter ſeqq.*
Vidimus quas perſonas comprehendat, vel non
comprehendat Statutum noſtrum de ſucceſſionibus.
Modò verò circa bona ſtatuendum aliquid eſt, &
pari ratione decidenda eſt quæſtio, quamvis plures,
ut demonſtravimus, ſecum evolvat, nam ſicuti Sta-
tutum non diſponit de forenſibus, quia nullum jus
55 ſuper eis habet, ita de bonis, quæ in aliis Territo-
riis ſunt, diſponere non poteſt, quia alienæ juriſdi-
ctionis extant, nam in Statutis de ſucceſſionibus lo-
quentibus ſemper habetur ratio ſituationis bonorum
*Graſſ. de Statut. quæſt. 11. & in tertio caſu, &
quæſt. 16.* & ſuper bonis extra Territorium nullum
jus habent Statuentes *Brun. de Statut. fæmin. ex-
cluſ. artic. 8. quæſt. 25. Roland. conſ. 80. numer. 23.
lib. 4. Put. deciſ. 351. lib. 1. Magon. deciſ. flor. 107.
num. 8. Oſaſc. conſ. 76. num. 19. Theſaur. quæſt. for.
lib. 2. quæſt. 5. num. 4.* & conſuetudo non extendit
vires ſuas extra Territorium *Lap. allegat. 91. num. 7.
Caceran. deciſ. 100. in fin.* latè *Bellon. de Jur. ac-
creſc. cap. 2. per tot. Manſ. conſult. 676. num. 72. &
56 ſeq.* Nam ſive Statutum loquatur in rem, ſive in
perſonam non porrigit vires ſuas extra Territorium
*Alex. conſ. 16. vol. 1. & latè Mart. de ſucceſſ. le-
gal. part. 1. quæſt. 13. artic. 12. num. 4. Hodiern. ad
Surd. deciſ. 20. num. 8.*
Hac ab omnibus indubitata Concluſione multæ di-
57 lcuntur difficultates, quæ valdè à Doctoribus agitan-
tur, & ſic Statutum excluſivum fæminarum non
comprehendit bona extra Territorium ſita, ita poſt
reprobatam concluſionem contrariam tenuit dictus
Theſaur. quæſt. 5. numer. 4. & de communi teſtatur
*Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 13. artic. 12.
late Merlin. deciſ. 353. per tot. & 526. Buratt. de-
ciſ. 188. num. 2. & ibi infiniti per addent. adducti,
& deciſ. 262. & deciſ. 228. part. 8. recent. Donded.
58 conſult. 1. num. 18.* ibi quamvis fæmina, & maſculus
de ſucceſſione contendentes ſint ambo ſubjecti Sta-
tuentibus *Alex. conſ. 78. n. 1. vol. 1. Menoch. conſ. 875.*
quod quidem accideret, non quia Statuta ſint odio-
ſa, ſed quia Statuentes non poſſunt extra Territorium
ſtatuere *idem Donded. conſult. 1. num. 18. Rot. Rom.
apud Put. deciſ. 351. in fin. Mart. de ſucceſſ. part. 1.
quæſt. 13. artic. 12. num. 16. Hodiern. ad Surd. dec. 20.
59 num. 8.* & ita fortiùs dicendum eſt ſi ſuccedentes, &
bona defuncti ſint ejuſdem Civitatis, licèt defunctus
ſit forenſis, nam illi Cives debebunt ſuccedere ſecun-
dùm formam Statuti illius Civitatis, & non ſecun-
dum Statuti loci, in quo Teſtator mortuus eſt,
nam in hac re ſemper ſunt conſideranda bona, &
non perſona, & vellem hanc concluſionem intelle-
ctam fuiſſe, ut eam in terminis noſtris docet *The-
ſaur. dicta quæſt. 4. num. 20.* & in puncto Statuti
60 noſtri firmat *Boſc. conſ. 269.* idem dicendum ſi Te-
ſtator defunctus, & bona ſint in Patria ipſius Te-
ſtatoris, & ſuccedentes ſint forenſes, nam ratione
bonorum in patria ſitorum debent forenſes ſucce-
dere ſecundum Statutum illius patriæ Teſtatoris, ſic
cum innumeris ab eo allegatis concludit *Martha de
ſucceſſ. leg. part. 1. quæſt. 13. artic. 12. num. 31.* & ra-
tio ſemper illa eſt, quia Statutum rerum acquiren-
darum ſervari debet, & in terminis Genuenſis, qui
poteſt obtinere hæreditatem bonorum exiſtentium in
Hiſpania vigore legum Hiſpaniæ *Port. Imol. in conſ. 86.*
& cum hac opinione in ſimilibus proceditur in pra-
61 xi, idem denique videretur dicendum, ſi omnes ſuc-
cedentes Teſtatori ſint forenſes, & bona in altera
juriſdictione ſita *Mart. in d. loco num. 38.* latiſſime
*Rot. Lucenſ. inter recoll. à Palm. tom. 3. deciſ. 247.
248. & 249.* Rationem noſtram fundamus in ſituatio-
ne bonorum, & ubi reperiuntur, itaque Statutum
illius loci ligat forenſes, cum in Statutis ſemper re-
ſpicimus ſubjectivum bonorum nulla habita ratione
perſonarum, vel ſint ſubjectæ, vel forenſes *Innocent.
ad Stat. de ſucceſſ. quæſt. 7. num. 7. & 8. & alii
per eum cumulati.*
62 Sed verè in hoc ultimo caſu aliud dicerem non
ex defectu poteſtatis Principis in bonis ſui Territo-
rii, ſed voluntatis, ut noluerit providere familiis
omninò extraneis, qui tam ex parte defuncti, quàm
ſuccedentium dicuntur, & ſunt forenſes, & in hoc
caſu jus commune ſervandum fore, & neutrum Sta-
tutum ſcilicet loci in quo bona extant ob dictum
defectum voluntatis Statuentium, neque loci, ubi
Teſtator eſt defunctus ob defectum juriſdictionis,
quam non habet in bonis extrà ejus Territorium
ſitis, ita firmavit luculenter, & doctiſſimè *Merlin.
deciſ. 353. num. 40.* cum innumeris ab eo relatis, &
Buratt. deciſ. 188. num. 4. & 7. & late *Rot. in de-
ciſ. 412. num. 9. 10. & part. 16. rec.* in terminis Ge-
nuenſi & plures aliæ deciſiones citatæ *à Palm. Nep.
inter recoll. tom. 3. deciſ. 247. num. 1.* in ordine, qui
Palma ſub num. ſeq. tenet contra hanc meam opi-
nionem, & etiam *in deciſ. 248. num. .... & 249.
num. 2. 3. 4.*
Præmiſſam noſtram generalem concluſionem vi-
deo abſolutè procedere, licèt aliqui exiſtiment eam
limitare, ſed potiùs ab ea declinant, ut eſt illa limi- 63
tatio, quæ fit in mobilibus, & pecunia, quæ à de-
functo poſſidebantur extra Territorium Statuentium,
nam in iſtis ſervanda quoque eſt ſucceſſio Statuti lo-
calis ipſius Teſtatoris, & non illius Territorii, quo
dicta mobilia, & pecunia reperiuntur, voluerunt
omnes, quos refert *Surd. conſ. 343. num. 18. & conſ.
346. per tot.* & in hoc caſu ſervanda eſſe Statuta lo-
ci decedentis, de cujus ſucceſſione contenditur *Ma-
gon. deciſ. flor. 107. num. 8. Bellon. de jur. accreſc.
cap. 10. quæſt. 2. num. 147. & ſeq.* & quidem id non
deciditur ex ſola ratione poteſtatis Statuentium, ſed
ex animo, & intentione, quam habere præſumitur
Teſtator illa bona mobilia remittendi in Patriam.
An ita dicendum de nominibus debitorum, actio- 64
nibus, ac juribus, quæ bona neque dicuntur mobi-
lia, neque immobilia, ſed tertiam ſpeciem bonorum
componunt, & dicuntur incorporalia *Tiraquell. de
jur. Primog. quæſt. 49. num. 3.* & reſpondeo affirma- 65
tivè, nam Statutum benè comprehendit nomina de-
bitorum, licèt forenſium, quia eorum obligationes
non circumſcribuntur locis, ideoque attenditur Sta-
tutum, cui ſubjectus eſt Teſtator *Salycer. in l. cun-
ctos populos num. 15. verſ. ſin autem eſſent, Magon.
deciſ. flor. 107. num. 8. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1.
quæſt. 18. num. 95. De Comitibus deciſ. 73. num. 16.
tom. 2. Morat. reſponſ. 53. num. 15. Farut. de Lucr.
dot. gloſſ. 9. n. 33. Alb. conſ. 17. num. 17. conſ. 23.
num. 9. & 10. conſ. 26. num. 3. & conſ. 595. Hon-
ded. conſ. 13. n. 20. Burſat. conſ. 427. n. 15.* & hæc ve-
rior eſt ſententia, nam debitorum nomina tanquam per-
ſonæ cohærentia *l. 3. in princ. ff. pro ſoc. l. quærere 17.
in fin. & l. ſi ſtitho 54. ff. de pecul.* debent regulari ſe-
cundum Statuta loci, cui creditor eſt ſubjectus, uti
cenſuerunt *Angel. de Gamb. conſ. 75. & ſeq. Alex.
conſ. 31. n. 4. Tiraquell. de jur. primogen. q. 49. n. 10.
Alb. conſ. 23. n. 9.* & innumeri ſequuti per *Bellon.
conſ. 74. num. 133. & 134.*
Neque obſtare poſſunt *Theſaur. quæſt. for. quæſt. 5. 66
num. 15. & de Franch. deciſ. 93. numer. 8. Lap. al-
legat. 81. numer. 8.* aliique hujus contrariæ affeclæ,
quia altera, quod eorum opinio eſt minus recepta,
& ſequuta, innituntur invalido fundamento, & il-
lud eſt, quod ratione, vel effectu exactionis dicun-
tur illa nomina circumſcripta loco, & per effectum
exactionis, ac ſolutionis deſtinata dicuntur in loco,
hæc enim ratio non officit, quod jus ſuccedendi,
ſcilicet quod in hiſce nominibus non debeat ſuccedi
ſecundum formam Statuti, cui ſubjecta eſt perſona
creditoris, nam benè admitto, quod in ordinatoriis
Judicii ſcilicet ob effectum exactionis cenſentur de
loco, ubi exactio fieri debet, ſed diverſo jure judi-
catur ſucceſſio, quia hæres ſuccedit perſonæ, quæ
habet ſibi annexas actiones, ideòque debet ſuccedere
juxtà Statutum loci, ubi ipſa perſona invenitur *Ti-
raquell. de jur. primogen. d. q. 49. n. 4. & 10. & me-
lius in quæſt. 48. numer. 1. in fin. Merlin. de legitim.
lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. num. 95.*
Hoc itaque firmato multum poſtea cadere poteſt
difficultas in certis bonis, an debeant cenſeri immo-
bilia, ideòque hic multa enumerabo, cenſentur enim
pro immobilibus annui introitus *Gratian. diſcept. 67
cap. 196. numer. 11. Bich. deciſ. 261. num. 1. & 2.*
An-

Andreol. controv. 406. num. 1. & 2. Carol. Ant. de
Luc. in addit. ad Gratian. cap. 45. num. 13. Magon.
decis. flor. 107. num. 8. Peregrin. cons. 90. num. 29.
lib. 1. Thesaur. quæst. for. quæst. 5. lib. 2. num. 16.
68 item census, loca montium, pecuniæ, quæ ad ban-
cum sunt repositæ, aut apud montes sunt collocatæ,
credita perpetua, *Gratian. cap. 585. num. 4. & seq.*
Thesaur. d. quæst. 5. num. 16. lib. 2. Alex. cons. 19.
num. 9. vol. 6. Cravet. cons. 934. à num. 14. Pere-
grin. cons. 90. num. 29. lib. 1. Bellon. de jur. accresc.
69 *cap. 10. quæst. 2. num. 138. & seq.* & sic prædicti cen-
sus, annui reditus, & quicumque perpetui introi-
tus pro immobilibus permutantur *Rot. part. 13. rec.*
decis. 384. num. 12. & Gratian. cap. 885. num. 20. &
27. De Luc. disc. 73. num. 4. de servit. Carol. Anton.
de Luc. ad Franch. decis. 392. num. 6. 7. & Episcop.
Isclanus cap. 164. num. 12. lib. 2.
70 Limitatur quoque prædicta generalis conclusio,
quod Statutum vires non porrigat extra territorium,
quando utrumque territorium scilicet tam illud in
quo succedentes, & defunctus commorantur, quàm
illud in quo bona sita reperiuntur, est ejusdem Prin-
cipis, hoc in casu non potest obstare defectus juris-
dictionis, dummodo Statutum locale defuncti sit
confirmatum ab ipso Principe, potest tunc se exten-
di ad bona extra territorium, tamen subjectum ei-
dem Principi, ut absque difficultate scriptum reliquit
Thesaur. dict. quæst. 5. num. 13. lib. 2. & cum ista opi-
nione residet *D. de Put. ab eod. relatus & Campeg.*
de dot. part. ultim. quæst. 64.
71 Adverte tamen, quod si utrumque Statutum Ci-
vitatum subjectarum eidem Principi est ab eo con-
firmatum, non procedit hæc limitatio, sed prima
conclusio, & Statuta singularum Civitatum obser-
vari debebunt respectivè in suis locis, & ultra ea-
rum fines non valebunt, ita sensit *Rot. apud Mer-*
lin. decis. 753. num. 52. & plerique per eam addu-
cti, & *Merlin. de legitim. libr. 3. tit. 1. quæst. 18.*
num. 67. Rot. Lucens. inter recoll. à Palma tom. 3. de-
cis. 247. num. 40. & decis. 248. num. 4.
72 Limitatur etiam dicta principalis conclusio, quan-
do in Statuto loci, ubi defunctus est Testator adest
major pars bonorum, quia tunc se extendit ad bo-
na etiam extra territorium sita, quia major pars
trahit ad se minorem, ut voluit *Bellon. cons. 74.*
73 *num. 129. & 130.* sed veriorem, & communiorem
tenendo debemus recedere ab opinione Belloni, &
aliorum ab eo laudatorum, nam nostra Conclusio
consistit solùm in defectu jurisdictionis, quam non
habent Statuentes extra territorium, ideòque non
video, quòd major pars debeat in hoc casu mino-
rem trahere, nam hæc pars minor bonorum est to-
taliter diversa à majori, & subjacet alienæ Jurisdi-
ctioni *Thesaur. jur. qq. Forens. quæst. 5. num. 12. Ma-*
rescot. var. resol. lib. 1. cap. 9. num. 11. & 12. Mer-
lin. de legitim. quæst. 110. n. 29. Gabriel. tit. de Stat.
conclus. 8. num. 32. Roland. cons. 80. num. 40. 41. lib. 4.
Merlin. decis. 353. num. 37. Burat. decis. 188. num. 16.
& 17. & idem Bellon. de jur. accresc. cap. 10. quæst. 2.
num. 105. contrarium firmavit.
74 Limitatur ultimò dicta conclusio, quando tamen
in loco ubi testator defunctus est, quam in loco ubi
bona sita sunt adest Statutum uniforme in excluden-
do fœminas propter masculos, quia hoc in casu vi-
detur posse ingredi combinatio horum Statutorum,
quia combinatione facta videtur suppleri defectus ju-
risdictionis, itaut Statutum loci Testatoris possit se
extendi etiam ad bona extra territorium sita, ubi si-
mile Statutum reperitur, ita *Bellon. cons. 74. n. 99.* &
quem sequitur *De Luc. disc. 4. n. 8. 9. de successionibus*
ab intestato, qui loquuntur in casu ubi tam Testator,
quàm succedentes sint forenses, quo casu firmavimus
suprà attendi debere jus commune, & non Statuta-
rium rei sitæ, non quidem ex defectu potestatis, quia
Statuentes ratione rei sitæ benè possunt ligare Foren-
ses, quia principaliter disponunt in rem, sed ex vo-
luntatis defectu non providendi in hac successione
penitus ex omnibus partibus extraneorum, in quibus
nulla poterit cadere intentio Statuentium, & minùs
attendi debere Statutum Patriæ eorum, quia illud non
porrigere potest vires extra Territorium per authori-
tates suprà plena manu adductas.

Sed contraria opinio mihi semper placuit, & pro- 75
ut hanc veriorem amplexa fuit Rota Romana, &
perpetuò, ita quoque testatur idem *De Luc. disc. 4.*
num. 2. citatus pro contraria, & in alio *disc. 80. de*
feud. num. 2. canit palinodiam, & ratio principalis
hujus nostræ conclusionis contrariæ pariter fundatur
in defectu potestatis, quo non potest fieri hæc com-
binatio Statutorum, sive conjunctio ad exclusionem
fœminarum, ad quam faciendam non minùs exigi-
tur potestas, quam si non adesset conformitas cum
Statuto loci rei sitæ, nam ridiculum esset ex hac 76
conformitate Statutorum diversi territorii constitui
posse jurisdictionem, & nasci potestatem in Statuto,
cui subjicitur Testator ad bona etiam extra territo-
rium sita *Rot. Lucens. inter Recoll. à D. Palma*
tom. 3. decis. 248. num. 3. Gratian. cap. 431. num. 17.
& seq. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 18.
num. 61. & 62. & Rot. coram Ludovis. decis. 255.
num. 2. & seq. & ibi add. lit. C. & Merlin. de-
cis. 353. n. 47. & 48. & seq. qui reprobat eumdem
Bellon. d. cons. 74. & respondet omnibus authoritati-
bus per eum allatis, dicendo non procedere in no-
stro casu, sed in casu, ubi utrumque Statutum repe- 77
riatur in Civitatibus eidem jurisdictioni subjectis, &
ita etiam confirmat *Ludovis. dicta decis. 255. n. 345.*
Ursel. conclus. 42. n. 129. & denique idem *De Luc.*
disc. tamen 6. de success. n. 5. testatur quod temerarium
esset ab hac opinione recedere in Curia.
Altera ratio, quam assignant isti authores est, 78
quia unum quandoque Statutum sit imperfectum, &
de per se nihil operatur & conjunctio nihil prodest
Bald in l. si quis ex Argentariis n. 3. ff. de edend.
Jason. in l. centurio num. 57. in fin. & cum seq. ff.
de vulgar. Gratian. cap. 431. num. 16. Rot. Lucens.
dicta decis. 248. num. 4.
Et quidem hoc in casu tam Bellon. quàm Card. 79
de Luc. contrarii, licet in legali scientia peritissimi,
quorum ingenii perspicacitate non solum ego, sed to-
tus orbis multum admiratur, æquivocum acceperunt,
vel forsan ex genio proprio, ut fatetur ipse de Luc.
vel ex clientis requisitione importuna demanaverit,
nam si retineretur eorum opinio darentur evidentissi-
ma absurda, scilicet, aut Statuta sunt solùm unifor-
mia in exclusione fœminarum, secùs verò in voca-
tione dispositiva, nam tunc dari possent duæ combi-
nationes una ex parte Statuti loci, ubi moritur Te-
stator, & altera Statuti loci rei sitæ, hoc enim ca-
su, quæ combinatio debebit prævalere incertum esset: 80
Imò deberet semper illa combinatio facta ex parte
Statuti loci rei sitæ, nam in successione ut diximus
principaliter attenduntur res, bona &c. quamvis lo-
quatur Statutum in personam, cum cortex verborum
nullius roboris est, sed intentio loquentis, & effectus
Statuti solùm attenditur.
Aut sunt omninò conformia, tam in exclusione
fœminarum, quàm in dispositiva vocatione filiorum
masculorum, hoc semper in casu malè loquerentur
DD. contrarii, nam semper potiùs deberetur succe-
dere vigore Statuti loci rei sitæ, quàm vigore Sta-
tuti Patriæ Testatoris, & succedentium, & licèt in
utroque casu idem sequeretur effectus, vel si admit-
teretur secundum unum, vel secundum alterum Sta- 81
tutum, attamen diversa esset actio, ideòque si re-
nunciavissem Statuto de succession. Patriæ, non in-
telligeretur renunciasse Statuto loci rei sitæ, quam-
vis conformi alteri, & ita in terminis ferè similibus
dicunt DD. si adesset Statutum conforme juri com- 82
muni possum renunciare juri communi, sed agere
postea ex Statuto, & sic versa vice *Gallin. de verb.*
signific. lib. 8. cap. 1. num. 6. & 17. Bald. in l. 2. §.
post tres Imol. in l. 1. ff. ad l. falcid. num. 3. & seqq.
Aldovin. cons. 83. num. 25 Caphal. cons. 104. num. 24.
lib. 1. Menoch. cons. 928. num. 84. Socin. Jun. cons. 131.
num. 38. lib. 1. Cyriac. controv. 531. num. 58. Castrens.
cons. 376. Carpan. ad Stat. Mediolan. in prælud. n. 63.
Dec. cons. 37. sub num. 11. Bertaz. in Crim. cons. 201.
num. 24. lib. 1. & Riminald. Sen. in cons. 371. n. 14.
lib. 2. Alex. in l. 1. in princ. num. 15. ff. ad l. fal-
cid. neque idem sequitur effectus, sed diversus, ut
in præsenti casu Bellon. & de Luc. nam successio
devolvi debet secundum dispositionem juris commu-
nis, ut jam dixi.

Item

83 Item tam absonum est, quod ex data totali con-
formitate Statutorum oritetur jurisdictio, quod etiam
Statutum unius Civitatis in omnibus ejus dispositio-
nibus, sive loquentibus in personam, tum prohiben-
do, tum imperando, tum puniendo posset exercere
suam jurisdictionem in forenses, eosque punire se-
cundum ejus formam. Dummodò reperiretur hoc
Statutum conforme alteri Patriæ forensis, quia hac
ex combinatione, & conjunctione in sensu contra-
riorum oritetur jurisdictio, item ex hac combina-
tione Statutorum oritetur competentia fori, videli-
cet si adesset Genuensis debitor, & Romanus, vel
Regnicola creditor, Statutumque utriusque Civitatis
esset conforme in ordinatoriis Judicii, tam Romæ,
quàm Neapoli, posset conveniri Genuensis, quia tam
Reus, quàm Actor essent subjecti per combinatio-
nem eidem jurisdictioni Romanæ, vel Neapolitanæ.

Cum ex his fortè rationibus, & Doctrinis D.
Cardin. de Luc. viderat substentari non posse hanc
conclusionem, voluit itaque se totum inniti duabus
aliis rationibus, scilicet ex inhabilitatione personæ
ipsius fœminæ, quæ non potest ubique succedere,
& potissimum ex voluntatis verisimilitudine, qua
Testator videtur voluisse suam hæreditatem perveni-
re ad eos, quos vocat Statutum patriæ suæ, & in
hac ratione anchoram jacit idem *Bellon. d. cons. 74.
num. 125.*

Sed tu benè ex hac adverte, quod incautè inci-
deremus in primam nostram principalem quæstio-
nem, videlicet attendendum esse Territorium rei si-
tæ, & ejus Statutum, illamque ex his contrariis ra-
tionibus pœnitus destrueremus, etiamsi in loco ubi
sita sunt bona, extarent succedentes, quia semper
deberetur in sensu adverso successio secundum Statu-
tum de successionibus Patriæ Testatoris decedentis ab
intestato propter ejus voluntatis verisimilitudinem,
sed hæc esset contra communissimam sententiam à
me supra relatam, ut talem canonizat *Thesaur. di-
cta quæst. 5. lib. 2. num. 4. & Purpurat. cons. 320.
num. 12.* asserentes contra opinionem hanc tenere,
esse contra stimulum calcitrare.

Et adeò verum est, quòd destrueremus prædictam
conclusionem, ut ipsemet *De Luc. in dicto disc. 4.
num. 5. de success. & Bellon. dicto cons. 74. num. 125.*
necessitati fuere ad id admittendum sequendo in eo-
rum casu opinionem contrariam ex genio, & ex
84 proprio sensu, & idemmet Bellon. rem verius agen-
do *in cap. 10. quæst. 2. lib. 3. numer. 31. & seq. &
n. 72. 73. de jur. accresc.* quam *in suprad. cons. 74.*
contrarium firmando docet.

Nos modo verò nostram communissimam opinio-
nem insequentes, & in praxi ubique servatam, di-
cere debemus hujusmodi inhabilitationem fœminæ,
& verisimilitudinem voluntatis Testatoris objectas
nullo modo suffragari, nam præsumptiones semper
regulantur à jure, & jus in hoc casu noluit præsu-
85 mere hujusmodi Testatoris verisimilem voluntatem,
& adhuc si ista verisimilitudo voluntatis eam tam-
quam omninò tacitam attendere noluerunt Statuen-
tes, cum ei satis sufficiat Testatorem obiisse sine ex-
pressa, videlicet, sine testamento, ut possint, cui
velint hæreditatem tradere, & ut sicut de jure,
per voluntatem omninò tacitam, nec adimitur, nec
transfertur hæreditas *Bellon. de jure accresc. cap. 5.
quæst. 13. numer. 65. & 66. Rot. Rom. decis. 491.
num. 6. & 22. vers. nec prædictis juncto numer. 23.
coram Dunoz. impress. inter rec. part. 8. decis. 32.* &
tacita voluntas nullatenus suffragatur, *l. ex facto,
& l. hæreditas ff. de hered. institut. Menoch. cons.
1020. numer. 32.* cum nemo ex conjecturis scriptus
hæres intelligatur *l. unic. ff. si tab. testam. ex tab.*
Itaque semper verificatur eorum Statutum *de succes.
ab intest.* licet Testamentum sit factum, sed nulliter
vel ruptum, *Imperator in instit. in princ. de hære-
dit. quæ ab intest. ibi Oinot. num. 14. Brun. de Stat.
fæmin. exclus. artic. 8. quæst. 10. & 11.* Itaut solum
attendatur effectus *Socin. Jun. cons. 3. numer. 27.
28. & seqq.* præcipuè in præsenti nostro Statuto,
ubi id etiam expressè disponitur *in §. fin.* & sic sem-
86 per observatur Statutum, licèt ex testamento invalido
cognoscatur voluntas Testatoris, à Statuto diversa
*l. fin. ff. de reb. eorum Curt. Jun. cons. 124. & cons. 134.
Noal. de transmission. cap. 1. num. 51. Rot. decis. 369.
num. 2. part. 1. recent. Merlin. decis. 447. num. 16.
De Luc. disc. 6. num. 12. Hunn. part. 4. tit. 25. de
legat. cap. 4. num. 14.* ubi etiam ex omni actu in- 87
valido omnis voluntas declaratur, & sic etiam fa-
ciunt adducta per *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 15. per tot. Altogr. cons. 65. num. 125. tom. 2.
Sabell. in summ. verb. voluntas num. 2. vers. an &
quando.*

Et ita benè est considerandum, quod hujusmodi
præsumptio, seu verisimilitudo voluntatis inducta à
lege est adminiculum ad interpretandum aliquem 88
actum dubium, vel Testatoris, vel contrahen-
tis, sed non potest ex se sola esse probatio pro-
bata, & ubi non adest, cui adhæreat, non est cu-
randum *Ruin. cons. 46. numer. 10. lib. 4.* Nam ad- 89
minicula nequeunt fungi vice adminiculorum, ubi
non adest aliquis actus existens, cui adhæreant, ex
regula, quod non entium nullæ sunt qualitates,
Rot. decis. 465. num. 38. part. 19. tom. 2. & in pun-
cto *Rot. coram Merlin. allegata ab eodem Cardin.
de Luc. in decis. 447. num. 16. & sub num. 17.* Di- 90
cit quod Statutum servit pro simplici interpretatio-
ne testamenti defuncti, & in istis terminis benè
admitto hanc præsumptionem, quam idem *De
Luc. in alio disc. 6. numer. 5.* agnovit, & melius
Innocent. de successiion. quæst. 8. ubi in terminis res-
pondendo huic præsumptæ voluntati, seu verisimili-
tudini Testatoris voluntatis dicit, quòd in præsenti
casu non agitur de interpretatione voluntatis dispo-
sitivæ, vel expressæ defuncti, sed Statuti disponentis
ab intestato in locis, ubi bona sita sunt.

Respondendo modo dictis duabus rationibus in
contrarium allatis à Cardin. *de Luc. & Bellon.* uti
dicitur, ad hominem, & dialectici in forma. Dico 91
primò, quod illa inhabilitatio fœminæ potest solum
habere locum intra fines Territorii, ubi potestas Prin-
cipis veneratur, & restringitur, ità communiter tra-
diderunt *Mart. in summ. succes. leg. part. 1. q. 13.
artic. 12. numer. 22. & seq. Tiraquel. de primogen.
quæst. 46. num. 23. Alex. cons. 128. lib. 1. Merlin.
decis. 353. num. 18. & Rot. decis. 304. part. 1. divers.
& Donded. in sua doctissima consult. 1. num. 18. &
per tot.* ubi defendit ad partes in casu legitimationis 92
factæ Genuæ à Serenissim. nostro Senatu, quod illa
non habeat locum in bonis extrà territorium sitis,
quamvis loquatur in personam idem, dicendum de
inhabilitatione.

Secundò, respondeo quod licèt ratio in contra- 93
rium adducta subsisteret, esset semper intelligenda in
casu, quando Statutum inhabilitando fœminas ex-
pressè etiam inhabilitaret pro bonis extra Territorium
sitis mentionem specialem de illis faciendo ita per
*Ruin. cons. 39. num. 6. in fin. lib. 1. Bursat. cons. 13.
n. 35. Rot. Lucens. inter Recoll. à Palm. Nep. tom. 3.
decis. 247. num. 41. & Bellon. de Jur. accresc. tom. 3.
cap. 10. quæst. 2. num. 34. . . . .* & in puncto Statuti
nostri *Jo: Torr. var. quæst. tom. 3. Miscellan. part. 2.
quæst. 57. num. 12. fol. mihi 115. num. 40. usque in
fin. Surd. cons. 435. num. 18. quem sequitur Rot. co-
ram Merlin. decis. 353. n. 18. & latè scripsit Mer-
cur. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 18. n. 104.*
& per eum DD. pleno calamo cumulati.

Tertiò in omnem eventum (& hæc est melior, 94
& verior responsio quæ mihi placet) prædicta con-
clusio contraria, sive ratio temperari deberet, ut
Statutum inhabilitare quidem posset personam subdi-
tam, & quod hæc inhabilitas adhæreat personæ quo-
cumque in loco reperiatur etiam in alieno Territo-
rio, ut in illis actibus qui personæ principaliter hæ-
rent, ut in obligationibus, depositionibus, pœnis
personalibus, ac similibus, secus verò respectu actuum, 95
quorum effectus principaliter oritur, in rebus, &
ipsas afficit, ut est vocatio masculorum, & exclusio
fœminarum in successione bonorum, in qua mate-
ria, ut dixi agitur principaliter de ipsis bonis, sic-
que Statutum inhabilitare posse concludimus, & so-
lum admittere masculos ad bona intra territorium
existentia, quia aliter Statutum exerceret jurisdictio-
nem principaliter in re, & materia, quæ illi subje-
cta non est, quæ omnia comprobat egregiè *Mer-
lin. dict. decis. 353. num. 25. 26. 27. ad 30. & Re-*

land.

laud. Papan. Rom. Alder. Masc. & Brun. adducti per eundem frustrà à me transcribendi quibus addo etiam *Donded. dict. consult.* 1. *num.* 16. latè *Antonell. de loco legal. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 12. 13. 14. *& Bellon. d.*
96 *cap.* 10. *quæst.* 2. *num.* 71. 72. *de Jur. accresc.* sic etiam facit quod Tutor datus in uno loco trahatur etiam extra Territorium, quia personæ principaliter conceditur, secus tamen est in Curatore, qui principaliter datur bonis, vel in Tutore, cui facta est in decreto etiam principaliter mentio bonorum *Brun. de Stat. exclus. famin. artic.* 8. *num.* 13. *&* 131. *Donded. dict. consult.* 1. *num.* 18. *§. præterea quamvis* in terminis Genuensis.

Ad alteram rationem scilicet præsumptionis voluntatis respondendum modo procedo; Concedo enim tacitam voluntatem Testatoris esse se conformandi solum Statuto Patriæ pro bonis, quæ ibi sita sunt, se-
97 cus pro illis, quæ extra sunt, nam pro istis defuncti etiam voluntas videtur Statutum Patriæ suæ non extendi debere ultrà suos limites, ut Testator scire præsumitur, sed potius illius mentem fuisse, quod ubi bona extant ibi successio secundum respectivè loci Statutum reguletur *Merlin. de legit. dicta quæst.* 18. *Tit.* 1. *lib.* 3. *num.* 8. 9. *&* 44 *Tiraquell. de Jur. Primogen. quæst.* 46. *n.* 23. *vers. ideoque, Alex. cons.* 128. *num.* 2. *vers. & licèt videatur, propè literam L. Natt. cons.* 148. *Bursat. cons.* 198. *& tandem idem Cardin. de Luc. disc.* 6. *num.* 5. *de success. ab intest. & dec.* 46. *num.* 20. *Rot. Rom. impressa post Torr. de major. Ital.*
98 *in terminis Genuensis*, quia tot dicitur habere patrimonia Testator, quot bona in diversis locis possidet, & bona defuncti separationes plures recipere potest, itaut in quolibet Territorio, ubi bona sita sunt, propria servari debeant Statuta *Merlin. de legit. dicta quæst.* 18. *lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 93. *Cancer. var. cap.* 5. *n.* 71. *cum seq. lib.* 1. & sic absonum non est, quod diverso Jure judicentur, quoties bona in pluribus Territoriis reperiuntur, *Mans. consult.* 676. *num.* 72. & in hac specie hujusmodi bona, per Territorium
99 separata plures hæreditates censentur, & ob eas defunctus tot repræsentat personas, quot sunt loca, ubi bona habet *Alex. cons.* 16. *num.* 2. *& cons.* 128. *num.* .... *vers. allegabat. Ruin. cons.* 48. *Bursat. cons.* 8. *num.* 35. *Cancer. dicto cap.* 5. *num.* 72. *Menoch. cons.* 1021. *Brun. de Stat. art.* 8. *num.* 124. *& Merlin. decis.* 353. *num.* 34. *&* 37. Ideòque ex his potest benè dici, quod respectu unius loci voluit Testator se conformare cum ejus Statuto, & respectu alterius loci conformare cum alterius Statuto, quia lex fingit Testatorem multiplicem hominem, alium in uno, & alium in altero loco *Rot. decis.* 228. *n.* 28. *&* 29. *&* 31. 32. *part.* 8. *recent. decis.* 828. *num.* 19. *coram Merlin. decis.* 46. *post Turr. de Majorat. Ital. n.* 28. *&* 30. In casu cujusdam Genuensis, & eruditè *Bellon. cap.* 10. *quæst.* 2. *num.* 97. 98. *cum seqq. de Luc. de plural. hom. cap.* 148. *num.* 9. *Carpan. ad Stat. lib.* 1. *cap.* 272. *n.* 83. *Capyc. latre num.* 137. *num.* 20. *lib.* 2. *Rot. decis.* 110. *num.* 4. *part.* 8. *recent. Franc. Rocc. respons.* 25. *num.* 4. 7. *tom.* 1. *Salgad. labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 50. & ita judicavit D. Julius Cæ-
100 sar Baldisonus Insignis, ac commendabilis Ingenii acumine Genuensis Advocatus.

101 AB INTESTATO: Si hoc verbum non fuisset expressum, nullatenus Statutum simpliciter loquens de successione intelligeretur de successionibus ab intestato, ut notat *Castr. cons.* 279. *num.* 2. *ad fin. & Carpan. ad Stat. Mediolan. cap.* 278. *sub rubr. n.* 17. *Brun. in tract. de Stat. fœminarum exclusiv. art.* 8. *q.* 8.

A D D I T I O

Ad num. 42.

102 Videnda est Constitutio edita à SS. Papa Innocentio XI. anno 1680. 16. Kalendas Octobris, de qua testatur *Jovius in tract. de solemnit. in contract. Min. Parma impress. anno* 1694. *Gloss.* 117. §. 4. *sub n.* 129.

Ad num. 48.

103 Existentia Personæ nolentis succedere, seu recusantis, vel non aspirantis, quæ aliàs si vellet succedere mixturam casus induceret, non facit mixturam. *Card. de Luc. disc.* 45. *num.* 2. 3. 4. De casuum mixtura agit *Card. de Luc. de Stat. success.* §. 12. *fol.* 107. *Torr. var. quæst. lib.* 2. *fol.* 295. *num.* 14. *& seq.*

Ad num. 62.

Per Rotam Genuensem contrarium decisum fuit 104
anno 1698. in causa M. Gherardi Spinulæ cum.... patrocinante eum D. Carolo Mascardi ex ea ratione quia Statutum nostrum dicat totam hæreditatem pertinere ad masculos, & *in tit. de fœminis dotand.* jussit fœminas dotandas esse in tota hæreditate, quæ dividi non debet in diversis patrimoniis per diversas situationes; & eo fortius hanc opinionem servare debemus, ex eo quod Bulla Innoc. XI. pro hac opinione sanciverit. Et si dicatur quod Statutum non potuit vires suas extendere extra Territorium, obstatet aliud statutum *de jur. redd.* quod prohibet id opponi posse; & quod possit extendere vires suas extra Territorium firmat *decis.* 247. *num.* 41. *& seq. inter Recoll. Lucens. à D. Palm. Nep. tom.* 3. Contra hanc decisionem Rotæ nostræ Januen. videtur obstare *Giurb. ad consuet. Messin. cap.* 1. *verb. omnia bona gloss.* 2. *num.* 120. *fol. mihi* 41. *Bellon. de Jur. accresc. cap.* 10. *quæst.* 2. *per tot. & num.* 92. *& seq.* Vide etiam *Mans. consult.* 676. *à num.* 68. *& Palm. allegat.* 196. *tom.* 2. *Rot. decis.* 412. *num.* 9. 10. 11. *part.* 16. *recent.*

Ad num. 66.

Contrarium tenent *Giurb. de success. ab intest. ob-* 105
servat. 2. *num.* 54. *Rot. Lucens. decis.* 248. *num.* 62. *& seq. inter recoll. à D. Palma tom.* 3. *Bellon. de Jur. accresc. cap.* 10. *quæst.* 3. *numer.* 122. *& in præcedenti quæst.* 2. *num.* 150. *usque in fin.* Et vide *Michaler. de Fratribus part.* 3. *cap.* 7. *à num.* 33. *usque ad fin.*

IN PRINCIPIO.

INtestato decedenti, sive masculo, sive fœminæ succedant soli masculi liberi per masculinum sexum descendentes, etiamsi adessent filiæ fœminæ, vel earum descendentes ex dicto defuncto, aut descendentes masculi, seu fœminæ ex filiabus prædefunctis, vel fœminæ ex descendente masculo prædefuncto, qui, vel quæ de jure communi deberent admitti ad successionem cum dictis liberis masculis, sed dictæ fœminæ, & descendentes ex eis intelligantur, & sint, ac remaneant exclusæ, & exclusi, & tota hæreditas dicti intestati differatur ad dictos liberos masculos superstites, qui in ea succedant in stirpem, & non in capita.

S U M M A R I U M.

1 *SEmper dicitur mori intestatus in Statutis, licèt Ruptum sit ejus testamentum vel nulliter declaretur.*
2 *Intestabiles in Statutis de successionibus ab intestato non veniunt, videlicet pupillus, demens, &c.*
3 *Contraria sententia est verior.*
4 *Idem est dicere intestatus decedere, ac ab intestato.*
5 *Mors violenta non potest dici naturalis, ideoque non veniunt in Statutis ii, qui interfecti sunt.*
6 *Contrarium.*
7 *Statutum de successionibus ab intestato habet locum etiam in ingrediente religionem incapacem.*
8 *Mors civilis æquiparatur naturali, quando operatur omnino eumdem effectum.*
9 *Legista ad differentiam mortis civilis à naturali, ponunt qualitatem naturalitatis.*

INTESTATO DECEDENTI: Hoc verbum intestatus est legale, ideòque recipit interpretationem passivam à jure communi, quod illud explicat in casu, quo quis moritur realiter sine testamento, &
sumitur cum effectu, neque attenditur, an quis fe- 1
cerit testamentum validum, & postea ruptum, vel nulli-

nulliter factum declaretur, ita apertè *Text. in princip. inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer.* ibique omnes Inſtitutiſtæ, ideòque benè firmaverunt Doctores in Statutis hoc verbum intelligi cum effectu, cum o. ra intentio Statuentium ea ſit, & per conſequens tam is qui moritur ſine teſtamento, vel facto illud rumpatur, vel cum teſtamento invalido, ſemper dicitur inteſtatus, quamvis verbum inteſtatus adhæreat verbo importanti tempus mortis, ut in noſtro Statuto, nam ut dixi Statuentes ſolùm conſideraverunt effectum ut explicat *Brun. de Statut. artic.* 8. *quæſt.* 10. *& quæſt.* 11. *Bald. conſ.* 246. *lib.* 1. *n.* 4.

2 Inteſtabiles verò in Statutis non veniunt, ut pupillus, demens, prodigus ita ſcripſerunt *Alexan. conſ.* 153. *n.* 6. *lib.* 7. ubi teſtatur de communi, & ita in judicando ab hac opinione non eſſe recedendum *Roman. conſ.* 32. *Honded. conſ.* 5. *n.* 50. *& ſeq. & n.* 56. *Surd. conſ.* 255. *n.* 20. *Tort. ad Stat. Pap. ſtat.* 97. *Redenaſc. conſ.* 43. *num.* 8. *Brun. de Stat. fœmin. excluſ. quæſt.* 11. *artic.* 8.

3 Contraria ſententia tamen mihi ſemper placuit tum ex ratione, quia ſuper conſimili Statuto reſpiciente non qualitatem perſonæ decedentis, ut pluries diximus, ſed ipſum actum ſuccedendi, tum ex uſu ſolito ſic loquendi in Statutis, & eſt communior, ut tradunt *Gratian. cap.* 309. *n.* 28. *Socin. Jun. conſ.* 28. *n.* 5. *lib.* 3. ubi affirmat quod eſt merè ſubtilitas contrarium dicere *Fachin. controv. lib.* 4. *cap.* 74. *Gabriel. concluſ.* 1 *de Stat. Bald. conſ.* 108. *lib.* 2. *Cancer. var. de ſucceſſ. cap.* 5. *n.* 48. *lib.* 1. & ſic examinando ad partes cum authoritatibus innumeris adductis concludit idem *Redenaſc.* caneos palinodiam *conſ.* 23. *per tot. & conſ.* 24. *per tot.* in hoc tamen concludunt Doctores, quod ſi ex uſu loquendi in loco intelligeretur inteſtabilis pro inteſtato, inteſtabilis diceretur ab inteſtato decedere *Maſcard. de gener. Stat. interpretat. concluſ.* 3. *num.* 3. *Alex. d. conſ.* 153. *lib.* 7. *num.* 6.

4 Item nulla adeſt differentia ſi Statutum dicat, an ſi quis decedat inteſtatus ab eo ſi dicat, ſi decedat ab inteſtato *Cyn. in l.* 2. *C. qui teſtam. fac. poſſunt Catd. conſ.* 111. *col. fin. Bart. in l.* 1. *ff. de ſuis, & legitim.* latè *Albertus Brun. de Statut. excluſ. fœmin. artic.* 8. *numer.* 49. *verſ. contrarium, Dec. conſ.* 466. *num.* 5. *Beroi conſ.* 18. *numer.* 11. *adducti per Honded. conſ.* 5. *num.* 53. *lib.* 1.

Sed omne dubium tollit hoc Statutum noſtrum §. *fin.* ubi ſtatuit, tam inteſtabiles, quàm qui nullum fecerint teſtamentum, vel factum rumpatur, omnes inteſtati intelligantur, ut videbimus ſuo loco.

Modo quæri poteſt an ſub hoc verbo decedentium
5 veniunt, qui interfecti ſunt, & videretur, quod non
quia mors violenta non poteſt dici naturalis, ſed
à cauſa extrinſeca producta per *Ciarlin. controverſ.*
cap. 226. *numer.* 37. ideoque non videtur hic proprie decedere.

6 Contrarium in Statuto noſtro, nam mors dicitur ſeparatio animæ à corpore *l. ſi mater*, ibi vel aliter defunctus ibique *gloſſ. C. de inſtit. & ſubſtit. & l.* 4. *§. diſſociamus, & l. verum, §. ultim. cum ibi ſuis gloſſ. in verb. morte ff. pro ſoc. Guglielm. de Bened. in rep. cap. Raynutius, verſ. mortuo itaque Teſtatore n.* 19. *de teſtam. Natt. conſ.* 282. *Riminald. Jun. conſ.* 415. *n.* 3. *& Rot. deciſ. crim.* 368. *apud Farinac. & apud Marcheſ. de commiſs. part.* 1. *§.* 2. *num.* 2. *fol.* 917. *Seraphin. in ſuis vot. apud Zachi. in tract. de ſociet. offic. vot.* 46. *num.* 5. *& Ciarlin. controv.* 88. *n.* 4. 7. Undè hæc mors comprehendit omnes ſpecies mortis, & ſic etiam illa, qui interfectus, vel alio modo violenter occiſus eſt, dicitur decedere propriè mori dum nihil aliud eſt mors, quam finis, & terminus vitæ noſtræ *§. his omnibus, verſ. nullus, ibi gloſſ. in Auth. de hered. & falcid. §. deinceps in auth. de Nupt.* & benè in Statutis etiam comprehendi hujuſmodi mortuos dixit *Bald. conſ.* 8. *n.* 2. *vol.* 4. *ſequutus a Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 291. *n.* 7. *lib.* 1.

Neque obſtat *Ciarlin. dicta controv.* 226. quia ibi quærebatur an ſub nomine mortis veniret mors violenta, & ibi concluditur negativè, quia clarè videbatur Teſtatorem feciſſe diſtinctionem expreſſam inter mortem naturalem, & violentam, ut benè perpendas dictum authorem in ſpecie facti.

Item utilis eſt quæſtio, an hoc Statutum noſtrum
habeat locum in ingrediente in Religionem incapacem, per quam dicitur decedere civiliter, & reſ- 7
pondeo affirmativè, nam magis communis Doctorum concluſio eſt, quod lex, ſeu Statutum procedat etiam in caſu mortis civilis, ita habet *deciſio* 92. *num.* 9. *part.* 1. *diverſ. per text. in l. Deo nobis in fine princip. & ibi gloſſ. in verb. legitimè Cod. de Epiſcop. & Cleric. ubi Bart. numer.* 1. *Caſtrenſ. in ſummar. Fulgoſ. n.* 8. *& punctualiter Fenzon. ad Stat.*
Urb. cap. 130. *num.* 21. *& Carpan. cap.* 291. *n.* 9. *lib.* 1. 8
Siquidem mors civilis æquipollet naturali, quando operatur eumdem effectum quem mors naturalis circa rem de qua agitur, adeò quod fruſtra expectaretur caſus mortis naturalis, tuncque appellatione mortis non ſolùm venit naturalis, ſed etiam Civilis ita per dictos *Carpan. Fenzon. ibid. Ciarlin. controv.* 88.
num. 9. ideoque legiſtæ ad differentiam unius mortis 9
ad aliam apponunt ſæpè verbum *naturalis*, & dicunt, ſi decedat morte naturali, vel naturaliter moriatur, ita *Ciarlin. controv.* 88. *num.* 4. *& 7. & controv.* 226. *num.* 22.

S U M M A R I U M.

1 *Verbum decedens ab inteſtato comprehendit, tam maſculum, quam fœminam tanquam verbum univocum.*

2 *Hereditas matris non venit ſub Statuto excludente fœminas ab hereditate Patris, ſecùs in Statuto noſtro.*

3 *In paſſiva ſucceſſione Clerici habet locum Statutum noſtrum de ſucceſs.*

4 *In paſſiva ſucceſſione forenſis an habeat locum Statutum noſtrum.*

SIVE MASCULO SIVE FOEMINÆ: Neceſſaria non erant hæc verba, ſed poſita fuere ad majo-
rem declarationem, nam ſub verbo decedenti ab in- 1
teſtato, tam benè comprehendebatur maſculus, & fœmina, quia eſt verbum univocum æquè adaptabile, & congruum utrique ſexui *l. ſi quis ita ff. de de teſtam. tut. Capr. conſ.* 62. *n.* 9. *De Marin. var. lib.* 2. *reſol.* 212. *num.* 9. *& Rocc. Epiſc. Iſclan. cap.* 37. *n.* 24. *Surd. conſ.* 402. *num.* 11. *&* 12. *Menoch. conſ.* 101. & ſic voluit etiam tollere omninò illam quæſtionem, an ſub Statuto excluſivo fœminarum ab hæreditate Patris, hæreditas matris comprehendatur, quam diſputationem benè agitat, & reſolvit dictus *Rocc. in*
cap. 37. *per tot.* ubi concludit tamen non venire hæ- 2
reditatem matris ſecùs in noſtro primò, quia hic ſtatuentes rectè expreſſerunt etiam fœminas, ſecundò quia ut dixi Statutum procedit per verbum adaptabile utrique aſcendenti, ideoque matrem etiam comprehenderet *Carpan. cap.* 278. *num.* 32. *lib.* 1.

Hic etiam poteſt cadere aliud dubium an compre- 3
hendatur Clericus, ſed ex deductis ſupra in Rubricam hujus tituli decidimus Clericum comprehendi in ſucceſſione paſſiva ad quæ vos remitto ne fruſtra tranſcribamus ea quæ jam diſcuſſa fuerant.

Item alterum dubium, an comprehendantur foren- 4
ſes, decidimus negativè paulò ſupra in Rubricam, niſi adeſſent bona in territorio ſtatuentium, cum ſuis limitationibus, & extenſionibus, ad quæ pariter vos remitto.

S U M M A R I U M.

1 *Verbum ſuccedant videtur importare præceptivam diſpoſitionem.*

2 *Contrarium firmatur.*

SUCCEDANT: Hoc verbum videtur importare 1
præceptivam, & neceſſariam diſpoſitionem, ut
ſenſit *Rot. coram Merlin. deciſ.* 432. *num.* 5. Sed hoc 2
non eſt verum, nam ſucceſſionis delatio nullam coactionem fert ſecum, atque relinquit beneficiatum in ſtatu acceptandi, vel non acceptandi ſucceſſionem *Tot. tit. de acquir. vel omitt. heredit.* propterea judicioſè Theſaur. Jun. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 1. *verſ. illud enim pariter* à Rot. *deciſ.* 625. *num.* 50. *apud*

Bich. & decis. 438. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* inductus notavit Statutum favorabiliter disponens in materia successionis comprehendere etiam religiosos.

SUMMARIUM.

1 Dictio soli est exclusiva omnium aliarum personarum.
2 Statutum exclusivum fœminarum partim est favorabile, partim odiosum.
3 Statutum exclusivum fœminarum in parte favorabili includit Ecclesiasticos.
4 Moniales comprehenduntur sub Statuto exclusivo fœminarum.
5 Clerici uti possunt Statutis favorabilibus.
6 An furiosus vel mentecaptus stante Statuto exclusivo fœminarum excludat fœminas.
Intellige de eo, qui non habet lucida intervalla, quia iste non est propriè demens.
Idem dic de Castratis, senibus, frigidis, ac maleficiatis num. 140.
7 Contrarium firmatur ad favorem mentecapti.
8 Ubi verba conveniunt, ipsa quoque dispositio convenire debet.
9 Statutum de succession. debet intelligi secundum leges juris communis de ultima voluntate loquentes.
10 De jure communi admittuntur ad fideicommissa, primogenituras familiarum dementes, & furiosi.
11 Secùs vero esset, si deberet succedi in feudo, ac regno vel fideicommisso habente annexam jurisdictionem.
12 Effectus Statuti exclusivi fœminarum est solùm, ut masculus præferatur filiæ propter agnationem.
13 Ratio probabilis non limitat, neque restringit Statutum.
14 Quando ratio legis cessat, ipsa lex cessat.
15 Statutum defert hereditatem, tam masculo inepto, quàm apto ad prolem.
16 Ecclesiastici comprehenduntur, ac uti possunt Statuto exclusivo fœminarum.
17 Clerici adhuc retinent agnationem.
18 Privilegia dotis etiam habent locum in muliere sterili.
19 Fœmina non excluditur per Statutum exclusivum à lucro ei delato ex providentia l. hac edictali.
20 Statutum de successionibus restringitur ad jus universale tantum, & non particulare filiationis includit.
21 Lucrum l. hac edictali defertur jure particulari filiationis, & in pœnam parentis transeuntis ad secundas nuptias.
22 Filii primi matrimonii debent, exclusa semper eorum legitima, dividere æqualiter cum filiis secundi matrimonii hæreditatem parentis binubi.
Contrarium num. 141.
23 Non solum hoc lucrum competit fœmina, sed etiam ejus liberis.
24 Dispositio l. hac edictali non habet locum in nostro Statuto.
Contrarium num. 142.
25 Declaratur §. omnis autem dispositio Statuti nostri sub rubr. de testam.
26 Statutum nostrum prohibet omnem extraneum intellectum à Statutis.
27 In dispositionibus Testatorum non potest Genuæ vigore dicti Statuti opponi præteritionis, exhæredationis ac inofficiosi Testamenti vitium, nec non omissio institutionis hæredis.
28 Statutum nostrum de testam. generaliter loquitur, & omnes defectus comprehendit, & num. 143.
29 Potest per nostrum Statutum fieri hæres ad tempus.
30 Potest decedere partim testatus, partim non.
31 Pater potest vigore hujus Statuti quomodocumque relinquere legitimam filio.
32 Licet certa res legetur filio, habetur pro institutione.
33 Ex alia parte Statuti declaratur §. omnis autem supra expressus.
34 Exceptio firmat magis regulam, & omnes alii casus non excepti comprehenduntur sub regula.
35 Etiam in Statuto nostro nativitate posthumi rumpitur Testamentum.
36 Reprobatur decisio Rotæ Romanæ tenentis contrarium, videlicet vitium præteritionis non includi sub Statuto nostro.
37 Parum creditur decisioni in illis rationibus, quæ non sunt illius Principales, & Doctores perfunctoriè loquentes parum curandi sunt.
38 Doctoribus, qui breviter tangunt articulum, & decidunt per verbum videtur, minime insistendum est.
39 In casibus propriæ patriæ, potiùs credendum est nostratibus, quam forensibus Doctoribus.
40 Ruin. nihil contra nos firmat.
41 Facultas tam liberè disponendi concessa à statuentibus Genuæ, restringitur intra limites ejus Territorii.
42 Non potest Genuæ etiam stante nostro Statuto de testam. instituere in alienam voluntatem, seu arbitrium.
43 Anima unius non est anima alterius.
44 Si in Statuto adsunt duo conceptus, est recipienda illa interpretatio, per quam minus deroget juri communi.
45 Voluntas delata in alterius, est id contra bonos mores, ideoque etiam prohibitum per Statutum nostrum de Testam.
46 An auth. res quæ habeat locum in nostro Statuto de testam.
47 Refertur dispositio auth. res quæ.
48 Auth. res quæ habet locum solùm in fideicommisso ab ascendente pro descendentibus instituto.
Limitationes, ampliationes, & declarationes hujus authentica, num. 144.
49 Successor fideicommissi potest non obstante generali prohibitione alienandi alienare pro dote bona fideicommissi, tam pro ejus constitutione, quam restitutione.
50 Item in casu, quo testator specialiter, ac expressè prohibuerit alienationem bonorum fideicommissi ex causa tam constitutionis, quam restitutionis dotis.
51 Ascendentes habent onus dotandi suas descendentes ob sanguinem, & pudicitiæ causam.
52 Pater tenetur assecurare dotem filio, & hæc obligatio est personalis 53.
54 Avus, vel proavus non habent obligationem assecurandi dotem suis nepotibus, vel pronepotibus.
55 Ascendentes tam ex parte patris, quàm matris tenentur assecurare dotes receptas per suos filios, vel nepotes pro restitutione.
56 Prohibitio non alienandi fideicommissum ex causa restitutionis, vel constitutionis dotis, est contra bonos mores.
57 Prohibitio specialis facta à testatore non alienandi bona fideicommissi ex causa dotis, non est attendenda tanquam contraria facto.
58 Ascendens etiam per consensum tacitum obligatur ad restituendas dotes acceptas à suis descendentibus non obstante expressa prohibitione non alienandi bona ex causa dotis.
59 Licet extent alia bona non subjecta fideicommisso, nihilominus possunt bona fideicommissi alienari pro dote, dummodo tamen alia bona non subjecta sint intricata, & litigiosa.
Quomodo hæc probentur, num. 145.
60 Et hæc procedunt etiam in fideicommisso facto filiis primi gradus, & non perpetuo.
61 Legitima est onus diversum à dotatione, & in isto sunt melioris conditionis fœminæ, quam masculi.
62 Præter patrem alii conjuncti secundum ordinem habent etiam onus dotandi suas conjunctas fœminas.
63 Et hoc onus est semper in subsidium, dummodo non adsint ascendentes ex parte patris, vel ex parte matris.
64 Auth. res quæ habet solum locum in casu quo alia bona libera non adessent.
65 Respondetur Card. de Luc. & redarguitur.

66 Tri-

66 *Tribus modis dicitur fieri contra bonos mores, videlicet natura, facto, & censura.*
Et quando de jure Civili, naturali, vel Canonico contra bonos mores possit renunciari, numer. 148.
67 *Instituere spurium est contra bonos mores.*
68 *Legare filia centum si nupserit, & 30. si monachaverit est contra bonos mores.*
69 *Contrarium.*
70 *Legatum librarum mille factum filia si non ingredietur Monasterium, valet, licet conditio non adimpleatur, quia ea est contra bonos mores.*
71 *Fœmina stante nostro Statutu non succedit in antefacto.*
72 *De jure communi antefactum non debetur, nisi sit constitutum.*
73 *Item nisi dos soluta fuerit, & consummatum matrimonium, & nisi fuerit transducta mulier ad domum viri, neque ab ea aufugerit sine causa.*
74 *Si pars dotis soluta fuerit, partem tantum antefacti lucrabitur conjux.*
75 *Si filii non extant, integrum debetur pleno jure superviventi.*
76 *Si mulier ad secundas nuptias transiverit, perdit proprietatem antefacti, secus si in viduitate cum filiis permanserit.*
77 *Mulier post mortem omnium filiorum acquirit totum antefactum, & non virilem.*
78 *Si mater, aut pater pradecedat filiis, filii acquirunt partem antefacti debitum matri, sive patri, dum tamen de ea non disposuissent exprefse.*
79 *Antefactum per Statutum nostrum lucratur indistincte quoad usumfructum tantum.*
80 *Fœmina exclusa à successione non excluditur ab antefactu, quia defertur titulo particulari filiationis, & non hereditario.*
81 *Antefactum licet non sit aditum, transmittitur ad suos heredes.*
82 *Secus in nostro Serenissimo Statu per Statutum de antefacto, quod hic explicatur.*
83 *Quando proprietas antefacti non differt à patrimonio pradecedentis, ut in Regno, tunc revertitur ad filios jure hereditario, & non filiationis. Contra tamen num.* 88.
84 *Et sic ad heredes ipsorum filiorum, si per superviventiam alicujus ex filiis operatum fuit, ne consolidetur proprietas cum usufructu ad favorem matris usufructuaria.*
85 *Secus verò si filii succederent uti filii, & non uti heredes in dictu antefacto, quia tunc alter frater, & non heres filii pradefuncti, succederet.*
86 *In Regno filii succedunt in antefacto uti heredes, non uti filii.*
87 *Non sic in nostro Statutu.*
88 *Licet mulier acquirat solum usumfructum antefacti, non adhuc remanet proprietas antefacti in hereditate Patris, itaut in isto antefacto postea succedi debeat tanquam heres, & non uti filius.*
89 *Ita in nostro Statuto de antefacto, in quo proprietas antefacti non remanet in hereditate paterna, sed penes lucrantem.*
90 *Per Statutum nostrum fœmina non succedunt in antefacto, sed filii masculi tantum.*
91 *Isti tamen filii succedunt uti filii non uti heredes.*
92 *Tria genera emphyteusis, videlicet hereditaria, pactionata, & mixta ex utraque.*
93 *Quando non fuit expressa aliqua mentio heredum, vel descendentium, tunc emphyteusis est hereditaria.*
94 *Tantò magis si stipulata fuit pro se, & heredibus.*
95 *Limita in emphyteusi Ecclesiastica, qua de sui natura non est transitoria ad heredes extraneos.*
96 *In dubio verbum* hæredibus *debet intelligi de heredibus sanguinis, & descende*[...] *em-phyteusis Ecclesiastica non* [...]*edi-ria, sed ex pacto & prov*[...]
97 *Limita nisi ex aliqua clauf*[...] *vestitura hereditaria* [...]
98 *Clausula* in perpetuum [...]
eam reddit hereditariam, & ad extraneos heredes transitoria. Contra num. seqq.
99 *Doctores more ovium, vel avium opinionem alterius insequuntur.*
100 *Clausula* in perpetuum *per se non mutat naturam emphyteusis, neque eam alterat.*
101 *Clausula* in perpetuum *posita in fine substitutionum fideicommissariarum, non illas mutat, extendit, neque variat.*
102 *Clausula* æquis portionibus æqualiter, *vel* in capita *apposita in fideicommisso perpetuo facto pluribus personis operatur solum intra descendentes cujuslibet linea, & non ultra.*
103 *Clausula* ut supra *satis habet suum effectum, si in una qualitate operetur.*
104 *Clausula* in stirpem *satis operatur, si qualem, qualem effectum obtineat.*
105 *Præcipuè quando inducerentur, per ipsam nova fideicommissa.*
106 *Quando dispositionis verba possunt duplicem effectum parere, solum ille contra multiplicitatem fideicommissi retinendus est.*
107 *Itaque clausula,* ut supra *referre debet actum solum, & modum succedendi, non verò substitutiones, vel alia onera in prima dispositione posita à Testatore.*
108 *Emphyteusis Ecclesiastica fit natura hereditaria, quando in ea adest pactum alienandi cum exceptione aliquarum personarum.*
109 *Item quando adest clausula* pro se, & quibus dederit, *& similes, & numer.* 110. *ubi remissivè.*
111 *Emphyteusis pactionata dicitur quando est stipulata* pro se, filiis, seu descendentibus, *nulla expressa qualitate hereditaria.*
112 *Emphyteusis mixta est quando est stipulata* pro se, filiis, & hæredibus.
113 *In emphyteusi hereditaria, vel mixta fœmina succedere non potest, nisi post mortem masculorum illa reintegrata fuisset ad successionem.*
114 *In emphyteusi hereditaria, vel mixta jam divisa inter duos fratres licèt unus præmoriatur cum filiabus, filia ista in ea non succederent, sed alter frater.*
115 *In emphyteusi semper succeditur primo acquirenti, & non ultimo defuncto.*
116 *Intentio primi acquirentis præsumitur, quod voluerit in emphyteusi præferri masculos fœminis juxta formam Statuti de successione.*
117 *Secus si fuit à duobus acquisita emphyteusis, quia tunc filia unius linea non excluduntur à masculis alterius linea.*
118 *Fœmina redintegrata per Statutum ad Successionem, & sic in potentia succedendi, tunc non excluditur à masculo.*
119 *In emphyteusi pactionata, & stipulata pro filiis masculis, & fœminis, vel verbis communibus admittuntur simul fœmina cum masculis.*
120 *Contra tamen, quia præsumitur primum acquirentem se conformare voluisse Statuto excludenti fœminas propter masculos.*
121 *Secus si adessent conjectura, & præsumptiones ad favorem fœminarum.*
122 *Statutum de successione ab intest. disponit præter, & non contra voluntatem Testatoris.*
123 *Fœmina excluditur à jure Patronatus, quia acquiritur solum ei qui actualiter est heres, quia est hereditarium de sui natura.*
124 *Secus si ex conjecturis appareat esse gentilitium.*
125 *Feuda reguntur regulis emphyteusis, nisi diversimode in jure expressè cautum sit.*
126 *Statutum de success. non habet locum in feudis, quia in istis succeditur ex voluntate primi acquirenti*[...]
[...] *feudi* [...] *solùm* [...] *investitura attendenda* [...] *purgari à firm*[...] *farina flat mal*[...] *liqu*[...] *Statuto nostro, Jus a*[...] *accrescis al-*

130 *Naturâ juris accrescendi realis est, ideo portio accrescit rei, & non personæ.*
131 *Si bona fratris premorientis sita essent in Territorio extraneo, ubi non adesset Statutum exclusivum fœminarum; portio illius pro medietate accresceret etiam fœminæ.*
132 *Si in aliqua portione instituta est fœmina, & in reliquo masculus, tunc si masculus prædecedat, tota hereditas accrescit fœminæ, intellige tamen prout n. 134.*
133 *Ex qua ratione procedit jus accrescendi.*
135 *Jus accrescendi etiam habet locum in nostro Statuto, quamvis essemus in casu quo illud processerit ex mera potestate juris, ne quis partim testatus, & partim non succedat, Contra num. 137.*
136 *Præsumitur potius Testatorem velle uti jure communi, quam jure singulari.*
138 *Jus accrescendi non habet locum in testamento militis, quia iste potest decedere partim testatus, & partim non.*
139 *Voluntas coacta est voluntas abusiva.*
146 *Mulier non tenetur excutere bona Mariti penes tertios, ante quam agat contra bona fideicommissi.*
147 *Possidens bona fideicommissaria nequit constringi ad dotandum fœminam alterius columnelli, licet hæc fœmina descendat à fideicommittente.*

1 SOLI) Hæc dictio est exclusiva omnium aliorum, ut in *l. 2. ff. de usu, & habitat, & in l. 1. ibi solè Domino ff. de condict. furtiv. & in l. 3. ibi solus Princeps C. si adversus rem judicat. & Seraph. decis.* 820. *num.* 6. & per latè deducta per *Barbos. di-*
2 *ction.* 380. *num.* 1. & sic cum Statutum hoc sit exclusivum fœminarum partim est favorabile, partim odiosum, favorabile in parte inclusionis, & odiosum in parte exclusionis, ita distinxit Magistraliter *Bald. in l. venia 2. num. 4. & ibi Alex. num. 5. Jas. num. 4. C. de in jus voc. Jas. in l. qui exceptionem 40. num. 1. vers. breviter ff. de condit. indeb. Bursat. cons.* 208. *n. 5. Bellon. de jur. accresc. cap. 10. quæst. 2. n. 86. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 78. n. 7. 8.* qui conciliat opiniones contrarias, & docuit *Rot. Roman. apud Bich. decis.* 625. *num.* 50. *& in recent. part. 4.*
3 *tom. 2. decis.* 438. *num.* .... ideòque dicunt ibid. decisiones comprehendere Ecclesiasticos in illa parte favorabili, secus in parte odiosa:

Sed hic adverte, quamvis dixi modo Clericos non comprehendi sub parte exclusiva Statuti tanquam odiosi; nullo modo procedere in Statuto exclusivo fœ-
4 minarum, quia etiam hic moniales benè comprehenduntur sub hoc Statuto, & dicuntur exclusæ sicut laicæ, & hoc ex rationibus, & centum triginta authoritatibus, quas per extensum cumulat *Cardinal. de Luc. disc. 5. de success. ab intestat.* Respondendo quoque Doctoribus contrariis, ideoque fruens alieno labore nihil aliud super hoc puncto amplius dicere volo neque possum, addam solùm authoritatem *Bich. decis.* 625. *num.* 49. ubi idem determinat *Rocc. cap.* 38. *num.* 11. licet contrarium teneat *Redenasc. cons.* 45. *num.* 14. & 46. *num.* 21. & vide ea, quæ dixi infrà in §. *Masculus, vel fœmina*, sicut in parte exclusionis comprehendi moniales certè firmavimus in nostro Statuto, an idem dicendum sit in parte inclusionis, ut videlicet Ecclesiastici comprehendantur sub hoc Statuto.

Affirmativè quoque respondendum esse arbitror,
5 nam ut dixi suprà, quod benè Clerici uti possunt Statutis favorabilibus, ut est hoc, in inclusione ad eorum favorem, *Andreol. controvers.* 340. *per tot* & ita in puncto decidit *Rot. decis.* 438. *per tot. part. 4. recent. tom. 2. Innoc. de success. quæst.* 15. *& Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 278. *num.* 67. sed contrarium dic in nostro Statuto per idem Statutum sub *rubr. de privil. Cleric.* ut dixi supra prohibens omnibus Clericis posse uti beneficio suorum Statutorum.
6 Pulchra in hoc Statuto fœminarum exclusivo accedere potest quæstio, an scilicet furiosus, vel mente captus (qui verò non habeat lucida intervalla, quia tunc propriè non dicitur demens *rub. in suis resol. practic.* 117. *n.* 303.) possit excludere fœminas in vim hujus Statuti? Parum enim à Doctoribus disputatum inveni hunc articulum nisi ab *Andr. Barbat. in cap. quod Clericus col.* 28. *& quatuor seq. de for. competenti*, quem secutus fuit *Paris. cons.* 100. qui affirmativam tenuerunt sententiam, ratio enim principalis eorum ea fuit, quia cum Statutum exclusivum fœminarum factum fuit per conservationem dignitatis, & nominis familiarum non potest hujusmodi Statutum habere locum in mentecapto furioso &c. per quos isti nullo modo conservatur splendor, & nomen familiæ.

Sed his non obstantibus puta verius contrarium, 7
cum enim Statutum nostrum vocat solos masculos, hæc verba etiam appropriantur mentecaptis, ideoque etiam concepti sunt sub illa vocatione masculorum,
nam ubi verba conveniunt ipsa quoque dispositio con- 8
venire debet *l. 4. §. satius ff. de damn. infect. l. si servum §. non dixit ff. de acquir. hæred. Surd. cons.* 333. & præcipuè in Statuto nostro ubi habemus expressam prohibitionem non posse arguere à ratione identitatis, neque ab ejus majoritate, sed intelligi debet ad literam, ut verba ipsa sonant.

Ulteriùs Statutum loquens de success. intelligitur 9
secundùm leges loquentes de ultima voluntate *Handed. cons.* 6. *n.* 8. *lib.* 1. quæ successionum leges benè 10
admittunt ad hæreditates, vel ejus Fideicommissa familiarum, vel progenituras, dementes, furiosos &c, *Knipschild. de fideicommiss. fam. cap.* 8. *n.* 123. *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. n. 22. Tiraquell. de Primogen. quæst.* 23. *n.* 5. Secùs verò esset, si deberet succe- 11
dere in feudo Regno, aliisque principatibus, quia exigunt necessario intellectus perfectionem ob munus jurisdictionis exercendæ, ut nuperrimè docuit *Torr. de Majorat. Ital. cap.* 28. *§. 2. lib.* 1.

Neque obstat prædicta contraria opinio, quia principaliter fundatur in præsumpta ratione Statuti pro conservatione dignitatis familiæ, & bonorum, & hæreditatum in illa: Primò quia effectus hujusmodi Sta- 12
tutorum non est, ut agnatus ditetur, & propagatio Prolis, sed ut ipse præferatur filiæ, & descendentibus ex ea propter qualitatem agnatitiam, quia effectus cadit ita in hæreditate damnosa sicut in lucrosa, & ita in personam sterilem, sicut in personam aptam ad generandum, quia non requiritur hæc aptitudo, ut quis possit esse hæres *ff. de lib. & Posth. l. quod dicitur*, nec exigitur quod bona sint solvendo ut privatus possit in eis succedere, quia speciale est in fisco, quod non quæratur ei hæreditas nisi sit lucrosa ut *l. 5. §. an bona de Jure Fisci*, ergo est ratio fallax (concludit *Lap. alleg.* 101. *n.* 15. *lib.* 4.) quia non est generalis.

Tantumque abest, quod Filius mentecaptus, vel 13
agnatus non debeat excludere à successione filiam, vel aliam fœminam ex defectu prædictæ rationis militantis in Statuto, scilicet conservationis dignitatis per acquisitionem scilicet divitiarum, & propagationis prolis, quod videtur expressè hanc rationem non esse necessariam, à cujus cessatione argui possit, sed potiùs est quædam suasio, sive ratio probabilis, quæ non limitat, neque restringit legem, sive dispositionem Statutariam, ut *l. si cum except. §. post annum ad fin. & ibi not. in gloss. super verb. & rei habet ff. quod met. caus.* quod ostenditur evidenter ab hoc argumento, quia ut ratio sit talis, à cujus cessatione argui posset, debet esse causa necessaria, non solum probabilis, videlicet sine qua numquam possit dari, quod lex sortiatur effectum, idest quandocumque ratio ipsius legis cesset, ipsa lex cesset, ut in 14
l. non omnium ff. de leg. sed hæc ratio non est hujusmodi, quia hujusmodi Statutum sortitur effectum in multis casibus, in quibus dicta ratio cessat, quia per ipsum defertur omnis hæreditas, tam quæ solvendo est, quam quæ non, & cuique Fratri, tam 15
apto productioni prolis, quam inepto ad prolis productionem *Lap. dicta allegat.* 101. *propè num.* 16.
Item Ecclesiasticis cum hi sub Statuto exclusivo fœ- 16
minarum benè comprehenduntur, itaut illo uti possunt *Rot. apud Bich. decis.* 625. *numer.* 50. *& decis.* 438. *part. 4. tom. 2. recentior.* Quia verè sunt agna- 17
ti, & retinens agnationem *Cyriac. controvers.* 476. *numer.* 22. *& seq. Rot. recent. decis.* 438. *num.* 8. *& seq. par. 4. tom. 2. Innoc. de success. q. 3. num.* 19. Item 18

privi-

privilegia Dotis etiam habet locum in muliere ſterili *Lap. dicta allegat.* 101. *numer.* 17. *& Theodor. allegat.* 99. *num.* 19.

Ex his igitur puto benè reſponſum eſſe dictis authoritatibus contrariis, & firmatam eſſe concluſionem noſtram, & opinionem veriorem juri communi magis congruam.

Ad intelligentiam verò hujus Statuti excluſivi fœ-
19 minarum ſcire debes, an fœmina, vel filia quamvis excluſa ſit ab univerſali ſucceſſione, vel legitima, excludatur à potentia acquirendi lucrum ipſis delatum ex providentia *l. hac edictali C. de ſecundis nupt.* Tu dic generaliter, quod non, quia ſic communiter receptum eſt *Merlin. de legitim. libr.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 21. late *Berſan. de Viduis cap.* 3. *quæſt.* 12. *Mart. de ſucceſſ. part.* 1. *quæſt.* 13. *art.* 11. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 8. *num.* 4. *Bottiler de ſucceſſ. Theorem.* 14. *n.* 17. *Molpheſ. ad conſuet. Neapol. part.* 3. *de ſucceſſ. teſtament. quæſt.* 23. *Merlin. deciſ.* 38. *numer.* 19. *Carpan.*
20 *cap.* 278. *num.* 27. *lib.* 1. quia excluſio Statutaria reſtringitur ad ſucceſſionem univerſalem, & ita remanet ſalvum dictum lucrum tanquam diviſum, & ſeparatum ab hujuſmodi ſucceſſione, & delatum jure particulari filiationis, & ſanguinis *d. l. hac edictali* §. *fin. in fin. Rot. diverſ. deciſ.* 255. *n.* 7. *part.* 4. *& in Romana ſucceſſionis* 14. *Junii* 1647. *coram Corrado, & in Bononienſi ſucceſſionis* 5. *Maji* 1653. *coram Meltio. Berſand. de Viduis loco citato.*

Secundo, quia dictum lucrum non defertur liberis
21 propter favorem agnationis, ſed in pœnam tranſitus Parentis ad ſecunda, vel ulteriora vota, & in ſolatium, vel recompenſationem injuriæ ipſis illatæ per binubarum *Merlin. deciſ.* 828. *n.* 2. *& n.* 6. quod motivum eſt indifferens utrique ſexui, & tantùm eſt diſtinctum dictum lucrum à jure univerſali ſucceſſionis, quod non confunditur cum legitima, itaut ſi Pater, vel mater æqualiter reliquerat tum filiæ, vel filio primi matrimonii, quam filio, vel filiæ ſecun-
22 di, nihilominus filius, vel filia primi matrimonii poterit ſeparare ſuam legitimam, & deinde dividere inter filios ſecundi matrimonii, & ſe ſe bona materna, quia lex hac edictali prohibet hujuſmodi Conjugi tranſienti ad ſecunda vota non poſſe relinquere plus filio ſecundi, quàm alteri primi matrimonii excluſa legitima, quæ debet ſemper priùs detrahi à filiis primi matrimonii, & non confundi *Rot. coram Merlin. dec.* 828. *& Hodiern. in l. hac edictali q.* 7. *n.* 14. *&* 15. *Berſan. de Viduis cap.* 3. *q.* 10. *n.* 17. 18. *& q.* 11. *n.* 2. *& n.* 13. *cum ſeq.* concludit quod dicta lex militat etiam in caſu, quando fuit relictum plus filiis ſecundi viri, quinimo ibid. *ſub n.* 14. dicit quod in illud omne ſupra plus dividitur ſolum inter filios primi matrimonii.

Et non ſolùm jus acquirendi dictum lucrum com-
23 petit fœminæ excluſæ, ſed etiam ubi ipſa prædecedat, competit ejus liberis primum gradum ſucceſſionis habentibus, & quidem ex eorum perſonis propriis, ſcilicet in capita, & non in ſtirpes tanquam in legali diſpoſitione explicitè comprehenſis dicta *l. hac edictali verſ. quam obſervationem, & in auth. de nupt.* §. *optimè Caren. reſol.* 69. *n.* 28. *Rot. Rom. dotis* 18. *Junii* 1649. §. *quia, & ſeq. coram Cerro.*

24 Et hæc procedunt generaliter: ſecùs dicendum in noſtro Statuto per diſpoſitionem §. *Omnis autem diſpoſitio ſub rubr. de Teſtam. & in* §. *fœmina ſub rubr. de fœmin. dotand.* in quibus expreſsè diſponitur, quod quævis Teſtatoris, & ultima voluntas etiam facta contra leges, dummodo non ſit contra bonos mores, valeat, & vigorem retineat: Item quod Filiæ non poſſint plus petere, ac habere ultra dotes acceptas (niſi eis aliquid ex teſtamento relinquatur) vel habere, nec rumpere, nec aliter quomodolibet irritare Teſtamentum, ſeu ultimam voluntatem nec dicere nullum, & in his ſimilibus Statuti terminis conſuluit *Bald. conſ.* 444. etiam quando Statutum non deroget expreſsè dictæ l. hac edictali, ſed tacitè ex verbis *Roland. à Val. de lucr. dot. q.* 25. *num.* 3. *Belmont. dec.* 21. *n.* 31. *& ſeq. De Luc. ad Gratian. cap.* 197. *num.* 4. 5. *Berſan. de Viduis capit.* 3. *q.* 10. *n.* 6. 9. *& quæſt.* 12. *De l. hac edictali vid. Sabell. cap.* 46. *per tot. Caſtald. conſult.* 196. Contrarium *Conciol. ad Stat. Eugub. libr.* 2. *num.* 6. *& num.* 20. 21. Latiſſimè tradit *Tort. ad Stat. Pap. Rubr.* 121. *numer.* 82. 83. *cum pluribus ſeqq. Manſ. conſult.* 170. *num.* 19. 20. 23. 24. *Idem conſult.* 747. *ubi latè Anſald. deciſ.* 19. *numer.* 24.

Hac enim occaſione, qua attingimus prædictum 25
paragraphum omnis autem diſpoſitio ſub rubr. *de teſtament. ac ultim. volunt.* circa hujus intelligentiam nonnulla ad cognitionem exponam ad evitandum plura in Curia æquivoca, quæ fiunt præſertim à Curialibus, qui legum, & Statutorum verè ſuperficiarii dicuntur nunc etiam quia neceſſarium mihi eſt pro reſolutione aliorum dubiorum, quæ paſſim nobis in aliis quæſtionibus occurrent.

Dixi igitur, quod Statutum noſtrum ſub dicto §. *Omnis autem* jubet diſpoſitiones, & ultimas voluntates, quamvis ſint contra leges, valere ac validas remanere, fierique etiam jubet præciſe id, quod voluerit teſtator, ſeu quilibet poſtremò diſponens, dummodò non ſit contra bonos mores, ex hac enim diſpoſitione adeò clara corroborata etiam à Statuto
noſtro *de extrinſ. intell.* rigorosè prohibente omnem 26
intellectum extraneum à verbis Statutorum, ſed cum juſſu præciſo ſtandi literali, & propriæ ſignificationi, ſine ulla identitate rationis, vel majoritate, quam intellige, ut dixi ſupra in *cit. de decret.* §. 8. *num.* 42. & in ſimili Statuti diſpoſitione prohibente omnem extraneum intellectum tradit *Surd. conſ.* 455.
num. 6. ex hac enim dixi clara diſpoſitione ſtatuta- 27
ria dubitari non poteſt, quin valeat omnis ultima voluntas facta cum præteritione, vel abſque inſtitutione hæredis, vel exhæredatione ſequuta ſine nota inofficioſi teſtamenti, vel ſi teſtator partim fuit teſtatus, & partim non, vel hæredem fecerat ad tempus, & ſimilia, nam cum hic Statutum noſtrum lo-
quatur generaliter, generaliter accipiendum eſt *Rot.* 28
deciſ. 54. *n.* 2. *part.* 9. *rec. Surd. conſ.* 352. *n.* 19. & ubi lex non diſtinguit &c. *l. non diſtinguemus* 37. *ff. de recept. arbitr. & Conciol. allegat.* 81. *num.* 29. & in terminis hujus noſtri Statuti diſpoſitionis firmavit *Boſc. conſ.* 160. *per tot. & conſ.* 552. *num.* 7. *& Rot. poſt Torr. de Majorat. Ital. deciſ.* 59. *num.* 29.

Neque abſonum eſt, quod attenta diſpoſitione Sta- 29
tuti quis poſſit facere hæredem ad tempus, ut notavit *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 4. *n.* 136. *Altograd. conſ.* 87. *num.* 46. 47. *lib.* 2. & poteſt decedere cum duobus teſtamentis *Beniell. conſ.* 21. *numer.* 2. 3. & per latè deducta in allegationibus typis editis in Cauſa Salvatoris Maſſolæ, & etiam nulla inſtitutione facta de hærede, ut in dictis allegationibus, ubi plura etiam videbis ad materiam hujus §. *Om-*
nis autem diſpoſitio. Et quod teſtator poſſit decede- 30
re partim inteſtatus, & pro parte non *Bart. in l.* 1. *num.* 3. 35. 37. *Cod. de ſumm. Trinit.* in puncto Statuti noſtri *Altograd. Sen. conſ.* 87. *num.* 46. *& conſ.* 88. *num.* 26. *lib.* 2. *Baniell. conſ.* 21. *num.* 3. 4. 5. Et quod ſtante diſpoſitione Statuti noſtri poſſit quis partim teſtatus, & partim non, decedere tenuit votum Joſephi Mariæ Spinulæ & Bartholomæi de Ruſticis in cauſa R. Octaviæ Felicis Lomellinæ Monialis S. Andreæ contra D. Equitem Thomam Lomellinum, ſed cum limitatione; nempe quando ita proteſtatus fuit, ut in dicto voto in fine §. *certio quia*, quam limitationem ego non approbo, ſed cogitandam cenſeo. Pro voto dicti Spinulæ facit *Molin. de Primogen. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 13. *cum ſeq.* &
ideò quamvis Pater legitimam filiam relinqueret non 31
jure hæreditario, ſed per legatum per quodcumque verbum factum, nihilominus ob diſpoſitionem hujus Statuti pro inſtitutione habebitur *Alex. conſ.* 105. *à numer.* 18. *libr.* 4. *Gobb. conſult.* 1. *num.* 81. *Rot. deciſ.* 568. *numer.* . . . . . *part.* 1. *recent. Buratt. deciſ.* 847. *à num.* 3. *Rot. apud Torr. de Majorat. par.* 9. *deciſ.* 59. *numer.* 33. *& part.* 14. *recent. deciſ.* 254. *numer.* 10. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 293. *numer.* 1. & in ſimilibus Statuti terminis *Fachin. conſ.* 100. *num.* 10. *lib.* 1. & ita judicavit Rota noſtra Genuenſ. *in Januenſi emphyteuſis die* . . . . *Januarii* 1690. §. *non obſtante*, ubi dicit quod quamvis Pater legitimam filio non reliquerit jure hæreditario, quod fieri ab hoc Statuto permittitur abſque eo quod poſſit de nullitate redargui, quia Pater cum uſus fuerit verbo *laſcio* id
ſufficit pro inſtitutione cum verbum *laſcio* præſertim 32

quaodo refertur ad filium, licet certæ rei adjiciatur,
hæredis nihilominùs inſtitutionem importat, ut poſt
Gloſſ. Bald. & alios probat Alex. dict. conſ. 105. Ber-
trand. conſ. 167. num. 1. in 4. Jacob. Schult. quæſt.
22. num. 12. quos laudat, & ſequitur Gobb. d. con-
ſult. 1. num. 81.

33 Ulterius hæc Paragraphi diſpoſitio ſatis meo, &
cujuſcumque Judicio enucleata fuit à ſtatuentibus in
§. inferiori ejuſdem rubr. ibi Salvis ſemper falcidiis
debitis Jure naturæ illis, quibus debentur ſecundum
formam Juris, & Statutorum, quæ falcidia locum
etiam habeat in caſu præteritionis, vel inſtitutionis
non factæ, vel exhæredationis, vel inofficioſi teſta-
menti, & in aliis quibuſvis caſibus, ex quibus teſta-
mentum, & ultima voluntas, & diſpoſitio ut ſupra
nullo modo poſſint dici nulla, ſed in omnibus ſucce-
dat falcidia loco cujuſvis nullitatis. Ex qua igitur
hujus ſecundi Paragraphi diſpoſitione ablata eſt om-
nis difficultas, cum ex illis verbis & in aliis qui-
buſvis caſibus ex quibus teſtamentum, vel ultima vo-
luntas, ut ſupra &c. præſupponunt ſtatuentes, quod
in primo paragrapho omnis autem etiam incluſæ fue-
runt exhæredationes, præteritiones, cauſæ inofficioſi
teſtamenta, & aliæ quælibet, per quas dici poſſent
nullæ ultimæ voluntates, tantòque magis id appa-
ret ex eo, quia hic ſecundus paragraphus appoſitus
fuit per modum limitationis ad regulam firmatam
in præcedenti paragrapho omnis autem in quo dum
diſponebatur valere quamlibet diſpoſitionem etiam
contra leges, voluit tamen Statutum ſalvam remane-
re falcidiam debitam illis de jure naturæ. Ergo in
primo paragrapho comprehendebantur præteritiones,
exhæredationes, aliæque omnes cauſæ, cum quibus
poſſent dici nullæ, ultimæ voluntates, quia caſus
34 non exceptuatus relinquitur ſub regula, & exceptio
magis firmat regulam in omnibus caſibus non exce-
ptis ff. de legat. 1. l. Titia textores ff. de fund. inſtr.
l. quæſitum §. idem reſpondit ff. de legib. l. in his Boſc.
conſ. 184. numer. 1. verſ. ab hac totali, & magis ur-
get, ac explicat regulam Altogr. Sen. conſ. 35. nu-
mer. 19. Pariſ. conſ. 119. num. 3. Cyriac. controv. 196.
num. 119. Vela aſſert. 49. num. 67.

35 Intelige tamen hæc, quod locum non habeant
in nativitate Poſthumi per Statutum in rubr. quod
teſtam. occaſ. Poſth. rumpant. §. ſed ſi tempore, &
§. ſequent.

36 Neque obſtare poteſt deciſio Roman. ſeu Januenſ.
ſucceſſ. Lunæ 11. Januarii 1683. coram Mathejo, quæ
eſt regiſtrata apud Torr. de Majorat. deciſ. 46. nu-
mer. 24. §. ſicuti, quæ videtur firmare in terminis
prædicti Statuti noſtri contrarium, videlicet vitium
præteritionis non includi in dicto paragrapho omnis
autem, quia hic paragraphus debet ſolùm intelligi
quoad ſolemnitates, & ſic non comprehendit præ-
teritionem, quæ eſt defectus ſubſtantiæ, ac mutatio
ſucceſſionis teſtamentariæ à lege præſcripta, & non
ſolemnitatis. Non officere igitur dico dictam deci-
ſionem, quia ex proprio marte proceſſit, & diſtin-
ctionem admiſit in diſpoſitione generaliter prolata à
Statuentibus noſtris contra Juris, & Statuti noſtri
de extrinſ. intell. regulas ſupra expoſitas. Inſuper
dicta deciſio parum immorata fuit ſuper hoc pun-
37 cto, ſed perfunctorie illum tetigit, quia non erat id
principalis ratio ſuæ deciſionis: Ideoque Doctori per-
functoriè loquenti non eſt inſiſtendum Caren. reſo-
38 lut. 91. num. 19. & Doctores ob brevitatem tangen-
tes caſum maximè per verbum videretur deciden-
tes, obiterque agentes materiam, quando indigeret
longa diſputatione omninò attendendi non ſunt Souſ.
39 deciſ. Luſit. 22. num. 30. 31. Tantò magis cum hæc
Rota non legerit, neque conſideraverit alterum para-
graphum ſalvis ſemper mox à me ſupra expoſitum,
& id fortè procedit ex defectu advocatorum noſtro-
rum, qui illum in ſuis conſultationibus non ex-
preſſerint, quod omninò facere debebant præcipuè
illis Judicibus legum forenſium ignaris, cujus para-
graphi diſpoſitio ſi fuiſſet à Rota obſervata, non ita
de facili, imò numquam prædictam diſtinctionem in
caſu noſtro admiſiſſet.

40 Neque pariter obſtare poteſt Ruin. in conſ. 21. lib. 2.
numer. 10. loquens in ſimili caſu Statuti noſtri, &
volens ſolùm referre ad ſolemnitatem illa verba con-
tra leges, & non ad ſubſtantiam, quia ibi per ſe-
riem illius Statuti patet evidens differentia à caſu
noſtri expreſsè loquentis, & diſponentis circa ſub-
ſtantiam.

Denique in terminis dicti noſtri Statuti contra-
rium ſenſum Rotæ tenuit Boſc. dicto conſ. 160. §. item
de Jure, & conſ. 552. num. 7. & vide infra in princ.
verb. vel earum deſcendentes num. 3.

Adverte tu verò, quod hæc facultas ita liberè diſ-
ponendi etiam contra leges, ut ſupra dixi, reſtrin- 41
gitur, ſcilicet habet locum dumtaxat in bonis intra
territorium Genuenſe ſitis, & ejus voluntas, tam
effrænata obſervabitur intra ejuſdem limites, per la-
tè tradita à me ſupra in verb. de ſucceſſionibus, qui-
bus addo in terminis præcisè punctualibus hujus Sta-
tuti Rot. Rom. d. deciſ. 46. poſt Turr. de Major. n. 31.
& 32. aliosque quos ad hoc congerit Doctores fru-
ſtrà tranſcribendos.

Item prædicta diſpoſitio Statuti in dicto paragra- 42
pho omnis autem non ita abſolutè procedit, quod
non indigeat aliqua declaratione, ideoque non ha-
bet locum, neque habere poteſt in caſu Teſtatoris
conferentis voluntatem ſuam in alıud arbitrium,
quia hæc non poteſt dici propriè ultima voluntas
Teſtatoris, de qua loquitur præfatum Statutum, cum
impoſſibile ſit, quod voluntas Titii, ſit voluntas
mea, nam voluntas non eſt aliud, quam anima vo-
lens, unde ſicut anima Titii, non eſt anima mea, 43
ſic nec ejus voluntas, ut inquit Bald. in l. Capta-
torias 11. C. de teſtam. milit. n. 7. ibique tradit An-
gel. Pariſ. conſ. 38. num. 4. lib. 3. Roderic. Suarez in
tract. de captat. volunt. num. 21. Menoch. conſ. 408.
n. 9. 10. & ita in hoc caſu ſenſit Rot. noſtra Genuenſ.
in cauſa Januenſ. Fideicom. die 11. Julii 1691. tum ex
rationibus etiam, quod Statutum intelligendum eſt,
ut minus lædat jus commune, & magis ſit recipien-
da interpretatio, quæ Juris regulis magis conforma-
tur l. quoties 13. ff. de reb. dub. l. ſi prætor 75. de
Judic. Menoch. conſ. 696. numer. 39. Cephal. conſ. 25.
lib. 1. numer. 22. & 24. Maſcard. de Statut. interpre-
tat. concluſ. 3. numer. 7. 8. & quando Statutum po-
teſt operari unum, vel duo, ea ſumenda erit inter-
pretatio, per quam unum tantùm, non autem illa, 44
per quam contra jus Statutum operetur, ut voluit
Roland. à Val. conſ. 74. num. 19. lib. 3. quem ſequutus
Maſcard. dict. concl. 12. num. 2. de Stat.

Inſuper dicta diſpoſitio collata in arbitrium alte- 45
rius eſſet captatoria, ideſt deceptoria ſecundum gloſſ.
in l. captatorias de hæred. inſtit. ideoque contra bo-
nos mores, quæ voluntas contra bonos mores non
ſuſtinetur neque per Statutum noſtrum dicto para-
grapho omnis autem diſpoſitio: ibi dummodo non ſit
contra bonos mores, & ita in ſimili Statuto conſuluit
Ruin. in dict. conſ. 21. num. 12. libr. 2.

Quæro modo, & eſt difficilior quæſtio an Auth. 46
res quæ C. comm. de leg. deſumpta per Irner. à §.
quamobrem auth. de reſtit. & ea, quæ parit, habeat
locum in noſtro Statuto prohibente cuilibet non eſ-
ſe recedendum à quolibet Teſtatoris voluntate, ut ſu-
prà diximus.

Hæc enim Auth. nihil aliud diſponit quàm quod 47
detracta priùs ex bonis fideicommittentis legitima, ſi
hæc ad dotis congruæ, vel antenuptialis donationis
oblationem non ſufficiat, id ex reliqua ſubſtantia fi-
deicommiſſo non obſtante detrahi poſſit.

Et ut materiam clarè tractemus diſtinguendum eſt.
Primò, an Teſtator fideicommiſſum induxit ſine ex-
preſſa, vel expreſſa ſolùm generali prohibitione alie-
nandi bona fideicommiſſo ſuppoſita, & in hoc ca-
ſu nulla eſſet diſputatio, & dubium, quia benè fi-
deicommiſſarius deſcendens (cum dicta auth. locum 48
habeat ſolùm in fideicommiſſo deſcendentibus ab aſ-
cendente ordinato, ut latè per Cardin. de Luc. de
dot. diſc. 146. num. 60.) poterit bona fideicommiſſi 49
alienare tam pro ſupplemento dotationis congruæ,
ſive paragio (ſic à Regnicolis appellatur dos con-
grua) quàm ob reſtitutionem datis habitæ, cum in
hoc caſu concurrit tacita voluntas fideicommitten-
tis, ita communiter tradiderunt cum innumeris ab
utroque exaratis Doctiſſimus Redenaſc. conſ. 72. nu-
mer. 6. & Fuſar. quæſt. 531. numer. 6. de ſubſtitut.
quibus addo modernè Card. de Luc. de dot. diſc. 145.
num. 5.

num. 5. §. *alii verò*, qui licèt hanc approbat in prædicto noſtro caſu; ubi nulla expreſſio facta eſt prohibitionis alienationis, vel expreſſa tantùm generalis prohibitio, ſub qua cadere poteſt dubium, an teſtator voluit intelligere de prohibitione dotis conſtituendæ, vel reſtitutionis cauſa, in quo dubium Doctores firmant non venire, neque comprehendi dotis cauſam ex præſumpta mente Teſtatoris *Redenaſc. d. conſ.* 72. *n.* 29. *&* 30. *Caſtil. de alim. tom.* 8. *cap.*36. *n.* 8. *& num.* 11. §. *ſi ita*, *&* §. *ſeq.*

50 Aut Teſtator ſpecialem prohibitionem circa dotis conſtitutionem, vel reſtitutionem fecerit, major igitur dubitatio in hoc puncto conſiſtit, & licèt de jure apud omnes practicos retenta eſt opinio indiſtinctè, ut tam pro conſtituenda dote fœminis à fideicommittente deſcendentibus, quàm reſtituenda uxoribus eorum, qui ab eodem fideicommittente deſcendunt, & ſive deſcendentes ſint immediati, ſive mediati uſque ad milleſimum gradum, ac ſive nati, vel concepti ſint ante obitum Teſtatoris, vel poſtea, quandocumque bona fideicommiſſaria validè diſtrahi, & obligari poſſunt, ut latè uſque ad nauſeam cumulant *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 531. *&* 532. *utrobique in princip. Redenaſc. conſ.* 72. *numer.* 8. *&* 14. *&* 18. *& per tot. Giurb. obſerv.* 89. *n.* 1. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 62. *Burat. deciſ.* 641. *num.* 27. *Caſtill. de alim. tom.* 8. *cap.* 36. *Rot. Lucenſ. tom.* 3. *deciſ.* 263. *num.* 152. *Rojas deciſ.* 117. quos, & alios refert *Cardinal. de Luc. diſc.* 145. *num.* 3. §. *ideoque de Dot.* etiam hæc concluſio communiter procedit, quando adſit expreſſa prohibitio alienationis à teſtatore ordinata tam cauſa conſtitutionis, quam reſtitutionis dotis, ita docuerunt latiſſimè dicti *Redenaſc. conſ.* 72. *n.* 33. *& ſeq. & conſ.* 73. *per tot. Hodiern. ad dictam deciſ.* 62. *per tot. Caſtill. dicto loco num.* 54. *& Emin. de Luc. dicto diſc.* 145. *n.* 18.

Ad reſolutionem verò noſtri dubii, an ſcilicet quando Teſtator prohibuit alienari etiam ex prædictis dotis cauſis bona fideicommiſſaria, obſervari debeat hæc voluntas ob vigorem Statuti noſtri, ad reſolutionem igitur replico: Scire debemus, ex qua ratione proceſſit dicta anth. *res*, *quæ*, nam ſi iſta emanaverit ex ſolo jure poſitivo eſſet excluſa à Statuto noſtro per dictum §. *Omnis autem*, & per ea ſupra ad ejus confirmationem adducta, ſecus ſi emanaverit ex cauſa rationabili, vel neceſſaria, contra quam diſponere eſſet contra bonos mores ordinare; Quo enim caſu Statutum noſtro obſervari neque voluit juſſa Teſtatoris: ibi *dummodo non ſit contra bonos mores*.

Et hic pariter diſtinguendum eſt, aut ſumus in conſtitutione dotis facienda deſcendentibus, & in hoc caſu non intelligitur excluſa dicta auth. à noſtro Statuto, quia ratio hujus auth. fundatur in obligatione aſcendentium dotandi ſuas deſcendentes, dummodo proximiores aſcendentes non habeant, qui illas dotare poſſint, vel ſi adſint hi proximiores dummodo non habeant ſufficientia bona ad dotem conſtituendam, itaut ſi fideicommittens aſcendens eſſet dives, teneretur dotare hanc deſcendentem, cum hoc
51 onus aſcendentium ſit in hæredes tranſitorium, idcirco non poteſt Teſtator facto ſuo ab hac legali obligatione inducta ex ratione ſanguinis, & favore pudicitiæ conſervandæ in ſuis deſcendentibus ſe, ſuoſque hæredes eximere, ut diſcurrit *Cardinal. de Luc. diſc.* 144. *de dot. num.* 36. *&* 145. *n.* 19. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 62. *n.* 10. in qua opinione remanet poſt alias rationes allatas *Redenaſc. conſ.* 72. *num.* 32.

Aut agimus de reſtitutione, & in hac parte majus dubium inſurgeret, quia licet omnium Doctorum opinio idem voluerint in reſtitutione, quam in conſtitutione, attamen quia non videtur in reſtitutione dotis militare eadem ratio, quæ eſt in conſtitutione ſcilicet obligationis aſcendentium dotandi ſuas deſcendentes filias cum omnis æquitas, & ratio tam naturalis civilis, quam divina hoc expoſcat, contra quam aliud Statuere eſſet contra jus naturale, & quam-
52 vis dato quod Pater teneatur aſſecurare dotem receptam per filium juxta terminos *legis fin. Cod. de*
53 *dot. promiſſ.* tamen hæc obligatio perſonalis erit, & non tranſit ad hæredes, ſed cum ipſo patre extin-
54 guitur, ut *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 62. *n.* 42. tamen

magis dicendum eſt in fideicommiſſo avito, ſive materno, & aliorum aſcendentium, quibus certum eſt nullam obligationem intrare de dote aſſecuranda pro reſtitutione, ut ſenſit *Emin. de Luc. dict. diſc.* 145. *numer.* 19. *ad* 20. ubi quamvis concludat dicta auth. habere etiam locum in reſtitutione dotis, tam in fideicommiſſo paterno mortuo patre, quam avito, & materno, & quorumlibet aſcendentium, quia moderna Doctorum caterva ſic voluit, non verò quia ille ex proprio genio hanc retineret, quia dicta ratione, quæ in conſtitutione dotis, & omni alia eſt deſtituta, ideoque concludendum videtur in hac parte dictam *auth. res quæ* eſſe excluſam à noſtro Statuto, quia ſolùm eſt inducta à jure poſitivo ſine ulla lege naturali, morali ratione præcedente.

Sed his non obſtantibus contraria ſententia mihi vi- 55
ſa fuit tenenda, ſeu amplectenda, quia eadem militat ratio obligationis, tam ex parte patris, quàm ex parte matris, & eorum aſcendentium, reſtitutionis dotium per filios, ſive eorum deſcendentes receptarum, ita concludit *Redenaſc. conſ.* 72. *num.* 6. *& Hodiern. dicta deciſ.* 62. *numer.* 53. *& ſeq. ad numer.* 64. in quibus reſpondet rationibus in contrarium allegatis *ſub numer.* 41. *&* 42. & in Avo quod teneatur ad reſtitutionem dotis habitæ per nepotem firmarunt infiniti allati per *Merigliol. in deciſ.* 4. *num.* 18. & hanc eſſe interpretum ſententiam affirmat *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 190. *num.* 12. *& de Judic. Arbitr. lib.* 2. *caſ.* 182. *num.* 169. & in matre idem eſſe reſpectu dotis receptæ, per filium poſt ejus obitum, ubi filius nil haberet, ex profeſſo probat *Anchar. lib.* 2. *qq. famil. quæſt.* 64. quem ſequitur *Hodiern. ad Surd. dicta deciſ.* 62. *num.* 64. *Et Rot. deciſ.* 232. *num.*.... *poſt Zach. de obligat. Cameral.* & latè tractat *Caſtald. in conſult.* 144. *num.* 1. *&* 2. Ubi quod procedit illa conſtitutio, tam in conſtitutione, quàm in reſtitutione Dotis.

Et quod hæc prohibitio non alienandi ex cauſa reſti- 56
tutionis eſſet contra bonos mores dicit *Mart. de ſucceſſ. leg. part.* 4. *q.* 21. *art.* 10. *n.* 55. quem ſequitur examinando ad partes *Redenaſc. conſ.* 72. *n.* 3. *per tot. Simon. Petr. de interpret. ult. vol. lib.* 2. *interpr.* 2. *dub.* 2. *ſolut.* 2. *n.* 81. *fol.* 136. *Grat. cap.* 832. *n.* 38. tum ex obligatione, & ex bono publico, tum ex cauſa pudicitiæ ſervandæ, & in terminis Genuenſis, ita judicavit Papyrius Cattaneus J. C. & Senator Mediolanenſis inter conſilia ejuſdem *Redenaſc. conſ.* 73. *ubi n.* 20. concludit nil officere Statutum noſtrum, quia in hac parte voluit etiam ſe conformare cum jure communi, itaque etiam fuit anno 1687. die 13. Septembris in actis Notarii Benedicti Steneri nuperrimè judicatum inter M. Paulam Mariam mulierem ſecundo loco Illuſtriſſimi Jacobi Juſtiniani q. Laurentii contra Illuſtriſſimum Ignatium Pallavicinum à M. Iſidoro Paradiſi Judice Delegato, & M. Joſeph Maria Spinula Judice ſecundæ inſtantiæ anno 1688. die 26. Aprilis in actis ejuſdem Notarii. Et anno 1698. die 20. Martii in actis ceptis anno 1697. diei 11. Martii in actis notarii Laurentii Axereti idem fuit judicatum a MM. Jo: Baptiſta Carantia, & Angelo Maria Gibbono J. J. C.C. & Judicibus arbitris inter D. Franciſcam Maſſolam ex una & D. Laurentium Chriſtiani ex altera.

Idem in cauſa mota per Sindicum Officii Miſericordiæ anno 1598. pro M. Brigidina uxore quondam M. Juliani Marocelli juxta votum M. M. Malfantis, & Bartholomæi Mainerii; & Sententia fuit lata anno 1612. 3. Septembris, ut in actis Cancellariæ.

Idem deciſum fuit anno 1713. per Rotam Civilem Genuenſem in cauſa R. Laurentii Spinulæ contra M. Eliancitam Gentilem, ut ex illius deciſione impreſſa.

Ultimo tandem dico, quod quamvis in fideicom- 57
miſſo adeſſet hæc prohibitio expreſſa non alienandi etiam ex cauſa reſtitutionis dotis bona fideicommiſſaria, hæc prohibitio nihil obſtaret, quia cenſeretur appoſita potiùs ex ſtylo, vel extenſione formæ fideicommiſſi, quam ex mente Teſtatoris aſcendentis, nam mens Teſtatoris facto contraria eſt, quia ſi Teſtator ordinat fideicommiſſum perpetuum in ſuis deſcendentibus per neceſſe conſenſit, quod deſcendentes poſſint ſe nubere, & dotes accipere,
ut familiam, ac agnationem perpetuò conſervent, 58
quo conſenſu aſcendentium præſtito, etiam tacito

obligantur subito ad restituendum dictas dotes *Socin. Sen. cons. 269. num. 3.* & ita ratiocinatur doctissimè *Redenasc. cons. 72. num. 57.* Optime, & latè *Rub. de Valid. legal. cap. 63. num. 32. cum seq. Surd. decis. 62. num. 33.* etiamsi concurrat expressa prohibitio alienationis ex causa dotis facta à fideicommittente etiam dixerunt prædicti authores, & ita sensit *Rot. diverf. decis. 49. num. 33. & 35. part. 2. coram Merlin. decis. 657. sub n. 15. & 16. Rot. coram Ottobono nunc vero Sanctissimo Alex. VIII. decis. 43. num 8. 9.* cum allegatis, & alii apud *Fusar. de substitut. quæst. 532. sub num. 21. & seq. & demum Rot. decis. 40. num. 3. post Massol. de ratiocin.*

59 Et hæc etiam procedunt si extarent bona Testatoris extra fideicommissum, quæ tamen sint taliter ex quibus cum lite, & controversia Dos haberi debet, quia tunc etiam possunt alienari ex causa dotis etiam bona fideicommissi, ita dixit *Rot. coram d. B. Memor. Alex. VIII. decis. 43. num. 2. & decis. 78. num. 15. & dicta decis. 40. post Massol. num. 4.*

60 Sed hoc, dices, potest solùm militare in fideicommisso perpetuo; secus in eo facto filiis primi gradus.

Respondetur tamen, quod esset id contra bonos mores, quia sic Pater juberet filium non posse matrimonium contrahere ob non alienanda bona fideicommissaria, quæ essent è contra obligata, si matrimonium contraheretur per Filium, ut notat latè idem *Redenasc. dicto cons. 72. num. 20.* & filius potest etiam invito Patre ducendo uxorem condignam illum posse cogi ad obligandum pro restitutione dotis: ita scripsit *Hodiern. dict. decis. 32. num. 57. post Dijn. in l. si cum dotem §. transgrediamur ff. solut. matrimon.*

Hæc dum scribebam quidam es meis discipulis me longè ætate majoribus, quibus legebam domesticè institutiones, dubium super conclusionibus expositis mihi proposuerant, & quidem non leve; dicebant enim hanc *auth. res quæ* esse contra principales jurisprudentiæ regulas inductam, quia cum Pater solùm teneatur ad legitimam filiorum, de reliquo potest in mare projicere, vel ad suam quamlibet dispositionem, & legem relinquere, igitur potest Pater, præter legitimam, alia bona relinquere perpetuo fideicommisso prædicto oneri prohibitionis annexo.

In hoc enim æquivocum sumebant prædicti Tyrones, quod multi seniores, qui superficiem jurisprudentiæ intuerunt, solent interdum accipere, nam
61 diversa est causa legitimæ, & dotis, itaut Pater ultrà legitimam tenetur etiam, si illa non sufficiat ad dotationem, illam augere non causa legitimæ, sed ratione congruæ dotis, ad quam est obligatus, hinc proindè videtur hoc onus dotis esse diversum à legitima, atque in hoc melioris videntur conditionis fœminæ, quam masculi, ita eleganter discurrit more suo *De Luc. disc. 144. num. 15. num. 34. ad 37. de Dot.* Adverte etiam eum dicto authore, quod congrua dotatio non debet excedere virilem ipsius filiæ, tantumque est diversum onus dotandi à legiti-
62 ma, quod illud habent etiam fratres, aliique conjuncti, qui ad legitimam non tenerentur.

Dixi obligatos remanere omnes ascendentes, tam pro dotis constitutione suorum descendentium, quàm pro restitutione, sed hoc intellige semper in subsidium, quòd proximiores non adsint, vel si adsint non habeant unde filias dotare, ut ostendi, & si concurrerent ascendentes paterni cum maternis, obliga-
63 tionem prius habent illi ex parte Patris, & his non extantibus, vel impotentibus ad dotem constituendam, vel obligandam, tenentur illi ex parte matris, ita declarat *De Luc. in disc. 142. a num. 49. & per tot. de Dot.* qui ad extensum monstrat eum
64 suo ordine obligatos ad dotis constitutionem, & ita etiam hæc *auth. res quæ* est semper in subsidium, dummodo non extent alia bona libera, vel alia bona unde filiæ possint dotari *Eminent. de Luc. dicto disc. 145. num. 64. & disc. 144. & disc. 35. ad 53.* ad quos vos omninò remitto nolens amplius super hac disputatione modo me divertere à Statuto nostro *de success.*

65 Omittebam enim respondere authoritati *Cardin. de Luc. allegati in contrarium supra num. ...,* affirmantis benè esse obligatum Patrem, vel avum, seu matrem, vel eorum descendentes pro constitutione dotis, secus in restitutione dotis, quia id dixit ex authoritate *Hodiern. ad Surd. dicta decis. 62. citata dicto num. 41. & 42.* in quibus numeris solum pausavit præcitatus *Cardin. de Luc.* nam si totum perlegisset dictum authorem, præcipuè *a num. 53. ad 64.* ubi contrarium concludit, ut suprà ostendimus, opinionem in contrariam ivisset, ideòque nihil obstat dicta Doctrina tanquam erronea authoritate, & ratione destituta.

Omittebam enim quoque vobis ostendere, quid possint importare illa verba limitationis dicti paragraphi *omnis autem*: ibi *dummodo non sit contra bonos mores*, & ne intactam hanc partem relinquam plura remissimè potiùs subdam, ad quæ cum opus fuerit, possit lector recurrere.

Tripliciter dicitur fieri contra bonos mores, primò 66
natura, seu quasi, ut obedire Deo, vel Ecclesiæ in spiritualibus, nolle alere filios, secundò facto, idest aliquid turpe, & sic contra legem, tertiò censura hoc est juris artificio hæc *Bald. in l. pactum 3. n. 22. quæst. 19. Cod. de collat.* Item contra bonos mores dicit dupliciter fieri *Cepol. cautel. 112. numer. 4.* & multipliciter *Capon. tract. de Pact. quæst. 65. fol. 553.* Item quomodò intelligatur aliquid esse contra bonos mores etiam notat *Bal. in repetit. l. 2. de jur. jurand. Socin. Jun. cons. 44. num. 44. vol. 2.* & ad eleganter tradita per *Fortun. Garc. in tract. de ultim. fin. Jur. Civ. & Can. a n. 360.* Item contra bonos 67
mores est spurium instituere *Bald. cons. 105. vol. 2.*
Quid si Testator leget filiæ centum si nupserit, quin- 68
quaginta si ingrediatur Monasterium, an si Monacha fiat, centum illi debeantur. Respondeo absolutè 69
non, quia id non est contra bonos mores, nam Testator potest voluntatem suam in hoc regulare, & relinquere nubenti centum, & ingredienti Religionem quinquaginta *Durand. de Arc. Test. tit. de leg. caut. 64. num. 2. Jas. in auth. si qua mulier Cod. de Sacros. Eccl. Bar. in l. 2. ff. de his quæ pæn. nom.* quamvis contrarium dixit *Soc. Sen. cons. 269. in princip.* Secùs verò esset si testator dixit, lego centum fi- 70
liæ si non ingrediatur Monasterium, etiam quod dixit in tale Monasterium, nam illud legatum valeret, quamvis ingrediatur Filia in Monasterium, quia illa conditin haberetur pro non apposita, tanquam contra bonos mores repugnans, ita disputando articulum firmat *Boss. de contract. matrim. cap. 11. n. 647. usque ad fin.* ubi enucleantur omnes hujusmodi quæstiones, quæ in ultimis voluntatibus, & Statutis oriri possunt.

Redeamus modò ad Statutum nostrum exclusivum 71
fœminarum, per quod diximus fœminas etiam excludi à lucro *l. hac edictali*, ut probatum fuit suprà. Modo videndum censeo, an illud habeat etiam locum in lucro nuptiali, sive donatione propter nuptias, vel largitate sponsalitia, sive Dotario, sive Quarta, sive Tertiaria, sive Antipherna, sive tandem, ut dicimus Genuæ, Antefacto, sive alio secundum regionis morem nuncupetur nomine, & negativè resolvam ad favorem fœminarum, sed priùs quid de jure disponatur præmittam, ut possit etiam servire iis, qui nostrum Statutum non agnoscunt.

De jure autem communi certum est, quòd hoc 72
antefactum non debetur nisi sit constitutum, vel saltem constitui promissum, sic enim uno ore fatentur *gloss. in verb. exactio*, & communiter omnes *in auth. Dos data Cod. de donat. ante nupt. Grammat decis. 97. num. 4. Afflict. decis. 242. num. 1.* Et nisi Dos 73
esset soluta, & consummatum matrimonium *Marin. resolut. 24. num. 1. lib. 2.* Et sic ad terminos etiam Statuti nostri *de antefact. §. & hac locum.* Mulier si post contractum matrimonium non fuerit traducta ad domum viri, vir non potest antefactum prætendere, quia Statutum præsupponit semper mulierem traductam fuisse ad viri domum *Abb. in 1. volum. cons. 1. & in 2. volum. cons. 79. Salyc. in l. cum in te C. de donat. ante nupt.* item si mulier negavit præstare obsequia matrimonialia, & per longum tempus absentavit se à marito sine aliqua causa morando in domo parentum, tunc perdit antefactum *Matt. de afflict. in annot. ad consuet. Neapol. in consuetud.* quar-

quartam autem gloss. à quodam viro suo, post Anton. de Marin. in allegation. divers. ab eo collect. Et si
74 partem dotis solvit partem tantùm lucretur de ante
facto expressis verbis decidit *Text. in §. illud auth.*
75 *de non elig. secund. nuben.* Item de jure communi si
filii non extent, debetur illud antefactum pleno ju-
re mulieri *§. si igitur sive filio auth. de nupt.* si au-
76 tem superstitibus filiis ad secundas nuptias mater tran-
siverit, quoad usumfructum tantùm acquirit lucrum
nuptiale *l. fœmina C. de secund. nupt. §. si verò expe-
dit Auth. de nupt.* si verò mater in viduitate per-
manserit superstitibus Filiis ejusdem matrimonii ultra
usumfructum antefacti lucratur etiam in proprietate
virilem illius portionem pro numero liberorum *auth.
uxore & auth. si tamen C. de secund. nupt. ubi Bald.*
77 *Marin. resol. 25. lib. 2. num. 1.* ea tamen lege quod
si filii prædecedant matri superstiti ipsa lucratur et-
iam eorum portiones, & sic residuum antefacti *l.
fœmina §. illud C. de secund. nupt. Anton. Fab. C. eod.*
78 *definit. 16.* si è contrà mater prædecesserit liberis, &
de dicta ejus virili portione expresè non disposuerit,
acquiritur ipsis æqualiter ex legis providentia, hoc
intellecto, ut non intelligatur per ipsam matrem,
vel patrem dispositum de dicta virili portione, nisi
expressa, & specialis mentio de ea facta fuerit in
dicta institutione, alias præsumitur filiis semper con-
servata per *auth. nunc autem C. de secund. nupt. &
auth. de nupt. §. soluto vers. si vero, Merlin. Pign.
controv. 14. num. 16. centur. 2.*

79 Verum plura ex his apud nos cessant ex nostro
Statuto super rubr. *de antefacto*, quo cautum est
mulierem, vel maritum soluto matrimonio quoad
usumfructum tantum antefactum lucrari, & hoc in-
distinctè, sive lucrans transiverit ad secundas nu-
ptias, sive filii supersint, itaut mortuo lucrante re-
vertatur antefactum, sive hoc lucrum nuptiale ad fi-
lios ex eodem matrimonio natos, qui ab intestato
remansissent hæredes.

Et pro majori declaratione, tam nostri Statuti,
quàm alterius Territorii, generaliter sciendum est,
an stante Statuto exclusivo fœminarum in successio-
nibus fœmina exclusa sit ab hoc lucro dotali, sive
80 nuptiali, super hoc dic, quod fœmina non esset ex-
clusa, quia lucrum nuptiale non defertur liberis ti-
tulo hæreditario, sed jure particulari filiationis, &
sanguinis, à quo fœmina non excluditur *Auth. hæ-
res C. de secund. nupt. Dec. cons. 396. Afflict. dec.
314. Pont. de Potest. Proreg. de success. mul. tit. 9.
num. 25. Borell. summ. decis. tom. 3. tit. 8. num. 100.
& seqq. Marin. resol. 68. num. 15. lib. 2. Gizar. ad
decis. Capyc. Latr. observ. 63. & observ. 98. Holter.
ad Surd. decis. 8. num. 3. De Luc. ad Franch. decis.*
81 *106. num. 3. §. Verum enim.* Ideoque quamvis non
sit aditum per maritum transmittitur ad suos hære-
des, quia non est jus hæreditarium, seu universale,
sed particulare, & ex solo titulo particulari derivato
nihil commune habenti cum successione universali
*Alex. cons. 150. in fin. vol. 2. Capyc. decis. 176. nu-
mer. 27. Roland. à Val. de Lucr. Dot. q. 47. n. 7. usque
ad fin. & præsertim num. 13. Altograd. Sen. cons. 29.
num. 14. lib. 2.*

82 Secùs verò omninò dicendum in nostro Statuto,
nam antefactum mortuo lucrante integrum reverti
debet ex ejus dispositione sub rubr. *de antefacto*, ad
filios, qui ab intestato remansissent hæredes, & eis
deficientibus remaneat hæredibus lucrantis.

83 Hic tamen videtur, quod proprietas illius antefa-
cti non discesserit a Patrimonio prædecentis ex con-
jugibus, & remanserit in ejus hæreditate, itaut post
mortem lucrantis revertatur ad filios natos ab eodem
matrimonio non uti filios, sed uti hæredes, ut fa-
cit *Martian. disp. 93. num. 13. Papon. lib. 22. tit. 1.
Arrest. 7. Franch. decis. 106. num. 6. latè Martian.*
84 *cons. 53. num. 7. lib. 2.* & sic etiam ad filiorum hæ-
redes, si per aliquem filium superviventem matri
operatum fuit, ne consolidetur proprietas cum usu-
fructu ad favorem matris usufructuariæ, ut tradit
De Franch. dicta decis. 106. n. 2. & 3. secus verò
85 in casu quo filii succederent prout de jure communi-
ni, ut filii non uti hæredes patris in dicto antefa-
cto, nam tunc non succederet super eo hæres filii
prædefuncti, sed frater prædefuncti ex jure accrescen-
di, per tradita à *D. de Luc. ad Franch. dicta decis.
106. num. 3. vers. verum enim verò*, asserens, quod 86
opinio *Reg. de Franch.* in prædicta decisione habet
solum locum in Regno, ubi in antefacto filii succe-
dunt uti hæredes, & per consequens, si præmoriatur
frater matri existente alio fratre, per cujus supervi-
ventiam impeditur, ne in matre consolidetur pro-
prietas, in illa portione proprietatis antefacti debita
fratri præmortuo alter frater succedit, sed uti hæ-
res, non ex persona filii, quia ipsemet frater secun-
dum stylum illius Regni successit uti hæres, & non
uti filius patris sui.

Sed hæc dicta non habent locum, neque possunt 87
concludere ad propositum Statuti nostri, quia lo-
quuntur super consuetudine Neapolitana, scilicet in
terminis Statuti, seu consuetudinis jubentis, quod
stantibus liberis vidua non acquirat aliquam portio-
nem antefacti, & in hujusmodi casu dubitari posset,
quod Statuentes voluerint antefactum numquam di-
scedere circa proprietatem à patrimonio conjugis præ-
decedentis, videlicet mariti, & sic semper remansit
paternum, itaut ad illud admittatur, oportet esse
hæres patris, ut concludunt prædicti authores, con- 88
trà quos tamen tenuerunt *Afflict. decis. 314. Pont.
de potest. Proreg. de success. mul. tit. 9. num. 25. Borell.
summ. decis. tom. 3. tit. 8. num. 100 & seqq Marin.
resol. 68. num. 15. lib. 2. Gizz. ad dec. Capyc. Latr.
observ. 63. & observ. 98. Montan. controv. 10. n. 16.
Novarr. super pragmat. de antefact. num. 1. & 2.* &
in hanc partem veriorem inclino, quia licèt Statu-
tum auferat à muliere omninò proprietatem, itaut
solùm disponat eam succedere in usufructu, non ta-
men remanet illa proprietas in hæreditate patris, sed
separata ab illa, itaut ipsis filiis à principio dicta
proprietas ex legis providentia acquisita fuit.

Quicquid autem sit in aliis Statutis, in nostro 89
autem non potest dici, quod proprietas antefacti re-
manserit in hæreditate paterna, seu prædecedentis
conjugis, quia antefactum transit absolutè in lucran-
tem per verba ibi, *lucretur ipso facto*, quæ important
dominium ex titulo lucrativo, ea tamen lege lucre-
tur, ut si extent liberi ex eodem matrimonio, ad
eos reverti debeat. Ulterius id confirmatur ex eo
etiam, quod Statutum dicit, quod deficientibus filiis
remaneat antefactum hæredibus ipsius lucrantis, quod
id sequi non posset, nisi prius esset in Dominio lu-
crantis.

Ex his tamen nondum remanet resoluta principa-
lis quæstio in nostro Statuto, an in hoc antefacto
post mortem lucrantis succedant fœminæ, vel mas-
culi tantùm, breviter dico, quod solùm masculi at- 90
tenta nostra expressa dispositione succedere debent,
cum qua voluerunt Statuentes antefactum solùm re-
verti ad filios ex eodem matrimonio natos, qui ab
intestato remansissent hæredes, fœminæ autem ubi
sunt exclusæ per masculos non possunt remanere hæ-
redes ab intestato, ergo fœminæ, sive filiæ ab hoc
nuptiali lucro remanent exclusæ.

Adverte tamen, ne æquivocum accipias, quod 91
non ideo succedunt masculi ad hoc lucrum jure hæ-
reditario, vel universali, sed semper jure particulari
filiationis, & sanguinis cum exclusione fœminarum
per ea, quæ dixi suprà, nam potest dari casus, quod
hi masculi succedant solùm in lucro, & extraneus
in hæreditate lucrantis.

Altera non inferioris applicationis succedit quæstio
an hoc Statutum nostrum exclusivum fœminarum
habeat locum in emphyteusi.

Et ad resolutionem necesse est præscire, quot em- 92
phyteusis genera reperiuntur, quæ tria sunt, scilicet
simplex hæreditaria, simplex pactionata, & mixta
ex utraque.

Prima dicitur, quando emphyteusis fuit formata 93
absque mentione hæredum, seu descendentium, quia
inter contrahentes id actum intelligitur, ut hæredi-
bus tantum consultum esse debeat *l. tale pactum 41.
§. fin. ff. de pact. Noal. de transmiss. cas. 64. sub n. 1.
Amat. resol. 84. numer. 57. & seq. Monach. de feud.
cap. 30. num. 12. & facit tex. in l. jurisgentium §. pa-
ctorum ff. eo*, tanto magis quando emphyteusis fuit 94
expresè stipulata pro se, & hæredibus *Cald. de no-
min. emphyt. quæst. 22. num. 24.* Fallit in emphyteusi
Eccle-

Ecclesiastica, quæ sui natura non est transitoria ad
extraneos hæredes Auth. de non alien. §. emphyteusim
96 Scaglion. allegat. 27. num. 12. Nam in dubio verbum
hæredibus, debet intelligi de hæredibus sanguinis, &
descendentibus, itaut emphyteusis non judicetur hæ-
reditaria, sed ex pacto, & providentia Clar. dicto §.
emphyteusis quæst. 28. Amat. resol. 84. numer. 74. &
seqq. Merlin. decis. 872. num. 6. Rot. recent. decis. 211.
num. 3. & 13. par. 6. & decis. 79. post Salgad. in la-
97 byr. cred. Nisi tamen ex tenore investituræ, seu ex
ejus clausulis mutata fuit natura, & conversa in hæ-
reditariam, quod diversimodè fit, & in occurrenti
casu potes ad citatos authores recurrere, & ad Ca-
ren. resol. 152. Gamm. dec. 50. Rot. rec. decis. 74. n. 15.
& seq. par. 4. tom. 2. & decis. 35. num. 3. post Salgad.
d. tract.

98 Plerique enim affirmant ad mutandam naturam
emphyteusis Ecclesiasticæ, quod sufficiat clausula in
perpetuum sæpè repetita, ut emphyteusis fiat hæredi-
taria, & ad extraneos hæredes transeat, qui sunt
Grilenzon. cons. 144. num. 1. & seq. Mart. cons. 57. à
num. 21. Gargiar. cons. 7. num. 20. & cons. 44. num. 8.
lib. 2. Gabriel. cons. 76. sub num. 7. 12. lib. 2. Spad.
cons. 182. num. 2. lib. 3. Altograd. cons. 22. ex num. 6.
lib. 1. Severin. post Scalion. ad pragmat. Regn. alleg. 26.
num. 10. Mel. alleg. 14. num. 6. lib. 1. & alleg. 71.
num. 6. ac alleg. 72. num. 3. lib. 2. Mans. consult. 156.
num. 26. lib. 2. Palm. consult. 68. num. 1. Tranchedin.
consult. 21. ex num. 24. & consult. 95. num. 13. Urceol.
consult. 32. num. 23. lib. 1. Gobb. consult. 51. num. 13.
& consult. 91. num. 7. Caren. resolut. 152. num. 3. Fa-
ria ad Covarr. resol. 17. num. 70. lib. 2. Sabel. res. 58.
num. 13. Cyriac. controv. 146. num. 10. Ciarlin. con-
trov. 180. num. 34. lib. 2. Bonden. collect. 34. num. 7.
vol. 1. Boscol. penes Torr. de Major. resp. 2. num. 92.
tom. 2. De Luc. tit. de emphyt. disc. 32. num. 5. vers.
tertio quia, & hanc sententiam pluries, ac pluries ad-
misit Sacrum Tribunal Rotæ Romanæ coram Zarat.
decis. 95. num. 22. Merlin. decis. 506. & decis. 872.
num. 8. coram Priol. dec. 218. num. 4. Caval. dec. 193.
num. 3. Dunnozet. Jun. decis. 748. num. 20. tom. 2. Ro-
yas decis. 444. num. 1. Carill. decis. 246. num. 3. & in
annot. ad decis. 26. num. 15. par. 3. recent. decis. 286.
num. 4. par. 4. tom. 3. decis. 548. num. 9. par. 5. decis.
381. num. 6. & num. 8. par. 9. decis. 54. num. 24. par.
16. decis. 225. num. 1. 2. 22. par. 17. & decis. 332.
num. 9. par. 19.

His Doctorum authoritatibus non obstantibus, qui
99 parum, aut nihil perpenderunt rationem, sed more
avium, vel ovium, ut inquir Cardin. de Luc. de
dot. disc. 145. num. 2. aliorum volatum insequentium
in alterius opinionem incousultò descenderunt. Con-
100 trariam sequor opinionem, quia dicta clausula in
perpetuum non debet abstractivè sumi, sed secundùm
subjectam materiam dispositionis, cui cohæret, &
ita bene potest operari in perpetuando concessionem
suæ naturæ temporalem in personis admissibilibus, abs-
que eo, quòd mutet naturam suæ dispositionis, quæ
mutatio, in quantùm fieri potest, fugienda est, pro-
ut firmavit Rot. in Cajetan. bonorum 3. Decembris
1646. §. hinc etiam coram Cerr. & post Salgad. tract.
in labyr. credit. decis. 79. num. 2. & decis. 74. n. 13.
& seq. par. 6. rec. & decis. 15. num. 17. & seq. par. 7.
Caphal. cons. 400. num. 21. & 22. Mans. consult. 166.
num. 19. lib. 2. Mart. vot. 38. num. 7. Magon. decis.
Lucens. 12. num. 12. & Rot. post Salgad. labyr. credit.
decis. 18. num. 20. 21. & coram Cerr. decis. 226. à
num. 23. tom. 1. & in decis. 381. num. 3. & seq. par. 5.
recent, itaque judicavit Rota nostra Genuensis in em-
101 phyteusi die . . . . 1690. & quando ista clausula re-
peritur in fine aliquarum substitutionum non alterat
dispositionem extendendo ad alias personas, sive gra-
dus substitutionis fideicommissarios, sed regulari de-
bet secundum subjectum dispositionis, cui inhæret,
& juxta illud operari, & non amplius Torr. de Ma-
jorat. Ital. cap. 9. num. 84. lib. 1. & in quæst. 17. nu-
mer. 46. Cancer. var. resol. cap. 1. lib. 1. num. 265. in
102 fin. & 170. & sic clausulæ æquis portionibus, æqua-
liter, in capita, appositæ fideicommisso perpetuo re-
licto pluribus institutis, dum possunt operari effe-
ctum suum in qualibet linea singulorum instituto-
rum non debent ullo modo mutare ordinem, seu
naturam successionis, cum sufficiat aliquem effectum
operari, ne dicantur frustra positæ, ita docuerunt
Peregr. de fideicom. artic. 13. num. 74. Cephal. cons.
18. num. 4. Alex. cons. 167. & Jason. cons. 143. Dec.
cons. 186. Rojas decis. 4. num. 5. ibi nimirum, quia
sic est natura ordinis successivi cum plures sub no-
mine collectivo vocentur l. cum ita §. in fideicomm.
l. peto §. fratre ff. de leg. 2. etiam satis est quod ver- 103
bum prout supra habeat suum effectum in una quali-
tate, ne videatur superfluum Rot. decis. 581. num. 11.
& 12. par. 5. & ita in terminis clausulæ in stirpem, 104
& non in capita asserunt, quod pro ejus exitu qua-
lem qualem effectum operari De Luc. de fideicomm.
disc. 18. num. . . . . Altograd. Sen. cons. 60. num. 60.
lib. 2. præsertim id procedere debet, quando induce- 105
rentur nova fideicommissa, quia ista sunt de mate-
ria odiosa l. cohæredi §. filiæ ff. de vulg. Menoch. cons.
81. num. 29. item si dispositionis verba possint pare- 106
re duplicem effectum, solùm ille contrà multiplicita-
tem fideicommissi attendendus est l. cum pater §. ul-
tim. ff. de leg. 3. & Rot. coram Seraphin. decis. 1023.
Tantumque verum est, quod hujusmodi clausula ope- 107
rari minus debet, ne forma successionis mutetur,
vel majora gravamina inducantur, quod si reperie-
tur in fine alterius dispositionis, solùm importabit,
ac referet actum solum succedendi, & eum ordinem
quo sunt vocati primi hæredes, vel legatarii, nun-
quam verò dari debet interpretatio, quæ referre pos-
sit gravamina, conditiones, & substitutiones recipro-
cas insolitas, ut doctissimè consideravit, & decidit
Rot. Rom. decis. 172. num. 12. par. 14. rec. & dec. 158.
par. 5. tom. 1. & decis. 513. num. 28. par. 5. tom. 2.

Mutari enim voluerunt naturam emphyteusis Ec- 108
clesiasticæ multi, quando in ipsamet emphyteusi ad-
sit pactum tradens facultatem alienandi, in quo ex-
cipiuntur nonnullæ personæ, & loca (præter perso-
nas, seu loca à jure prohibita, scilicet nobilem, Ec-
clesiam, Potentem, Hospitale, aut universitatem)
Hæc enim exceptio, seu limitatio in certis casibus
constituit emphyteusim merè alienabilem, consequen-
ter hæreditariam, ac ad extraneos transitoriam Ber-
tazol. cons. civil. 5. sub num. 15. Siduagnon. cons. 44.
num. 78. lib. 2. Boscol. respons. 2. num. 130. & seq. in-
serto post Torr. de Majorat. tom. 2. Card. de Luc.
disc. 29. de emphyt. numer. 3. vers. & tertio clarius,
Pacian. de locat. cap. 53. num. 88. & 89. Rot. in re-
cent. decis. 16. num. 3. & decis. 26. num. 6. 7. par. 3.
ac post Torr. de pact. futur. success. decis. 81. sub nu-
mer. 34. & seq.

Item mutari dicunt alii, quando reperitur clausu- 109
la pro se, & quibus dederit, & huic similes Menoch.
cons. 111. num. 65. vers. tertium est caput num. 66. lib.
2. & Bosc. d. resp. 2. num. 104. in fin. ad num. 110.
Laderch. cons. 1. num. 16. Spad. cons. 358. numer. 56.
in fin. & num. seq. lib. 2. & in terminis Curt. Jun.
cons. 4. & cons. 110. num. 27. Roland. cons. 42. num. 10.
lib. 1. & cons. 55. num. 33. lib. 3. Tranchedin. consult.
95. num. 14. Motaquil. post Scalion. ad pragm. alleg.
28. Mel. alleg. 8. num. 24. lib. 1. ubi quod transit
absque hæsitatione Rocc. disp. 66. num. 17. 18. in fin.
lib. 1. Vela. disert. 15. num. 37. Boscol. respons. 2. nu-
mer. 81. ubi præter istos addit Barbos. claus. 57. nu-
mer. 4. Mart. par. 1. claus. 126. & par. 2. claus. 558.
num. 1. & cons. 57. num. 2. 3. Mantic. de tac. lib. 2.
tit. 19. num. 24. Monaux. de feud. cap. 39. Gobb. de
permis. feud. alien. quæst. 2. num. 42. decis. Sicil. apud
Card. de Luc. de feud. num. 8. Rot. penes Mel. ob-
serv. for. decis. 6. num. 6. & coram Merlin. decis. 860.
num. 15. tom. 2. in recent. decis. 26. in annot. Rub.
num. 11. 12. par. 3. decis. 448. num. 8. par. 4. tom. 3.
decis. 76. num. 20. & 30. par. 12.

Alias denique conjecturas, & præsumptiones vi- 110
de latè per Boscol. d. resp. 2. post Torr. de Major.
per tot. & Urceol. consult. for. consult. 32. à num. 22.
& sequent.

Secundum genus investituræ est simplex pactio- 111
nata, & illa dicitur quando emphyteusis fuit stipu-
lata pro se, filiis, seu descendentibus, nulla expressa
qualitate hæreditaria, & tunc judicatur esse ex pa-
cto, & providentia Clar. §. emphyteusis quæst. 37.
Amat. resolut. 84. num. 60. & seq. Capyc. Latr. de-
cis. 70. ubi Gizz. sub numer. 1. Merlin. decis. 532.
num. 2.

num. 2. *Rot. post Salgad. in labyr. credit. decis.* 35. *num.* 1. *&* 5.

112 Tertium, & ultimum genus emphyteusis, ast emphyteusis mixta, scilicet quando est stipulata pro se, filiis, & hæredibus, quia illud adjectivum hæredibus copulatur cum suo substantivo filiis ad inducendum mixturam per modum complexi, & pro verificatione requiritur utrumque simul, itaut non sufficiat, quod sit filius, nisi sit hæres, nec quod sit hæres, nisi sit de liberis *Rot. in Sarsinatens. feud.* 20. *Decembr.* 1638. §. 1. *&* 1. *Julii* 1639. §. *etenim coram Coccino Bellon. de jur. accresc. cap.* 10. *quæst.* 30. *num.* 23. *& cons.* 48. *num.* 13. *Capyc. Latr. consult.* 75. *num.* 107. *Rot. decis.* 265. *num.* 1. *par.* 4. *rec. coram Merlin. decis.* 150. *numer.* 2. *coram Dunnozet. Jun. decis.* 748. *numer.* 2. *& decis.* 482. *num.* 5. *& seq. par.* 5. *tom.* 2. *Belmont. decis.* 31. *num.* 5. *& Palm. alleg.* 237. *num.* 15. *Gobb. late de permiss. feud. quæst.* 2. *num.* 60. Et in hoc casu filii non succedunt uti hæredes, sed quia hæredes, & sic jure proprio, & ex vocatione propria ad emphyteusim mixtam, unde non tenentur servare factum defuncti, *Torr. sive Boscol. penes Torr. de Majorat. par.* 2. *resp.* 2. *num.* 13. 14. *& Bellon. de Jur. accresc. cap.* 10. *num.* 23. *usque ad* 40.

Præmissis his omnibus ad cognitionem, possumus modo procedere ad resolutionem nostræ quæstionis,
113 & sic distinguere, aut sumus in casu emphyteusis hæreditariæ, vel mixtæ, utique excluditur ab intestato per masculum, quia fœmina, cum careat potentia succedendi, utique non potest esse hæres, quod tamen intelligendum cum temperamento, quatenus durat exclusio, secus si post mortem masculorum fœmina reintegretur ad successionem, seu admittatur ad succedendum cum masculo in defectu aliorum masculorum prout vigore hujus Statuti nostri, nam tunc fœmina admittitur. *Hodiern. ad Surd. decis.* 95. *numer.* 3. *& seq. Cyriac. controv.* 128. *num.* 3. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap* 278. *num.* 30.

Dubium tamen hic magnum insurgit, & illud est, an stante nostro Statuto disponente, ut deficientibus masculis liberis succedant filiæ, contingat, quod ascendens primus acquirens decedat cum duobus filiis, & hæreditas inter hos duos fratres divisa fuerit, & per consequens emphyteusis mixta, si postea decedat unus ex filiis relictis filiabus, filiæ ne debebunt excludere Patruum in parte emphyteusis obventa Patri suo? videtur, quod sic, quia Statutum nostrum vult, quod illæ succedant non extantibus filiis masculis, & sic cum sint hæredes, & descendentes habent utramque qualitatem requisitam ab investitura, & per consequens debebunt admitti.

114 Sed contrarium tenuit *Lal. Altegr. cons.* 25. *n.* 33. 34. *lib.* 1. & benè meo Judicio, nam in emphyteusi debebit succedere alter frater, & eo non extante ejus filii, nepotesve, & deinceps quia ambo filii, à quibus duæ successorum propagines emanarunt, ab uno stipite (cui sufficit succedere volentes esse hæredes) descendunt, quo fit ut non secus, ac si ageretur de succedendo eidemmet primo acquirenti in hæreditate, in qua Statutum nostrum præferret descendentes masculos descendentibus fœminis, sic etiam præferendi sunt in his bonis èmphyteuticis *Bart. in l. Jurisjurandi* §. *si liberi num.* 5. *in fin. ff. de oper. libert. Corn. cons.* 131. *num.* 7. *lib.* 2. *Decian. cons.* 45. *num.* 12. 13. *lib.* 2. *Beroi cons.* 65. *num.* 13. *& seq. lib.* 2. *Honded. cons.* 13. *num.* 28. 29. *lib.* 1. ubi id habere locum ait in emphyteusi hæreditaria *Gratian. discept. forens. c.* 447. *num.* 8. *&* 13. *& seq. & cap.* 813. *num.* 31. 32. & ut indubitatum admisit *Salycet. in l.* 2. *C. de Jur. emphyt.* quos, & aliosplures sequitur *Altogr. d. cons.* 25. *num.* 33.

Item ratio bona videtur hujus conclusionis, quia dicta emphyteusis defertur principaliter Jure, & titulo contractus, & non hæreditatis, & licet in hoc casu requiratur simul qualitas hæreditaria, attamen hæc se habet, ut conditio, & non ut titulus, quo-
115 circa aperta via per mortem alicujus ille; qui subintrat succedit stipiti primo acquirenti, non autem ultimo morienti, & sufficit, quod sit hæres stipitis, & non novissimi *C. unic. de eo qui sub vel hæred. su. in feud. Clar.* §. *feudum q.* 9. *num.* 5. *Rosentald. de feud. cap.* 2. *conclus.* 33. *num.* 37. *Intrigliol. cons.* 2. *num.* 60. *Rot. recent. decis.* 482. *num.* 11. *& decis.* 499. *num.* 6. *par.* 5. *tom.* 2.

Ulterius nostra conclusio fundatur, ut inquit idem 116
Altegrad. dicto cons. 25. *num.* 34. in præsumpta voluntate primi acquirentis præferendi masculos descendentes fœminis, se se ita conformando cum dispositione Statuti. Hæc verum habent locum in emphyteusi acquisita ab uno tantum, secus si à duobus, vel pluri- 117
bus, ut declarat *ibid. Altegrad.* nam fœminæ unius lineæ poterunt excludere in sua parte masculos alterius.

Adhuc contrà prædicta obstare potest, si quis dicat, quod per hoc Statutum nostrum excludens fœminas propter masculos, non sit simpliciter exclusa fœmina à successione Patris, seu ascendentis, sed solùm suspensivè, & ad tempus, supposito, quod vigore hujus Statuti nostri sit reintegrata in deficientia illorum masculorum, qui præferuntur ad successionem paternam, prout latè scripsit *Redenasc. cons.* 1. *num.* 160. *& seqq.* videretur esse admittenda ad dictam emphyteusim in prædicto casu ob restitutam ipsi potentiam succedendi Patri, & in ejus virili mas- 118
culus desineret esse hæres, quod potestate Statutorum fieri potest *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 3. *numer.* 15. *& seq. q.* 14. *num.* 22. *& seq.*

Sed replicatur, & parùm in respondendo studii impendo, dum ex prædictis replicatio elicitur, semper enim verum est fœminam esse simpliciter exclusam à dicta successione, & quod vigore Statuti nostri admittitur filia ad successionem Patris quoad bona ascendentis, sed non reintegratur ad successionem ascendentis, prout observat *Carpan. cap.* 286. *num.* 13. & in terminis *Redenasch. cons.* 3. *num.* 35.

Quid autem, si casus est de emphyteusi simplici pactionata stipulata specificè pro filiis masculis, & fœminis, vel per verba communia significantia secundum eorum proprietatem utrumque sexum, veluti si sit concepta, pro descendentibus posteris, liberis, progenie, generatione, & aliis similibus, sed si stipolata est pro filio, an comprehendatur fœmina, in hoc casu augeri difficultatem observat *Rot. decis.* 125. *num.* 34. *par.* 1. *divers.*

His igitur in casibus videtur admitti debere fœ- 119
minam simul cum masculis, ita tenuerunt apertè *Brun. de Stat. exclus. artic.* 8. *num.* 104. *Gratian. discept.* 813. *num.* 32. *Altegrad. cons.* 22. *num.* 24. *lib.* 1. *Rot. post Fenzon. dec.* 119. Ratio est quia sicuti sunt simul, & conjunctim vocati, ita etiam debent simul & æqualiter succedere *Bellon. de Jur. accresc. cap.* 5. *quæst.* 26. *num.* 92.

Contraria tamen opinio magis certa, & verior est, 120
ut fœmina excludatur, donec supersint masculi stante Statuto exclusivo, ratio est, quia stipulator præsumitur se conformare cum mente Statuti, & sicut Statutum excludit fœminas propter masculos à successione ascendentis favore agnationis, ita etiam ipse ascendens stipulando favore filiorum de his, quæ licet deferantur per contractum, tamen non acquiruntur filiis, nisi post ejus mortem, & sic de tempore quo acquiritur ejus hæreditas, intendit propter eamdem rationem, ut pariter succedatur in casu dictæ stipulationis à se factæ, prout sibi succedendum erit in ejus hæreditate, quodque sicut voluntate permissiva concurrit cum dispositione dicti Statuti circa ejus successionem ab intestato, dum de ea aliter non disponit, ita etiam concurrit voluntate positiva per dictam stipulationem, & hanc opinionem amplexi fuerunt *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 278. *num.* 29. *par.* 1. *Marin. resol.* 68. *num.* 17. *& seq. lib.* 2. *Molfes. ad consuet. Neap. par.* 4. *de success. ab intest. quæst.* 33. *n.* 5. *& seq. Borell. Summ. decis. tom.* 1. *tit.* 33. *num.* 30. *Capyc. Latr. decis.* 3. *& ibi Gizzar. observ.* 3. *& observ.* 70. *num.* 5. *Coccin. decis.* 32. *num.* 3. *Cavaler. decis.* 583. *Buratt. decis.* 838. *Rot. recent. decis.* 355. *num.* 20. *& seq. par.* 5. *& Merlin. decis.* 447. *n.* 21. *Beroi cons.* 65. *num.* 13. *& seq. lib.* 2. *& vid. infra fol.* 257. *num.* 8. 9. *& seq.*

Adverte verùm, quod si adessent conjecturæ, & 121
præsumptiones contrarium expressè indicantes, contrarium quoque respondendum est *Coccin. decis.* 32. *num.* 21. *& dec.* 137. *Cavaler. decis.* 583. *sub num.* 11. quia hæc quæstio non est potestatis, nam bene

tolla-

122 Testator per ejus provisionem tollere potest illam
Statuti exclusivi, quod disponit ab intestato, seu
præter voluntatem ascendentis, non autem contra
ejus voluntatem *Mars. de success. par. 1. quæst. 13. ar-
tic. 1. Marescott. resol. 28. num. 8. lib. 1. Cyriac. con-
trov. 536. num. 14. & seq. Rot. rec. decis. 514. num. 6.
& seq. par. 5. tom. 2.*
123 Item fœmina a jure patronatus excluditur, quia
de sui natura est hæreditarium, & acquiritur ei so-
lùm, qui actualiter est hæres, & qui est successor
in universum jus defuncti per *Tex. in Clem. plures
de jur. patronatus Ricc. decis. 126. par. 1. & decis. 72.
par. 2. Merlin. decis. 145. num. 9. & decis. 539. n. 1.
& 16. decis.* 870. excluditur fœmina, quæ non po-
test esse hæres *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 278.
num. 25. par. 1. Vivian. de jure patron. lib. 4. cap. 2.
num. 48. Neal. de transmiss. cap. 62. sub num. 6. Bot-
tiler. de success. Theor. 14. num. 7. Marant. resp. 82.*
124 *num. 27. par. 3. Ricc. decis. 72. num. 5.* Secus verò si
ex conjecturis, & præsumptionibus comprehendere-
tur esse gentilitium, ut advertit *Merlin. dec.* 870.
Vidimus igitur si locum habeat hujusmodi Statu-
tum in bonis emphyteuticis. Modo an in feudalibus
& cum emphyteusis, ac feudum assimilantur, & fra-
125 ternizant, eisdemque reguntur regulis, nisi expressè
in jure aliter cautum reperiatur *Boscol. art. 2. n. 113.
& seq.* insertus post *Cardin. de Luc. in tract. de feud.*
ideoque idem resolvendum puto, & dico nullo mo-
do comprehendi bona feudalia, quia in istis succedi-
tur non titulo universali, & hæreditario, quamvis
aliquando requirunt qualitatem hæreditariam (ut di-
ximus supra de emphyteusi) ad potestatem succeden-
di, ista qualitas tamen non servit pro titulo, sed pro
conditione apposita à primo acquirente: Igitur in
illis succeditur ex contractu, & ex pacto, sive vo-
126 luntate expressa primi acquirentis, & ob id non ha-
bet locum Statutum nostrum *de success. ab intest.* ut
in simili Statuto exclusivo fœminarum scripsit *Car-
pan. ad Stat. Mediol. cap. 278. num. 26. par. 1.* quia
127 in feudis tantummodo tenorem investituræ, & for-
mam ejus attendendam esse clamant omnia Jura,
& Textus, & Doctores relati per *Boscol. respons. 1.
pro amice in primo Special. num. 13. 14. & seqq. In-
sertus post Torr. de Major. par. 2.* ubi latè de hac ma-
teria, & melius *artic. 2. & 3. & seqq. post Card. de
Luc. in tract. de feud.*
Pulcherrima, & difficillima eodem tempore succe-
dit quæstio, an locum habeat jus accrescendi in Sta-
tuto nostro exclusivo fœminarum, & quidem ne in-
genium vestrum variis conclusionibus malo ordine
positis confundatur, ut soleut quidam scriptores,
qui ob materiam male dispositam potiùs obtenebrant
quam instruunt mentes lectorum, & id procedit
quamplurimum ex indigesta Doctrinarum mole, quam
habent in confuso, & ita bene eis potest accommo-
dari dicterium, inopem me copia fecit, debent Au-
thores secernere bonas doctrinas, & conclusiones à
reprobatis, & non admissis, ut eorum munus rigo-
rosè expostulat, ut conqueritur *Merend. c. 26. lib.*
128 *22. num. 2.* & benè, quia in firmandis Doctrinis
priùs debet benè axagitari quæstio, itaut rejectis fal-
sis opinionibus solùm recta, & purgata exire possit
conclusio, quemadmodum da farina fit juxta insignia
Poetæ carmina.

Transfert inde manus fusas in Cribra farinas,
Et quatit, ac remanent summo purgamina Dorse.
Subsidit sincera, foraminibusque liquatur
Emundata ceres.

Et etiam facit aliud ejosdem Poetæ.

Singula tum capitum numerosa cortice nudat,
Et summis spoliat ceriis contemptaque passim
Spargit humi, atque abjicit.

Itaque mete nostro distinguendi sunt in prædicta
129 quæstione casus, & primus est, an portio masculi
non succedentis accrescat favore masculi succedentis,
& non fœminæ axclusæ? affirmativam sententiam
favore masculi tetiue, ut tenuerunt *Tort. ad Stat.
Pap. stat. civil. 95. num. 177. Capyc. Latr. decis. 61.
num. 7. Buratt. decis. 838. num. 10. & seq. Rot. decis.*
130 *192. num. 17. par. 4. tom. 2.* Quia natura juris accre-
scendi realis est, & sic portio accrescit portioni, &
non personæ *l. si Titio 40. §. 1. ff. de usufr. & quem:*
Cumque fœmina exclusa non habeat portionem suc-
cessionis, non potest portio vacans accrescere ei,
quod non est *Bellon. de Jur. accresc. cap. 7. quæst. 61.
num. 20. & seq. Honded. cons. 6. num. 10. lib. 1.* Secus 131
dicendum si bona fratris præmorientis essent in Ter-
ritorio extraneo, ubi non adesset simile Statutum,
quia tunc fœmina habebit medietatem bonorum per
jus accrescendi, *ut notavit Tort. ad Stat. Pap. dicto
stat. 95. num. 178.*
Alter casus difficilior est, & evenire potest, quan- 132
do in aliqua portione est institura fœmina, & in
reliquo institurus est masculus, tunc si masculus præ-
decedat, tota hæreditas accrescit fœminæ non ob-
stante Statuto exclusivo fœminarum, quia hic non
agitur de successione ab intestato, ut declarat *Brun.
de Stat. exclus. fœmin. art. 8. quæst. 9. quem sequitur
Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 278. num. 46.*
Hæc tamen non sunt omninò, & indistinctè ve-
ra in terminis Statuti nostri, per cujus vigorem, ut
diximus supra à *num. 26. & seq.* potest aliquis dece-
dere partim testatus, & partim intestatus. Præmit- 133
tendum igitur est pro bona resolutione, ex quo ve-
rè descendit jus accrescendi, & quamvis Doctores
in hoc multum se torquerunt, quamplures enim te-
nuerunt emanare à tacita voluntate Testatoris, alii
ex sola dispositione juris, scilicet ne quis moriatur
partim testatus, & partim intestatus, sed has con-
clusiones ax diametro contrarias conciliavit *Doctiss.
Jo: Ant. Bellon. in cap. 2. quæst. 2. num. 46.* ubi con-
cludit, quod interdùm jus accrescendi procedit ex
mera potestate juris, interdùm etiam ex judicio Te-
statoris, & regulariter assignat numeris 47. 48. 49.
procedere ex voluntate Testatoris, quando scilicet
adest conjunctio, tam in fideicommissis legatis, quam
in hæreditatibus Testamentariis, & tunc similiter ve-
rum est ex tacita defuncti voluntate provenire, &
id probat multis auctoritatibus, & Doctrinis ab eo
allegatis, ad quas vos omninò remitto, ut elegan-
tius in illo legetis, quam si essent à me transcriptæ.
Interdum dixi ex mera potestate juris provenire
jus accrescendi, & hoc locum habet in hæreditati-
bus testamentariis, quando non adest conjunctio,
quia tunc jus accrescendi emanat à mera potentia
legis, ne quis decedat partim testatus, & partim
intestatus, ut examinat cum laudatis idem *Bellon.
dicto cap. 2. quæst. 2. num. 51. & seq.*
His præmissis venio ad resolutionem meæ con- 134
clusionis, & sic distinguo, aut intercessit aliqua in-
ter hæredes conjunctio, ex qua provenit tacita vo-
luntas testatoris, & ejus Judicium, tunc habet lo-
cum jus accrescendi in nostro Statuto, ut dixi pau-
lò suprà.
Aut nulla reperitur conjunctio, ex qua possit ar- 135
gui mens, & voluntas Testatoris, tum quia cohæ-
redes omninò sint disjuncti, tum quia testator fœ-
minam hæredem instituit in semisse, & de residuo
nihil dixisset, & in his casibus dicere etiam videtus
jus accrescendi habere locum in Statuto nostro, quam-
vis illud concedat facultatem decedendi partim testa-
tus, & partim non, ex eo quia præsumitur, quod
Testator voluerit tacitè sequi jus commune, & se-
cundùm ejus leges, & normam regulari suam vo-
luntatem secundùm *Castr. in dicta l. si Titio 63. §.
Julianus num. 2. ff. de legat. 2. quem sequitur Bellon.
de Jur. accresc. c. 2. quæst. 2. num. 20.* & etiam potiùs 136
censetur Testator velle uti jure communi, quàm
Jure singulari, & in dubio censeri velle in totum
testatum decedere idem *Bellon. cap. 10. quæst. 24. nu-
mer. 95. 96. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 1.
num. 22.*
Contrarium verius existimo, motus ex resolutio- 137
ne similis quæstionis quam movit idem *Bellon. dicto
cap. 10. quæst. 24. num. 98. & 102.* & quæstio illa est
an in testamento militis habeant locum accrescendi ju-
ra, & ad partes tractando dubium, concludit ne- 138
gativè, scilicet nullum locum habere jus accrescen-
di, sive testator de tota hæreditate disposuerit, &
unus institutus defecerit, sive de una parte tantùm,
& de residuo non disposuerit, sed succedunt in par-
te vacante venientes ab intestato, ita enim ante di-
ctum *Bellon. dicto loc. num. 97. & seq. & num. 102.
tenuerunt Soc. Sen. in l. si mihi, & tibi 12. in fin.
princ.*

princ. ff. de leg. 1. Jaſ. in dicta l. 1. num. 5. C. de Teſtam. milit. Mantic. de conject. ultim. vol. lib. 6. tit. 1. num. 4. Ruſtic. ad l. cum avus 102. *proœm. cap. 2. numer.* 87. aliique quos allegat dictus numeris Eruditiſs. Bellon.

Neque obſtant jura allegata in contrarium, quibus etiam reſpondet in ſua quæſtione dictus *Bellon. in dicto loco num.* 115. 116. *&* 117. dicendo, quia miles habet facultatem decedendi partim teſtatus, partim inteſtatus, præſumi debere ita deceſſiſſe per *text. punctualem D. Vulpiani in l. ſi miles num.* 6. *ff. de milit. teſt.*

Ulterius illa voluntas, quæ prætenditur deſumi ex eo quod præſumatur Teſtator voluiſſe ſequi jus commune, & ideo habere locum jus accreſcendi in ſuo
139 teſtamento, non eſt voluntas, niſi abuſiva, quia eſt voluntas coacta, ideoque non voluntas, ut eleganter tradidit *Bellon. in alio capitulo* 2. *quæſt.* 2. *n.* 62. 63. & ita reſolvitur noſtrum dubium Statutarium, cum ex hoc noſtro Statuto habeant Teſtatores liberam poteſtatem teſtandi quoquo modo ſibipſis placeret.

A D D I T I O

Ad num, 6.

140 Statutum excluſivum fœminarum comprehendit etiam caſtratos, ſenes, frigidos, ac maleficiatos licet inhabiles ad contrahendum Matrimonium *Andreol. controv.* 349. *num.* 8.

Ad num. 22.

141 Ponderanda eſt hæc doctrina, quia non inveni doctores loqui in his terminis, & vide præ ceteris *Berſan. de Viduis cap.* 3. *quæſt.* 10. 11. *& ſeq.*

Ad num, 24.

142 Contra hanc meam opinionem videtur dicendum & firmandum argumento alterius ſtatuti noſtri *de Fid. danda per mulier. extra Domin. nupt.* ubi tenetur mulier ſecundo nubens præſtare fidejuſſorem de omni eo quod maritus ei legaſſet, & omnibus his, de quibus mater non poteſt ſecundum leges filios privare, ita deciſum fuit a Rota noſtra; ſed hæc deciſio mihi non videtur probabilis, quia illius fundamenta nullam habent ſubſiſtentiam, & ſtatutum *de fidejuſſione danda* procedit contra mulieres nubentes extra Territorium, & hoc apparet ex eo, quia ipſe tenentur cavere de reſtituendo omne id quod legatum fuerit eis à primo marito, ad quod non tenentur aliæ mulieres nubentes in Territorio.

Ad num. 26. 27. 28.

143 Statutum *de Teſtam. & ultim. volunt.* §. *omnis autem*, explicatur à *Samminiat. controv.* 33. *numer.* 84. *lib.* 1. *Palm. allegat.* 210. *per tot.* & poteſt adimi ſtante hoc ſtatuto inſtitutio directa in codicillis, *Card. de Luc. de Fideicom. diſc.* 127. *num.* 10. Non habet autem locus *hic* §. ſi in teſtamento ordinatum fuerit poſſe mulierem abſque conſenſu contrahere *ex Beniell. conſ.* 99. *num.* 25. *& ſeq.* Et valet prælegatum factum unico hæredi univerſali, *Altograd. conſ.* 87. *num.* 53. *& ſeq. & conſ.* 88. *num.* 26. *cum ſeq. tom.* 2. Et ſic in terminis noſtri ſtatuti, teſtamentum valet ſine hæredis inſtitutione *Marlian. deciſ.* 47. *num.* 8. & poteſt hæres inſtitui ex die, & in diem, latè *Beniell. conſ.* 21. *num.* 4. 5. 6.

Ad num. 48. & ſeqq.

144 Non habet locum *Auth. Res quæ* in aliis Bonis per aſcendentem libere relictis, ſed ſolum in bonis relictis filiis onere fideicommiſſi gravatis, *Peregrin. de Fideicommiſs. artic.* 42. *numer.* 55. *Andreol. controv.* 259. *numer.* 26. habet etiam locum in dote, vel augmento dotis facto a Marito Sponſæ, quando hæc duxit in virum, ſenem, vel ignobilem, quia tunc illa dos videtur fuiſſe neceſſario conſtituta, *Faber. in Cod. Comman. de Legat. titul.* 29. *lib.* 6. *defin.* 5. *Boſſ. de Dot. cap.* 8. *num.* 25. *&* 26. *Fontanell. de Pact. nupt. lib.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 1. *par.* 2. *n.* 85. *uſque ad* 88. *Scopp. ad Merlin. cap.* 46. *à num.* 5. *uſque ad fin.* habet locum in aſſignationibus factis à viro mulieri, vulgo appellatis *per li Spilli*, *Rot. cor. Lancett. deciſ....* item habet locum in donatione facta per virum Sponſæ *Dijn. deciſ.* 99. & ejus privilegium tranſit in hæredes, vel ſingulares ſucceſſores mulieris, *Dijn. d. loco & Emerix deciſ.* 1227. Non habet locum quando mulier neglexit ſolutionem conſequi etiam vivente viro, *Mottom penes Palm. nep. in fin. tom.* 3. *allegat. num.* 93. *Salgad. labyr. cred. par.* 3. *cap.* 11. *à num.* 50. Denique plura de hac Auth. vide in eodem *Dijn. dec.* 91. 92. 93. 94. & 99. & apud *Rub. de validit. legal. cap.* 70. *num.* 333. *& ſeq. & in num. precedent.*

Ad num. 59.

Quomodo probetur non eſſe alia bona in hæreditate ut ſubſidiariæ detractioni ex fideicommiſſo pro dote locus ſit *Palm. alleg.* 170. 145

Mulier non tenetur excutere bona Mariti penes tertios, antequam agat contrà bona fideicommiſſi *Cerr. deciſ.* 364. & vide *deciſ. Gen. in cauſa Gentili, & R. Spinula.* 146

Licet fideicommiſſum ſit aſcendentis non poteſt unus poſſidens bona fideicommiſſaria conſtringi ad dotandum fœminam alterius Columnelli, quamvis hæc fœmina deſcendat à fideicommittente *Rot. Lucenſ. tom.* 3. *deciſ.* 263. *à num.* 154. 147

Ad num. 66.

Contra bonos mores de jure Civili poteſt renunciari, ſecus contrà bonos mores de jure naturali, vel Canonico, *Caſtagn. deducto ne egeat in proœm. ſecunda par.* 148

S U M M A R I U M.

1 V*Erbum* Maſculi *verificatur etiam in Statutis in numero ſingulari.*

2 *Sub appellatione liberorum veniunt ex propria ſignificatione deſcendentes in infinitum.*

3 *Præcipuè in Statuto noſtro ubi adeſt clauſula in ſtirpem, & non in capita.*

4 *Maſculi debent exiſtere tempore ſucceſſionis eis delatæ à Statuto, adhoc ut fœminas excludere poſſint.*

5 *Quando maſculi non extant, ceſſat excluſio fœminarum.*

6 *Qualitas admiſſiva, vel excluſiva attenditur ſolum tempore apertæ ſucceſſionis.*

7 *Non obſtante, quòd filia fuerit dotata, attamen continuat in hæreditate patris, ſi dotatio evenerit poſt ſucceſſionem ad hæreditatem paternam, à qua Statutum excludit dotatam.*

8 *Maſculus adhuc in utero excludit fœminas interim admiſſas.*

9 *Exiſtentia ſolum maſculorum, licèt iſti non poſſent, nec vellent ſuccedere, impedit fœminis ſucceſſionem.*

10 *Contrà, & num.* 11.

12 *Excluſio fœminarum inducta eſt à Statuto, ut bona remaneant in agnatione.*

13 *Ceſſante ratione Statuti, ceſſat etiam illius finis.*

14 *Excluſio fœminarum non inducitur earum odio, ſed favore maſculorum.*

15 *Si Statutum non poteſt juvare maſculis vocatis, non debet nocere fœminis.*

16 *Si partus eſt perfectus, vel maturus, licet illicò moriatur, excludit fœminas, ſecus ſi monſtruoſus, vel imperfectus, quia tunc habetur pro non nato, & num.* 19. 20.

17 *Perfectio partus conſiſtit in potentia vivendi, & ſic non attenditur perfectio integralis, ſed ſubſtantialis.*

18 *Quoad perfectionem partus non intereſt, an propria virtute, vel violenter inciſo ventre natus fuerit.*

21 *Ad cognoſcendam perfectionem, vel maturitatem partus ſtatur judicio medicorum, vel dicto obſtetricum.*

22 *Licet partus fuerit perfectus, ac maturus, attamen ſi natus ſit mortuus, habetur pro non nato.*

23 *Item ſi partus eſt monſtruoſus, vel prodigioſus.*

24 *In*

24 In dubio partus præsumitur perfectus.
25 Partus septimester, & novomester, decimester præsumitur perfectus.
26 Partus quinquemester, vel semester non præsumitur maturus.
27 Partus octomester non præsumitur vitalis.
28 Tanto magis, si partus octomester illicè decesserit.
29 Partus undecimester præsumitur imperfectus.
30 Hermaphroditus, si in eo sexus masculinus prævalet, tanquam masculus fœminas excludit.
31 Secus si non prævaleret, sed esset æqualis potentia.
32 Bannitus capitalis, Deportatus, Rebellis non excludunt fœminas ex dispositione nostri Statuti.
33 Bene omnes alii incapaces successionis.
34 Demens, Mentecaptus, Furiosus non excludit fœminas.
35 Contrà.
36 Bannitus capitalis non gaudet beneficio Statuti nostri de succession. neque aliis Statutis, ac privilegiis.
37 Item non potest succedere ab intestato, neque ex testamento secundum Statuti formam.
38 Secus vero de jure communi.
39 Contrà, quia neque de jure communi possunt succedere in bonis in Territorio Bannientis sitis.
40 Vituperantur Doctores illi, qui nimis confusè materiam tradunt, & dicuntur legum dolores.
41 Bannitus capitalis nullam habet factionem testamenti.
42 Licet bannitus non sit simpliciter ex delicto, sed per contumaciam.
43 Tanto magis si sententia contumacialis lata fuit prævia compilatione processus.
44 Et hæc sententia procedit, licèt non fuerint bannito confiscata bona.
45 Assignantur rationes hujus conclusionis, & n. 46. & 47.
48 In bonis extra territorium Bannientis sitis potest Bannitus succedere.
49 Damnati perpetuò ad triremes non possunt succedere secundum Statuti nostri formam, neque ex testamento, neque ab intestato.
50 Reprobatur votum MM. DD. Hieronymi Rodini, & Hieronymi Bargalii JJ. CC. asserentium hosce damnatos posse succedere.
51 Damnati perpetuò ad remigandum possunt succedere secundum jus commune ad bona, & habent utramque testamenti factionem, & n. 54.
52 Nemo de jure auth. efficitur servus pœna.
53 Limita in damnatione capitali, quæ non fuit correcta per Auth.
54 Deportati, Damnati ad perpetuos carceres, vel ad perpetuo remigandum utramque habent factionem testamenti.
55 Contraria sententia firmatur.
56 Nemo hodie efficitur servus pœna quoad libertatem tantum.
57 Qui retinet libertatem non amittit, quæ sunt juris gentium, ut sunt contractus.
58 Qui amittit Civitatem, amittit omnia privilegia à jure communi civibus concessa, quod sufficit ad amittendam utramque testamenti factionem, licet retineat libertatem.
59 Notatur error Vasquez, tenentis contrarium.
60 Clerici sic damnati retinent ex æquitate utramque factionem testamenti.
61 Doctores, qui scripserunt per modum repertorii, nullam authoritatem habent.
62 Damnati ad tempus ad remigandum habent utramque testamenti factionem, quia comparantur Relegatis.
63 Advertitur Thusc. non benè loquutum fuisse.
64 Bona ab hujusmodi damnatis acquisita per contractus factos post eorum damnationem, debebunt post eorum mortem pervenire in Fiscum.
65 Secus si aderunt ascendentes, vel descendentes, vel cognati usque in tertium gradum, vel uxor juxtà auth. bona damnatorum.
Amplia hanc conclusionem ut num. 88.
66 Masculi legitimati per subsequens matrimonium vel in radice matrimonii non excludunt per nostrum Statutum fœminas.
67 Fœmina semper exclusa remanet, si semel fuit exclusa à masculo, licèt subito mortuus sit.
68 Fœminæ non excluduntur à Statuto, si masculi consentiunt, ut simul cum eis succedant.
69 Masculi possunt renunciare Statuti privilegio excludentis propter eos fœminas.
70 Si masculi consentiunt fœminas simul cum eis succedere, non tenentur amplius eas dotare.
71 Fœmina semel admissa à masculo ad succedendum simul cum eo, non potest amplius ille se pœnitere.
72 Si fœmina dederit in dotem partem bonorum paternorum cum consensu fratris, tunc censetur à fratre approbata, uti heres, & diceretur fratrem renunciasse Statuto.
73 Statutum exclusivum fœminarum non habet locum, nisi masculus Statuti beneficio utatur.
74 Transmissio hereditatis, quæ fit providentia juris, non habet locum contrà fœminas exclusas, & num. 89.
75 Contrarium firmatur.
76 Pari passu ambulant transmissio hereditatis verè aditæ, quam per providentiam juris aditæ, & num. 77.
78 Paria sunt in jure nostro, quod quis sit heres, & quòd alium faciat heredem.
79 Transmissarius personam transmittentis repræsentat.
80 Filia, vel ejus descendentes numquam reintegratur ad successionem Statutariam, si simpliciter à Statuto exclusa est.
81 Secus si temporaliter est exclusa.
82 Pater, vel avus potest reintegrare ad successionem Statutariam filiam suam, vel neptem.
Intellige, & declara hanc conclusionem ut numer. 90.
83 In dubio non præsumitur filia, vel neptis reintegrata ad successionem.
84 Si relicta fuit à Patre dos filiæ suæ pro legitima dicitur filia reintegrata ad successionem.
85 Item dicitur reintegrata filia, si instituatur heres universalis in quota una cum masculis.
Item si masculus adivit hereditatem cum fœmina sine contradictione aut oppositione fratris, num. 91.
86 Filia dicitur reintegrata ad successionem Patris, si cum Patre pacta fuerit se posse succedere.
87 Filia censetur solùm reintegrata ad successionem Patris reintegrantis, non autem quoad alias transversalium successiones.

MASCULI LIBERI) Hoc verbum *Masculi* verificatur etiam in singulari, ut adnotavit *Tiraquell. in l. si unquam in verb. susceperit liberos nu. 190. cum seq. C. de revoc. donat. Brun. tract. Statut. fœmin. exclus. artic. 12. quæst. 13. quos sequitur in simili verbo Carpan. ad Stat. Mediol. c. 278. num. 47.* & in puncto nostri Statuti *Altogr. Sen. cons. 59. num. 8. §. non obstat*, & sub appellatione liberorum masculorum veniunt omnes descendentes masculi in infinitum ex propria significatione *l. liberorum ff. de verb. signif. Fusar. de substit. quæst. 327. num. 1. & decis. 258. n. 1. coram Cels. & plures cumulat Barbos. de appellat. verb. appellat. 130. num. 4. Mynsing. instit. de nupt. §. ergo non num. 3. Pegaz. resol. for. cap. 4. num. 181.* præcipuè in Statuto nostro ubi adest clausula *in stirpem, & non in capita*, quæ, ob id quod verificari non potest in primo gradu, operatur, ut veniant omnes descendentes *Decian. cons. 88. n. 72. lib. 2. Socin. Jun. lib. 3. cons. 89. num. 14. Fusar. q. 320. num. 19. & 40. Bellon. cons. 26. num. 22. & seq.* 1 2 3

Hi verum descendentes masculi debent existere tempore successionis, ut possint fœminas excludere, ita notat *Brun. in tract. Stat. exclus. fœmin. art. 12. q. 32. Alb. cons. 106. num. 10. quos sequitur Carpan. ad Statutum Mediol. d. cap. 278. num. 50. & 81. & benè Tort. ad Stat. Pap. stat. 95. num. 133.* & quando non extant cessat exclusio fœminarum *Dec. cons. 364. num. 3. & cons. 451. num. 4. cum seq. Menoch. cons. 111. num. 61. vol. 2. Honded. cons. 6. lib. 1. num. 15.* nam qualitas ad- 4 5 6

admissiva, vel exclusiva attenditur solùm tempore
apertæ successionis l. si alienum, §. in extraneis de her.
instit. §. in extraneis instit. de hered. qualit. Abb. cons.
107. in fin. lib. 2. Dec. cons. 265. n. 2. Roman. cons. 442.
Castr. cons. 111. Soccin. Sen. cons. 42. numer. 2. lib. 4.
Corn. cons. 314. num. 5. & attendi debet tempus actua-
lis successionis, vel acquisitionis latè tradit Mas. re-
7 sol. cap. 28. num. 15. lib. 2. Adverte verum, quod suf-
ficit masculum esse in utero apertæ successionis tem-
pore, & mortis de cujus hæreditate agitur, ut de-
claravit Carpan. ad Stat. Mediol. dicto c. 278. n. 51.
& Tort. ad Stat. Pap. stat. 95. num. 134. & excludit
8 fœminas etiam interim admissas. Quam Doctrinam
comprobat Bart. in suo eleganti cons. 31. ubi decidit,
quod non obstante Statuto excludente ab hæreditate
Patris filiam dotatam, si tamen illa fuisset dotata post
ejus mortem, & successionem, nihilominus conti-
nuaret in possessione dictæ hæreditatis paternæ, quia
illa qualitas dotationis sequuta post tempus admissio-
nis non consideratur.
9 Majus enim dubium oriri potest, ex eo quod si
adessent masculi, nollent, vel non possent succedere,
nam aliquando visum fuit esse locum exclusioni fœ-
minarum per solam existentiam masculorum, etiamsi
non succedant per Text. in l. filius fam. 117. §. cum
quis ff. de leg. 1. Clar. §. Testamentum quæst. 42. num.
fin. Rot. in Ravennat. hæredit. 28. Martii 1650.
Sed hic Textus rectè procedit in dispositione ho-
minis, quia in conditionibus voluntariis merum fa-
ctum attenditur, licèt non sequatur juris effectus,
10 secus verò in dispositione legali facta favore alicujus.
Providentia enim legis debet intelligi moraliter cum
ratione, quatenus ei, cujus favore condita est, pro-
sit, & tertio sit minus præjudicialis, ita more suo
loquutus fuit Doctiss. Peregr. de fideicommiss. art. 28.
num. 55. & sequitur ibi Censal. Fusar. de substit. qu.
421. num. 26. Marcian. disput. 87. num. 36. Et ita con-
11 cludendum est cum communi opinione, ut fœminæ
non excludantur, quoties masculi nolunt, vel non
possunt succedere Rot. Lucen. decis. 298. num. 10. 11.
tom. 3. inter recoll. à D. Palm. Ratio est, tum quia
12 finis, & objectum hujus Statuti dumtaxat illud est,
ut bona permanere possint in agnatione mediante
successione masculorum Carpan. ad cap. 278. n. 10.
Merlin. dicta quæst. 2. num. 2. & seq. Tort. ad Stat.
Pap. stat. 95. num. 181. Tamburin. de Jur. Abbat. disp.
8. quæst. 10. num. 15. Cyriac. controv. 135. num. 55.
Bellon. Jun. cons. 54. n. 73. & seq. Redenasc. cons. 61.
num. 9. Altogr. cons. 86. num. 25. lib. 1. Merlin. decis.
353. num. 5. & seq. & decis. 405. num. 30. & nu. 43.
13 par. 5. ea autem cessante ratione, quæ est medium
necessarium Statuti ad ipsum finem, utique etiam
14 cessat finis, & consequenter Statutum. Tùm etiam
quia exclusio non inducitur odio fœminarum, sed
favore masculorum Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 2.
num. 71. Knipschilc. de fideic. cap. 8. num. 536. & seq.
Merlin decis. 581. num. 24. quare exclusio inducitur
principaliter favore aliorum Theodor. alleg. 99. n. 1.
Rot. recent. decis. 177. num. 7. par. 5. itaut cessante
eorum favore, dum non succedunt, illa etiam ces-
15 sare debeat, utque si Statutum non potest prodesse
ipsis masculis vocatis, non debeat nocere fœminis,
Argum. l. 2. §. sed si sint ff. ad Tertyl. ibi ne tum ei
obstent quoties rem habent, ne nudum nomen sui he-
redis noceat matri, quæ sententia æquior est Car-
pan. ad cap. 278. num. 73. & seqq. Merlin. de legit.
lib. 3. tit. 1. quæst. 2. num. 56. & seq. Mart. tract. de
success. leg. par. 1. quæst. 12. artic. 4. & par. 2. quæst. 4.
artic. 7. num. 1. & seq. Molfes. ad consuet. Neap. par. 4.
quæst. 57. num. 6. Bellon. de Jur. accresc. cap. 5. qu. 49.
num. 13. & seq. Provenzal. ad consuet. si moriatur ob-
serv. [illegible]. num. 5. & seq. Censal. ad Peregr. de Fidei-
commiss. artic. 26. quæst. 140. Altogr. cons. 82. lib. 1.
Fanzon. ad Stat. Urb. cap. 145. num. 31. & seq. Mer-
lin. decis. 22. numer. 10. Rot. recent. decis. 518. nu-
mer. 4. par. 3. & decis. 368. num. 10. par. 4. & de-
cis. 223. in fin. par. 5. & decis. 514. numer. 8. par. 5.
tom. 2.
Existentia igitur masculorum debet percutere tem-
pus admissionis, ut diximus. Hoc enim præmisso,
modo quærendum succedit, an partus perfectus, &
illicò mortuus, vel imperfectus, vel illico, vel post
aliquos dies mortuus faciat existentiam, itaut exclu-
dat fœminas.
Et respondeo, quod quando partus est perfectus, 16
utique est legitimus, & capax successionis, etiamsi
illico decedat, dummodo partus non sit monstruo-
sus, vel abortivus, si verò non est perfectus, non
est legitimus, nec capax, quia caret vitalitate, & à
Jure habetur pro non nato l. 2. & l. 3. C. de posth.
hered. Instit. Molfes. ad consuet. Neap. par. 4. de suc-
cess. ab intest. q. 59. Barbob. de fil. fam. q. 1. num. 32.
& seqq. Giurb. ad Stat. Messan. cap. 1. gloss. 4. n. 11.
& cap. 10. gloss. 1. n. 3. Censal. ad Peregr. de fideic.
art. 29. sub num. 22. & artic. 43. vers. tertiò observo,
Tort. ad Stat. Pap. stat. 94 Civil. n. 154. & 155.
Perfectio sanè hujus partus sumitur à potentia, 17
& à propriis principiis vitæ, non autem à conser-
vatione ipsius potentiæ, & actus vivendi, quæ per
accidens potest diversis eventibus impediri, & sic
non attenditur perfectio integralis partus, sed ejus
perfectio civiliter substantialis, nempe ut ei insit po-
tentia vivendi, itaut licet in ratione integra sit im-
perfectus, sufficit esse perfectum in ratione, qua est
maturus, & vitalis l. quod dicitur ff. de liber. & posth.
Barbob. dicta quæst. 1. sub num. 46. lib. 2. Caranz. de
part. cap. 6. num. 3. & seq. & numer. 8. & cap. 9. nu-
mer. 25. quamvis dissentiat Calvin. de æquit. cap. 128.
numer. 7.
Et pariter quoad perfectionem partus nihil inter- 18
sit, quod magis propria virtute, vel ope naturæ na-
scatur, quam quod violenter inciso ventre matris
extrahatur, quia in hoc casu nihil additur, vel di-
minuitur partui, ejusque perfectioni, sed solùm va-
riatur modus, quo prodit in lucem, quod intellige
quoties partus avulsus ab utero sit maturus, & vi-
talis, ne sit melioris conditionis, quam sponte na-
tus, dicta l. quod dicitur l. Posthumus vers. simili mo-
do ff. de inoffic. testam. Giurb. ad Stat. Messan. c. 1.
gloss. 4 num. 25. Caranz. dicto cap 6. sect. 1. Hinc
Cæsar dictus à cæso ventre matris, alia jura citat
Tiraquell. de jur. primog. quæst. 18. num. 2. undè satis 19
est partum vivum, & maturum nasci, licet exinde
subitò moriatur l. quod certarum C. de posth. hered.
Bursac. cons. 63. num. 20. Menoch. cons. 284. num. 7.
& 39. Peregrin. de fideicom. artic. 43. num. 27. & fi-
lium, seu descendentem sufficit haberi pro momen- 20
to l. uxoris abortu C. de posthum. hered. l. 3. C. eod.
l. quod dicitur ff. de liber. & posthum.
Qualiter autem cognoscatur perfectio, & maturi-
tas partus notat Caranz. d. cap. 6. num. 4. & c. 15.
num. 54. & cap. 12. & 13. & Molfes. dicta quæst. 59.
num. 8. & in hoc semper est deferendum judicio 21
medicorum Censal. ad Peregrin. d. artic. 43. vel di-
cto obstetricum Bart. in l. 1. ff. de ventr. inspic. Boss.
in tit. de homicid. n. 115. Paris. cons. 56. n. 11. lib. 2.
& num. 22.
Adverte verò quod Tort. ad Stat. Pap. Stat. Ci- 22
vil. 93. num. 156. ponit unum dictum, quod est ve-
rissimum, scilicet quod quando partus est perfectus,
& maturus, sed natus est mortuus, tunc habetur
pro non nato l. qui mortui ff. de verb. signif. l. 2. C.
de posth. hered. instit. simile est, inquit dictus Tort.
num. 157. in partu monstruoso, vel prodigioso per 23
tex. in l. non sunt liberi ff. de Stat. homin. l. quæreret
aliquis ff. de verb. significat. l. quod certarum C. de
posth. hered. Doctores in l. quod dicitur ff. de liber.
posthum. & plura tradit Menoch. cons. 284. lib. 3. In
dubio enim, an partus sit perfectus, an imperfectus 24
& tunc si non apparet quotum mensem attingit,
præsumitur perfectus, quia regulariter natura solet
omnes fructus tempore congruo, & maturo produ-
cere, & vitales, ac perfectos fœtus edere Fusar. de
substit. quæst. 418. num. 13. Giurb. ad Stat. Messan.
gloss. 1. num. 5. Carenz. dicto cap. 6. num. 11. & cap.
11. num. 92. & cap. 16. num. 18. Grivell. decis. 19.
numer. 12.
De Partu septimestri, nonomestri, decimomestri 25
quod præsumatur perfectus Molfes. dicta quæst. 59.
num. 8. Carenz. dicto tract. de part. cap. 10. & c. 12.
& 13. & de Partu quinquemestri, vel semestri, 26
quod non præsumatur maturus tradit Rot. recent.
decis. 223. par. 4. tom. 2. num. 22. & num. 14. quam-
vis contrarium tenuit Carenz. dicto tract. cap. 9. n. 7.
& num.

27 *& num.* 50. & de partu octomestri, quod non præ-
sumatur vitalis docuerunt *(contrà Carenz. d. cap. 11.)*
Fusar. dicta quæst. 418. *de substit. num.* 8. *& seq. Amat.*
resolut. 48. *numer.* 6. *Marin. resol.* 258. *lib.* 1. *Ramon.*
28 *cons.* 63. *Afflict. decis.* 236. *num.*..... tanto magis si
partus octomester, qui illico decessit, vel fuit extra-
ctus inciso ventre matris *Barbos. dicta q.* 1. *Rammon.*
29 *d. cons.* 63. De partu undecimestri quod præsumatur
imperfectus tradit idem *Tort. d. Stat.* 94. *num.* 158.
cum juribus ab eo laudatis, & abundè *Tiraquel. in*
l. si unquam in verbo susceperit liberos num. 290.
30 Quid de Hermaphroditis, respondeo breviter, si
sexus masculinus prævalet, tunc excludit Hermaphro-
ditus tamquam masculus fœminas *Bald. in l. quæri-*
tur ff. de Stat. homin. Riminald. jun. cons. 136. *num.* 8.
lib. 2. *quem sequitur Tort. ad Stat. Pap. Stat. Civil.* 95.
num. 144. *& Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 278. *n.* 66.
Roxas de incompatib. par. 2. *cap.* 3. *Carol. Ant. de Luc.*
31 *de plural. hom. cap.* 41. *num.* 7. secus si non prævaleret
sexus masculinus, sed esset æqualis potentia per di-
ctos authores *Roxas d. loco num.* 27. *& De Luc. n.* 1.
& sequent.
32 Item Bannitus, Deportatus, Rebellis non exclu-
dunt fœminas ex dispositione nostri Statuti, itaque
ex simili dispositione suorum Statutorum concludunt
Tort. ad Stat. Pap. Stat. Civil. 93. *num.* 46. *& Stat. Ci-*
vil. 95. *num.* 145. *&* 179. *&* 180. *Carpan. ad Stat. Me-*
33 *diol. cap.* 278. *num.* 73. *lib.* 1. quæ Conclusio procedit
in omnibus aliis masculis, qui sunt incapaces suc-
cessionis, quia tunc habentur pro mortuis, & non
existentibus *Dec. cons.* 96. *num.* 5. *& cons.* 505. *num.* 4.
Natt. cons. 94. *col. fin.* quos & alios latè citant dictus
34 *Tort. & Carpan.* in locis supra laudatis, item demens,
mentecaptus, furiosus non excludit fœminam *Paris.*
35 *cons.* 100. *numer.* 15. *lib.* 2. sed hoc non est verum,
ut dixi suprà in *verb. soli à n.* 6. *cum seqq.*
Dixi quod Banniti capitaliter, qui offendi possunt
in persona, & in rebus, excluduntur à beneficio
36 hujus Statuti *de succession.* & hoc indubitatum est,
quia tanquam hostes Principis bannientis non pos-
sunt illius privilegiis concessis bonis subditis gaude-
re. Vide *Redenasc. cons.* 39. *& Contard. ad l. diffama-*
ri in limit. à num. 83. *ad* 93. ideoque jure merito ne-
ganda sunt beneficia omnium, & quorumcumque
37 Statutorum, itaut neque ab intestato, neque ex te-
stamento secundum Statuti formam conditum succe-
dere possint *Bart. in quæst. incipient. Lucana Civitatis,*
Aretin. instit. quib. mod. jus patr. potest. solvit. §. Cum au-
tem n. 13. *Farinac. de var. ac divers. quæst. q.* 102. *n.* 76.
Altograd. cons. 98. *num.* 1. *Rot. decis.* 103. *num.* 9. 10.
par. 6. *rec. Gratian. cap.* 309. *num.* 16. *& cap.* 462. *n.* 14.
Ciarlin. controv. 161. *nu.* 25. *Jo: Ant. Bellon. de jur. ac-*
crescend. cap. 7. *q.* 52. *n.* 105. 106. *& seq.*
38 Secus verò de jure communi, quia illius benefi-
cia non amittunt, & propter illud habent actionem
activam, & passivam testamenti etiam ad bona in
territorio Bannientis sita, ut asserunt prædicti *Tort.*
& Carpan. locis jam laudatis, etiamsi hujusmodi Ban-
niti capitaliter impunè offendi possent, & essent il-
lorum bona omnia fisco publicata *Michalor. de fratr.*
par. 3. *cap.* 17. *num.* 13. *Magon. decis. Florent.* 99. *n.* 5.
& seq. Farinac. de var. ac divers. quæst. q. 102. *num.* 1.
Gratian. dicto cap. 309. *n.* 16. *& cap.* 462. *num.* 14. *Bel-*
lon. de jur. accresc. cap. 7. *q.* 52. *num.* 105. *&* 110. ac
plures allegati longo ordine per *Altograd. Sen. in*
objectis cons. 98. *lib.* 1. *num.* 3. *& Ciarlin. controvers. ibi*
num. 25. *Rot. decis.* 103. *num.* 6. *par.* 6. *rec. & decis.* 714.
num. 11. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*
39 Sed contraria opinio est verior, ac communior,
& melioribus firmata rationibus, ut plenè videndæ
sunt penes dictum Altograd. & Ciarlin. quibus hoc
beneficium debemus ex eo, quia multum elaborati
sunt ad hujus controversiæ adeò intricatæ resolutio-
nem, super qua breviter reassumo illorum dicta, ut
facilius ad aliorum intellectu percipiantur, clariosque
appareant, cui summoperè studere debet Scribens,
40 aliter execrandi sunt quidam Doctores, ac Tractan-
tes, qui adeo inordinatim, ac confusè materiam ex-
ponunt, itaut eorum stylus ad obscurandam potiùs
materiam, quam ad illam aperiendam inservit, &
tales jure merito vituperat *Rub. in discurs. ad scientiar.*
amatores num. 276. *inserto in princip. par.* 4. *tom.* 3.
recent. eos appellando legum dolores, atque adver-
satores.
Bannitus igitur capitaliter ex delicto cum confis- 41
catione bonorum, & qui impunè occidi potest (ut
ferè per totum orbem hodie practicatur) exutus re-
manet etiam beneficio juris communis quoad bona
sita in territorio bannientis, neque ullam habet fa-
ctionem, vel activam, vel passivam testamenti, &
in tali casu hæc opinio magis recepta comperitur
apud Doctores, & hodiè in judicando ab ea, abs-
que injustitiæ labe, recedere non possumus, ut ple-
nè per elaboratissimum *Cons. Altogr.* 98. *n.* 34. *lib.* 1.
ubi septuaginta Doctores in fonte perpensos accu-
mulat, & per *Ciarlin. d. controvers.* 161. *num.* 8. *&* 25.
in quibus plusquam octuaginta per extensum tran-
scribit, quibus addo *Rot. decis.* 486. *n.* 2. *par.* 14. *rec.*
& decis. 512. *n.* 8. *par.* 18. *rec. Andreol. controvers.* 57.
num. 17. 18. 19. Imò ipsemet *Aretin. instit. quib. mod.*
jus patr. potest. solvit. §. Cum autem num. 14. nobis con-
trarius, in fine ejusdem numeri fatendo veritatem,
dicit hanc nostram sententiam esse de jure verio-
rem, *Seraphin. decis.* 354. *num.* 3. *& decis.* 808. *nu-*
mer. 1.
Eadem sententia communiter approbatur in casu, 42
etiam quo essent banniti non simpliciter ex delicto,
sed per sententiam contumacialem, quæ post termi-
num à Statuto assignatum in judicatum transiverit,
absque eo quod comparendo illam purgare possit
Reus sic damnatus, sed post dictum terminum elap-
sum habeatur pro firma, ac valida, & Contumaces
pro confessis, & convictis, prout si lata fuisset sen-
tentia in præsentes, ut habetur in nostro Statuto
Crimin. cap. 32. de mod. procedend. contrà Accu-
sat. vel Inquisit. Contumac. *Altograd. d. cons.* 98. *nu-*
mer. 24. *&* 25. 31. *&* 32. *Ciarlin. dicta controvers.* 161.
num. 14. *& seq. Rot. decis.* 486. *par.* 14. *n.* 7. *Mart. de*
success. legal. par. 4. *quæst.* 1. *artic.* 5. *num.* 41. *&* 42. &
hanc opinionem in Statibus totius Hetruriæ absque
dubitatione servari testatur *Caball. resolut. criminal.*
cas. 264. *num.* 27. *& seq. & num.* 43. Tantò magis si 43
sententia contumacialis facta fuerit super prævia com-
pilatione processus, & probationibus à fisco deductis
super delicto prætenso *Altograd. d. cons.* 98. *num.* 27.
28. 29. 30. quem sequitur *Rot. Rom. in dicta dec.* 512.
numer. 7. 8. 9. *par.* 18. *rec. Ciarlin. d. controvers.* 161.
numer. 74. *&* 75.
Dubium quidem majus datur in casu, quo Ban- 44
nito capitaliter ut supra non fuissent confiscata bo-
na, sed nihilominus id me non potuit movere ad
recedendum à prædicta conclusione, præsertim ratio-
ne, quia si bona non confiscantur Bannito, non
est hoc inductum in ipsius Banniti capitaliter favo-
rem, & utilitatem, *Raynald. observ. crimin. in proœm.*
§. 12. *n.* 25. *tom.* 1. sed eorum principaliter, qui ab
intestato succedere debent, ideoque hæc circumstan-
tia non est apta ad faciendum sententiam mutare,
sine qua eamdem semper retinet idem *Altograd. di-*
cto cons. 98. *num.* 31. quia sic Bannitus capitaliter,
qui occidi impunè possit, est effectus servus pœnæ,
prout esset si fuisset in potestate Judicis, ideoque ci-
viliter mortuus etiam dicitur, itaque in puncto *Ciar-*
lin. dicta controv. 161. *num.* 114. *Pacian. cons.* 61. *nu-*
mer. 49.
Rationes autem, quæ in hac opinione me con- 45
firmant, præcipuæ inter alias sunt duæ, quarum
Prima est potentissima, videlicet quod si Banniens,
tam in persona, quam in rebus impunè offendere
Bannitos permittat, quod est contrà ipsum primæ-
vum jus naturale, eò magis negare illis intendit in
bonis in suo Territorio sitis factionem activam, vel
passivam testamenti de jure communi, & per hanc
rationem exagerat *Altograd. in dicto cons.* 98. *num.* 36.
& 37. *Ciarlin. d. controv.* 161. *n.* 81. 82.
Altera ratio est quia multum implicat, & ratio- 46
nis lumen offendit, quod Princeps Banniendo ali-
quem capitaliter, qui offendi possit in persona, &
in rebus, non intendat voluisse eum privare de be-
neficio juris communis circa bona in suo territorio
sita, & sic vitioso, ac inutili circulo permittere ei
voluisse successionem in dictis bonis, quæ postea non
prohibet, imò concedit ab eo auferri, ac deprædari,
quod in substantia idem est, ac si diceretur Princi-

peta

pem velle id, quod nollebat, vel concedere id quod auferri deſiderabat, hoc enim abſonum penitus viſum fuit, neque concipi poteſt ſedato ſupercilio.

47 In omnem caſum quotieſcumque, & quandocumque bona à proximioribus agnatis, vel cognatis occuparentur, & in poſſeſſionem hæreditatis ſe immitterent, quæ ad dictum Bannitum pervenire debebat, qualis actio, quale judicium ei competeret ad effectum dictos proximiores jam immiſſos repellendi à dicta ſucceſſione? nulla penitus. Primò, quia Judex illi tanquam Principis, & Patriæ hoſti denegare debet omnem audientiam. Secundò quia bona ab iſtis proximioribus agnita facta fuere ſua propria ob occupationem ſaltem in vim authoritatis à banniente conceſſæ, videlicet deprædari poſſe omnia bona Bannitorum, ut ferè per totam Italiam, ac alias Mundi partes viget hæc practica, & hoc procedit etiam in ſenſu contrariorum, ut benè per *Altogr. dicto conſ. 98. num. 62. & Ciarlin. dicta controverſ. 161. num. 53. 54. ad num. 63.* Imò *Bart.* ipſe anteſignanus opinionis adverſæ fatetur, quod hoc beneficium juris communis (quatenus competeret) circa bona in territorio Bannientis ſita, Bannitus habitu ſolum haberet, non tamen actus, quia impoſſibile ei eſt ad effectum poſſe illud reduci ob prohibitionem Bannientis, & in ſubſtantia idem eſt, ac ſi in potentia, vel habitu illud non haberet, ita advertit *Ciarlin. dicta controverſ. 161. num. 66. & 67. & Pacian. conſ. 60. num. 45.* ubi pulchrè hanc diſputationem elucidat.

48 In bonis autem extra territorium non diſputatur, quod poſſint Banniti ut ſupra ſuccedere, & omnia beneficia juris communis habere *Rot. deciſ. 177. numer. 23. par. 5. & deciſ. 103. num. 3. junctis n. 11. & 12. par. 6. rec. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 1. artic. 5. num. 42. Bellon. in ſuo aureo tractatu de jur. accreſc. cap. 7. quæſt. 52. num. 11.*

49 Modo verò videamus de damnatis perpetuò ad remigandum. Utrum ex diſpoſitione Statuti noſtri ſuccedere poſſint ad excluſionem fœminæ. Tu tene pro indubitabili quod non, quia Statutum odioſis non patrocinatur: Ideoque hujuſmodi ad triremes damnati, prout deportati, quibus ſunt ſimiles ex atteſtationibus *Boſſ. in prax. tit. de extraordin. crim. num. 3. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 17. num. 19. Clar. §. fin. quæſt. 83. num. 6. verſ. oſculum. Mart. de ſucceſſ. leg. par. 3. quæſt. 14. artic. 3. num. 6.* vel ad metallum damnatis *Mart. d. loco num. 1. & ſeqq. Picchard. inſtit. de cap. diminut. in princ. num. 6. & 7. Capyc. deciſ. 153. num. 3. Gabriel. conſ. 174. num. 17.* non excludunt fœminas ex privilegio Statuti maſculis competenti, quia ſunt ex dicto Statuto civitatis inſucceſſibiles *Brun. de Stat. fœmin. excluſ. artic. 12. numer. 89. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 278. num. 74. Tort. ad Stat. Pap. Civil. ſtat. 95. numer. 145. & 180. Ruin. conſ. 154. num. 5. lib. 2. Bald. in l. Gallus §. & quod ſi tantum num. 14. ff. de lib. & Poſth.*

Utrum verò iſti damnati ad triremes ſuccedere poſſint de jure communi, & ſecundùm illius formam; Hæc controverſia ſemel in hac Civitate inſurrexit, & per MM. Hieronymum Rodinum, & Hieronymum Bargalium tunc Conſultores electos fuit reſponſum affirmativè.

50 Sed, ut verum fatear, nihil eorum votum mihi plauſibile fuit, quia à communiori, ac ſolidiori opinione declinaverunt, principaliter confiſi ſuper *Auth. ſed hodiè C. de donat. inter vir. & uxor.* per quam de jure noviſſimo nemo pœnæ ſervus efficitur, quod fundamentum penitus corruit, ut mox infrà edocebo.

51 Multi etiam tenuerunt prædictos ad remigandum perpetuò damnatos eſſe de jure ſucceſſibiles, & habere utramque factionem, activam, & paſſivam teſtamenti (omiſſa inutili diſputatione, cui pœnæ, vel damnationi ad metallum, vel deportationi iſta
52 aſſimiletur) quia de jure noviſſimo nemo benè natus per quamlibet damnationem efficitur ſervus pœnæ per expreſſam *Auth. ſed hodie Cod. de donation. inter vir. & uxor. §. quod autem auth. de nupt. Covar. in tertia par. rubr. de teſtam. n. 27. Pichard. ad inſtit. de capit. diminut. in princ. num. 6. & 7. Rot. deciſ. 714.*
53 *numer. 7. Vermigliol. conſ. 362. numer. 8.* excluſa damnatione capitali, ſive ad mortem, de qua non loquitur *Auth. Bart. in l. qui ultimo ff. de pœnis n. 3. Aretin. in inſtit. de capit. diminut. in §. maxima numer. 1. Bellon. de jur. accreſc. cap. 7. quæſt. 52. num. 42. Trentacinque var. reſol. lib. 1. de mort. natur. reſol. 1. num. 3. & Covar. d. loc. citat. num. 27. per tot.* & dixi ſuprà in quæſtione Banniti capitalis, & omnes tenent.

Per iſtam rationem ſucceſſibiles eſſe, & utramque 54
retinere factionem teſtamenti damnatos perpetuò ad triremes, & quoſcumque alios hujuſmodi ſimiles, ſcilicet deportatos, damnatos ad metallum, vel ad perpetuos carceres affirmant *Covarr. in dicta tertia par. Rub. de teſtam. num. 27. antè verſ. præmiſſa, Thuſc. concluſ. 197. num. 22. lit. D. Rot. rec. par. 2. deciſ. 492. Sabell. in ſumm. diverſ. §. condemnatio num. 10. verſ. quod hodie Clar. in §. teſtamentum quæſt. 23. Craſſ. de ſucceſſ. in §. inſtitutio q. 6. circa medium, & in fin. Vermigliol. conſ. 362. per tot. Vaſquez. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 1. num. 159. verſ. hodiè quid juris, Bellon. de jur. accreſc. cap. 7. quæſt. 52. num. 40.*

Contraria tamen ſententia eſt verior, ac longè 55
communior, quia iſti ad remigandum perpetuò damnati aſſimilantur, vel deportatis, vel damnatis in metallum, & hanc tenuerunt graves authores *Caſtill. deciſ. 37. lib. 5. Scalon. de teſtam. lib. 2. cap. 2. numer. 51. fol. 105. Garz. Maſtrill. dec. 167. lib. 2. utrobique per tot. Simon. de Prat. de interpretat. ultim. volunt. lib. 2. interpretat. 2. dub. 1. ſolut. 1. num. 7. & 8. fol. mihi 123. Burſatt. conſ. 48. num. 26. & ſeq. Peregr. de jur. Fiſci lib. 3. tit. 4. num. 7. Trentacinque var. reſol. lib. 1. tit. de mort. natural. Vaſquez. de ſucceſſ. progreſſ. in tit. qui teſtari non poſſ. lib. 1. §. 1. num. 159. Craſſ. §. teſtamentum quæſt. 28. num. 3. Mart. de ſucceſſ. legal. quæſt. 14. artic. 3. par. 3. per tot. Tort. ad Stat. Pap. Civil. ſtat. 95. num. 135. & 180. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 278. num. 74. juncto num. 76. Farinac. de var quæſtion. quæſt. 112. num. 138. & 140. Barry de ſucceſſion. lib. 1. de Teſtam. tit. 7. num. 29. verſ. damnatum ad triremes, & num 31. & tit. 8. num. 2. & 4.*

Non obſtat fundamentum contrariæ opinionis, 56
quia verum eſt, quod hodiè omnes damnati ad ſupplicium, præterquam ultimum, non fiunt ſervi pœnæ, ſcilicet quoad libertatem tantum, itaut non maximo, ſed medio capite diminuantur, ut declarat *Aretin. inſtit. de capit. dimin. §. maxima numer. 2. Barr. de ſucceſſ. lib. 1. tit. 7. num. 31. & tit. 8. num. 2. verſ. ideoque hodiè, Bellon. de jur. accreſc. cap. 7. q. 49. nu. 6. &*
ſeq. Verum eſt, quod non amittunt, quæ ſunt ju- 57
ris gentium ſimpliciter, ut ſunt contractus juriſgentium *Aretin. d. loco in §. minor num. 5. Oinot. inſtitut.*
quib. mod. patr. pot. ſolv. §. cum autem num. 1. amittunt 58
tamen hodiè Civitatem, & omnia privilegia à jure communi civibus conceſſa, quod ſufficit ad amittendam utramque factionem, tam activam, quam paſſivam teſtamenti *l. deportati, & ibi gloſſ. C. de bon. proſcript. Oinot. inſtit. de capit. dimin. §. quod autem n. 1. & 2. & tit. quib. mod. patr. poteſt. ſolv. §. cum autem n. 1. Gloſſ. inſtit. de capit. diminut. §. quod autem lit. C. verb. cognationis, Aretin. inſtit. dicto tit. §. maxima num. 1. & §. quod autem num. 2. Bellon. d. loco num. 10.* & in puncto de iſtis damnatis ad Triremes *Barr. de ſucceſſ.*
dicto tit. 7. num. 31. & tit. 8. num. 2. & 4. lib. 1. ubi 59
reprehendit Vaſquez citatum in contrarium, qui ex eo, quod hodiè non fiunt ſervi pœnæ hujuſmodi damnati, in errorem hunc prolapſus fuit, ſcilicet affirmandi, quod poſſint ſuccedere, non bene advertens, quod ſimul poteſt admitti, quod aliquis non ſit pœnæ ſervus, ſcilicet habeat libertatem, & non poſſit habere utramque teſtamenti factionem, ſi Civitatem amiſerit.

Et cum iſta redargutione reſpondetur *Covarr. Thuſc. Clar. Vermigliol. Craſſ.* objectis in contrarium, quia ſolum cum hoc fundamento, quod hodiè non fiant ſervi pœnæ iſti damnati, ſuam opinionem tradiderunt.

Neque officit *Rot. deciſ. 492.* pariter allegata contrà nos, quia loquitur de neutra teſtamenti factione, ſed contractu, qui hujuſmodi damnatis libertatem hodiè non amittentibus non prohibetur, ut dixi ſuprà per *Aretin. inſtit. de capit. diminut. §. minor num. 5. & Oinot. inſtit. quib. mod. patr. pot. ſolvit. §. cum autem num. 1.*

Crass. cecinit palinodiam in §. testamentum qu. 18.
60 num. 3. & stat pro nobis, imò dicit hanc nostram
opinionem esse magis communem, secus in clericis,
circa quos mitior, & æquior opinio sequenda est,
& hunc authorem sic etiam declarat Barry de suc-
cession. d. lib. 1. de Testam. tit. 7. num. 32.
61 Sabell. non potest allegari contra nos, quia pau-
lò ante firmavit pro nobis, neque ab ea prima opi-
nione recedere videtur, quia iste Author non scripsit
pro resolutione, sed in modum repertorii tantum,
unde ex eo scribendi modo indigesto non potest fie-
ri aliquod fundamentum super illius doctrina dige-
renda, ultraquam quod dictus author se quoque ju-
vat argumento dictæ auth. sed hodiè.
62 Intellige tamen hæc non procedere in damnatis
ad triremes ad tempus, quia tunc tanquam Relega-
ti non perdunt civilitatem, ideoque habent utram-
que testamenti factionem Mastrill. decis. 167. nu-
mer. 12. Prosp. Farinac. de var. quæst. quæst. 102. nu-
mer. 159. Mart. de success. leg. par. 3. q. 14. n. 7. qui
tamen non benè dicit, quod libertatem hujusmodi
damnati amittant Barry de success. de testam. lib. 1.
tit. 7. num. 31. Thusc. conclus. 197. num. 23. lit. D. li-
63 cèt ex marte suo posteà subjungat, quod in isto ca-
su debeant ingredi termini juris postliminii, itant isti
damnati, quousque in triremibus manent, sunt ci-
viliter mortui, posteà verò finito eorum tempore di-
cuntur semper vixisse per fictionem, & sic eorum
vitam ab eventu dependere asseruit, quod secundum
illius dictum cum suo primò repugnat, quia si com-
parantur Relegatis, isti numquam civiliter moriun-
tur, nec civilitas per exilium suspenditur, sed sim-
pliciter retinet Civitatem l. aut damnum §. est pœna
ff. de pœn. Instit. quib. mod. jus patr. potest. solv. §. cum
autem ibique gloss. & per consequens utramque fa-
ctionem testamenti absolutè retinet Vinn. instit. quib.
mod. jus patr. pot. solv. d. §. cum autem num. 9. Fari-
nac. de var. quæst. q. 102. n. 165. & 166.
64 Curiosum ex his video lectoris animum sciendi,
ad quem hæc bona per damnatum perpetuò ad re-
migandum post ejus condemnationem acquisita, post
illius mortem naturalem pervenire debeant, quod
imperceptibile videtur, si non possunt ab intestato,
neque ex testamento hæredem habere, respondeo pro
resolutione hujus quæsiti, quod post mortem hujus-
modi damnati, omnia ejus bona publicantur, & ad
fiscum pertinere debent, nisi de istis damnatus in
vita disposuerit per contractus, ut latè cum pluribus
accumulatis probat Doctissimus Jo: Anton. Bellon. de
jur. accresc. cap. 7. quæst. 49. num. 11. Ideoque si hu-
jusmodi damnati voluerint, quod ista bona perveni-
re debeant ad suos proximiores, de istis in suos dis-
ponant inter vivos, quod eis prohibitum non est Fa-
rinac. de var. quæst. q. 102. num. 164.
65 Adverte tamen, quod si tempore mortis superes-
sent filii, vel ascendentes, seu descendentes, vel co-
gnati usque ad tertium gradum, vel uxor remaneat
quæ personæ sunt illæmet, quæ nominantur in Auth.
bona damnatorum C. de bon. proscript. seu damnat.
Tunc bona omnia debebunt pervenire ad ascenden-
tes, vel descendentes, vel cognatos usque ad tertium
gradum, vel mulier dotes suas, vel donationem an-
tè nuptias consequi, vel si dotem non dederit ter-
tiam partem bonorum mariti percipere poterit, Fis-
cus verò respectu prædictorum exclusus remanebit,
quam opinionem tamquam communiorem, & æquio-
rem tenendam esse existimo juxta dicta Peregrin. de
jur. Fisci lib. 3. tit. 5. num. 5. & tit. 6. num. 4. Bellon.
in dicto tract. de jur. accresc. dicto cap. 7. quæst. 49.
num. 14. ex majoritate rationis desumpta à dicta auth.
bona damnatorum, quæ si voluerit, quod bona hu-
jusmodi damnatorum, in quibus Fiscus majus jus
habet, prædictis nominatis assignari debeant, tantò
magis in quærendis, in quibus minus jus Fiscus
habet.
66 An verò masculi legitimati, vel per subsequens
matrimonium, vel dispensati in radice, aliique ex-
cludant fœminas, omitto modò hic has quæstiones,
quia eas tractabo in §. penultimo hujus capituli no-
stri Statuti, ubi aptiùs cadunt hujusmodi disputa-
tiones.
67 Sed quid, si masculus postquam fuit admissus mo-
riatur, an tunc admittatur fœmina exclusa, respon-
deo negativè, quia satis est quod per momentum
semel fuerit exclusa Cort. in suis Memorab. in verb.
Statutum quod extantibus vers. an autem Tiraquell. in
rep. l. si unquam in verb. susceperit liberos n. 192. C. de
revoc. donat. Alex. cons. 29. n. 7. Gabriel. in suis Commun.
in tit. de Stat. concl. 4. Monald. cons. 13. n. 4. lib. 2. Non
etiam procedit hoc Statutum si masculi extarent, & 68
succedere vellent suas sorores, ac contentarentur, ut
dixi latè supra, & tradit Surd. cons. 85. & Tort. ad
Stat. Pap. Stat. Civil. 95. num. 150. potest enim huic 69
Statuto renunciari per masculum Bald. in l. maxi-
mum vitium col. 7. vers. sed pone frater C. de liber.
præter. ideoque si masculi extarent, & vellent fœ- 70
minam succedere, & facere partem in hæreditate,
tunc fœmina non posset eos cogere ad se dotandam
Borgnin. dec. 29. n. 23. lib. 3. & Tort. ad Stat. Pap. d.
Stat. 95. n. 150. & 151. ubi etiam dicit, quod post- 71
quam fœmina fuit semel admissa ad succedendum à
masculis, non possunt postmodum masculi pœnite-
re, dicendo velle eam dotare, nisi essent minores
beneficio restitutionis in integrum.

Idem dicendum est, si fœmina dedisset in dotem 72
partem bonorum paternorum cum consensu fratris,
nam isto casu censeretur à fratre uti hæres approba-
ta, & diceretur renunciasse Statuto, & ita in pun-
cto refert idem Tort. loco supracitato consultum fuis-
se per Alber. cons. 775. per tot. & ratio assignatur per 73
eumdem Authorem, quæ optima est, quia hujusmo-
di Statuti dispositio non habet locum nisi masculus
Statuti beneficio utatur, & fœminam excludere vel-
let l. 2. §. liberi vers. sed si sint, & ibi Bart. ff. ad
Tertul. Socin. Sen. cons. 85. col. fin. & cons. 116. col. 3.
lib. 1. Honded. cons. 1. num. 85. lib. 2. & sic semper
lex inducens aliquid ad alicujus favorem intelligi-
tur, si ipse velit uti suo privilegio Gratian. discept.
for. cap. 100. num. 7.

Ultimo videndum restat, an transmissio hæredita-
tis verè non aditæ, seu juris deliberandi, quæ in
certis casibus fit providentia legis militet etiam con-
trà fœminam à Statuto exclusa, & hæc quæstio non
est inutilis in nostra regione quamvis habeamus Sta-
tutum in cap. 18. lib. 5. ubi statuit, quod filius, vel
filia, vel pater, aut mater transmittant hæreditatem
respectivè sui patris, matris, filii, seu filiæ, quia
possunt dari alii casus, in quibus hæc disputatio de
jure accidere possit, ideoque eam hic tetigimus.

Diximus enim suprà, quod masculi, ut excludere
possint fœminas, debeant extare, & succedere, ali-
ter non videretur transmissio locum habere contra 74
fœminas à Statuto exclusas, quia ipsa exclusio est
facta solum favore masculorum, & sic quatenus,
ut adeant Bottiler. de success. cap. 1. Theorem. 2. nu-
mer. 24. & seq. Altograd. cons. 82. lib. 1.

Sed opinio contraria contra masculos est magis 75
recepta, & communior, ut per Brun. de Stat. fœ-
min. exclus. artic. 13. num. 83. & seq. Carpan. ad Stat.
Mediol. Stat. 278. num. 84. Noal. de transmiss. cap.
8. num. 30. & seq. Mart. de success. leg. par. 1. q. 24.
artic. 1. num. 8. & artic. 4. num. 26. & seq. Cancer.
var. resol. cap. 21. num. 149. par. 3. Barr. de success.
lib. 12. tit. de transmiss. num. 5. Mormil. ad constit. in
aliquibus sub num. 23. Franch. decis. 32. & ibi add.
Surd. decis. 138. & ibi Hodiern. in addit. & idem in
controv. 24. num. 11. & seq. & quæ principalis ratio
consideratur, illa est, quia si masculus verè adivis-
set hæreditatem, fœmina excluderetur, etiam si per
momentum ille fuisset hæres Merot. resp. 51. num. 4.
Censal. ad Peregrin. de fideicom. artic. 29. fol. mihi
169. Altograd. dicto cons. 82. num. 27. & ita pariter 76
debet excludi per fictam aditionem existente trans-
missario, nam dicitur fictè hæreditatem adivisse trans-
mittentem Noal. d. cap. 8. num. 37. Bellon. de jur. ac-
cresc. cap. 7. quæst. 41. numer. 97. Mas. resolut. 42.
numer. 15. lib. 3. & ita probant tex. in leg. apud
hostes Cod. de sui & leg. & ibi ad te transmittit
successionem, & in leg. unic. Cod. de his qui ant. ap.
Tab. ibi hæreditariam portionem posse transmittere, 77
& infra ibi omnia ex quacumque successione ad eum-
dem infantem devoluta, jure patrio quasi jam infan-
ti quæsita capere. Hæc enim fictio potestate legis,
ita operatur in casu ficto sicuti veritas in casu ve-
ro

78 to *Bellon. d. quæst. 41. num. 9.* & quia paria sunt in jure nostro, quod quis sit hæres, vel quod alium faciat hæredem *Arg. l. si pater 40. ff. de hered. instit. Bart. in l. cum proponas n. 4. C. eod. Noal. d. cap. 8. n. 131. de transmiss.*

79 Ulterius cum transmissarius personam transmittentis repræsentet, ejus conditio attendi debet *Castill. controv. lib. 3. cap. 19. num. 16. & seq. & num. 163. & seq. Cancer. d. cap. 21. num. 149. lib. 3. Bellon. d. q. 41. num. 7. Moret. d. resp. 51. num. 3. Surd. d. decis. 138. num. 14. & seq. & ibi Hodiern.*

Plura hucusque circa fœminarum exclusiones adnotavimus, nondum verò tractavimus, utrum filiæ, vel earum descendentes à Statuto nostro exclusi in favorem masculorum unquam reintegrari possint ad successionem, & hic distinguendum est, an à Statuto, vel à Patre, seu Testatore reintegratio quæratur.

80 Si à Statuto, iterum distinguendum est, videlicet, an Statutum simpliciter excludat filias, ut est nostrum, & hoc casu nunquam filiæ, vel earum descendentes reintegrantur ad successionem, & semper remanere debent ab ea exclusi, tanquam non existentes in natura, ut tetigimus ad alium propositum supra, & ita docet *Bart. in l. fin. §. quamdiu in princ. q. ff. ad S.C. Tertul. Merlin. de legitim. lib. 3. q. 3. tit. 1. num. 1. & Michalor. de fratr par. 3. cap. 10. n. 1. & 2.*

81 si verò temporaliter est exclusa filia, & ejus descendentes, scilicet donec, & quousque filius masculus supervixerit, tunc potest fœmina, vel ejus descendentes, dummodo tempore exclusionis essent nati, vel concepti, reintegrari ad successionem, ut latè tractat *Michalor. in d. cap. 10. par. 3. à num. 4. & seq. & Merlin. d. q. 3. num. 25.*

Si verò quæramus, an ascendens, sive pater, sive avus reintegrare possit filiam suam, vel neptem?
82 Respondeo dubium non esse, quin possit hoc facere quia Statutum in tantum excludit filias in quantum pater vult, ut non disponat contrà Statutum exclusivum, quod solùm procedit ab intestato: Quam provisionem Statutariam potest sine dubio tollere Pater, vel Avus *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 8. n. 89. Marescot. var. resol. lib. 1. c. 28. n. 8. lib. 1. Cyriac. controv. 536. num. 14. & seq. Rot. rec. decis. 514. num. 6. & seq. par. 5. tom. 2.*

Utilis est certè scientia hujus reintegrationis, nam filia reintegrata ad successionem non obstante Statuto nostro exclusivo fœminarum debet habere legitimam liberam, & sine ullo onere, & alia quæ omitto, & videbis per Doctores suprà citatos.

Major enim difficultas est quando non sumus in
83 expressa reintegratione, sed in dubiis verbis per quæ ambigimur, an reintegrata sit filia, vel non, quamvis enim in dubio semper non præsumatur reintegrata, imò Pater, vel Avus, filiæ, seu nepti legando, seu relinquendo, adhærere præsumitur potius voluisse dispositioni Statuti *Merlin. d. lib. 3. tit. 1. q. 8. n. 54. de legit. Rodenasc. cons. 5. n. 11. & Rot. post Fenzon. ad Stat. Urb. decis. 113.*

84 Adverte tamen, quod si dos, vel aliud relinquitur filiæ non simpliciter pro dote, nec pro legato, sed expressè pro legitima, tunc filia dicitur à patre agnita, ut sua, & censetur reintegrata, quia qui vult, ut filia habeat legitimam, vult etiam ejus reintegrationem ad jus succedendi tanquam necessarium antecedens, sine quo esse non potest *Merlin. d. q. 8. n. 59. Marc. in summ. leg. succ. par. 1. q. 13. art. 2. n. 39. Bellon. de jur. accresc. c. 6. q. 15. n. 13. Rot. divers. dec. 60. par. 1. Rot. post Fenzon. dicta decis. 113.*

85 Item dicitur reintegrata filia, si filia instituitur hæres universalis una cum masculis in quota *Merlin. d. quæst. 8. num. 59.*

86 Item si filia paciscitur cum patre, ut ei succedere possit, & tunc censetur reintegrata, quia facultas competens patri reintegrandi non restringitur ad testamentum, sed est absoluta, & per hoc pactum tollitur impedimentum Statuti, quo stante jus commune non poterat libere operari *Barry de success. tit. 4. de institut. lib. 2. n. 3. Brun. ad Stat. exclus. fœmin. artic. 6. n. 252. Mart. d. tract. par. 1. q. 13. artic. 4. Rendin. in prompt. var. tit. 127. num. 7.*

87 Intellige tamen prædicta cum limitatione, quod filia censeatur reintegrata quoad successionem patris reintegrantis, non autem, quoad alias transversalium successiones, à quibus vigore nostri, vel similis Statuti fœmina in certis casibus excluditur propter agnatos *Bottiler. de successiòn. cap. 1.* contrà *de Luc. de dot. disc. 144. n. 40. Theorem. 46. n. 12. & seq. Hodiern. contr. 24. sub num. 5. & seq. & Molfes. ad consuet. Neapol. in addit. par. 4. q. 2.* & ratio est quia hujusmodi successiones sunt distinctæ, & differentes, & non infertur de una ad aliam, nam patris reintegratio non est fratris, vel aliorum agnatorum, sine quorum expressa dispositione numquam fœminæ reintegrari possunt ad eorum successionem, quamvis essent reintegratæ à Patre ad ejus successionem.

A D D I T I O

Ad num. 65.

Non solum habet ista *Auth.* locum in personis 88
tantum ab ea nominatis, sed extenditur ad omnes ascendentes, descendentes, collaterales in infinitum secundum alias successiones juris communis, *Hodierna ad Surd. dec. 280. n. 3.* quinimo de praxi morte damnati, & decapitandi, qui faciunt testamentum, ut de communi observantia testatur præcipue Genuæ *Marilian. in tract. l. quoties C. de rei vindicat. num. 475.*

Ad num. 75.

Contra tenet *Cyroch. discept. 42.* ubi latissime, & 89
concordat cum prima opinione, sed iterum pro mea opinione hic firmata stant *Urceol. consult. 78. n. 7. 8. 9. 10. & Constantin. ad Stat. Urb. annot. 39. art. 4. numer. 292. & 293.*

Ad num. 82.

Fœmina potest à fratribus masculiari, & tamquam 90
masculus succedere, & semel masculiata quoad unam successionem, quoad alias etiam pro masculo haberi debet ex deductis per *Card. de Luc. de dot. disc. 144. n. 40.* Vide tamen *Bottiler. de success. Theor. 40.* contrarium tenentem, & distinguentem.

Ad num. 87.

Ultimo si masculus adivit hæreditatem cum fœ- 91
mina sine contradictione, aut oppositione fratris sui, intelligitur reintegrata, *Rot. dec. 146. par. 10. rec.* Vide tamen contra prædictam decisionem ea quæ adducit *Peregr. cons. 130. lib. 5.* & alii per me in una *Januen. locorum.*

S U M M A R I U M.

1 *MUltum differt qualitas masculinitatis ab agnatione.*
2 *Ex qualitate masculinitatis non intelligitur considerata agnatio, sed solum prædilectus sexus.*
3 *Etiamsi esset qualitas masculinitatis sæpius repetita.*
4 *Sub appellatione masculorum veniunt etiam masculi ex fœminis.*
5 *Præcipuè si vocatio fiat ab extraneo, vel à principio vocata fuit aliqua fœmina.*
6 *Item habet locum hæc conclusio, etiamsi à principio fuit exclusa fœmina, & vocati masculi.*
7 *Limita, nisi adessent conjecturæ urgentes ad favorem agnationis.*
8 *Si simul concurrunt masculi ex masculis, & masculi ex fœminis, præferuntur illi in successione.*
9 *Ita si filii legitimi, & naturales concurrerent cum naturalibus, illi præferentur istis.*
10 *Si vocantur descendentes masculi per lineam masculinam, tunc numquam possunt concurrere masculi ex fœminis.*
11 *Sub vocatione descendentium per lineam masculinam, veniunt in defectu masculorum ex masculis, masculi ex fœminis, & ipsa fœmina.*
12 *Et sic in concessione facta pro filiis, & descendentibus per lineam masculinam, veniunt etiam fœminæ.*

PER MASCULINUM SEXUM DESCENDENTES) Mirabile enim fateri debet, & semper ma-

gis tale mihi videtur Statutum nostrum, nam quantum potuit, ad ambages exterminandas intentum fuerit, dum viderit qualem differentiam adesse in vocatione simplici masculorum ab illa, quæ fit cum explicatione totius lineæ masculinæ sine intermedio
1 fœminarum. Scire principaliter debemus multum differre masculinitatis qualitatem ab agnatione *Contr.*
2 *discept.* 65. *num.* 2. immò ex qualitate masculinitatis non intelligitur contemplata agnatio *Casanat. cons.* 4. *num.* 232. sed solum prædilectus sexus *Palm. Jun. alleg.* 47. *num.* 36. *Rot. decis.* 244. *num.* 7. *& seq. par.* 11. *Altogr. Jun. contr.* 40. *num.* 10. *lib.* 1. quibus addo etiam *Rot. decis.* 199. *num.* 7. *& decis.* 349. *num.* 29. *par.* 19. & apud *Pamphil. dec.* 237. *n.* 8. etiamsi dicta
3 qualitas masculina esset sæpius repetita, atque ageretur de filiis in conditione positis, quo casu non posset præcisè dici quod essent vocati *Casanat. d. locon.* 233.
4 Indubitatum equidem est appellatione descendentium masculorum ex vi, ac proprietate verbi includi etiam masculos ex fœminis *Bellon. cons.* 72. *n.* 22. *&* 25. *Peregr. de fideic. art.* 26. *num.* 15. *& seq. Castil. contr. Jur. cap.* 131. *num.* 1. *& seq. & num.* 5. *& cap.* 133. *num.* 2. *Card. de Luc. de Fideicom. disc.* 11. *num.* 5. *&* 7. *disc.* 24. *num.* 5. *& seq. disc.* 25. *num.* 2. *&* 5. *disc.* 26. *num.* 2. *&* 8. *disc.* 27. *num.* 4. *disc.* 32. *num.* 8. *& de Jur. patr. disc.* 28. *num.* 3. *Carol. Anton. de Luc. de lin. leg. cap.* 76. *num.* 2. *lib.* 2. *Rot. dec.* 199. *num.* 148. *par.* 8. *decis.* 42. *num.* 27. *& seq. par.* 9. *&*
5 *decis.* 183. *num.* 1. Præcipuè si vocatio fiat ab extraneo, vel à principio vocata fuerit aliqua fœmina
6 *Barbos. appel.* 141. *num.* 3. & adeò vera est prædicta regula, ut si ab initio fuisset exclusa fœmina, & vocati masculi tantùm, venirent etiam masculi ex fœminis, ut per *Castill. contr. Jur. lib.* 5. *cap.* 129. *num.* 32. *&* 33. *Paschal. de Patr. Potest. par.* 4. *cap.* 9. *num.* 44. *Rot. decis.* 78. *num.* 3. *par.* 12. *Mans. consult.* 387. *num.* 13.

7 Intellige tamen prædicta quando non adessent potentes, ac urgentissimæ conjecturæ ad inducendam agnationis contemplationem, quia tunc solum masculi ex masculis venirent, & per Doctores suprà hic distinguentes.

8 Adverte quoque, quod quamvis sub nomine descendentium masculorum veniant masculi ex fœminis, adhuc si adessent masculi ex masculis, isti præferendi essent in successione, sive admissione *Altograd. cons.* 63. *num.* 9. *lib.* 2. *Rot. decis.* 402. *num.* 30. *par.* 9. *tom.* 2. & coram *Priol. decis.* 283. *num.* 3. Ita-
9 que etiam si vocantur filii quamvis veniant legitimi naturales & naturales tantum, attamen legitimi præferuntur idem *Altograd. d. cons.* 63. *num.* 10.

10 Aliter dicendum est quando fuerint vocati descendentes masculi per masculinum sexum, seu per virilem, vel masculos ex masculis, ut Statutum nostrum optimè advertit, nam tunc solum venirent, & semper masculi agnati, ita distinguunt, & benè *Mans. consult.* 387. *num.* 11. *Castr. cons.* 91. *num.* 4. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 205. *num.* 19. 20. *&* 27. & elegantèr pro utroque casu faciunt *Giovagn. cons.* 7. *num.* 41. *lib.* 1. *Mans. dicta consult.* 387. *num.* 11. *& sequitur Castil. d. cap.* 229. *num.* 34. & novissimè *Bondem. collect. alleg.* 25. *num.* 120. *lib.* 2. quibus addo *Marc. Ventur. cons.* 25. *num.* 250. *cum seq.* Vide late *Gobb. de success. observat.* 1. *per tot. & alibi Dunozet. Jun. decis.* 109. *num.* 2. late *Pansut. controv.* 43. *num.* 37. Et in puncto statuti nostri *Benicll. cons.* 56. *num.* 103.

11 Neque falsa opinio fuit illa consulentium, quod etiam de jure sub vocationibus descendentium per lineam masculinam, in defectu masculorum ex masculis, venire possint masculi ex fœminis, sed etiam fœminæ, nam pro certo dedit illam *Ruin. cons.* 120.
12 *num.* 8. *lib.* 1. & sic in concessione feudi, seu emphyteusis pro se filiis, & descendentibus per lineam masculinam, veniunt etiam fœminæ *Rot. decis.* 737. *num.* 11. *&* 12. *par.* 4. *tom.* 3. & de communi testatur cum infinitis *Fusar. de substitut. quæst.* 546. *n.* 19. cum verum semper sit, quod si dispositio vocet descendentes per lineam masculinam, fœminas, quæ descendunt per lineam masculinam comprehendit, & sic Statutum nostrum non solum vocavit descendentes per masculinum sexum, sed masculum per masculinum sexum descendentem.

S U M M A R I U M.

1 *EXclusis filiabus per masculos in Statuto, intelliguntur etiam exclusi omnes descendentes ab eis.*
2 *Filiæ exclusæ à Statuto, si sunt à Patre præteritæ, non possunt rumpere testamentum, dummodo frater sit institutus, secus si extraneus.*
3 *In nostro Statuto vitium præteritionis sublatum est.*

VEL EARUM DESCENDENTES) Idem esset, 1
quamvis hoc non fuisset expressum, quia exclusis fœminis per Statutum intelliguntur exclusi omnes descendentes *Menoch. cons.* 172. *& cons.* 187. *num.* 9. *vol.* 2. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 278. *numer.* 146. *&* 147. *lib.* 1. ubi Statutum excludens filiam fœminam à successione existentibus masculis extenditur etiam ad neptem ex filia, & deinceps *Orian. de interpretat. Stat. num.* 36. ab eo relatus.

AUT DESCENDENTES MASCULI: Altercationem tollit hic Statutum, an filii masculi ex fœmina comprehendi possunt sub vocatione filiorum masculorum, quam disputationem tetigimus supra, & ad eam me remitto.

EXCLUSÆ: Et sic filiæ exclusæ omnino à Sta- 2
tuto, quamvis sint præteritæ non possunt rumpere testamentum patris sui, dummodo tamen sit institutus frater, & non extraneus *Durand. de art. testand. tit.* 11. *caut.* 16. in nostra autem Civitate, & Dominio vigore Statuti *de testam.* & Statuti *de fœmin. dot.* & per ea, quæ dixi supra in verbo *Soli* numquam rumpitur testamentum defuncti ob præ-
teritionem, aliosque defectus, ad quem locum re- 3
curre, & in terminis Statuti nostri, scilicet quod ob præteritionem non rumpatur Testamentum addo *Rot. post Torr. de Majorat. Ital. decis.* 59. *num.* 29.

S U M M A R I U M.

1 *SI Statutum simpliciter excludit filias, & postea eas mandet dotari, tunc dotatio non succedit loco legitimæ.*
2 *In nostro Statuto dos non succedit loco legitimæ.*
3 *Non succedit in Statuto nostro, dos loco legitimæ quia fuit considerata tanquam æs alienum.*
4 *Pater potest gravare filiam in dote, eique onera apponere, si dos non succedit loco legitimæ.*
5 *Legatum dotis factum filiæ non debetur, nisi adveniente conditione nuptiarum, si dos non succedat loco legitimæ.*
6 *Legatum dotis dicitur habere tacitam conditionem matrimonii.*
7 *Statum jubens dotare fœminas, intelligitur de tempore matrimonii habere locum.*
8 *Et interim fœminæ possunt prætendere alimenta.*
9 *Et sic dos à parentibus relicta, vel à Masculis præstanda, ad hæredes filiarum non transmittitur, nisi sequuta fuerint nuptiæ.*
10 *Idem in terminis Statuti nostri.*
11 *Per nostrum Statutum de fœmin. dotand. §. filiabus, filiæ non maritatæ, sed dotatæ possunt de earum dote disponere, si volunt, dummodo non habeant fratres utrinque, vel consanguineos, sive eorum liberos masculos.*

ET TOTA HÆREDITAS) Difficilis, ac ardua semper reputata fuit quæstio, & sæpius in nostro Statuto, an dos succedat loco legitimæ, quæ tamen si benè perpensa fuisset, neque cum extraneis casibus, ac doctrinis involuta à Doctoribus, plana exiret, & sine ambagibus resurgeret. Et primò attendi debet, an Statutum excludat fœminas simpliciter ob sexum, an verò propter dotem fœminis ab eo assi-
gnatam, si simpliciter propter sexum, ut quando 1
excludit fœminas simpliciter à successione, & postea mandat dotari, ne remaneant indotatæ, tunc nunquam succedit loco legitimæ, quia dotatio assignata à Statuto post exclusionem à successione est contemplata alio titulo, sive causa, quam ob exclusionem ab eo factam à successione *Castrens. in l.*

Ti-

Titio centum §. Titio genero num. 8. ff. de condit. & demonstr. & cons. 6. num. 2. & cons. 16. num. 2. lib. 2. & benè, ac latè *Michalor. de fratribus par. 3. cap. 4. à num.* 16. ubi distinguendo procedit super verbis Statutorum, quomodo intelligi debeant super hac dote succedente loco legitimæ, vel non, & hanc distinctionem amplexa semper fuit Rota, ut testatur *Ludovis. decis. 575. num. 11. & decis. 156. num. 4. & 5. par. 15. rec. Redenasc. cons. 5. num. 3. & seq. Peregrin. decis. 2. sub num. fin. Merlin. de legit. lib. 8. tit. 1. quæst. 8. num. 9. Ciarlin. controv. 45. num. 33. Caren. resol. 33. num. 5. Altograd. Sen. cons. 87. lib. 1. num. 11. Ferentill. ad Buratt. decis.* 215. & post tractatum *Merlin. de legitim. decis. 74. numer. 2. & post Fenzon. ad Stat. Urbis decis.* 113. & post *Salgad. labyrint. credit. decis. 30. num. 4. Emin. de Luc. in tit. de dot. disc. 13. num. 4. & seq.*

2 Hic non solum Statutum nostrum excludit simpliciter fœminas à successione, & mandat postea dotari, sed tam clarè se exposuit, ut meo judicio parum dubitari possit, quin dos non succedat loco legitimæ, dum voluit totam hæreditatem pertinere masculis, ultra alias considerationes, quæ fuerunt ponderatæ super hoc puncto in terminis pariter nostri Statuti ab *Altograd. cons. 17. per tot. & cons. 18. numer. 1. lib. 2. & sequutus à Mans. consult. 446. n.* 24. & tandem articulo acriter examinato in nostro Statuto deciderunt MM. Carolus Mascardus, & Jo: Antonius Tassorelli JJ. CC. & Judices delegati in causa inter M. Violantem Salvagam, & M. Henricum Imperialem q. Jo: Jacobi, & M. Jo: Dominicum Imperialem q. Baptistæ, quorum decisio typis edita fuit, sub titulo Januens. Dot. & anterioritat. Lunæ 30. Julii 1691.

3 Et insuper observo (quod nunquam fuit consideratum) quod Statutum nostrum in *tit. de falcid. §. debita*, dicit quod in ære alieno intelligatur esse illud, in quo filiæ fuerint dotatæ, ut suprà, ex qua dispositione videtur expressè, quod Statutum nunquam consideravit dotem pro legitima, scilicet partem hæreditatis ascendentium, sed tanquam Æs alienum, undè non potest illam succedere loco legitimæ. *Merlin. de legitim. lib. 1. num. 4. quæst. 7. num. 13. & Bellon. de Jur. accresc. cap. 6. q. 15. num. 12. & 34.*

4 Itaque supposito, Pater potest gravare filiam in dote, eique quæcumque onera apponere, ut benè
consuluit in nostro casu *Altograd. cons. 17. & 18.*
5 *lib. 2.* & stantibus terminis hujus Statuti, in quibus
fœminæ intelliguntur exclusæ à legitima, ita ut dos
loco ipsius non dicatur succedere, legatum dotis factum sub conditione nuptiarum non solùm non debetur, nisi adveniente conditione, sed etiam si nullam expressam conditionem haberet, sed simpliciter
legatum fuerit pro dote *Rot. decis. 450. num. 2. rec.*
6 *par. 1.* dicitur enim habere tacitam conditionem
matrimonii, cum dos absque matrimonio esse non
soleat *Surd. de aliment. tit. 3. quæst. 1. num. 46. &*
7 *seq.* Undè licet in Statuto non dicatur dotem dandam esse, cum nupserit, attamen id tacitè subintelligitur *Surd. loco cit. n. 53. & seq. Michalor. de fratribus cap. 4. par. 3. n. 18. Mart. vot. pisan. 47. per tot.*

Istæ enim dotes, quæ debentur fœminis exclusis
à Statutis contemplatione masculorum, non debent
assignari, nisi adventis nuptiis, quia dos non potest
8 stare sine matrimonio, interim tamen prætendere
possunt fœminæ alimenta *Michalor d. tract. d. c. 4.*
9 *num. 20. & seq.* ac ideo tam dos relicta à parentibus, quam à masculis præstanda, ad hæredes non
transmittitur, nisi sequutæ fuerint nuptiæ, ut per
Menoch. cons. 81. num. 4. Castr. in l. Titio centum §. Titio genero n. 8. ff. de condit. & demonstrat. & in cons. 327. in fin. lib. 1. Rot. dicta decis. 450. per tot. par. 1. recent. Noal. de transmission. cas. 19. numer. 2. Honded. cons. 36. lib. 1. num. 55. Menoch. cons. 81. num. 4. & Michalor. de fratribus cap. 4. par. 3. numer. 23. & 24. De Luc. de dot. disc. 4. num. 9. 10. &
10 *Thor. in Compend. decis. verb. Paragium*, & in terminis Statuti nostri dictus *Emin. Card. de Luc. d. tract. de dot. disc. 101. num. 9.*

11 Adverte tamen, quod per nostrum Statutum *sub rub. de fœmin. dot. §. filiabus* filiæ non maritatæ, sed dotatæ à Patre, vel si eis legatum factum fuerit à patre ad finum maritare, vel monachare, possunt, si voluerint de dotibus, aut relicto, tam inter vivos, quam in ultima voluntate disponere, si tamen fratres, vel utrinque, vel ex patre tantùm, vel eorum liberos masculos non habuerint, & facta tali dispositione tunc benè transmitterentur dotes, seu legatum ad hæredes institutos, secus verò si id non fecerint.

ADDITIO.

Hic potest cadere disputatio, an in casu quo Filia haberet plures Fratres, & aliquis eorum mortuus fuerit sine prole, possit pro portione dotis sibi tangente in bonis, seu portione fratris præmortui disponere. Vide ad hanc materiam quamdam meam allegationem in causa D. Jo: Baptistæ Arnaldi Finarien.

---

§. I.

HAbeant tamen dictæ filiæ, vel neptes, seu proneptes fœminæ, vel masculi ex fœminis, & descendentes ex eis tantum, quantum disponitur per capitulum, sub rubrica de fœminis dotandis.

SUMMARIUM.

1 EXplicatur Statutum de fœmin. dotand. §. decedentibus autem.
2 *Dotes filiarum in bonis parentum per nostrum Statutum* de Falcid. *possunt taxari pro arbitrio proximiorum, vel Magistratus, dummodò tamen non excedatur, quin filii masculi non habeant tot bona hæreditatis, quorum tertia pars, vel dimidia secundum numerum filiorum non sit legitima illis debita de jure communi.*
3 *Masculus, & fœmina de jure communi æqualiter succedunt.*
4 *Dos per nostrum Statutum non debet taxari usque ad limites legitimæ.*
5 *Prius deducendum est æs alienum, & ex residuo hæreditatis debet extrahi legitima.*
6 *Statutum nostrum mandat dotes computandas esse in ære alieno, & sic legitima, quæ erit tertia vel dimidia secundum numerum filiorum, deducitur à residuo hæreditatis deductis prius dictis dotibus.*
7 *Opponuntur duæ implicantiæ super Statuto de falcid. quæ posteà diluuntur.*
8 *Dictio ea est relativa ad legitimam antecedenter nominatam.*
9 *Dictio* prædictæ *refertur ad superiùs expressa.*
10 *Dictio* semper *nequit applicari tempori, & reddit dispositionem Statuti perpetuam.*
11 *Dictio* ut suprà *est repetitiva dispositionis antecedentis circà dotes constituendas.*
12 *Nullam distinctionem possumus inferire Statutis, præcipuè stante Statuto, quòd ea intelligi debeant ad literam.*
13 *Parentes possunt assignare filiabus dotes usque ad limites legitimæ debitæ masculis.*
14 *Nulla habetur ratio legatorum quoad taxandam quantitatem legitimæ, quam legata absorbuerunt.*
15 *Dotatio debet convenire qualitati dotandæ, usui Civitatis, & patrimonio dotantis.*
16 *Item ne unquam excedat virilem masculi.*
17 *Statutum nostrum exclusivum fœminarum ab hæreditate, & legitima, conditum fuit favore masculorum.*
18 *Statutum fœminarum exclusivum non potest retorqueri contrà masculos, quia in eorum favorem factum est.*
19 *Si Parentes non reliquerint dotes suis filiabus, dicuntur per nostrum Statutum* de fœm. dotand. *decessisse quoad dictas dotes intestati.*
20 *Nemo per pactum potest sibi adimere facultatem testandi.*
21 *Funeris impensæ taxantur arbitrio Judicis.*
22 *Filiæ nuptæ, vel monacatæ habentur, ac si non extarent, & non impediunt modum dotationis aliarum à Statuto nostro traditum.*

23 *Masculi ponere possunt in calculo hareditatis dotes a Patre filiabus, jam traditas ad finem extrahendi veram eorum legitimam à tota hareditate,*
24 *De uno casu ad alium non debemus inferre,*
25 *Dos filia debet taxari usque ad quantitatem legitime, si adsit frater, vel descendentes ab eo, aliàs in tota hareditate, si aliter viro digno nubere non possit,*
26 *In deducenda legitima debet haberi respectus ad quantitatem patrimonii relicti tempore obitus, secus si Pater in vita fecerat magnas donationes, quia tunc illud tempus attendi deberet inclusis donationibus.*
27 *Quando adsunt masculi non possunt assignari filiabus dotes excedentes legitimam.*
28 *In rebus dubiis, & controversis non sunt redarguendi Doctores, quin potius unam, quam alteram sequantur opinionem,*
29 *Explicantur Statuta* de falcid. & de fœmin. dotand. *& cum istis qualiter taxanda sint dotes filiarum,*
30 *Singula singulis debent referri,*
31 *Quando filia excluditur a totali hareditate, debet dotari ad arbitrium preximiorum.*
32 *Quale arbitrium esse debeat praximiorum in dotandis fœminis, remissivè.*
33 *Filia debeat dotari secundum qualitatem persona, quantitatem patrimonii, & condecentiam viri.*
34 *Fœmina sunt melioris conditionis, quàm masculi quia possunt habere pro dote portionem excedentem legitimam.*
35 *Dos est danda fœminis in pecunia,*
36 *Quia debet haberi aliquis respectus ad totalem filiarum exclusionem ab hareditate, & sic in aliqua parte damnum compensari,*
37 *Item quia utilius est filiabus.*
38 *Secus verò quando masculus inhabilis esset ad tradendam dotem in pecunia,*

1 HABEANT TAMEN DICTÆ FILIÆ) Ut scite debeamus quantum habere possunt filiæ, neptes, seu proneptes exclusæ prout suprà à successione, præmittere debemus Statutum sub *rub, de fœmin. dotand.* dicit enim ibi Statutum §. *decedentibus*, ut infra;

„ Decedentibus autem aliquibus ex ascendentibus „ paternis, vel maternis, qui quoad infrascripta in„ telligantur decessisse intestati, si de dotibus nihil di„ xerint, vel disposuerint, si aderunt filiæ maritatæ, „ sed quæ non fuissent dotatæ, vel filiæ non marita„ tæ, vel neptes ex filiis præmortuis, ad quos ex for„ ma statutorum non spectet hæreditas, quæ pariter „ non fuissent dotatæ, habeant, & habere debeant „ de bonis ut supra decedentium ab intestato dumta„ xat tantum, quantum tres ex proximioribus pro„ pinquis ex parte, vel ex linea ejus, de cujus bo„ nis, & hæreditate tractatur, arbitrati fuerint volun„ tatem intestati fuisse tempore suæ mortis, illas fi„ lias, vel neptes habere de bonis suis, & si propin„ qui non invenirentur, solum tantum, quantum „ Magistratus arbitratus fuerit fuisse voluntatem de„ functi, ita tamen ut masculi non possint habere mi„ nus, quam contineatur in Statuto *de falcidiis*.

Neque ex hoc Statuto possumus scire quantitatem prædictarum dotium, cum illud nos remittat ad alterum Statutum *de falcid.* videamus pariter ejus dispositionem, Statutum siquidem de falcidiis sic mandat fieri.

„ Debita jure naturæ illis, qui privari ea non „ possunt, sit, & esse intelligatur illa, quæ debere„ tur de jure communi, sed si fuerint masculi filii, „ & fœminæ, ubi tractetur de legitima, dicta legi„ tima sit tota filiorum masculorum, & aliæ fœminæ „ habeant dumtaxat illud, in quo fuissent dotatæ per „ patrem, vel ascendentem, sive aliter beneficio ca„ pituli *sub rubr. de fœmin. dotand.* dummodo do„ tatio non excedat, quin filii masculi habeant de „ bonis parentum, quantum aliàs essent habituri „ pro dicta legitima de jure communi, & habere „ debeant pro ea dicti filii masculi tertiam partem „ omnium bonorum, si computatis fœminis fue„ rint quatuor, vel abinde infrà, & dimidiam par„ tem, si computatis fœminis fuerint à quatuor su„ pra, nisi filiæ fœminæ essent numero majori, vel „ pari cum masculis, quo casu dicti masculi pro legi„ tima habeant dumtaxat tertiam partem, etiamsi „ omnes in numero essent ultra quatuor: & prædi„ ctæ portiones intelligantur semper deducto ære alie„ no, & funeris impensa, in quo ære alieno intel„ ligatur esse illud, in quo filiæ fuerint dotatæ, ut „ suprà.

Hactenus Statuta. Super hac taxationis causa dotis prodiit anno 1691. Lunæ 30. Julii decisio MM. Caroli Mascardi, & Jo: Antonii Tassorelli, quam hic omissis superfluis modo registrandam censui, ut infrà mox sequitur.

Si igitur constitutio dotis debitæ filiabus non po- 2
test excedere, quin filii masculi habeant de bonis parentum, quantum alias habituri essent pro legitima de jure communi, si dicta legitima debet esse tertia, vel dimidia omnium bonorum secundum numerum filiorum, si antequam deducatur dicta tertia, vel dimidia, detrahi semper debet æs alienum, & funeris impensa, & in dicto ære alieno sunt computandæ dictæ dotes, insequitur pernecessè talem regulam servandam esse in dicta constitutione dotium, ut deducto ære alieno, funeris impensa, & dictis dotibus, remaneant tot bona, quorum tertia, vel dimidia secundùm numerum filiorum ascendat saltem ad illam quantitatem legitimæ, quæ masculis debita esset de jure communi,

Exempli gratia, si Patrimonium Parentis consisteret in scutis septem millibus, & æs alienum simul cum funeris impensa compleret scuta mille, remaneret reliquum in scutis sex mille, & supposito adesse duos
filios, masculum, & fœminam, quæ de jure com- 7
muni æqualiter succedit *l. maximum vitium C. de fi-* 3
liis præter. pro legitima eorum secundum dictum jus commune assignanda esset tertia pars dictorum scutorum sex mille, nempè sc. mille pro singulo, itaut masculus salvam habeat dictam legitimam, & sit tertia omnium bonorum deducto ære alieno, funeris impensa, & dote debita filiæ, ut disponit Statutum. Opus erit quod supersint libera à dote scuta tria mille, quorum tertia erunt dicta mille debita secundum jus commune masculo pro legitima. Et data proportione idem statuendum erit, quando pro legitima erit debita dimidia bonorum.

Alioquin, si talis mensura non adhiberetur, & 4
filiabus constituerentur dos usque ad limites legitimæ debitæ masculo de jure communi, ut ab una parte fuit præcensum, nequiret adimpleri Statutum sanciens pro legitima masculorum accipiendam esse tertiam, sive dimidiam omnium bonorum deducto ære alieno, funeris impensa, & dotibus filiarum, quia integra bona remanentia, & non tertiam partem dicta legitima absorberet; neque similiter verificaretur dictum Statutum in ea parte, in qua mandat dotes
esse computandas in ære alieno: Istud enim priùs est 5
deducendum ex toto asse, ut residui accipiatur tertia pars, vel dimidia secundùm numerum filiorum pro legitima eis debita *l. Papinianus §. quarta autem*, ubi communiter DD. *ff. de inofficios. Testam. l. scimus autea C. eodem tit.*

Ideoque in puncto similis Statuti etiam non ita 6
explicitè loquentis, sed dumtaxat disponentis dotes filiarum extantibus fratribus computandas esse in ære alieno, ut decernitur à dicto Statuto Januæ. Hoc nempè casu pro legitima masculorum accipiendam esse quotam remanentium bonorum, hoc est tertiam, vel dimidiam juxta numerum filiorum post deductas dotes, sicut illud æs alienum, firmaverunt *Gabriel. conf.* 11. *num.* 10. *versic. quinta est lib.* 1. *Decian. conf.* 46. *num.* 37. *in fin. vers. cum igitur lib.* 3. *Paris. conf.* 25. *num.* 41. *lib.* 2. *Cardin. de Luc. de dot. discurs.* 91. *num.* 9. & à dicta opinione non esse recedendum in judicando dixit *Thesaur. decis.* 159. *numer.* 18. quam secutus fuit *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 6. *num.* 13. & clarè etiam idem concludit *Cyriac.* (licet in contrarium fuerit allegatus) *controv.* 316. ubi *num.* 22. *versic. nec obstant* omninò convenit cum prædictis auctoribus.

Fuerunt nihilominùs adversùs dictum intellectum 7
duo

duo opposita: Primum videlicet oriri ex eo implicantiam, quia dato supposito dotem esse detrahendam antè legitimam, resultaret ex constitutione dotis posse absorberi integrum Patrimonium, & lædi legitimam quam salvam voluit Statutum.

Alterum ita accipiendum esse dictum Statutum, ut eo tantummodo casu dos sit detrahenda ante legitimam, quando ex calculo reliqui Patrimonii potest deduci legitima pinguior illa debita de jure communi, & sic Statutum in §. *& prædictæ portiones* in quo mandavit detrahendam esse dotem antè legitimam, uti æs alienum, referendum esse ad legitimam Statutariam, hoc est auctam, ut suprà non ad illam debitam masculis de jure communi.

Verum non percepimus vim primæ objectionis, quia dato nostro intellectu non solum salvatur legitima masculis, sed relinquitur à dote immune residuum talis quantitatis, ut tertia illius portio, vel dimidia sufficere possit pro dicta legitima, tantum abest eam absorberi.

Secundum autem objectum diluitur ex sola lectura Statuti ponderando in relato *cap. de legat. & falcid. §. debita jure naturæ* præfigi legitimam ad terminos juris communis, ab eoque solum discedi, in quantum integra assignatur masculis exclusis filiabus inde disponitur, quod filiæ fœminæ habere debeant duntaxat illud, in quo fuissent dotatæ, dum tamen dotario non excedat, quin filii masculi habeant de bonis parentum quantum aliàs essent habituri pro dicta legitima de jure communi.

Usque adhuc ergo Statutum loquutum fuit de legitima sancita à jure communi, & tantummodò addidit integram attribuendam esse masculis, & quia mens ejus erat, prout indè expressit, computandas esse dotes in ære alieno, quod de jure detrahi debet, antequam percipiatur legitima, ut firmatum fuit, ideò statuit limites constitutioni dotium, ad hoc ut non excederent, quin non remaneret tale Patrimonium, cujus tertia, vel dimidia sufficeret saltem pro legitima masculis competente de jure communi: Hoc ergo beneficium conferre voluit masculis, ut pinguiorem aliquando possent consequi dictam tertiam, vel dimidiam, numquam verò minorem, eis debitam de jure communi, & propterea magis explicitè in duobus Paragraphis sequentibus declaravit pro dicta legitima assignandam esse masculis tertiam, seu dimidiam omnium bonorum secundum numerum filiorum, & antequam accipiantur dictæ portiones, detrahendum esse æs alienum, funeris impensam, & dotes, ut si contingeret moderatas dotes constitui, pinguior evaderet legitima masculorum, si verò liberaliori manu taxarentur, non possent excedere, quin tot bona non remanerent, quorum tertia, vel dimidia portio satis esset pro legitima saltem debita masculis de jure communi.

Omnes ergo dicti Paragraphi sunt simul contexti, & unus alteri relativus, & ad eumdem finem directi, quod liquet etiam animadvertendo post primum ex dictis Paragraphis legi in immediatè posito, ibi
8 *& habere debeant pro ea*, quæ dictio *ea* est relativa ad legitimam antecedenter nominatam, & sic ad legitimam debitam de jure communi, de qua superius dictum fuerat *Barbos. dict.* 98. & similiter in altero posteriori Paragrapho loquutum fuit verbis eamdem relationem denotantibus, ibi *& prædicta*
9 *portiones*: dictio enim *prædicta* refertur ad superius expressa, idem *Barbos. dict.* 276. *num.* 1. *& seq. Rot. decis.* 270. *num* 11. *part.* 11. *recent.* & clarius patet ibi *& prædicta portiones intelligantur semper deducto ære alieno, ac funeris impensa, in quo ære alieno intelligatur esse illud, in quo filia fuerint dotata*
10 *ut suprà.* Notandum enim est namque dictum adverbium *semper*, quod nequit applicari tempori, quia staret superfluum, cum Statutum sit perpetuum, & consequenter ejus dispositio perpetua, sed ejus significatus directus fuit ad includendos omnes casus, in quibus ageretur de dote assignanda filiabus, & de legitima reservanda masculis in superioribus paragraphis recensitos *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 224. *Rota decis.* 474. *num.* 3. *&* 13. *part.* 18.
11 *recent.* & eumdem sensum parit alia particula, ibi *ut suprà*, est enim repetitiva dotium vi antecedentis dispositionis constituendarum *Rot. decis.* 322. *num.* 5. *par.* 15. *& decis.* 693. *num.* 8. *par.* 18. *recent.*

Ex his insequitur non posse adaptari distinctionem consideratam ex adverso, ut scilicet Statutum in ea parte, in qua ordinavit dotem computandam esse in ære alieno, atque detrahendam antequam deducatur tertia, vel dimidia quota omnium bonorum pro legitima, referatur ad legitimam statutariam, & non ad illam decretam masculis ad normam juris communis. Hoc enim ratiocinium, sive distinctio repugnat connexitati in dictis paragraphis continuatæ, pervertit significatum dictarum dictionum, impedit adimplementum omnium partium Statuti, adversatur literali sensui, quem servandum esse decernitur *in cap. de extrins. intellect. prohibit.* quia 12
diversis à verbis, & ponit distinctionem non expressam, quod fieri non potest sub motivo cujusvis rationis, ut ponderavit *Altogr. in puncto dicti Statuti conf.* 63. *num.* 15. *lib.* 2. *& Mastard. de gener. Stat. interpret. conclus.* 2. *num.* 78.

Non negamus tamen, quin liceat parentibus as- 13
signare dotes filiabus usque ad legitimam debitam masculis de jure communi, quia usque ad dictos limites possunt disponere de eorum bonis etiam in extraneos *Bart. in l. Titio Seio §. Imperator num.* 1. *& ibi Castr. num.* 4. *ff. de legat.* 1. & decernitur à Statuto in *cap. de ultimis voluntatibus*, ponderatque *Cyriac. in relata controv.* 316. *num.* 19. Ideoque evadit superflua quoad Parentum dispositiones proposita inspectio, nihilominùs etiam quoad eos poterit suum effectum sortiri Statutum, siquidem in calculanda legitima, pars illa, in qua dotes excederent mensuram superiùs relictam, ponenda esset tali casu in calculo, ad finem, ut sumeretur tertia, vel dimidia pro legitima masculorum, vel potius non consideraretur dicta pars excedens tamquam æs alienum, &
antè legitimam detrahendum, quemadmodum obser- 14
vatur in legatis, quorum ratio nulla habetur, ac si relicta non fuissent quoad taxandam quantitatem legitimæ *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 10. *n.* 1. *& seq.* & passim omnes DD. & similiter in donationibus factis à parentibus *Merlin. dicto tit.* 1. *q.* 21. *num.* 12. 13. Sed hæc consideratio non est applicabilis taxationi dotium factæ à propinquis deputatis, sive à Magistratu, quia præter dotes nulla potiuntur facultate liberè disponendi de bonis, super quibus taxandæ sunt.

Cæterum non admisso dicto intellectu plura absurda sequerentur.

Primum, quod non servaretur illa congruitas,
quam exigunt DD. in constitutione dotium, ut sci- 15
licet non solum conveniant qualitati dotandæ, sed etiam usui Civitatis, & Patrimonio dotare debentis *Bosc. conf.* 2. *num.* 5. *Peregr. conf.* 86. *num.* 13. *lib.* 1.
& taliter ut non excedat virilem masculi *Card. de* 16
Luc. de dote disc. 144. *num.* 37. *Capyc. Latr. consult.* 138. *num.* 40. 41. & sanè incongruum, & inconsuetum esset, si ex patrimonio, exempli gratia, scutorum triginta mille assignaretur dos filiæ usque ad scuta vigintiquinque mille, & solùm quinque mille relinquerentur fratri præcipuè nobili, hoc enim non esset præsumendum fuisse somniatum à Statuto, à quo præcipuum apparet habitum fuisse intuitum ad conservandas familias ex *cap. de fœmin. dotand. ac de falcid. & de success. ab intest.*

Secundum, quia Statutum prædictum exclusivum 17
fœminarum ab hæreditate, & legitima conditum fuit favore masculorum, ut ex se patet, & probat *Altogr. conf.* 60. *num.* 61. *& conf.* 63. *numer.* 3. *vol.* 2. *Brun. de Statut. quod stantibus masculis art.* 3. *&* 4. *Mart. Medices examine* 49. *per tot.* (quem addo ego *in decis.* 7. *num.* 5. *vers. placuit*) *Merlin. de legit.*
lib. 3. *tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 15. absurdum propterea es- 18
set si retorqueretur in eorum odium, & fierent deterioris conditionis sororibus propter ipsos exclusis *Ruin. conf.* 51. *num.* 10. *lib.* 3. *Gabriel. conf.* 20. *n.* 78. *cum seq. vol.* 2. *Bosc. conf.* 343. *num.* 9.

Tertium, quia Statutum in casu dotium non relicta- 19
rum à Parentibus vult, quoad dictas dotes, earumque constitutionem, considerari, ac si intestati decessissent ut legitur in §. *decedentibus sub tit. de fœm. dotand.* si igitur Propinqui, vel Magistratus deputati ad illarum ta-

xationem, haberent liberam facultatem eas constituendi usque ad legitimam debitam masculis, possent destruere legata, omniaque disposita à parentibus nulla habita ratione testamenti, quia illos perpendere deberent tanquam intestatos, ut præmisimus, quo nihil absurdius, nihilque magis contrarium juri communi, ut inquitur ex *Textu in l. 1. C. de Sacros. Eccl.* aut magis absonum à Statuto, ut colligitur ex *§. omnis voluntas sub tit. de*
20 *ultim. volunt.* & adeò hoc est exosum legibus, ut voluerint neminem etiam per pactum posse sibi adimere facultatem testandi *l. hæreditas C. de Pact. convent. l. final. C. de Pact. & alibi.*

Et sanè non solùm liquet de mente Statuti limitandi facultatem taxatoribus, ne in constituenda dote ita liberaliter procederent, ut indè facto calculi reliqui Patrimonii tertia pars non sufficeret legitimæ debitæ masculis de jure communi, sed ulterius mandavit intuitum fore habendum ab eis ad voluntatem præsumptam Testatoris, qui de dotibus nihil dixit, ut legitur in Statuto de fœminis dotandis *§. decedentibus ibi, Quatenus tres ex proximioribus propinquis arbitrati fuerint voluntatem intestati fuisse tempore sua mortis illas filias, vel neptes habere de bonis suis.*

Noluit ergo Statutum posse à taxatoribus infringi voluntatem Testatoris, sed eis opus esse illam sequi; Tantum abest, quod ipsis permiserit liberas habenas taxandi dotes usque ad legitimam debitam masculis, & sic perimendi omnia legata à Testatore ordinata; non inficiamur tamen, si legata talia forent, ut non relinquerent, ultrà legitimam filiorum, bona sufficientia pro congruè dotandis filiabus, quin diminui debeant legata non in totum, sed taliter, ut dotes assignari possent convenientes patrimonio dotare debentis, qualitati puellæ maritandæ, ac usui Civitatis inter personas ejusdem generis, & Patrimonii, nam usque ad dictam congruitatem dotes sunt debitæ, ut suprà probavimus, & ut æs alienum considerandæ, ut disponit Statutum, & consequenter legatis sunt anteponendæ usque ad mentem dictæ congruitatis.

Nec explicationi dicti Statuti à nobis firmatæ obesse in nihilo censuimus, immò fovere credidimus *decis. 4. Rot. Rom. relatam à Merlino post tract. de legit.* siquidem supposuit Rota à Statuto Firmano excludi filias à successione Parentis intestati, superstitibus masculis, & mandari eas dotari arbitrio Potestatis, & Prioris, & quia in casu in dicta decisione proposito aderat unus *frater*, & duo sorores à Patre universales hæredes institutæ, nec non dotatæ ab eo, sive à Potestate, movit dubium Rota, an dictæ dotes essent detrahendæ antè legitimam debitam dicto masculo, & an pro dicta legitima accipienda esset tertia reliqui patrimonii deductis dotibus, ponderavit itaque num. 1. secundum communem opinionem Doctorum in casu similis Statuti præmittendam esse detractionem dotium uti æris alieni, & tertiam residui assignari debere masculo pro legitima, ut nos pariter supposuimus, sed quia dicta mensura servata nimis remanebat diminuta dicta legitima in dicto casu; Ideo Rota æquum duxit declinare à dicta opinione quamvis communi, & decernere integrum Trientem totius patrimonii tribuendum esse masculo pro legitima, & propterea non esse prius detrahendas dotes, vel ex solo residuo sumendam esse tertiam pro dicta legitima, ut colligitur ibi num. 5. 6. licet errore Typographi in Codice à nobis viso omissa fuerit dicta dictio *non*, ut patet ex contextu totius decisionis, nam alioquin si detrahendæ fuissent dotes, verificari nequibat legitimam ascendere ad trientem totius patrimonii, ut voluit Rota, & mota fuit, quia cum Statutum Firmanum conditum fuisset favore masculorum, non conveniebat, quod in eorum odium retorqueretur, & quod masculus minorem portionem consequeretur, quam ea, quæ obtigerat sororibus, & consequenter deterioris fieret conditionis. Omne studium ergo adhibuit Rota, ut opitularetur masculo, & pro obtinendo hoc fine discessit à communi opinione, quia dictum Statutum non ligabat ei manus, nec præcisè disponebat prout illud Januæ, nempè semper dotes, uti æs alienum, detrahendas esse ante legitimam, & indè ex reliquo patrimonio assignandam esse tertiam masculos. Consideravit etiam in suo casu fuisse sorores hæredes universales institutas, & proinde nullam aliam viam superesse proficiendi masculo, nisi pinguiorem reddendo ejus legitimam. Quanto ergo magis Rota amplexa fuisset nostram literalem explicationem in terminis Statuti disponentis, sicut istud Januæ, ut masculi si non æqualem cum sororibus, saltem non nimis minorem obtinerent portionem.

Applicando igitur conceptum à nobis formatum controversiæ vertenti, ponderavimus dotem q. M. Liviæ, constitutam fuisse in sc. 20000. aureis, à quibus demptis libris mille Cartularii pro stratiis ad formam Statuti sub *cap. 7. lib. 5.* quæ reductæ ad scutos aureos, componunt summam scutorum 180. 16. 4. additis aliis scutis 70. similibus pro Funeris impensis, quas in defectu probationum taxavimus in dicta summa, sequendo arbitrium à Jure hoc casu relictum Judici, ut advertit *Cyriac. controv. 619. num. 42.* remanet dicta dos in scutis aureis 19749. 3. 8. & quia superfuerunt duo filii masculi, scilicet q. Excell. Carolus, & q. M. Nicolaus ejus frater, & q. M. Joanna soror innupta, cùm nulla debeatur haberi ratio reliquarum filiarum, quæ jam fuerant à patre dotatæ, & una nupta, & reliquæ Professæ in Monasterio, quæ haberi debuerant, ac si non extarent ut ait *Parisius cons. 25. num. 40. lib. 2.* & apertè disponit Statutum *de fœminis dotand. & in cap. de success. ab intest. §. dedicatus, vel dedicata.* Ideò de Jure communi legitima dictorum trium filiorum ascendisset ad summam scutorum aureorum 2194. 7. & quia duo aderant masculi, eorum legitima simul juncta complevisset summam scutorum 4388. 14. auri. Ad hoc ergo, ut verificari possit legitimam dictorum fratrum esse tertiam reliquorum bonorum deductis dotibus, ut decrevit Statutum, opus fuit relinquere illæsam à dictis dotibus tantam partem patrimonii, sive dotis dictæ M. Liviæ, quæ ascenderet ad scuta aurea 13165. 19. & propterea pro dote dictæ M. Joannæ superfuerunt tantummodò sc. 6583. 4. 8. similia, ad quos limites in nostra sententia reduximus anterioritatem hypothecæ, quam pro dote dictæ M. Joannæ M. Dominicus Imperialis ejus hæres desumpsit à dote dictæ M. Liviæ.

Diximus non innotescere nobis, an fuerit unquam decisus dictus articulus. Verùm quia pro parte dicti M. Dominici allegata fuit tanquam punctualis quædam decisio in uno casu, in quo Pater dotatis, dum in vita degebat, duabus filiabus usque ad summam, quæ absorbebat Bessem suorum bonorum, hæredes in testamento instituerat duos filios masculos, eosque fideicommisso gravaverat, & cum indè dictum Fideicommissum fuisset purificatum, & orta fuisset controversia inter hæredes masculorum, & vocatum ad Fideicommissum circà quantitatem legitimæ detrahendæ, & quæ debita fuerat dictis masculis, D. Bartholomæus de Rusticis assumptus Judex pronunciavit ponenda esse in calculo dictæ hæreditatis etiam bona assignata pro dotibus dictarum filiarum, ad finem detrahendi, prout detraxit integrum trientem pro dicta legitima, & sic totum residuum, quod remanserat apud Patrem deductis dotibus, & ad ita judicandum, ut nobis fuit suppositum, motus fuit fundamentis adductis in relata *decisione 4. post Merlin. de legit. & à Surd. cons. 332. num. 14. Barri de success. lib. 16. tit. 5. num. 6. Giovagn. resp. 9. num. 14. lib. 2. & Cyriac. controv. 116. num. 21.* 23

Ideò omittere noluimus differentiam inter dictum casum, & alterum coram nobis controversum, in eo enim agebatur de constitutione dotium facta à Patre, qui habebat liberam dispositionem suorum bonorum usque ad legitimam debitam filiis, & sicut dicta bona poterat relinquere extraneis, eadem & æquiori ratione licitum ei fuit assignare filiabus pro earum dotibus, ut superiùs animadvertimus, at in casu coram nobis vertente constituta fuit dos à taxatoribus electis, qui non habebant liberam dispositionem bonorum, ex quibus dos M. Joannæ erat detrahenda, & in ejus constitutione limitatam habebant eorum authoritatem à Statuto, ac sequi debebant præsumptam voluntatem dotare debentis, ut idem Statutum præscribit, & non eam destruere, ut resultaret, si dos constituta M. Joannæ esset integrè

gnà solvenda ex bonis M. Liviæ, quia pertinerentur legata, etiam pia, ab ea ordinata, &c. ideò ab uno
24 casu ad alterum non est facienda illatio vulgata *l. Papinianus ff. de minorib.* an autem in facti specie, in quo judicavit D. de Rusticis, triens totius patrimonii, non deductis prius dotibus, posset assignari masculis pro eorum legitima in terminis nostri Statuti non admittentis interpretationem, ut in *cap. de extrinf. intell. prohibit.* ut illius, super quo emanavit *dicta decisio 4. post Merlin.* & similium Statutorum, super quibus ratiocinati sunt relati Doctores favendo masculis omni meliori modo, quo potuerunt, est alia indagatio, quam non duximus esse hic opus assumendi, ne magis prolixa nostra scripta fastidiant.

25 Ultimo loco contra intellectum à nobis datum dicto Statuto fuit adductus *Brun. super Statut. fœmin. à succession. exclud. art. 9. quæst. 1. col. 3. sub vers. quod maximè procedit*, ubi refert opinionem *Alexandri in cons. 7. lib. 2. num. 5.* ubi ait dotem congruam assignandam esse filiæ, usque ad quantitatem legitimæ, & si non extant Fratres, vel alii descendentes ab eo, qui tenetur dotare, constituendam esse dotem in tota hæreditate, si aliter viro digno nubere non possit.

26 Fuit etiam allegatus *Surd. cons. 332. n. 14. lib. 3.* ubi ait, quod si legitima præstanda sit regulariter habito intuitu ad quantitatem patrimonii relicti tempore obitus parentum, à quibus debetur, nihilominus si fecerint in vita immensas donationes etiam descendentibus, tunc in calculanda eorum legitima attenditur tempus donationis, & ad cognoscendum quanta sit legitima, fit æstimatio omnium bonorum, quæ parens eo tempore possidebat inclusis, etiam donatis, & supplendum esse de dictis bonis donatis, si libera non supersint sufficientia.

Retulimus itaque dictas doctrinas, ut nihil intactum relinquamus, non quia controversiæ adaptari agnoverimus; Etenim prætermisso Alexandrum non loqui in Statuto, prout nostro Januæ non admittente aliquam interpretationem, & præfigente semper dotes ponendas esse in ære alieno, & pro legitima percipiendam esse tertiam reliqui patrimonii, & propterea Statutum esse arbitris limitem in taxanda dote filiabus exclusis, ne ita excedant, ut inde masculorum legitima resultet minor ea, quæ eis debetur de jure communi, prout eveniret, si non relinquerent exceptam à dote tantam portionem patrimonii, ut ejus tertia satis esset pro dicta legitima sancita à Jure communi; Prætermissis etiam à Bruno non examinari dictum particularem articulum, & contra Alexandrum allegari alios Doctores contrarium sentientes, Non vidimus quid commune habeat dictum Alexandri, qui loquitur quando non adsunt alii descendentes præter filiam dotandam, cum Statuto nostro condito favore masculorum descen-
27 dentium, quinimmò hoc casu, scilicet quando adsunt fratres masculi non posse assignari sorori majorem dotem, quàm sit virilis masculorum, desumi potest à contrario sensu Alexandri, & communem esse opinionem docuit *Cardinal. de Luca de dote disc. 44. num. 37. sub versic. verum sicuti*, ubi citat decisionem Magni Consilii Neapolis, & plures alios Doctores in idem convenientes, quod sit dictum ex abundanti.

Similiter aliena à nostra quæstione visa sunt tradita à *Surd. dict. cons. 323.* loquitur enim secundum dispositionem juris communis, nec ratiocinatur in casu dotis assignatæ filiabus, nec tangit punctum, quando dos est detrahenda uti æs alienum, neque umbram uniformitatis illius inspectio habet cum proposita controversia, & cum Statuto, de quo sermonem habuimus, unde nihil ad rem refert.

Ex his igitur vidistis enucleationem prædictorum Statutorum traditam à MM. Carolo Mascardi, & Joanne Antonio Tassorello, quæ tamen non ex omnibus partibus vera est, quia prædictæ dispositiones secundum intellectus mei imbecillitatem exigunt distinctionem, ut rectè, & clarè absque absurdo aliquo percipiantur. Non nego quidem hasce dispositiones municipales in hoc puncto esse obscuras, &
28 prædictos Jurisconsultos integræ esse capacitatis, & intelligentiæ, quia in rebus dubiis nondum refragandi sunt Doctores, quod potius unam, quàm alteram sententiam, vel opinionem sequamur. *Dec. in cons. 607. col. fin. Gratian. disceptat. forens. cap. 670. n. 10. & Marc. Medices decis. Senens. 50. n. 5.*

Utque benè explicationem adeamus, cum distinctione procedendum est super dictis statutis.

Duo casus igitur distinguendos esse certè crederem, 29
unus quando non tractari debebit de legitima, alter quando sic: In primo casu tota hæreditas devolvi deberet ad filios masculos, & filiæ habebunt solum quantum tres proximiores arbitrati fuerint voluntatem ascendentis defuncti fuisse, vel in eorum deficientia Magistratus, ut planè disponit hic statutum *de success. ab intestat.*

In secundo casu, ubi tractari debebit de legitima, integra legitima, sivè triens, sive semis, secundum filiorum numerum à statuto nostro *de falcid. in §. & habere debeant* assignatum, tribuenda est masculis, & fœminæ dotari pariter debebunt ad arbitrium dictorum trium proximiorum, vel Magistratus, ut suprà, dum tamen eorum taxatio dotium non excedat, quin filii masculi habeant de bonis suorum parentum, quantum aliàs essent habituri pro sua legitima de jure communi. Vide pro hac distinctione casuum *Rovit. dec. 22. num. 15. vers. sed altera prædicta.*

Et semper pro majori dilucidatione singula singu- 30
lis referendo, *l. si negotium C. de negot. gest. & ibi gloss. Castrens. cons. 18. num. 3. in fin.* dico in substantia quod statutum nostrum *de fœmin. dotand.* prædictos duos casus comprehendit, videlicet quod quando non tractatur, nec tractari debet de legitima, tunc simpliciter arbitrio dictorum trium proximiorum, vel Magistratus regulato ad voluntatem Testatoris dotes taxari debebunt fœminis, & totam hæreditatem ad masculos devolvi, ut in similibus terminis totalis exclusionis filiarum à successione, quod 31
filiæ dotari debeant à proximioribus docuit *Michaler. de fratrib. part. 3. cap. 3. num. 17.* Ubi docet e- 32
tiam quantum ad arbitrium provenire potest *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 16. num. 9. 16. 22. Mans. consultat. 7. num. 26. lib. 1. Rot. decis. 44. part. 12. & decis. 28. part. 13. recent.* ac etiam in terminis statuti nostri scripserunt *Bosc. cons. 2. num. 5. Mascard. de general. stat. interpr. conclus. 4. num. 135. Altograd. Sen. cons. 17. num. 21. lib. 2.* & fere in simili nostro Statuto *Beroi cons. 65. num. 10. 17. & seq.* Ideoque in isto casu, quo non tractatur de legitima, nullam de ea rationem habere voluerunt statuentes, sed totam considerationem reliquerunt prudentiæ proximiorum, vel Magistratus.

Ulteriùs additur, quòd licèt statutum nostrum ni- 33
hil dixisset de dotibus fœminarum exclusarum à totali successione, attamen deberent ipsæ ab excludentibus secundum qualitatem personæ, quantitatem patrimonii, viri condecentiam dotari *Dec. cons. 276. num. 1. Paris. cons. 36. n. 19. vol. 3. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 278. num. 175. lib. 1. Marin. resol. 210. num. 6.* Vide *Giurb. ad consuet. Messan. cap. 7. gloss. 7. part. 1. à numer. 22.* ubi latè quando dos congrua, vel incongrua dicatur *Rub. de Valle de legal. cap. 70. num. 336. & seq.*

In altero verò casu, quando tractaretur de legitima, tunc benè dotandas esse dictas filias ad arbitrium dictorum trium proximiorum, seu Magistratus, ut suprà, ita tamen, ut eorum dotatio non excedat, quin filii masculi non possint habere pro legitima statutaria, scilicet pro integro triente, vel semisse secundum numerum filiorum à statuto *de legat. & falcid.* assignatum minùs eo quod habuissent de jure communi.

Sic igitur intelligendum est statutum *de fœmin. dotand. in §. descendentibus* se referens ad statutum *de legat.* & sic explicari debet in illis postremis verbis *ita tamen*, ut infra, ita tamen, ut masculi, ubi tractetur de legitima, non possint habere minùs, quàm continetur in statuto *de falcid.* ly (attentè quæso) ly *ubi tractetur de legitima* semper subintelligitur, quia statutum *de legat. & falcid.* relatum per statutum *de fœmin. dotand.* solùm in his terminis loquitur videlicet *sed si fuerint masculi filii, & fœminæ, ubi tractetur de legitima, dicta legitima sit to-*

ta

ta filiorum masculorum, & aliæ fœminæ habeant duntaxat illud, in quo fuissent dotatæ per Patrem, seu ascendentem, sive aliter beneficio cap. sub rubr. de fœminis dotandis, dum tamen dotatio non excedat, quin filii masculi habeant de bonis parentum, quantum alias essent habituri pro dicta legitima de jure communi.

Et in terminis tantum hujus secundi casus benè procedit intellectus datus à MM. Carolò Mascardo, & Joann. Antonio Tassorello, secundum quem etiam in appellatione à MM. Joseph Maria Spinula, & Bernardo Salvago judicatum fuit ann.

Exempli gratia (retenta eorum thematis specie) si patrimonium defuncti esset in scutis 7000. existentibus duobus filiis, masculo scilicet, & fœmina, & tractaretur de legitima detrahenda, vel quia filium hæredem non instituit Pater, vel propter onera legatorum, seu fideicommissorum, vel ob inofficiosas donationes, vel ob aliam causam filius hæres Patris esse nolit, vel non possit, tunc, & eo casu, quia tractari debebit de legitima, ad hoc ut adimpleretur ad unguem prædictum statutum *de legat. & falcid.* deberet deduci prius æs alienum, funeris impensæ, quæ ad scuta 1000. in hoc nostro casu importare fingamus, quibus sic deductis patrimonium defuncti remaneret in scutis sex mille, ex quibus extractis pariter scutis tribus millibus pro dotæ filiæ tamquam ære alieno, ut vult statutum nostrum ut supra, posito quoque quod qualitas personæ, & status secundum rectum arbitrium trium proximiorum, vel Magistratus non minorem, sed majorem potiùs quantitatem exigeret, quam tamen taxatores augere non possunt ob prohibitionem statuti nostri, ad hoc ut filius masculus pro integra legitima, ad quem per dictum statutum nostrum spectat, habere possit saltem quantum habuisset de jure communi. Haberet igitur in hoc nostro casu masculus tertiam bonorum remanentium factis prius prædictis deductionibus æris alieni, funeris, impensarum, & dotis ad formam statuti, quæ esset tota legitima consistens in scutis mille, quorum tertia pars sunt scuta mille, altera verò scuta duo mille applicabuntur secundum mentem Testatoris, vel legatariis, vel fideicommissariis, vel hæredi instituto, vel donatariis, vel quomodolibet fieri debebit secundum circumstantias casuum. Alterum casum quando filii masculi computatis fœminis essent à quatuor supra, & filiæ fœminæ essent in numero pari cum masculis; ita finge: Nitidum patrimonium est de scutis 6000. & adsunt tres masculi, & tres fœminæ. Sume igitur scuta 3000. quæ sunt medietas hæreditatis, & hanc dividendo in sex portiones cuilibet ex tribus masculis spectabunt de Jure communi scuta 500. quæ simul juncta pro legitima dictorum trium masculorum complebunt summam scutorum 1500. Ad hoc ergo ut verificari possit legitimam dictorum fratrum esse tertiam reliquorum bonorum deductis dotibus, prout disposuit Statutum nostrum *de legat. & falcid. §. & habere debeant* quando filii sunt ultra quatuor, & fœminæ essent in numero pari, opus erit relinquere tantum partem patrimonii, sive bonorum, quæ ascenderet ad scuta 4500. quorum 1500. quæ sunt tertia pars dictorum scutorum 4000. spectabunt ad dictos tres masculos, & alia scuta tria mille applicabuntur ut supra secundum voluntatem Testatoris.

Tertium casum quando scilicet filii masculi essent à quatuor supra, & filiæ fœminæ essent in numero majori, sic pone: Nitidum patrimonium est de scutis 6000. & adsunt tres filiæ, & duo masculi. Sume igitur ad sciendum quantum spectet ipsis masculis pro legitima de jure communi scuta tria mille, quæ sunt medietas scutorum 6000. & hanc dividendo in quinque portiones, cuilibet ex duobus masculis spectabunt scuta 600. quæ simul juncta pro dicta eorum legitima de jure communi complebunt summam scutorum 1200. Ad hoc ergo ut verificari possit legitimam dictorum masculorum esse tertiam reliquorum bonorum deductis dotibus, prout disponit nostrum Statutum *de legat. & falcid. §. & haberè debeant*. Quando filii sunt ultra quatuor, & fœminæ essent in numero majori, opus erit relinquere tantam partem bonorum, quæ ascenderet ad summam scutorum 3600. quorum 1200. quæ sunt tertia pars dictorum scutorum 3600. spectabunt ad dictos masculos, & alia scuta 2400. applicabuntur ut supra secundum voluntatem Testatoris.

Ultimum denique casum, quando filii essent ultra quatuor, sed masculi in majori numero, sic pone: Nitidum Patrimonium est de scutis 6000. & adsunt tres masculi, & duo fœminæ. Tunc igitur ad sciendum quantum spectet ipsis masculis pro legitima de jure communi scuta tria mille quæ sunt medietas dictorum scutorum 6000. & ea dividendo in quinque portiones, spectabunt cuilibet ex dictis tribus masculis scuta 600. quæ simul juncta pro dicta eorum legitima de jure communi complebunt summam scutorum 1800. Ad hoc ergo ut verificari possit legitimam dictorum masculorum esse tertiam reliquorum bonorum deductis dotibus, prout disponit Statutum, opus erit relinquere tantum partem bonorum quæ ascenderet ad summam scutorum 3600. quorum 1800. quæ est dimidia dictorum scutorum 3600. spectabunt ad dictos tres masculos, & alia scuta 1800. applicabuntur, ut supra, secundum voluntatem Testatoris.

Neque aliquid stuporis habet, quod melioris censeantur conditionis fœminæ, quàm masculi in hoc casu, quia masculi solùm possunt prætendere eorum legitimam in bonis paternis, fœminæ verò dotem, quæ aliquando longè major est, quam earum legitima, nam in eis dotandis habetur respectus ad ea- 34
rum qualitatem, & statum, & præcipuè ad consuetudinem Patriæ, ut affirmant Doctores omnes, & præ cæteris discurrit *Cardinal. de Luc. discurs.* 144. *numer.* 15. & 34. *cum seq. de dot.* Ipsemet ego dixi supra in *verb. Soli num.* 61. *cum seq.*

Imò vobis observandum erit quantum favorabile fuit Statutum masculis, quia tali modo disposuit, ut filius habere posset, quando ageretur tantum de ejus legitima, pinguiorem, non verò minorem legitimam, quam habere potuisset de jure communi, & ex his clarè meo judicio evadunt prædictæ dispositiones Statutorum nostrorum.

Modò videndum est in quibus bonis debentur dotes, an possint solvi in pecunia, an in speciebus: Dico 35
enim, & indubitatè quod dos per masculos sit tradenda in pecunia, *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 278. *num.* 272. *Provenzal. ad consuet. si moriatur observ.* 13. *num.* 5. *Duran. decis.* 41. & hæc opinio verior est, quia licet ad rationem dotis in communi fortè non pertineat esse potius in pecunia, quàm in bonis, & differentia sit solùm materialis, attamen ad 36
rationem dotis in particulari constituendæ in recompensationem damni illati, prout evenit in nostro Statuto, quo dotatio statuitur in recompensationem exclusionis, quam fœmina favore masculorum patitur à virili portione, seu legitima *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 9. *n.* 21. *Amat. resol.* 2. *n.* 35. *Hodiern. controv.* 11. *n.* 28. *lib.* 1. *Franch. decis.* 26. *num.* 6. *Capyc. Latr. dec.* 128. *num.* 30. *& seq. Rot. post Fenzon. decis.* 112. *§. & quartum Rot. recent. decis.* 405. *num.* 26. *part.* 5. *& dec.* 329. *num.* 39. *& num.* 52. *part.* 6 ratio est, quia quando 37
Statutum dotari mandat post exclusionem, tunc dotatio videtur expressè in recompensationem dictæ exclusionis, potius ergo pertinet esse dotem in pecunia, quàm in bonis, quod regulariter est utilius fœminæ, utpotè, quæ cum pecunia promptiùs reperit maritum, illiusque periculum in eum transit, & pro ea habet omnia mariti bona obligata, *Durand. dicta decis.* 41. *numer.* 1. *Rota in Bononiens. dotis* 26. *Novembris* 1643. *§. & in casu coram Bichio*, & sic magis conducit ad finem Statuti exclusivi, qui est ut bona conserventur in agnatione *Merlin. decis.* 866. *num.* 9.

Secùs autem si impossibilitatus esset masculus sol- 38
vere in pecunia illam dotem *Rota decis.* 98. *part.* 5. *recent. Cost. de remed. subsid. remed.* 3. & hoc procedit etiamsi dos promissa fuerit in pecunia.

S U M M A R I U M.

1 *Dos matris prædecedentis Patri suo, sive soluta, sive promissa, ad suos filios transmittitur.*

2 *Ita si Pater matris pradecedat, quia tunc in filia dos consolidatur, & ad suos heredes eam transmittit.*

3 *Si mater est indotata transmittit ad filios jus petendi suas dotes.*

4 *Filii masculi filiarum nihil aliud possunt petere in bonis avi materni quam dotes eorum matris, quia à Statuto excluduntur à tota successione, & hereditate.*

5 *Dos pradecedente filia cum filiis ad istos transmittitur per Consuetudinem Martinianam.*

6 *Et hanc consuetudinem procedere dicunt plures in casu, quo filia pramoreretur non solum patri, sed marito.*

7 *Sed indistinctè procedit conclusio, quia solum ad favorem filiorum, hac consuetudo introducta fuit.*

Contrarium num. 13.

8 *Si mulier fuit nupta cum matrimonio putativo, scilicet, vel invalido, vel dissoluto, dos, qua per hoc matrimonium ei soluta fuit transmittitur benè ad suos heredes.*

9 *Et hoc procedere in terminis Statuti nostri.*

10 *Dos bona fidei putativa gaudet omnibus privilegiis dotis favòre ipsius mulieris.*

11 *Dos constitata super putativo matrimonio recipit fructus, vel usuras dotales:*

12 *Item in matrimoniu putativo habet locum* auth. resque commun. de leg.

VEL MASCULI EX FOEMINIS) Quid, vel quantum habere debeant masculi ex fœminis non dicit Statutum nostrum *de fæmin. dotand.* ad quod Statuentes hic se remiserant, non ideò nihil habere debent, quamvis tota hæreditas solis filiis mas-
1 culis deferatur, quia si eorum mater prædecessit, ad eos transmissa fuit de bonis avi materni dos matri suæ, vel soluta, vel constituta, seu promissa *Thesaur. decis. Pedemont. decis.* 190. *numer.* 8. 9. *Rot. decis.* 248. *per tot. part.* 4. *divers. Merlin. decis.* 433.
2 *num.* 10. *Gratian. discept.* 556. *num.* 35. Itaque si prædecedente Patre in filia dos ita consolidatur, ut ad suos hæredes eam transmittat *dict. Gratian. dict. loc. num.* 34. *Honded. cons:* 32. *lib.* 1. *num.* 25. *& l. unica §. maneat, & §. videamus C. de rei uxoria action. Noal. de transmiss. cas.* 19. *n.* 1. *Barbos. ad l.* 1. *part.* 4. *num.* 12. *ff. solut. matrim. Boss. de dot. cap.* 6. *n.* 102.
3 Ita, si mater prædicta esset indotata, nam etiam ad ejus filios transmittit jus petendi suas dotes *Boss. d.*
4 *tract. cap.* 4. *num.* 104. & præter illud quod matri pro dotibus debitum est, nihil possunt petere ab avo materno, quia hujusmodi masculi excluduntur à successione totaliter, & solum ad filios masculos, per masculinum sexum descendentes tota hæreditas transmittitur à Statuto, unde non possunt habere, ut dixi suprà suo loco, aliquam legitimam, quia ab ea exclusi sunt, nam legitima est pars hæreditatis à qua omnino excluduntur, quo argumento etiam utitur *De Luc. disc.* 13. *num.* 4. *vers, verb. igitur de dot.*

Hìc tamen incidenter omittendum non est decla-
5 rare, quod proximè dixi, videlicet, quod prædecedente filia patri cum liberis dos profectitia transmittitur ad filios, non alio jure, quàm per consuetudinem Martinianam communiter ob æquitatem receptam. Scire autem debemus in hoc quod multi
6 authores procedunt cum aliqua distinctione, scilicet quando præmoriatur filia non solùm Patri, sed etiam marito; Volunt enim in isto casu esse liberorum, secus autem si præmoriatur maritus uxori, quia tunc
7 ad Patrem dotantem reverti debere tenent. Ego tamen indistinctè quod vel præmoriatur uxor, vel maritus, si adsunt liberi, isti dotem matris suæ habere debebunt, & ita in iudicando observare semper debemus cum consuetudo Martini ad favorem filiorum introducta fuerit, ut benè advertit *Michalor. part.* 1. *cap.* 40. *in tract. de fratr.*

Quæsivimus suprà, & decidimus, pariter, quod si filia nondum fuerit nupta, quamvis dotata, dos non ei acquiritur, nec debetur, & ideò ad hæredes
8 non transmittitur. In dubium iterum venit, si filia esset nupta cum matrimonio putativo scilicet, vel invalido, vel dissoluto ob causam, seu impedimentum recognitum, & pro affirmativa concludendum, nam adimpleta satis est conditio matrimonii ad hoc, ut mulier perfectè acquirat, ac irrevocabiliter *Text. sunt expressi in l. si donaturus in princ. & l. si extraneus ff. de condict. ob caus. Bald. novel. de dot. part.* 11. *in fin. num. fin. quem sequitur de Luc. de dot. disc.* 9
101. *num.* 10. ubi loquitur in terminis Statuti nostri *de fæmin. dotand.* & generaliter dos bonæ fidei pu- 10
tativa gaudet omnibus privilegiis dotis favore ipsius mulieris, quæ in bona fide versata est, atque omnes consummatos effectus ex matrimonio retinet, quamvis posteà istud nullum detegatur *Bart. in l. si concubina ff. rer. amot.* & docent communiter scribentes inter quos *Barbos. in l. si cum dotem §. fin. num.* 4. *ff. solut. matrim. Michalor. de fratr. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 54. *Arias de Meza lib.* 2. *var. c.* 21. 22. *quem sequitur dictus Card. de Luc. discurs.* 101. *n.* 10. *de dot. cum Boss.* & aliis relatis in *disc.* 160. 161. *eo*
ubi dos constituta super putativo matrimonio recipit 11
fructus, vel usuras dotales, & in *disc.* 112. *&* 145.
ubi quod in dote putativa, sive matrimonio putati- 12
vo intrat *Auth. res quæ comm. de legat.* & mulier potest prætendere detrahendam esse sibi dotem ex fideicommisso, dummodo fuerit in bona fide.

ADDITIO

Ad num. 7.

Hæc opinio est contraria alteri, quam firmavi in- 13
fra §. 9. In *omnibus autem casibus num.* 6.

---

§. II.

SI ex defuncto non aderunt descendentes masculi, ex masculino sexu succedant filiæ fœminæ, & liberi ex fœmineo sexu descendentes, & fœminæ ex masculis præmortuis descendentes, seu qui aderunt ex prædictis facta invicem collatione dotium, si quas ex bonis intestati defuncti habuissent sublata differentia sexus, & Patriæ Potestatis, prout de jure communi succedere debent, & in stirpem, & non in capita.

SUMMARIUM.

1 *SI masculi nolunt, vel non possunt succedere fœmina ex Statuto nostro, venire possunt ad successionem.*

2 *Debitor per Statutum nostrum sub rubr.* quod debitores &c. *in fraudem creditorum non potest repudiare hereditatem, legatum, vel donationem, & hoc Statutum summè laudatur à Rocc. & de Luc.*

3 *Debitor repudiando jus hereditatis peccat contra charitatem, & tenetur in foro interno illud adire, ut creditoribus satisfacere possit.*

4 *Secùs verò de jure civili.*

5 *Si aliquis negat acquirere hereditatem, utitur jure suo, & nemini injuriam facit.*

6 *Filiusfamilias non potest cogi à Patre ad adeundam hereditatem in bonis adventitiis.*

7 *Debitor nolens adire hereditatem, non damnificat cum actu positivo suum creditorem, nec eum fraudat.*

8 *Debitor hereditatem repudiando non agit in fraudem creditorum:*

NON ADERUNT DESCENDENTES MASCULI EX MASCULINO SEXU) Non so- 1
lum si non aderunt, sed si noluerint succedere, vel non poterunt, quia ut dixi supra si nolunt, aut non possunt non nocet fœminis, quia cessante illorum favore cessat dispositio *Carpan. ad Stat. Med. cap.* 278. *num.* 74. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 2. *n.* 56. *Bellon. de jur. accresc. cap.* 5. *quæst.* 49. *num.* 13. *Merlin. decis.* 22. *num.* 10. *Rot. rec. decis.* 518. *n.* 4. *part.* 3. *& decis.* 368. *num.* 10. *part.* 4. & vide ea, quæ dixi suprà.

Hic incidenter cadit quæstio, quod si filius nollet hæreditatem adire, & hoc esset in præjudicium cre-

creditorum, an possit hoc facere per nostrum Sta-
2 tutum disputatio hæc inutilis evadit, quia nostri statuentes voluerunt sub rubr. *quod debitores non possint repudiare hæreditates*, quod quilibet debitor teneatur adire hæreditatem, donationem, legatum in favorem creditorum, imò quoad ipsos habeatur, ut adita, ac acceptata hæreditas, donatio, ac legatum cum clausula salutari *benef. leg. & invent.* & hæc est pia, ac recta statuti dispositio & laudabilis, & semper æterno honore commendandi Statuentes nostri, ut illos etiam laudibus prosequitur *Episc. Iscl. Rocc. cap. 49. n. 5. tom. 1. &*
3 *Emin. de Luc. de credit. disc. 137. n. 12.* & quidem in foro interno debitor ex causa onerosa repudiando jus delatum peccat contra charitatem, quoties sine justa causa non utitur medio, quo facilè possit satisfacere suo creditori *Sanchez de matrimon. lib. 6. disp. 4. n. 9. & seq. Mas. resol. 41. num. fin. lib. 2. Capyc. Latr. decis. 8. num. 13. & seq. Add. Franch. decis. 101. Olea de Cess. quæst. 3. num. 5.*

4 De jure autem communi, vel civili masculus potest invitis creditoribus repudiare jus excludendi fœminas sibi à Statuto delatum *Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 278. num. 96. & seqq. Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 2. num. 53. Donad. de renunc. cap. 2. n. 77. Castill. controv. lib. 5. cap. 112. num. 19. Mesa resol. 41. lib. 2. Salgad. in labyrint. creditor. part. 2. cap. 14. n. 2. & seq. Gizzarell. ad decis. Capyc. Latr. observ. 8. n. 1. & seq. Burat. decis. 62. n. 7.*

Et ratio in ordine ad masculum est, quia Statutum exclusivum fœminarum principaliter conditum est favore masculi, & non odio fœminæ, & militat axioma, ut quilibet possit renuntiare favori suo, & nemo invitus cogitur sibi directo acquirere, atque in directa acquisitione necessarius est positivus
5 consensus acquirentis, & nolendo acquirere, utitur jure suo *l. nemo 199. §. quodcumque ff. de reg. Juris*
6 *Bellon. de Jur. accresc. cap. 7. quæst. 42. num. 210.* & à fortiori patet exemplum in filiofamilias, qui in adventitiis non potest cogi à Patre, ut adeat, vel agnoscat *l. fin. vers. recusante filio C. de bon. quæ liber. Bellon. dicto cap. 42. n. 193. & n. 197.*

7 Respectu verò creditoris est, quia non acquirere non est actus positivus, sed ejus negatio, seu omissio, per quam non fraudatur, nec damnificatur creditor, quia debitor nihil agit, & nihil agendo, nihil fraudis committit, prout è contra accidit per actum positivum diminutionis ejus patrimonii *l. non fraudantur 177. ff. de reg. Jur. l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit.*

8 Et denique, quod absolutissimum sit in jure debitores quoscumque posse repudiare hæreditatem, quia nullo modo potest dici debitorem in fraudem creditorum agere probat cum centum ferè Doctoribus *Eruditissim. Rocc. Episc. Isclanus in cap. 49. num. 6. & Eminentiss. Card. de Luc. disc. 137. de credit.*

S U M M A R I U M.

1 *STatutum excludens filias propter masculos non est simpliciter factum favore agnationis.*
2 *Statutum nostrum exclusivum filiarum conditum est favore masculinitatis.*
3 *Contrarium, & num. 4.*
5 *Decisiones, quæ fiunt super Statutis, deserviunt pro eorum interpretatione.*

1 SUCCEDANT FILIÆ FOEMINÆ) Per dispositionem hujus Statuti non videtur tantùm exclusas fuisse fœminas ratione conservandi agnationem, quia aliàs non prætulisset filias fœminas fratribus defuncti, sed benè videtur Statutum conditum fuisse non simpliciter favore agnationis, sed favore hujusmodi qualitatis, concurrentis tamen in certis gradibus tantùm personarum *Menoch. cons. 95. numer. 86. & 96. Grat. cons. 20. lib. 1. num. 13. & 14. Decian. cons. 287. num. 10. Caball. cons. 128. num. 150. & seq.*
2 *lib. 2.* Quamvis *Altograd. Pater cons. 62. à num. 12.* teneat contrarium, quod scilicet Statutum nostrum factum sit contemplatione solius masculinitatis, sed Altogradus non consideravit prædictam distinctionem, quæ verè appropriatur Statuto nostro, in quo simpliciter non excludit cognatos propter agnatos, neque absolutè præfert masculos fœminis, sed solùm excludit fœminas in certis casibus, in quibus exclusio fœminarum potest esse contemplata favore
agnationis, ideoque dicitur Statutum factum favore 3
agnationis in certis gradibus cognationis, non merè favore agnationis, ut per *Grat. cons. 20. lib. 1. n. 13.*
& 14. & alii suprà à me adducti. Sed saltem, quan- 4
do Statutum excludit fœminas propter masculos, intelligitur hoc Statutum id operari non favore masculinitatis, sed agnationis, ita suprà latè dixi, & de cæteris aliis Statutis huic similibus tradunt *Castill. controv. quotid. lib. 2. quæst. 4. num. 78. cum seqq. & lib. 5. controv. 95. num. 2. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 2. num. 283. Mart. de success. legal. part. 2. quæst. 4. artic. 4. num. 18. & seq. & part. 3. quæst. 1. artic. 4. num. 22. Cyriac. controv. 137. num. 15. Rot. decis. 232. n. 3. part. 1. divers. Emin. Corr. decis. 126. num. 2. 3. & decis. 185. num. 1.* & in puncto Statuti nostri *Caren. resol. 172.* in eadem causa in qua scripsit prædictus Altogradus, & ita etiam fuit judicatum in causa gravi de anno 1679. inter MM. Fratres de Saulis, & Paulam Mariam Patruos, & Matrem respectivè defuncti, & ultimo loco etiam judicatum per M. Rotam nostram in una Januensis successionis die 23. Aprilis 1691. inter Illustriss. Mariam de Mari Grillam, & Illustriss. Carolum de Mari, quæ est
Allegatio 307. num. 21. Palm. Nep. quæ judicia be- 5
nè deserviunt pro Statuti nostri interpretatione, si aliquam umbram pateretur dubietatis *Corr. decis. 776. & decis. 842. utrobique num. 12.*

S U M M A R I U M.

1 *COllationis definitio.*
2 *Item quid sit.*
3 *Collatio habet locum solum inter descendentes succedentes ascendentibus.*
4 *Et semper inter ipsos fieri debet, nisi testator eam prohibuerit expresse.*
5 *Succedentes titulo singulari, vel legato, vel fideicommisso non tenentur conferre.*
6 *Solum conferuntur bona, quæ à Defuncto processerunt.*
7 *Institutus in re certa neque conferre tenetur.*
8 *Si filii, vel filiæ nolunt esse hæredes non tenentur conferre, quod sæpè juvat filiis, quibus pingues donationes, vel filiabus splendidæ dotes constitutæ fuerunt in vita.*
9 *Si donatio facta uni ex filiis esset inofficiosa, ideoque nollet succedere ob evitandam collationem, attamen tenetur ille conferre ad limites legitimæ debitæ aliis fratribus.*
10 *Filia tenetur conferre dotem ad limites legitimæ filiorum, si dos fuit inofficiosè ei constituta.*
11 *Attenditur tempus mortis Patris ad judicandum si dos, vel donatio fuerit inofficiosa.*
12 *Filia si non potest conferre dotem jam viro suo solutam debeat id facere minus accipiendo de bonis paternis, seu maternis computata dicta dote.*
13 *Jus conferendi ad hæredes transit activè, ac passivè.*
14 *Verbum* habere *actualem existentiam importat.*
15 *Si dos filiæ tempore collationis est dilapidata sine culpa filiæ non est conferenda, secùs si culpa filiæ.*
16 *Si dos est dilapidata tunc sufficit filiam solum conferre actionem, secùs si inexigibilis actio facta fuisset illius culpa, quia tunc ad sui præjudicium tenetur conferre.*
17 *Filia tenetur conferre, scilicet actione dotis cedere aliis fratribus, quando hæredes mariti sunt solvendo.*
18 *Quæ bona teneantur, & non teneantur conferre filii, remissivè.*

COLLATIONE DOTIS) Collatio nihil aliud 1
est, quam propriæ rei in commune inter hæredes latio pro hæreditariis portionibus dividenda *l. 1. ff.* *de*

2 *de collat. bonorum*, ibi *ut sua quoque bona in medium*
conferant qui appetunt paterna, & ibi *nam si bona à*
Patre relicta, & emancipatorum in medium conferun-
tur, & ita viriles partes sumuntur, l. filiæ dotem C.
de collat. ibi *filia dotem in medium, ita demum confer-*
re cogantur, & in l. illam eod. tit. Vide latè *Urceol.*
3 *consultat.* 40. & hujusmodi collationes habent solùm
locum inter descendentes succedentes ascendentibus
nullâ differentia factâ sexus, vel gradus emancipa-
tionis, vel patriæ potestatis *Text. est expressus in l.*
ut liberis C. de collat. Ant. Gomez. ad ll. Tauri l. 29.
num. 6. Bottilor. de successionib. Theorem. 46. num. 45. Mi-
4 *chaler. de fratr. part. 1. num. 1. & 2.* & inter eos de-
scendentes semper datur collatio, nisi expressè Testa-
tor prohibuerit, sive succedant, unde liberi, sive agnati,
sive cognati *Gomez. ad ll. Taur. l. 29. num. 31. vers.*
sed advertendum quod Michaler. dicto tract. & cap. 16.
5 *part. 1.* Item succedentes titulo singulari, vel legato,
6 vel fideicommisso non tenentur conferre; Requiritur
etiam in conferendo, quod bona processerint solùm
à defuncto, cui succedunt *Michalor. d. tract. eodem*
cap. num. 13. & Gomez. ad l. 29. Taur. num. 10. &
num. 31. vers. secundum requisitum, & vers. tertium
requisitum Crass. de success. lib. 2. artic. collatio bo-
7 *norum quæst. 4. num. 3.* ubi quod neque institutus in
re certa, quia loco legatarii habetur.
8 Observa semper, quod si filii, vel filiæ nolint esse
hæredes, non tenentur conferre, & hoc est notan-
dum, quia quandoque non competit filiabus haben-
tibus splendidas dotes, sive promissas, neque filiis
habentibus bona donata à Patre velle succedere, quia
tunc non conferunt *Crass. de success. d. loc. n. 1. & 2.*
& Gomez. ad dictam l. 29. Taur. n. 32.
9 Intellige tamen, quod si donatio facta fuit inoffi-
ciosa, scilicet nimis splendida, ita ut tangat legiti-
mam aliorum filiorum, filius tenetur bona conferre,
quamvis nolit succedere ad limites legitimæ aliorum
sororum, ac fratrum *Gomez. d. tract. ad ll. Tauri*
dicta l. 29. num. 33. & ibi Didacus Gomez addens,
& hoc sine dubio procedit.
Major enim difficultas est quando filia habet ma-
gnam, ac inofficiosam dotem, quæ tangit legitimam
10 aliorum, & negat succedere, sed tu in hoc casu te-
ne indistinctè, videlicet, sive constante matrimonio,
sive non, quòd semper teneatur filia, sive maritus
permittere, quod conferat dotem ad limites legitimæ
aliorum fratrum, ac sororum per rationes optimas
adductas à *Gomez. d. tract. l. 29. Tauri num. 34. &*
num. 35. & ibi Didacus Gomez in addit.
Quale tempus inspici debeat, ut dicatur, & cogno-
sci possit donatio, sive dos inofficiosa, an tempus dona-
11 tionis, vel dotis, an tempus mortis, cujus mortis tempus
dicit inspiciendum esse dictus author, & per consequens
licet dos, sive donatio non esset inofficiosa tempore dotis
solutæ, sive donationis, & postea diminuantur bona
Patris, seu Matris, itaut tempore mortis esset inofficiosa,
tanquam inofficiosa semper recensenda est, & è con-
tra, quando fuit inofficiosa tempore ejus constitutio-
nis, & posteà crescant bona, itaut inspecto mortis
tempore non sit inofficiosa, pro inofficiosa tenenda
est, nam semper tempus mortis inspiciendum est, ita
Gomez. d. loc. vers. secundo infero, & vers. tertio in-
fero. Vide *Cardin. de Luc. de dote disc. 66. num. 7.*
& disc. 156. num. 7.
12 Modus enim conferendi non semper idem est,
nam si filia dotem exegerit, & marito jam tradide-
rit, non potest alio modo conferre, nisi minùs ac-
cipiendo de bonis paternis, seu maternis computata
dote, *Gomez. d. loc. num. 36. vers. tertio modo num. 37.*
13 dicit etiam quod jus conferendi transit ad hæredes
passivè, & activè.
Quæritur modo in terminis Statuti nostri, si filia
non habeat amplius dotem, quia maritus illam dila-
pidaverit, an conferre debeat istam dotem, & sibi
pro sua parte imputare. Videretur quod conferre de-
beat per Statutum hîc, ibi *& facta invicem collatio-*
ne dotium, sed contrarium dicendum, nam dos
quando non extat non est amplius dos, quia non
entis nullæ adsunt qualitates, & ita debet intelligi
Statutum, quia non solùm se exprimere voluisse vi-
detur in illis verbis *facta invicem collatione dotium,*
si quas ex bonis intestati defuncti habuissent, se-
cùs autem si non habuissent, illud autem verbum 14
habere supponit actualem existentiam *Cartar. decis.*
96. numer. 2. in terminis similis verbis Statuti no-
stri *Scanarol. de visitat. Carcer. lib. 3. §. 8. cap. 2.*
numer. 22. & indicat cum effectu possessionem *Do-*
minicus Thaurusius in una sua allegat. inserta penes
Eminent. de Luc. post tract. de offic. venal. & va-
cab. in Celebr. Roman. pretii; Secretariat. in ord.
allegat. 5. num. 3. & 28. fol. mihi 146. & 153. Et
hæc intelligentia est secundum jus commune, secun-
dum quod semper passivè interpretatur Statutum,
undè si tempore mortis dotes dilapidatæ fuerint, 15
tunc non sunt conferendæ, secùs tamen si adesset cul-
pa mulieris, quia tunc ad ejus præjudicium dicitur
dotes constare, sicut dicitur possidere, qui dolo desiit
possidere, pro hac opinione est *Text. in auth. quod*
locum C. de collat. & hanc tenent ibidem Doctores
cum gloss. & l. 1. §. quod si ff. de collat. l. filia ff. de
collat. dot. Crass. de success. lib. 2. art. collatio bonorum
quæst. 13. num. 1. Tondut. quæst. 104. num. 3. Urceol.
consult. 40. Gomez. ad l. Tauri 29. num. 15. vers. item
etiam. Michaler. de fratr. part. 1. cap. 21. num. 5. ubi 16
dicit, quod sufficit illam inanem actionem solùm mu-
lierem conferre cum aliis, secus si inexigibilis dos fa-
cta fuerit ejus culpa, ut exempli gratia, si marito
vergente ad inopiam cum ejus scientia hoc patiatur
sine petitione assecurationis suæ dotis, tunc conferre
debet ad ejus præjudicium illam dotem tanquam ex-
tantem *Crass. dicta quæst 13. num. 3.* Si tamen hæ-
redes mariti essent solvendo, quomodo conferre de-
bet uxor ejus dotem? *Alex.* enim vult *in auth. quod*
locum C. de collat. referens ibi Decium, quod colla-
tio eo casu fiat præstando de dote conferenda, quod
exigi poterit. *Bald.* verò cujus opinio verior est quod 17
soror cedere debeat actiones fratribus per expressum
Text. in novell. 97. in fin. & ita *Crass. dict. quæst.*
13. num. 2.
Quæ bona teneantur, & non teneantur conferri 18
à descendentibus inter se latè tractat per suas quæstio-
nes *Anton. Gomez. ad ll. Tauri dicta l. 29. à num. 10.*
usque ad num. 31. & per plura capita distincta *Micha-*
lor. de fratr. à cap. 12. usque ad cap. 28. inclusive part. 1.
& Crass. per 21. quæst. in artic. de collat. bonor. lib. 2.
& Vitalius Nemausens. in tract. de collat. ad quos me
remitto, ne repetam meo inutili labore, quæ elegan-
ter tradiderunt dicti Jurisconsulti, quibus addo *Barr.*
de success. lib. 14. de collat. artic. 3. & 4. Valasc. de
collat. post suas consultationes, qui hanc materiam
diffusè tradiderunt.

---

§. III.

SEd si non extabunt filiæ, & una cum de-
scendentibus fœminis ex masculis præmor-
tuis, & cum nepotibus, vel neptibus ex filia-
bus, vel descendentibus masculis, vel fœmi-
nis ex eis, superessent fratres intestati ex utro-
que parente, vel saltem ex Patre conjuncti,
& filii, & descendentes masculi per masculi-
num sexum ex hujusmodi fratribus præmor-
tuis, seu aliquis prædictorum, succedant una
cum dictis neptibus, vel nepotibus ex filiabus,
& cum dictis descendentibus masculis, vel fœ-
minis ex eis, & cum dictis neptibus ex filio præ-
mortuo, vel descendentibus masculis, aut fœ-
minis ex eis, vel cum illis ex prædictis, qui ad-
fuerint in stirpem, & non in capita.

S U M M A R I U M.

1 *DE jure communi fratres ex utroque latere præferuntur consanguineis, secùs in hoc nostro Statuto.*
2 *Fratri pupillo, vel furioso decedenti succeditur per formam Statuti nostri, & verè intestatus dicitur.*
3 *Statutum si semel admisit consanguineum cum fratribus utrinque conjunctis, in omni alio casu Statuti admitti ille debet.*
4 *Et sic in concursu patris admittitur, si semel consan-*
gui-

guineus cum fratribus utrinque conjunctis admissus fuit.
5 *Rejicitur opin. Caren.*
6 *In nostro Statuto datur repræsentatio ultrà fratrum filios, scilicet in infinitum.*
7 *Dictio* dictis *est relativa ad personas superius expressas.*
8 *Dictio* vel *in hoc Statuto est conjunctiva, non alternativa.*
9 *Et debet pro tali haberi, si absurdum aliter, vel magis juris communis læsio sequeretur.*
10 *Alternativa legis solvitur in conjunctivam.*

1 VEL SALTEM EX PATRE CONJUNCTI) Difformatur hoc Statutum à Jure communi, quia de Jure præferuntur fratres ex utroque latere consanguineis, *§. si igitur Defunctus el. 2. auth. de hæredit. ab intest. auth. itaque C. commun. de success. auth. cessante C. de legitim. hæred. §. vult autem lex in auth. de consanguin. & uter. fratr.*

In hoc simili Statuto, quod tam fratres ex utroque, quàm consanguinei admittantur simul *Michalor. de fratr. cap. 14. num. 36. part. 3. Honded. cons. 5.*
2 *lib. 1. sed à num. 51. usque in fin.* consuluit, quod si
frater sit pupillus, furiosus, ideoque intestabilis, isti
succedat solùm frater ex utroque latere excluso consanguineo, quia cum hujusmodi Statutum loquatur de successione intestati, non potest habere locum in successione intestabilis, sed successio ad jus commune devolvitur, tanquam casus omissus à Statuto.

Hæc nimis semper fuit mihi visa simplex subtilitas Doctorum, prout testatur *Card. de Luc. de success. disc. 7. num. 5.* nam in Statutis solùm consideratur actus succedendi, & deficientia personarum, non verò earum qualitates, ut dixi suprà *in princ. verb. intestato decedenti*, ubi reprobavi dictam opinionem Hondedei, & sequacium.

3 Fratres consanguinei, quando semel à Statuto fuerunt admissi cum fratribus utrinque conjunctis, semper in aliis casibus admitti debent, prout ipsi essent verè fratres utrinque, & non consanguinei *Caren. re-*
4 *solut. 173. num. 11.* Itaut si concurreret consanguineus
cum Patre, Pater cum ipso admitteretur, licèt de jure in concursu Patris non admittuntur, nisi fratres utrinque conjuncti *Dec. cons. 628. num. 9. in fin. vol. 2. Cancer. var. lib. 1. cap. 5. num. 35. de success. ab intest. Fachin. controv. jur. lib. 6. cap. 8.* quamvis *Caren. sub*
5 *num. 12.* non ponit hanc conclusionem omninò in
jure tutam, & claram, sed disputabilem, contraria tamen opinio locum apud majorem partem Doctorum obtinuit.

6 DESCENDENTES MASCULI) Hoc contra jus commune, quia in collateralibus non habet locum jus repræsentationis, nisi in filiis fratrum tantùm, & ultra eos non datur *auth. ut fratrum filii*, tam in rubro, quàm in nigro.

7 CUM DICTIS) Verbum *dictis* est relativum ad eas neptes, seu nepotes, qui ad oculum in Statuto leguntur *Rot. apud Durand. decis. 36. num. 31. tom. 1. & Caren. resol. 173. num. 5.*

8 NEPTIBUS, VEL NEPOTIBUS) Hæc dictio, *vel* est conjunctiva, & non alternativa ordinis: Primò, quia aliter daretur implicantia in hoc Statuti paragrapho, nam prius Statutum prænominavit, nepotes, & postea neptes, ibi *& cum nepotibus, vel neptibus* & postea prænominat prius neptes, & postea nepotes, ibi *cum dictis neptibus vel nepotibus*, ideoque sine dubio pro conjunctiva debet haberi hæc dictio, cum nullum ordinem consideraverunt Statuentes prænominando modò neptes, modò verò nepotes.

9 Secundò quia esset magnum absurdum vocare prius neptes, & posteà nepotes, quod evitari debet in Statutis, assumendo illam interpretationem, ne illud inducatur *Alderan. Mascard. de General. Statut. interpretat. conclus. 5. num. 153. & seq. ad num. 156.* Maximè quando æquè, & commodè verbum utramque significationem importat *Caren. resolut. 172. num. 8.* & semper quod minus lædat jus commune *Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 175. num. 10.*

10 Tertiò semper alternativa legis resolvitur in conjunctivam, dixit in terminis Statuti nostri de succession. *Caren. resolut. 172. numer. 2.* ubi respondet contrariis, sed me remitto inferiùs, ubi latius de hac dictione *vel* in Statuto nostro quid importet, explicabo.

---

§. IV.

QUod si non adessent descendentes ex filiabus, & sic solùm concurrerent neptes ex filiis, seu earum descendentes cum fratribus, & liberis masculis per masculinum sexum fratrum intestati, neptes ex filiis præmortuis habere debeant antepartem de bonis defuncti, de cujus successione tractabitur, ut infrà, hoc est, si una tantùm neptis adfuerit, scuta duo millia auri in auro, vel totam hæreditatem, si ejus valor fuerit ab indè infrà, & si adfuerint plures neptes, seu descendentes ex pluribus nepotibus, habeant antepartem pro qualibet ipsarum scuta mille quingenta auri in auro, vel totam hæreditatem, si fuerit minoris æstimationis. Et si fuerit capax pluris quantitatum superiùs declaratarum, residuum, quod erit (deductis antepartem quantitatibus, de quibus suprà in casibus respectivè prædictis) dividatur inter ipsas neptes, & ex eis descendentes ex filiis, & inter fratres, ac liberos masculos, per lineam masculinam fratrum defuncti in stirpem, & non in capita.

S U M M A R I U M.

1 *APpellatione fratris venit etiam consanguineus ut hic in nostro Statuto, quia semel consanneus cum fratre utrimque conjuncta admissus fuit.*
2 *Dictio*, & sic, *est illativa.*
3 *Dictio*, & sic, *est continuativa, & repetitiva formæ, & qualitatis præcedentis vocationis.*
4 *Statutum nostrum non consideravit vinculum cognationis, ideoque mater exclusa fuit, qua exclusa videntur exclusi, qui per eam conjunguntur.*
5 *In nostro Statuto veniunt omnes descendentes fratrum in infinitum.*
6 Residui *appellatione veniunt alia bona præter expressas portiones.*
7 *Item sub appellatione* altri, *vel* reliqui.
8 *Verba* in tutti gli altri beni *excludunt omnia legata particulariter facta.*

CUM FRATRIBUS) Potest hic cadere disputa- 1
tio in casu, quo adessent fratres utrinque, & consanguinei, nam fratres utrimque utique prælati à jure excludere vellent consanguineos, ut dixi suprà in præcedenti paragrapho *verb. vel saltem ex parte conjuncti*, sed brevibus sedatur hæc contentio per ea, quæ dixi ibidem scilicet, quod quando Statutum admisit fratres utrimque cum consanguineis semper admitti debent in aliis casibus. Præcipuè cum hic videatur, quod dictæ neptes in præcedenti Statuto admissæ fuerint cum fratribus utriosque generis, & Statutum unum est exclarativum alterius, itaut si frater à Statuto utriusque sortis desumitur in uno casu, etiam in altero includitur.

Prætereà considerandum est, quod Statutum so- 2
lùm respexit casum, in quo non adessent descendentes ex filiabus, & id solùm animadvertit, nam in conditione solùm posuit descendentes ex filiabus, & posteà Statutum dicit, sive prosequitur cum verbo *& sic*, quod verbum facit cognoscere inclusionem aliorum, jam suprà vocatorum, quia per hoc, quod est illativum *Honded. cons. 64. num. 7. lib. 2. Barbos. de claus. dicta 365. num. 3.* Inferuntur subito, exclusis descendentibus ex filiabus, alii superius vocati. Quod si per exclusionem descendentium ex filiabus Statutum adhuc non se acquievisset, sed etiam aliquas personas jam nominatas excludere vellet, non se conferret post exclusos descendentes ex filiabus ad verbum illati-
vum

3 vum *& sic*, quod est continuativum, ac repetitivum formæ, & qualitatis præcedentis vocationis *Grat. conf.* 106. *num.* 52. *Barbos. dict.* 365. *num.* 1.

4 Et tandem hujusmodi Statutum disponens de fratribus, tam conjunctis utrimque, quàm ex uno latere nunquam considerat cognationis vinculum; Imò mater expressè excluditur, ideòque illud impertinens omninò est, matre enim exclusa omnes videntur exclusi, qui per matrem conjunguntur, frustrà ergo opponitur defectus qualitatis, quæ adesset si nullius esset momenti, & alias rationes adducit *Surd. dec.* 239. *à n.* 7. *per tot. Menoch. conf.* 187. *num.* 8. *vers. quartè*.

5 LIBERIS MASCULIS) Appellatione liberorum veniunt omnes descendentes *l. liberorum ff. de verb. signific.* vide quæ dixi suprà in primo paragrapho *verb. liberi*: Et sic veniunt omnes descendentes masculi in hoc nostro Statuto.

SI FUERIT MINORIS EXTIMATIONIS) Non dic minoris scutorum mille quingentorum, quia Statutum hoc non intendit; vult enim dicere, quod si erunt plures neptes, assignari debeant cuilibet ex illis, scuta mille quingenta, & si hæreditas esset minoris extimationis, seu valoris, itaut non possint assignari dictis neptibus scuta mille quingenta pro singula, tunc tota hæreditas illis deferatur, si verò in hæreditate defuncti factis prius dictis assignationibus scutorum mille quingentorum cuilibet nepti, aliquid aliud superetit, dividatur, prout disponit hoc Statutum.

6 RESIDUUM) *Residui* appellatione veniunt omnia alia bona indistinctè defuncti, solùm præter portiones exclusas, ac expressas, idemque importat ver-
7 bum *altri*, & verbum *reliquum*, in terminis hujus Statuti similibus *Ramon. conf.* 13. *num.* 11. *& seqq.*
8 & in terminis verborum *in tutti gli altri beni*, quæ excludunt omnia legata particulariter facta *Rot. nostra coram Armenz. decis.* 72. *num.* 5.

§. V. & VI.

SI verò non extiterint prædicti descendentes, de quibus supra, succedant fratres masculi defuncti, sive utrinque conjuncti, sive ex patre tantùm.

SI cum dictis fratribus utrinque, sive ex patre tantum conjunctis, aderunt liberi masculi per masculinum sexum ex fratribus præmortuis, sive utrinque, sive ex patre tantùm conjunctis, succedant etiam dicti liberi cum dictis fratribus in stirpem, & non capita.

S U M M A R I U M.

1 *STatutum nostrum admittens fratres ad exclusionem sororum est conditum favore agnationis.*
2 *Vinculum cognationis in fratribus non consideratur.*
3 *Nullus augetur effectus, quando concurrit altera pars, qua non consideratur, & est impertinens.*
4 *Et sic cognatio in feudis non est consideranda, & in eis tam frater utrinque, quàm ex uno latere conjunctus succedit.*
5 *Dictio* sive *posita inter fratres utrinque, & alios ex uno latere conjunctos in nostro Statuto est conjunctiva.*
6 *In descendentibus fratrum per nostrum Statutum datur repræsentatio in infinitum.*
Etiam in terminis transversalium, num. 9.
7 *Dictio* dictis *importat qualitatem fratrum superius expressam.*
8 *Ubi datur repræsentatio, succeditur semper in stirpem.*

SIVE EX PATRE TANTUM) Et sic semper stante Statuto exclusivo fœminarum, con-
1 sanguineus admittitur cum fratre utrinque conjuncto, cum illud fundetur in ratione agnationis conservandæ, & dicatur factum contemplatione agnationis *Riminald. Jun. conf.* 283. *num.* 37. *Surd. conf.* 31. *numer.* 37. *lib.* 1. *Michalor. de fratr. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 36. *Beroy conf.* 96. *num.* 8. *lib.* 2. *Surd. decis.* 239. *à num.* 7. *cum seqq. & ibi Joan. Baptista Hodiern. Gratian. cap.* 661. *num.* 13. *& optimè Menoch. conf.* 187. *per tot. Rot. Roman. in una Faventin. successien.* 2. *Julii* 1708. *cor. Aldovrand.* ubi respondet contrariis, il- 2
lud enim vinculum cognationis in fratribus non consideratur per *Surdum dicta decis* 239. & in terminis similibus *Tort. ad Stat. Pap. Stat. Civil.* 93. *à n.* 2. *usque ad* 11. & ubi concurrunt duæ partes, quarum 3
una est impertinens, tunc ex ea nullus augetur effectus *Riminald. Jun. conf.* 283. *numer.* 33. *usque ad* 40. *lib.* 3. *Bellon. de jur. accresc. quæst.* 47. *cap.* 5. *num.* 14. *Aymon. Cravet. conf.* 186. *num.* 3. *& conf.* 224. *num.* 4. *Socin. Jun. conf.* 24. *n.* 7. *lib.* 4. *Menoch. dicto conf.* 187. *n.* 14. & sic cognatio in feudis non est consideran- 4
da *Gratian cap.* 661. *num.* 11. *Surd. dicta decis.* 239. *num.* 9. *Bellon. dicto tract. dicta q.* 47. *n.* 15. Itaut de jure succedat, tam frater consanguineus, quam utrinque conjunctus, hanc verò Statutum nostrum disputationem omninò sedavit hic verbis expressis.

SIVE) Stat copulativè, & non alternativè, ac 5
si dixisset Statutum: succedant utrinque, & ex patre tantùm, in his punctualibus terminis Statuti nostri consuluit doctè *Menoch. conf.* 187. *numer.* 18. *ad* 24. *inclusivè*, ubi pluribus rationibus ad oculum demonstrat, quod vocatio Statuti in fratribus utrinque, vel ex Patre tantùm habetur simultanea, & copulativè isti censentur vocati.

LIBERI MASCULI) Contra dixi jus commune 6
hoc esse, nam ultrà fratrum filios repræsentationem negat *Oinot. instit. de heredit. quæ ab intest. deferunt. in tertio ord. succed. num.* 13. & ibi omnes institutistæ.

SIVE EX PARTE TANTUM CONJUNCTIS) Et hoc etiam est contrarium juri Romanorum, nam non solùm frater utrinque conjunctus, sed etiam filii hujusmodi fratrum excludunt fratrem consanguineum, & ejus filios *Oinot. institut. de hered. quæ ab intest. defer. dicto tertio ord. succed. num.* 22.

CUM DICTIS FRATRIBUS) In similibus ter- 7
minis dixit *Caren. resol.* 173. *num.* 5. importare qualitatem suprà expositam, fratrum videlicet, tam utrinque conjunctorum, quàm consanguineorum.

IN STIRPEM, ET NON IN CAPITA) Ac- 8
commodatur juri communi, nam ubi datur repræsentatio, successio regulatur in stirpem *Oinot. instit. de heredit. quæ ab intest. defer. in tertio ord. succed. num.* 11. De hujusmodi clausulæ vigore videbis infrà aliis locis.

A D D I T I O

Ad num. 6.

Vide supra in §. præcedenti *num.* 5. Et in terminis 9
Transversalium dari repræsentationem ultra fratrum filios, ac in infinitum, quando vocati fuerunt liberi, seu descendentes admiserunt *Robles de repræsentat. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 23. *&* 24. *Castill. quotid. contr. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* .... *Molin. de Primogen. Lib.* 3. *cap.* 7. *num.*..... Et in puncto Statuti nostri tenuit idem *Beniell. conf.* 77.

§. VII.

ET non existentibus fratribus succedant dicti liberi soli in stirpem, & non in capita, ut suprà.

S U M M A R I U M.

1 *STatutum nostrum admittit filios fratrum in stirpem, contra opinionem Azonis magis de jure civili receptam.*
2 *Filii plurium fratrum repræsentant respectivè Patrem suum de jure communi, ob excludendum defuncti Patruum.*
3 *Item hoc procedit, licet filii plurium fratrum essent inæquales numero, & per talem repræsentationem filius unius fratris præjudicaret filiis alterius fratris.*

PLanus quidem est hic §. claraque ejus dispositio, 1
licèt in duobus contrariatur juri Romanorum: in

primo

primo admittendo filios plurium fratrum defunctorum ad successionem intestati patrui in stirpem, & non in capita, contra opinionem magis communem, & receptam Azonis, de qua hodiè amplius non disputatur, quamvis inter Doctores ardua jam fuerit controversia, alii enim cum Acursio admittentes in stirpem, alii verò cum dicto Azone in capita, cujus tandem opinio prævaluit, ut benè refert, & firmat *Oinot. instit. de hered. qua ab intestat. defer. in tertio ord. succed. num. 29. Zas. de feud. success. tit. 8. numer. 19. Morot. cons. 1. per tot. Fachineus controv. tit. 6. cap. 3.* & secundùm istam opinionem Statutum fuit per Carolum V. Imperatorem.

In altero autem differt à jure communi, quia Statutum nostrum in collateralibus admittit repræsentationem in infinitum, quæ de jure communi præter fratrum filios non conceditur, ut dixi suprà.

2 Sed si cum filiis fratrum adesset Patruus defuncti, qui est in pari gradu, an succedat de jure communi cum dictis filiis? videtur quod sic, quia ut dixi nullam habent dicti filii repræsentationem eorum patris.

Sed contrarium per *Text. in Auth. post fratres, vers. hic autem juncta gloss. in verb. similibus C. de legitim. hered. Barr. de success. lib. 18. tit. 3. num. 5. vers. quam limitationem admittere, Oinot. instit. de heredit. qua ab intest. defer. in tertio ord. succed. n. 18.*
3 *Mart. de success. part. 3. quæst. 8. artic. 1. num. 20.* & ita concludendum est etiamsi filii ex uno fratre essent plures & ex altero unus: nam existente patruo, successio regulari debet in stirpem, quamvis eis sit præjudicialis per *Text. in dicto Auth.* post fratres, qui loquitur in casu filiorum plurium fratrum ibi *ibi autem filii fratrum cum pares sint defuncti fratribus preferuntur procul dubio ejusdem defuncti patruis*, vult enim ibi Justinianus, quod eo casu filii succedant in stirpem; & Cujac. sequutus à *Barr. de success. eod. loco n. 5. vers. Cujacius in parathlitis*, dicit, quod in tribus casibus filii fratrum repræsentant eorum patrem, primò quando veniunt ad successionem patrui, cum alio eorum patruo, sive fratre defuncti, secundo, ut excludant fratrem defuncti ex uno latere, tertio, ut excludant Patruum defuncti, in his tribus casibus filii veniunt jure repræsentationis, & per consequens debent succedere in stirpem, & non in capita, ita loquuntur omnes prædicti authores,

---

§. VIII.

MAtri decedenti ab intestato relictis filiis ex pluribus matrimoniis succedant tam fœminæ, quàm masculi, prout de jure communi succedere debent.

S U M M A R I U M.

1 *STatutum relativum juris communis, vel juxta illud disponens, non est verè Statutum, sed partim Statutum, & partim jus commune.*
2 *Contrarium firmatur, & n. 4.*
3 *Perpenditur* text. in l. Magistratus ff. ad municipal. & incol.
5 *Sublato, vel mutato, seu renunciato jure communi, non dicitur sublatum, mutatum, vel renunciatum jus statutarium conforme juri communi,*
6 *Explicatur* gloss. in cap. 1. de constit. in 6.
7 *Statutum relativum ad jus commune regulatur secundum jus commune relatum.*
8 *Filii plurium virorum succedunt matri æqualiter.*
9 *Etiam in illis bonis, quæ provenerunt matri à donationibus alicujus extranei factis contemplatione certi viri.*
10 *Secùs in donationibus factis propter nuptias.*
11 *Filii primi matrimonii habebunt lucra nuptialia, donationes, & omnia alia bona, quæ à primo viro matri obvenerunt.*
12 *Item lucrum acquisitum uxori ex forma Statuti per mortem viri.*
13 *Item habebunt bona, quæ habuit mater in successione liberorum dicti primi viri, quia hæc bona ad alios fratres post mortem matris pertinebunt, secùs verò si hæc bona filii præmortui matri non provenerint ex bonis paternis.*
14 *Explicatur Statutum nostrum in tit. de legat. & falcid. §. sed mulier.*
15 *Nepotes primi viri succedunt matri in omnibus bonis, quæ habuit mater ex bonis paternis, sicuti filii succederent, licet Statutum de filiis tantum loqueretur.*
16 *Et sic isti nepotes admittuntur cum patruis.*
17 *Scilicet in stirpes, & non in capita.*
18 *Filii primi viri succedunt matri in omnibus bonis, quæ ipsa habuit à dicto primo viro, licet secundæ nuptiæ fuerint nullæ, vel secundum matrimonium factum de præsenti non fuerit consummatum.*
19 *Item si cum Amasio obdormiverit.*
20 *Vir tenetur reservare ad filios primi matrimonii bona omnia, quæ habuit a prima ejus uxore.*
21 *Item lucrum ei datum ex Statuti forma præmoriente uxore.*
22 *Item bona quæ habuit à successione filii primi matrimonii, & quæ olim fuerint materna.*
23 *Mulier bona acquisita à primo viro non contemplatione sui, sed contemplatione alicujus ex suis consanguineis, reservare non tenetur filiis primi matrimonii.*
24 *Item non tenetur, si bona ei provenerint ab extraneo, licet sui contemplatione.*
25 *Secùs in donationibus propter nuptias, quæ licèt factæ sint ab extraneo, attamen mulier tenetur reservare filiis primi viri, si contemplatione ipsius viri ab extraneo factæ fuerint.*
26 *Item mulier non tenetur reservare filiis primi matrimonii bona, quæ proveniunt à marito ob causam onerosam, & etiam ob causam remunerationis.*
27 *Videlicet ea bona, quæ maritus ignobilis, vel senex donavit mulieri nobili, vel juveni.*
28 *Et in dubio in causam remunerationis videtur donare maritus ignobilis, vel senex.*
29 *Et solum attenditur illa remuneratio, quæ facta fuit propter merita obligatoria, ex quibus jus agendi, vel officium judicis competit.*
30 *Contra: quia donationes ob juvenilem ætatem, vel nobilitatem non sunt simplices donationes, sed remuneratoria.*
31 *Imò compensativa, & ex causa onerosa.*
32 *Item dicitur ex causa onerosa donatio, quæ fit uxori ob servitia marito facta.*
33 *Creditur dicto donantium ob merita.*
34 *Secùs in viro, nisi sit vallata juramento donatio sive morte confirmata.*
35 *Non dicuntur provenire ex causa onerosa ea bona, quæ mulieri provenerunt ex pacto facto, quod superstes lucretur invicem bona, & sic ista tenetur superstes servare filiis primi matrimonii.*
36 *Non tenetur mulier servare filiis primi viri illa bona, quæ ei obvenerunt propter homicidium dicti primi viri ab ipso homicida.*
37 *Maritus tenetur servare filiis primi matrimonii dotem, quam acquisivit à muliere pœna adulterii.*
38 *Dispositio l. fœminæ non solùm habet locum in donationibus propter nuptias factis à marito, sed in omnibus bonis, quæ provenerunt mulieri à marito contemplatione ipsius mulieris.*
39 *Extraneus si donavit mulieri propter nuptias, tunc habebit locum dispositio l. fœminæ.*
40 *Secùs si extraneus donavit præter nuptias, licèt viri contemplatione.*
41 *Assignatur ratio differentiæ.*
42 *Reprobatur dictum Marth.*
43 *Mulier non tenetur servare filiis primi matrimonii ea bona, quæ à primo marito habuit, si filii secundis nuptiis tacitè, vel expressè consensi fuerint.*
44 *Item quando maritus remisit in donationibus*

omnes

omnes injurias, ingratitudines ex clausulis generalibus.

45 *Contra.*

46 *Mulier tenetur servare bona filiis, tam primi, quàm secundi matrimonii, si stipulata fuerit bona pro se, & ejus heredibus, quia videtur omnium filiorum favore eam stipulationem factam fuisse, contra num. 48.*

47 *Stipulans copulativè pro se, & heredibus non potest renunciare in prejudicium heredum, secùs si alternativè fuerit stipulatum.*

49 *Dispositio l.* fœminæ *habet solum locum in bonis immediate à Patre provenientibus, secùs, si bona provenerint ab avo paterno.*

50 *Mater debet servare filiis primi matrimonii omnia bona, quæ habuit ab uno eorum prædecedentis, quia mediatè dicuntur bona primi viri.*

51 *Licet filii renunciaverint successioni materna non intelligitur eos renunciavisse hujusmodi bonis vigore* l. fœminæ *sibi debitis, & num. 56.*

52 *Mater non tenetur servare filiis secundi matrimonii bona à secundo viro accepta, sed omnes filii, tam primi, quàm secundi viri in eis succedunt.*

53 *Contra.*

54 *Si filii secundi matrimonii non adeunt hæreditatem Patris sui, tunc filii primi matrimonii succedunt matri, etiam in bonis sibi obventis à secundo matrimonio.*

55 *Secùs in filiis primi matrimonii, quia isti in omni casu matri soli succedunt in bonis, quæ à primo matrimonio processerint.*

57 *Si filii renunciant successioni matris ante transitum ad secundas nuptias, non intelligitur eos renunciasse, etiam dispositioni* l. fœminæ, *secùs si post transitum.*

58 *Eadem lege, qua tenetur mater servare bona filiis primi, vel secundi matrimonii, ita Pater servare tenetur.*

59 *Refelluntur fautores contrariæ opinionis.*

60 *Pater non tenetur servare bona, quæ à prima uxore habuit, filiis primæ uxoris, si pro necessitate educandi filios se denuò nupserit.*

61 *Contra, ubi refellitur* Cyriac.

62 *Mater non tenetur servare filiis primi matrimonii ea bona, quæ primus vir ei reliquit sub conditione secundarum nuptiarum.*

63 *Maritus potest remittere uxori pœnam* l. fœminæ.

64 *Secùs pœnas debitas nubentibus intra annum luctus.*

65 *Mulier nubens se intra annum luctus perdit omnia à marito relicta.*

66 *Reprobatur* Marth.

67 *Etiam à filiis pupillis remitti potest matri sua pœna* l. fœminæ *cum authoritate Tutorum.*

68 *Non solùm hæc pœna* l. fœminæ *potest remitti à marito, vel filiis expressè, sed etiam tacitè.*

69 *Consensus tacitus remittendi hanc pœnam, inducitur à præsentia filii existentis secundis nuptiis matris cum illius silentio.*

70 *Item ex cohabitatione cum matre sua.*

71 *Item, si maritus dixerit uxori, quod possit retinere legatum toto tempore vitæ suæ.*

72 *Vel si legaverit uxori in quocumque statu permanenti, vel in casu expresso secundi matrimonii.*

73 *Reprobatur opinio* Boerii, *& sequacium tenentium, quod in tali remissione requiratur consensus expressus, at specialis.*

74 *Non inducitur tacitus consensus remissionis in filio, qui passus fuit Patrem ad secundas nuptias pervenire.*

75 *Filius tacens præsumitur id semper facere ob reverentiam Patris.*

76 *Qui ob modestiam, vel ruborem tacet non videtur consentire, imò contradicere.*

77 *Taciturnitas non affert præjudicium in tacente ob ignorantiam illius juris, quod sibi competebat.*

78 *Si filii conquesti fuerint de secundis nuptiis, licèt postea faciant aliquos actus, ex quibus inducì posset approbatio, numquam dici possunt secundæ nuptiæ per filios approbatæ.*

79 *Imò actus facti post protestationem, vel declarationem videntur semper facti cum dicta impugnatione.*

80 *Si contractus fuit impugnatus, licet postea ex eo contractu accipiantur pecunia, non videtur illum approbare.*

81 *Protestatio contraria facto non juvat protestanti ad tollendum factum, secùs si protestatio tolleret mentem, at intentionem à facto.*

82 *Non videtur maritum remisisse pœnam uxori, licèt ille donaverit uxori suæ cum ampla facultate disponendi pro libito de bonis donatis.*

83 *Si minores consenserint, quod mater, vel pater transeat ad secundas nuptias, non competit jus restitutionis.*

84 *Contra.*

85 *Neque censetur remissa pœna* l. fœminæ *mulieri minori.*

86 *Quamvis habuerit à Principe potestatem iterum nubendi.*

87 *Si aliquis ex filiis primi matrimonii consensus fuerit, & quidam non, portiones consentientium accrescunt aliis filiis ejusdem matrimonii non consentientibus.*

88 *Mulier transeundo ad secundas nuptias intra annum luctus, perdit omnia à primo viro acquisita.*

89 *Item excluditur à successione filii, secùs verò si post annum, quia tunc succedit in usufructu tantum, reservata proprietate portionis ad alteros filios.*

90 *Mater, licèt teneatur servare bona, quæ habuit ab aliquo ex filiis primi viri, aliis filiis ejusdem matrimonii, non tenetur tamen servare augmentum, sive fructus cumulatos in vita filii, cui ipsa successit.*

91 *Si Pater substituit filio suo aliquem exclusa matre, ista potest succedere in fructibus ejusdem hæreditatis paternæ cumulatis in vita filii sui, quia in eis non dicitur exclusa.*

92 *Explicatur* auth. ex testamento C. de secund. nupt.

93 *Fructus paternæ successionis non dicuntur substantia paterna, sed propria ipsius filii.*

94 *Filia maritata, & dotata, in bonis maternis vel ascendentium ex parte matris, non succedit cum aliis filiis.*

95 *Et sic filii masculi succedere non debent in dictis bonis cum fœminis ejusdem matrimonii; & de ratione ibid.*

96 *Fœminæ prætendere possunt suam legitimam institutis in testamento solis filiis masculis, vel masculis extraneis.*

MUltas habet difficultates hæc dispositio, quamvis ex prima facie plana videatur, attamen si intrinsecùs casus, qui evenire possunt, inspicias, non talis apparebit. Statutum enim istud se refert ad jus commune, sive ad jus Romanorum, ideòque opus est requirere jus commune relatum, ejusque dispositiones.

Sed antequam aliquid aliud aggrediar disputationis, firmare debemus, an hujusmodi Statuta se referentia ad jus commune sint verè Statuta, & videtur quod non, nam solùm censentur replicationes juris communis, totaque eorum virtus in jure communi consistit, ideoque potiùs jus commune censendum, vel saltem Statutum secundum quid, & secundum quid jus commune *Gloss. in cap. 1. de constit. in 6. ibi Joann. Andreas Bal. de rescript. cap. 1. num. 31 Felin. dict. cap. eod. num. 16. Petr. Anchar. cons. 432. in fin. Carol. de Grass. de effect. Cleric. eff. 2. num. 204.* 1

Veriùs tamen & pro indubitato contrarium sentio, nam illud Statutum, seu dispositio municipalis, quamvis sit relative ad jus commune, perconsequens idem, quod jus commune disponat, nullo modo censenda est jus commune, neque mixta dispositio, sed verum Statutum, & municipalis constitutio, ut est *Text. expressus, in l. Magistratus ff. ad munic. & incol.* citatus à Bal. *in C. de constit. pecun. l. 2. n. 12. 13.* qui idem firmat, & quia Baldus hanc legem 2

non inducit expressè ad hunc casum nostrum, hoc
ideò cum videatur difficilis, illam extendam ad in-
3 tellectum alterius. Verba enim prædictæ legis sunt
præcisè hæc *Magistratus municipales, cùm unum Ma-*
gistratum administrent, etiam unius hominis vicem
sustinent, & hoc plerumque quidem lege municipali
eis datur, verum etsi non sit datum, dummodo non
denegatum, moribus competit. Casus enim prædictæ
legis erat, *ut dicit ibidem gloss.* videlicet quod Mu-
tinæ aderant duo Potestates, qui de jure municipa-
li illius Civitatis unum tantum Magistratum funge-
bant, & idem servabatur de consuetudine, unde dis-
ponit hæc lex, quod si non adesset hoc jus expres-
sum, vel cessaret, attamen ex consuetudine semper
idem servaretur, quia consuetudo etiam approbavit,
quod duo in dicto loco, vel plures Magistratum ad-
ministrantes, unius locum repræsentet, ex hoc enim
voluit inferre Baldus, quod si cessaret Statutum mu-
nicipale Mutinæ disponens expressè de dicta repræ-
sentatione duorum loco unius, attamen semper vi-
geret consuetudo, quamvis similis, & disponens idem
cum dicta lege expressa, ergo quando Statutum dis-
ponit idem cum jure communi, cessante jure com-
muni, vel non amplius extante, vel cassato, vige-
bit Statutum, & per consequens Statutum disponens
idem cum dicto jure, est merè, & simpliciter Sta-
tutum. Mirabilis enim, fateor, Baldi intellectus, &
quidem subtilis visus mihi fuit in hoc puncto, cum
benè prædictam legem perscrutatus fuerit, quam ego
quidem inductionem ab eo factam subito non per-
ceperim, & quod verè sensit Bald. idem firmavit,
& replicavit in *l. 3. C. quæ sit longa consuetudo n. 8.*
4 *vers. & per hoc apparet*, ubi dicit quod simile Sta-
tutum, est Statutum imitativum juris communis,
& sublato, vel mutato jure communi, solum muta-
tur illud jus commune, quoad potentiam inducti-
vam producendi, & remanet quantum ad conservan-
tiam juris producti, & dicere vult Bald. quod jus
commune amplius non habebit potentiam producen-
di Statutum, sed producta ante ejus mutationem re-
manebunt intacta, & conservabuntur, & hanc opi-
nionem tenuit *Alderan. Mascard. conclus. 10. n. 29.*
Gallin de verb. signific. lib. 8. cap. 1. numer. 3. & 4.
Alex. ad l. falcid. l. 1. num. 24. Roman. singul. 308.
Angel. de Perus. cons. 302. num. 4. Rovit. decis. 100.
num. 15. Riminald. cons. 371. num. 14. lib. 2. Imol. in
in cap. 1. de Testam. & in l. 1. ff. ad l. falcid. num. 3.
Bart. in l. 1. ff. ad l. falcid. & quod hujusmodi Sta-
tutum addit novum vinculum, ac remedium, &
novam formam agendi. Ideòque non dicitur inuti-
le, ac superfluum *Alex. dicta l. 1. ff. ad l. falcid.* &
ibi *Bart. num. 3. & 4. Abb. in rubr. de reg. & trans.*
in fin. & in cap. 31. de verbor. signific. numer. 5. & 6.
Alex. cons. 108. num. 2. Bart. de verb. oblig. l. si ita
stipulatio 29. in addit. lit. B. Gallin. de verb. signific.
libr. 8. cap. 1. numer. 1. & seq. Socin. Jun. cons. 131.
num. 38. lib. 1. Aldovin. cons. 83. num. 25. Cyriac. con-
trov. 531. num. 58. Barbos. axiom. 79. num. 4. Alto-
grad. Sen. cons 58. num. 97. tom. 1. Paul. de Castr.
cons. 376. Dec. cons. 37. sub num. 11. Menoch. cons.
928. num. 84. Bertazzol. in crimin. cons. 201. n. 25.
lib. 1. post Bart. Jas. relatos respondit Cephal. cons.
104. numer. 24. lib. 1. cum innumeris Alex. l. 1. in
princip. num. 15. ff. ad l. falcid. Imol. in dicto cap. 1.
de Testament. Riminald. Sen. in cons. 371. num. 14.
5 *lib. 2.* & nullo modo verum est, quod sublato, vel
mutato, seu renunciato jure communi dicatur, mu-
tatum, renunciatum seu sublatum Statutum, sed sem-
per illud vigebit *Bald. in l. 2. Cod. quæ sit long. con-*
suet. num. 8. vers. & per hoc apparet Alex. ad l. fal-
cid. dicta l. 1. numer. 24. & 25. Gallin. dict. tractat.
lib. 8. cap. 1. num. 2. & seq. Lanfrancan. de Statut. in-
terpretat. num. 2. Corset. verbo matrimonium 2. Me-
noch. cons. 928. num. 84. Imol. in dicto cap. 1. de testa-
ment. Riminald. Sen. cons. 371. num. 14. Bald. in l. 2.
§. post tres ff. si quis caut. & sicut si tolleretur Statutum
disponens idem, quod jus commune, non ideo vi-
detur tolli jus commune, & sic vice versa *Imol. in*
l. 1. ad l. falcid. num. 3. ibi alias rationes, unde etiam
facit ratio, quod si Statutum Genuæ disponeret, vel
se referret in aliqua contingentia casus ad Statutum
Mutinæ, non diceretur Statutum Genuæ, illud Mu-
tinense, & sic cum se referat ad jus Romanorum,
non debet dici Statutum jus Romanorum, quamvis
sit imitativum illius *Bald. in l. 3. C. quæ sit long. con-*
suetud. propè fin. & sic hæres nominatus in codicillis
accipit solum bona ex testamento ad illos se referente
l. asse toto 77. ff. de hæred. instituend.

Gloss. enim nobis objecta in *cap. 1. de constitut.* 6
in 6. cum Joann. Andr. & Imol. ultra quod opinio
contraria est verior, ac indubitata, non videtur tan-
gere quæstionem nostram, nam quærit ibidem dicta
Gloss. quod si adesset Statutum disponens, idem cum
jure communi, & si Papa revocaret illud jus com-
mune, intelligitur revocatum hoc Statutum, sed hæc
conclusio, dixi, nihil faceret ad casum nostrum,
neque nos offenderet, quia non venit ad proban-
dum, quod Statutum disponens idem cum jure com-
muni non sit verè, ac de per se Statutum, sed so-
lam mentem Principis fuisse revocandi Statutum con-
jecturatam ex revocatione juris communis relati. Exem-
pli gratia, si jus commune disponeret, quod matri
decedenti cum filiis ex pluribus matrimoniis, omnes
succedant æqualiter, & adesset Statutum in hac par-
te se referens ad illud jus commune, ideòque cum
dicto jure idem disponeret. Princeps verò ordinaret
postea dispositionem dicti juris communis revocandam
esse, censeretur in hac eadem parte revocatum, & mu-
tatum istud Statutum referens, non quia sit jus commu-
ne, sed vigore actus Principis revocantis, vel mutantis
dictam dispositionem juris communis relatam ab ipso
Statuto, & quidem planum est hoc argumentum.

Tandem dicta *gloss. in dicto cap. 1.* reprobatur *per*
Bald. Cod. de constitut. pecun. l. 2. num. 12. & Cod.
quæ sit long. consuetud. l. 2. num. 8. propè fin. Bart.
in l. 1. ff. ad l. falcid. & etiam per Abbat. cap.
31. de verbor. significat. num. 5. & 6. & simili mo-
do reprobatur *Joann. Andreas per dictum Bart. in*
dicta l. 1. ff. ad l. falcid. imò contrarium cecinit in
cap. 1. de fil. presbyter. in 6. & in tit. de testam.
in Rubr. Joan. Imol. eamdem cecinit palinodiam *in*
cap. 1. de testament. & in l. 1. ff. ad l. falcid. &
his non obstantibus, vide alia, quæ scripsi inferius
in *§. quibus omnibus in verb. de jure communi.*

Et quamvis sit hoc præcisè Statutum, ut firma- 7
vimus, attamen cum sit relativum ad jus commu-
ne, non potest sciri ejus dispositio, nisi recurratur
ad relatum, à quo regulatur referens *Bursat. cons. 44.*
num. 34. volum. 1. Alex. cons. 123. num. 10. & seq.
lib. 4. ideoque, quid de jure sancitum sit, videamus
de matris successione passiva.

Filii igitur de jure communi, quamvis sint plu- 8
rium virorum, succedunt matri æqualiter, & æqua-
liter admittuntur in bonis ipsius matris tantum *Text.*
est in auth. de hæred. ab intestat. §. si quis igitur,
& hanc dicit communem *Bertr. l. hac edictali §.*
ita tamen n. 10. Cod. de secund. nupt. quod proce- 9
dit etiam conclusio in illis bonis, quæ provenerunt
matri ex donationibus factis ab extraneo etiam con-
templatione talis viri *Crass. de successione §. successio*
ab intest. quæst. 17. num. 2. quem sequitur *Barr. de*
success. lib. 18. de successione ab intestato tit. 1. num. 14.
secùs de donationibus factis propter nuptias, ut di- 10
cam inferiùs. Lucra verò nuptialia, donationes, & 11
alia omnia provenientia à primo viro, vel ratione
institutionis, donationis, legati, & cujuslibet causæ,
filii primi matrimonii habebunt *l. fœminæ l. hac edi-*
ctali §. in illud & auth. hoc locum Cod. de secund.
nupt. Crass. dicta quæst. 17. Mart. de success. part. 1.
quæst. 5. art. 2. num. 2. & 5.

Extenditur etiam in lucro acquisito uxori ex for- 12
ma Statuti per mortem mariti, quæ enim lucratur
uxor mortuo marito ex bonis mariti, veniunt ad
filios mariti, etiamsi hæredes non sint mariti, & so-
lum usufructus est uxoris *Barr. de success. d. tit. 1.*
num. 14. Math. de Afflict. decis. 370. num. 6. & de-
cis. 304. ab eo laudatæ *Crass. dicta quæst. 17. n. 5.*
Menoch. cons. 155. numer. 2. & 32. Boer. decis. 185.
num. 6. & sic decernit Statutum nostrum *de antefa-* 13
cto. Item bona, quæ habet mater in successione li-
berorum primi mariti, reservantur aliis filiis dicti
primi matrimonii, dummodò filius præmortuus ma-
tri non habuerit illa nisi ex bonis paternis *Grass.*
de success. dicta quæst. 17. n. 8. Barr. de success. dicto
tit. 1.

tit. 1. *num.* 14. *Menoch. conſ.* 155. *num.* 22. *Barr. de-*
14 *ciſ.* 187. *num.* 3. *Surd. deciſ.* 73. *num.* 9. & io termi-
nis *Boſc. conſ.* 22. *num.* 1. & hoc idem diſpooit Sta-
tutum noſtrum *in tit. de legat. & falcid.* §. *ſed mu-
lier*, ubi etiam indiſtioctè decrevit, quidquid ma-
ter à ſucceſſione filii, etiam pro legitima accepiſſet,
teneatur omne conſervare filiis maſculis, ſive de-
ſcendentibus eorum ex eodem matrimonio filii præ-
defuncti, cujus bona, ſucceſſionem, ſeu legitimam
15 habuiſſet mater. Item extenditur prædicta conclusio
de jure communi ad nepotes, oon obſtante Statuto
decernente, quod ex eodem matrimonio non exi-
ſtentibus filiis, maritus, vel uxor poſſit diſponere de
donatis, vel relictis ſibi à priori conjuge, nam fi-
liorum nomine nepotes continentur *Molin. ad Dec.
conſ.* 353. *Barrii de ſucceſſ. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 28. *Me-*
16 *noch. conſ.* 155. *num.* 22. & iſti nepotes admitteren-
tur ad hæc bona ſimul cum patruis *Dec. conſ.* 87.
17 *num.* 3. *& ibid. Molin.* verùm cum Patruus exiſtet,
admitti non debent nepotes in capita, ſed in ſtirpes.
Mynſing. obſerv. cent. 5. *cap.* 24.

18 Ulterius extenditur, etiamſi ſecundæ nuptiæ eſ-
ſent nullæ, vel ſecundum matrimonium contractum,
& non conſummatum, dummodo tamen ſit de præ-
ſenti *Barrii de ſucceſſ. lib.* 1. *de Teſtam. tit.* 9. *nu-
mer.* 28. *& Gallus de exceptionibus ab eo citatus Fa-
ber. lib.* 5. *Cod. tit.* 5. *diffin.* 4. *Mart. de ſucceſſion.*
19 *part.* 1. *quæſt.* 5. *artic.* 2. *num.* 3. Ibi ſi cum Amaſio
obdormiverit *Put. deciſ.* 4. *part.* 3. *Verall. deciſ.* 267.
part. 2.

Et hæc omnia procedunt de jure, etiam in viro
20 uxore præmoriente, nam lucra omnia, ſeu bona ha-
bita ex muliere, reſervare debet vir ad filios primi
21 matrimonii, *Craſs. d. quæſt.* 17. *num.* 9. Item vir de-
bet reſervare filiis primi matrimonii, ut dixi in uxo-
re, lucrum, quod præmoriente uxore ex forma Sta-
22 tuti debetur; Et in illis bonis, quæ vir habuerit ex
filio aliquo primi matrimonii moriente ab inteſta-
to, provenientia tamen à bonis maternis, ſuccedere
debent filii primi matrimonii, ſecùs ſi eſſent alia bo-
na *Barr. de ſucceſſ. dict. lib.* 18. *tit.* 1. *num.* 14. *&
lib.* 1. *de teſtam. tit.* 9. *num.* 28.

23 Et hæc concluſio, quod mulieres, quæ convola-
verunt ad ſecundas nuptias, teneantur reſervare filiis
primi matrimonii, militat ſolum, quando mulieres
immediatè acquiſiverunt à marito ipſiuſmet contem-
platione, & non ſui Avi, ſeu fratris, vel avunculi,
vel alicujus conſanguinoei ipſius mulieris, ut ſi mari-
tus donaret uxori contemplatione fratris illius, tunc
dicta concluſio non habet locum contra mulieres.
Barr. de ſucceſs. lib. 1. *de teſtament. tit.* 9. *num.* 28.
verſ. ſimiliter Menoch. conſ. 155. *n.* 12. quia in hoc
caſu cenſetur donatio facta fratri, & poſtea mulie-
ri à fratre.

24 Item non habet locum dicta concluſio contra mu-
lierem, ut dixi ſupra, ſi mulier acquiſiverit ab ex-
traneo, & non à marito, quamvis contemplatione
viri donatum fuerit *Barr. de ſucceſs. lib.* 1. *de Te-
ſtam. tit.* 9. *n.* 28. *verſ. unde infert*, *Craſs. de ſuc-
ceſs.* §. *ſucceſſio ab inteſt. quæſt.* 17. *n.* 2. *Faber. libr.* 5.
C. tit. 5. *defin.* 2. *Franc. Cremenſis ſingul.* 83. *Mart.*
25 *de ſucceſs. part.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 2. *num.* 23. Secùs ve-
rò ſi loquamur de donationibus propter nuptias,
quia tunc etiamſi factæ ſint ab extraneo, dummodo
tamen factæ fuerint contemplatione mariti, quia
tunc habet locum dicta concluſio contra mulierem.
Ita declarat *Franc. Cremenſis ſing.* 83. *in fin. quem ſe-
quitur Barr. de ſucceſſ. lib.* 1. *de Teſtam. dicto tit.* 9.
n. 28. *verſ. quod poſtremum. Cremenſis*, *Bellon. conſ.* 60.
num. 63. *&* 64.

26 Item non habet locum hæc concluſio in bonis per-
ventis ad mulierem à marito ex cauſa oneroſa, ut
emptionis, permutationis, & etiam ex cauſa remu-
nerationis *Menoch. conſ.* 155. *num.* 8. *Covar. cap.* 3.
27 §. 3. *num.* 3. *de matrimon.* ubi ſi maritus ignobilis,
aut ſenex donaverit mulieri nobili ad remuneratio-
nem amiſſæ nobilitatis, ac juveni in remunerationem
patientiæ, quam habere debet juvenis mulier cum
viro ſene idem *Nicolaus Mozzius tit. de Donat. cap.
de Perſon. num.* 34. *fol. mihi* 149. *Mart. de ſucceſs.*
28 *part.* 1. *quæſt.* 5. *artic.* 2. *num.* 14. ubi etiam dicitur in
compenſationem legare, vel donare, licèt vir ſenex

nihil dicat *Accurſ. in l. licet inter C. de Pact.* quam-
vis huic opinioni diſſentiat *Barr. de ſucceſs. in dicto
lib.* 1. *de Teſtam. tit.* 9. *num.* 28. ubi inquit quod ad 29
vitandam prædictam concluſionem firmatam contra
mulierem, attenditur dumtaxat illa remuneratio, quæ
fit ob merita obligatoria, ex quibus jus agendi, vel
officium Judicis poteſt competere, & hoc dicit per
opinionem Pinelli.

Attamen non debemus recedere à prima opinione 30
Covaruviæ, quæ communis eſt, & ita fatetur
idem Barrii, quia hujuſmodi donationes mariti ob
juvenilem ætatem, ſeu nobilitatem mulieris non ſunt
ſimplices donationes, ſed remuneratoriæ *Honded. conſ.*
48. *num.* 16. *Boſs. de dot. cap.* 8. *num.* 26. *&* 27. com- 31
penſativæ, & ex cauſa oneroſa *Gratian. cap.* 984. *n.* 5.
& 6. reprobans Pinellum, & ejus Sectatores, & n. 9.
comprobat hanc meam opinionem, cui quoque ad-
hæret *Surd. conſ.* 471. *num.* 29. *Rip. in l. fœmina num.*
44. *Cod. de ſecundis nupt. Fontanell. de Pact. nupt.
gloſs.* 1. *part.* 2. *n.* 89. & bene *Mart. de ſucceſs. part.* 1.
quæſt. 5. *art.* 2. *num.* 13. *&* 14. ibi etiam propter ſer- 32
vitia uxoris.

Et dicto donatrium in remunerationem ob merita 33
creditur *Oniot. Inſtitut. de donation.* §. *alia autem n.* 34.
& ſeq. ubi diſtinguit *Menoch. conſ.* 155. *n.* 8. excepto 34
viro, qui prohibetur donare uxori, attamen ſi dona-
tio eſt vallata juramento creditur, præcipuè ſi confir-
mata eſt morte mariti *Menoch. d. loc. num.* 10. 11.

Præterea non dicuntur oneroſa illa bona, quæ pro- 35
veniunt ex pacto facto inter conjuges, quod ſuper-
ſtes lucretur invicem ejus bona, ideoque tenetur ſuper-
ſtes ſervare filiis illius matrimonii *Barr. de ſucceſs.
lib.* 1. *de Teſtam. num.* 28. *verſ. imò licèt.*

Sed è contra non debent ſervari à muliere illa bo- 36
na ei obventa ab homicida mariti ſuis filiis, quia
hæc non ſunt bona mariti, ſed homicidæ *Barr. d.
loc.* maritus verò debet ſervare dotem filiis primi ma- 37
trimonii habitam ex muliere pœna adulterii, idem
Barr. dicto loc.

Item procedit ſolùm dicta noſtra principalis con- 38
cluſio contra mulierem in donatione propter nuptias
facta à marito *Menoch. conſ.* 155. *n.* 12. Sed hoc non
eſt verum, quia in omnibus donationibus, & bonis
obventis à marito contemplatione immediata uxoris,
tenetur uxor illa reſervare filiis primi matrimonii per
ea, quæ dixi ſuprà. Id enim ſolùm procederet in ex- 39
traneo donante contemplatione mariti. Quinimo ſi
donatio facta eſſet ab extraneo propter nuptias con-
templatione mariti, habet locum prædicta concluſio
l. fœmina jubentis reſervare hanc donationem filiis
ejuſdem mariti, ſecùs verò ſi extraneus donaret præ- 40
ter nuptias, quamvis viri contemplatione, quia tunc
non teneretur ſervare mulier, ut firmavi ſuprà, qui-
bus addo *Barr. de ſucceſſ. lib.* 1. *de Teſtam. d. tit.* 9.
n. 28. *Bellon. jun. d. conſ.* 60. *n.* 64. aliter ſi diſpoſitio di- 41
ctæ *l. fœmina* haberet ſolùm locum in donatione facta
propter nuptias à viro, nulla adeſſet differentia inter
viri, ac extranei donationes, quam differentiam ſa-
tis expoſui ſupra, ac exponit *Bellon. d. conſ.* 60. *n.* 64. 42
& 65. & hæc eſt vera, & unica diſtioctio, quamvis
Mart. de ſucceſs. part. 1. *q.* 5. *artic.* 2. *n.* 24. *& ſeqq.*
aliam diſtinctionem ſomniando admiſit.

Item non tenetur ſervare bona prædicta mulier ad 43
filios primi matrimonii, ſi filii, vel nepotes conſen-
ſerint expreſsè, ſeu tacitè, ſine lamentatione, ſed po-
tius congratulatione de ſecundis nuptiis cum matre ſua,
vel avia *Menoch. d. conſ.* 155. *num.* 13. *cum ſeqq. Graſſ.
de ſucceſs.* §. *ſucceſſio ab inteſt. q.* 17. *num.* 6. *Barr. de
ſucceſs. lib.* 18. *tit.* 1. *n.* 14. ubi ſi faciat mulier de con-
ſenſu viri, ita *Menoch. conſ.* 155. *n.* 33.

Sic etiam non tenetur mulier ſervare bona à ma- 44
rito ſibi obventa, ſi maritus in donationibus remi-
ſit omnes injurias, ingratitudines, ſcilicet ex clau-
ſula illa, quod donationes non poſſint revocari cauſa
alicujus injuriæ, vel ingratitudinis *Menoch. d. conſ.* 155.
n. 23. *&* 24. ſed hæc non eſt ſufficiens, ut cum ratio- 45
nibus, quæ mihi placent, contrarium ſcripſit *Rimi-
nald. jun. conſ.* 569. *num.* 129.

Item quando maritus donavit uxori Notario ſti- 46
pulante pro uxore, & ejus hæredibus, quia tunc
illa bona mariti habebunt ſimul filii ſecundi matri-
monii, quia ſuccedunt ex jure ſibi jam a… ſito

Menoch. dicto conf. 155. *num.* 26. Item quia videtur
donatum etiam favore filiorum, ac hæredum mulie-
47 ris *Menoch. dicto loc. & conf.* 41. ibi copiosè, ne-
que mater tali casu potest renunciare hujusmodi do-
nationibus in præjudicium filiorum suorum, ac hæ-
redum, quia stipulatio facta est copulativè etiam
pro illis, secùs verò si stipularet Notarius donatio-
nem pro Cajo, & post mortem Caji pro Sempro-
nio; Tunc Cajus renunciare potest, & præjudicat
Sempronio per ea, quæ tradit *Menoch. dicto praci-*
48 *tato loco num.* 260. Sed in parte refutatur *Menoch.*
per Barr. de success. lib. 1. *tit.* 9. *num.* 32. *propè fin.* &
verè nam hæc stipulatio non potest operari favore
filiorum secundi matrimonii, nisi sit dictum expres-
sè, quia præsumitur solùm stipulatio inducta pro fi-
liis primi viri, ut benè contrarium scripsit in hoc *Ri-*
minald. Jun. conf. 295. *à numer.* 48. *usque ad* 55. &
conf. 569. *n.* 37. 51. 53. ubi rationes latiùs adducit.
49 Et pro Coronide dicam pariter, quod dicta lex
fœmina habet solum locum in bonis provenientibus
immediatè à Patre, itaut si mulier habeat bona pa-
terna, tunc ea reservare debet, secùs si bona prove-
nerint filio, cui successit mater, ex bonis avi, ut in
fideicommisso avito, tunc mulier non tenetur, &
potest illa transmittere ad suos hæredes, eleganter
tradidit *Bellon. conf.* 60. *per tot. Barr. de success. lib.* 1.
tit. 9. *num.* 29.
50 Quæritur etiam, si mulier bona non haberet à
marito immediatè, sed ex filio, qui patri suo succes-
sit, & posteà mortuus fuerit intestatus, & mater ei
successerit ab intestato in sua debita portione, tunc
etiam illam portionem mater tenetur servare aliis fi-
liis primi matrimonii *Crass. de success.* §. *successio ab*
intestato quæst. 17. *numer.* 4. *Mart. de success. part.* 1.
quæst. 5. *artic.* 2. *num.* 17. *Barr. de success. lib.* 1. *de*
51 *testament. tit.* 9. *num.* 29. licet renunciassent filii hu-
jusmodi bonis, quia renunciatio debet esse præcisa,
itaut non sufficit renunciatio solum facta bonis,
vel successioni matris antè transitum ad secundas nu-
ptias *Crass. dicto loco quem sequitur Barr. de success.*
lib. 18. *tit.* 1. *n.* 14. & Vide quæ dicam infra *n.* 56.
52 Modò quæro in lucris, aut bonis habitis ex se-
cundo matrimonio, an debeat mulier servare filiis
secundi matrimonii tantùm, vel omnes tam primi,
quàm secundi matrimonii concurrant. *Crass. d. q.* 17.
num. 3. *in fin.* dicit pro communi opinione omnes
53 filios concurrere. Attamen contrariam opinionem se-
quendam esse scribit *Barry de success. dict. lib.* 1. *de*
success. intestati n. 31. & ut servetur æqualitas *Me-*
noch. conf. 155. *num. final. per text. ibi expressos Cha-*
rond. lib. 3. *pag.* 222. *Chassen. rub.* 7. §. 7. *ad consuet.*
Burgund. Ranch. dec. part. 3. *conclus.* 90. *Alex. conf.* 168.
lib. 7. *num.* 14. & pro hac opinione textus sunt ex-
pressi *in l.* 4. *Cod. de secund. nupt. & in Novell.* 22.
cap. 29. & malè senserunt *Crass. in* §. *successio ab*
intestato quæst. 17. *Compilator communium opinionum*
tom. 1. *lib.* 2. *pag.* 71. *col.* 1. *n.* 10. & *Capreol. libr.* 1.
num 576. *de successione ab intestato*, & etiam male
sensit *de Luc. ad l. fœmina quæst.* 76. *numer.* 2. qui
contrarium firmarunt, quia textus prædictos forsitan
54 non legerunt. Adverte tamen quod si filii secundi
matrimonii non adiverint hæreditatem Patris sui,
sed omnes hæreditatem matris, tunc filii primi ma-
trimonii admittuntur, etiam in bonis habitis à se-
cundo matrimonio, & hanc restrictionem notat
Chassen. ad consuetud. Burgund. in rubr. 7. §. 7. *in princ.*
qui allegat *text. in l. si quis prioris* §. *eadem C. de se-*
55 *cund. nupt.* Secùs verò, ut dixi suprà in filiis primi
matrimonii, quia sive adiverint paternam, seu ma-
ternam; sive neutram, sive unam, & non aliam,
semper habent bona, sive lucra obventa matri suæ,
præcipuè ex primo matrimonio, ut etiam per dictum
Chassen. dict. loco supra laudato, & Marc. de suc-
56 *cess. part.* 1. *quæst.* 5. *art.* 2. *numer.* 7. ubi etiamsi re-
nunciassent bonis maternis, ac paternis, etiam in
hoc casu dicta bona, & lucra debent pervenire ad
57 dictos filios primi matrimonii, dum tamen renun-
ciatio sit secuta ante transitum matris ad secundas
nuptias, secùs si post eum renunciaverint, nam tunc
censentur etiam renunciare huic juri, quod compe-
tere tunc incipit *Mart. de success. part.* 1. *quæst.* 5.
artic. 2. *num.* 7.

Hæc omnia, quæ dicta fuerunt in muliere omni- 58
nò procedunt etiam ex parte Patris habentis bona
mulieris, quia eadem ratione debet servare filiis pri-
mi matrimonii bona, vel lucra habita à prima mu-
liere, ita firmaverunt *Crass. dicta quæst.* 17. *num.* 9.
Ruin. conf. 20. *col.* 2. *Paris. conf.* 29. *volum.* 3. *Ga-*
briel. conf. 134. *Dec. conf.* 87. & 230. & 396. *Boer.*
decis. 187. & *latè Barr. de success. lib.* 1. *de testam.*
tit. 9. *num.* 29. *vers. item Pater, Mart. de successian.*
part. 1. *quæst.* 5. *artic.* 2. *num.* 4. ad quos me remitto,
quia non est modo nostra inspectio, quia agimus
solum de passiva successione matris, ut Statutum
meum præscribit. 59
Non omitto tamen nonnullos tenuisse contrarium
in Patre, videlicet quod dicta *l. fœmina* locum in
eo non habeat, quia solùm loquitur illa da matre ut
voluerunt *Altegrad. conf.* 49. *num.* 13. *lib.* 2. *Tran-*
chedin. conf. 98. *num.* 1. & *seq. Peregrin. decis.* 13.
n. 9. *Fachin. controv. lib.* 3. *controv.* 64. & *Cyriac.*
controv. 137. *n.* 9. Qui tamen *Cyriac.* ipse confitetur
contrariam nostram opinionem esse communiorem, ut
verò est æquior, & rationabilior, nam eadem ratio
militat in patre, quàm in matre, quia hoc est intro-
ductum in favorem filiorum primi matrimonii, ne
incommodum sentiant ex secundis nuptiis de bonis sui
Patris, vel matris suæ, quæ ad eos certe pertinerent.
Vidi tamen *Cyriac. d. loc.* limitare hanc nostram 60
opinionem quando Pater se nubat ob necessitatem,
videlicet educandi filias, ut ipse à muliere honesta
Gubernium habeant, & suæ familiæ curam personæ
fideli, ac honestæ mandare possit; Hæc enim neces- 61
sitas mihi non arridet, quia multa adsunt monaste-
ria, & collegia in quibus fœminæ meliùs educantur,
& quidem hæc est mendicata, nam ipsæ mulieres
eamdem excusationem, vel parem adducerent, &
forsitan meliorem, nam potiùs pro necessitatibus suis
mulier indiget viro, quam vir muliere, ideoque *Cy-*
riac. in hoc colludere, quàm verè loqui, & cum sen-
su scribere mihi visus est, nam si attenderentur hæ
frivolæ rationes prædicta dispositio *l. fœmina* numquam
haberet locum, & hodie inutilis omninò evaderet,
quia non deficerent hæ inanes, ac similes tergiver-
sationes, ac subterfugia, causæque mendicatæ nubendi.
Quæro etiam an dicta conclusio *l. fœminæ* habeat 62
locum in casu præsenti, videlicet, si maritus legaret
uxori, si vidualem vitam servaverit mille, in casu ve-
ro, quo transiret ad secundas nuptias solùm 500. An
dicta quingenta in casu secundi matrimonii post an-
num luctus teneatur servare filiis primi matrimonii,
& videretur quod sic, quia ex marito primo proces-
serunt per ea, quæ dixi supra. Sed contrarium di-
cendum est, nam illa quingenta fiunt propria ipsius
mulieris, & ratio, quia ea relinquuntur etiam sub
conditione secundi matrimonii. Ideòque videtur pri-
mus vir remittere injuriam, ac pœnam legis, ita *Bal.*
consuluit principaliter in hoc casu individuo *in l.* 1.
C. de secund. nupt. n. 15. & ita refert idem *Bal.* per
Doctores Bononiæ, post eum consultum fuisse, &
hanc opinionem *Bal.* sequutus fuit *Chassen. ad con-*
suet. Burgund. rubr. 7. §. 7. *vers. in hac materia*, sed
adverte, quod ibi *Chassen.* erravit in casu figurato à
Bald. quia admittit omnia mille deberi uxori. Et
quod pœnam hujus *l. fœmina* possit remittere mari- 63
tus, dixi suprà, & dicit *Bald. d. l.* 1. *C. de secund.*
nupt. d. n. 15. Secùs si remitteret pœnam, seu pœ- 64
nas debitas nubentibus intra annum luctus, quia es-
set hæc remissio contra bonos mores, & in hoc ca-
su perderet omnia acquisita, vel relicta à marito, si- 65
ve purè, sive sub conditione, ut ibidem, per *Bald.*
& *Crass.* §. *successio ab intestato q.* 17. *n.* 6. *de Prat.*
lib. 2. *int.* 2. *dub.* 2. *solut.* 2. *num.* 181. *Dilectus tit.* 6.
caut. 18. *de art. testandi*, & *Barr. de success. lib.* 1.
de testam. tit. 9. *n.* 32. penes finem, ubi testatur de 66
communi quamvis contra malè tenuit *Mart. de suc-*
cess. part. 1. *quæst.* 5. *artic.* 3. *num.* 8. *cum authoritate*
Riminald. Jun. reprobans dictum Bald. communiter 67
receptum in dicta distinctione, & etiam à Pupillis
remitti potest cum approbatione propinquorum, seu
tutorum consensu *Mart. dict. quæst.* 5. *num.* 11.
Et quod quidem possit maritus, seu filii primi ma- 68
trimonii remittere post annum luctus hanc pœnam
dixerunt communiter DD. & non solùm expressè, sed
etiam

etiam tacitè, quamvis in modo remittendi eſſet in-
ter eos magna pugna, per conſenſum enim ſolùm
tacitum eam poſſe remitti tenuerunt *Faber in ſuo
Cod. lib. 5. tit. 5. deffin. 5. Andr. Gall. obſerv. cap. 98.
num. 22. Menoch. dict. conſ. 145. num. 13. Simon. de
Pret. lib. 4. interpr. 1. dub. 10. num. 120. verſ. tacitè
Mart. de ſucceſſion. part. 1. quaſt. 5. artic. 2. num. 9.*
69 & inducitur ex præſentia filii nuptiis matris cum
ejus ſilentio *Mart. dict. loco num. 9. 10. Peregr. de-
70 ciſ. 13. num. 16.* Maximè conjuncto cum cohabitatio-
ne ſimul cum ipſamet matre ſecundò nupta *Surd.
deciſ. 92. & 100. & latè Tranchedin. conſ. 98. num. 4.
& cum ſeqq.* ubi plures cumulat alias conjecturas.
71 Item ſi maritus legando uxori dixerit, quod poſ-
ſit retinere rem legatam toto tempore vitæ ſuæ *Prat.
dict. lib. 4. inter. 1. dub. 10. num. 120. Corn. conſ.* 180.
72 *in fin. lib.* 4. ubi etiam dicit ſi maritus relinquit uxo-
ri in quocumque ſtatu permanenti, item ſi legavit
50. in caſu nuptiarum, dixi ſupra, quibus addo
Pap. lib. 15. tit. 1. Arreſt. 8. & hanc eſſe recentio-
rem, & communiorem ſententiam, quamvis *Boer.*
73 *deciſ. 185. num.* 23. conſenſum non ſolùm expreſſum,
ſed ſpecialem renunciationem, vel remiſſionem re-
quirat: Itaque teneant *Molin. ad Dec. conſ.* 206. &
conſ. 604. *Fachin. controv. jur. lib. 3. cap. 65.* quia eo-
rum opinio non eſt recepta.

Animadverte tamen, quod quamvis firmaverim
conſenſum tacitum ſufficientem eſſe ad inducendam
remiſſionem, quia eadem eſt vis expreſſi, ac taciti
maximè in rebus requirentibus meram, ac præciſam
74 voluntatem agentis, adhuc iſte tacitus conſenſus non
eruitur ex eo, quod liberi paſſi ſunt ad ſecundas
nuptias venire Patrem *Fabr. in dict. ſuo Cod. lib. 5.
tit. 5. defin. 5.* nihil enim debet imputari ei, qui ſcit
ſe prohibere non poſſe, & in filio tacente in eo,
75 quod ſi conqueſtus fuiſſet non potuiſſet impedire,
vel ob reverentiam Patris, quæ ſemper præſumitur,
firmavit *Rot. deciſ. 154. num. 8. poſt Pacific. de Sal-
76 vian. interd. Roland. conſ. 95. num. 27. lib. 1.* & qui
ob modeſtiam, vel ruborem tacet non videtur con-
ſentire *Souſ. deciſ. Luſitan. 22. num. 41.* imò contra-
tradicere *Guzman. de evictiom. quaſt. 41. num. 8. Gra-
tian. diſceptat. 227. numer. 6. Blanca de fideicommiſs.*
77 *quaſt.* 10. Item taciturnitas non affert præjudicium
in tacente ob ignorantiam illius juris, quod neſcie-
bat ſibi competere *Rot. dict. deciſ. 154. n. 6. & Rot.
rec. part. 9. deciſ. 179. num. 1. & ſeq.*
78 Item ſi filii expreſsè conqueſti fuerint de ſecun-
dis nuptiis, & quamvis poſtea actus faciant ex qui-
bus induceretur tacita approbatio, non videntur per
iſtos tacitos actus ſecundas nuptias approbaſſe *Cyriac.*
79 *controv. 444. num.* 134. & imò actus facti poſt pro-
teſtationem, ſeu declarationem, videntur ſemper fa-
cti cum dicta impugnatione *Poſthum. de manutent.
obſerv. 85. num. 11. Bottiler. latè Theorem. 90. cap. 2.*
80 itaque ſi impugnavi contractum, & poſtea ex eo ac-
cipiam pecunias, non videtur illum approbare *Surd.*
81 *deciſ. 267. num.* 3. ſed quando proteſtatio eſt contra-
ria ipſi facto, & directè, tunc illa proteſtatio non
juvat ad tollendum ipſum factum. Proteſtatio enim
ſolùm tollit mentem, ac intentionem, quæ ex illo
facto oriri poſſet *Gratian. deciſ. 123. num. 13. Poſth.
de manutent. obſerv. 85. num. 8. & ſeqq.* quia tunc
illa proteſtatio benè limitat actum in intentione,
ſed non tollit illud factum *Bottiler. de ſucceſſ. Theo-
rem. 90. cap. 2.*
82 Quæro modo ſi videatur à marito remiſſa pœna
ſi maritus ſimpliciter donaret uxori cum poteſtate,
& ampla facultate alienandi, diſponendi, & pro li-
bito faciendi de illis bonis donatis.

Reſpondeo negativè, nam non ſunt verba apta
ad inducendum conſenſum in dicto caſu, & ita re-
ſponderunt *Fulgoſ. conſ. 63. col. penult. Bertrand. conſ.
206. lib. 2. Menoch. conſ. 155. num.* 5. quamvis in ſua
ſpecie contrarium determinet per diverſas rationes,
quas ſequitur *Barry de ſucceſſion. lib. 1. de teſtament.
tit. 9. num. 32. prope fin.*
83 Dubitatur etiam ſi minores conſenſerint, contra
ejus conſenſum an poſſit dari reſtitutio in integrum
*Boer. dicta deciſ. 185. numer. 23. Fachin. controverſ.
jur. lib. 3. cap. 65.* dicunt, quod ſic, ſi datus fuerit
84 ſine juſta cauſa conſenſus. Sed *Surd.* indiſtinctè,

tam in conſenſu tacito, quàm expreſſo tenet contra
minorem *in deciſ. 99.* quia agitur de alterius pœna,
& ita fuiſſe refert judicatum.

Item non cenſetur remiſſa hæc pœna mulieri mi- 85
nori *Fachin. dict. cap. 65.* neque ſi mulier habuerit 86
poteſtatem ſe iterum nubendi a Principe, ſive Sena-
tu, quia de alterius præjudicio agitur, ſive tertii,
tenet idem *Fachin. dict. cap. 65. in fin. contra Boer.
deciſ. 185. num. 25.*

Conſidera tamen, quod ſi adeſſent plures filii ex 87
primo matrimonio, & quidam ex his conſenſerint,
& quidam non, illæ portiones, quæ ſpectarent ad
conſentientes adcreſcunt cæteris filiis ejuſdem primi
matrimonii non conſentientibus, neque filii ſecun-
di matrimonii in dictis portionibus ſuccedere poſ-
ſunt *Ranch. deciſ. part. 2. concluſ.* 403. & omnes in
hoc conveniunt.

Hæc uſque dicta pro majori intelligentia proce- 88
dunt, ſi poſt annum luctus ſecundò nupſerit uxor.
Nam ſi intra annum, omnia bona, quæ ad matrem
à primo marito pervenerunt, omnino amittit *Text.
eſt expreſſus in l. 1. C. de ſecund. nuptiis, Mart. de
ſucceſſ. part. 1. quaſt. 5. artic. 2. num. 1.*

Pariter, ſi intra dictum annum nubat ſecundo vi- 89
ro, excluditur à ſucceſſione filii, ſi verò poſt an-
num, in illa portione ſibi obventa à patre uſumfru-
ctum tantum habet, reſervata dictæ portionis pro-
prietate ad alteros filios primi matrimonii *Auth. ex
teſtamento C. de ſecund. nupt.* & ita ſemper obſervari,
& judicari vidit in Rotis *Mart. dicto loco proxime
citato num.* 2.

Major tamen præ cæteris difficultas eſt, an mater
ſuccedens uni ex ſuis filiis primi matrimonii, tenea-
tur ſervare aliis filiis ejuſdem primi matrimonii non
ſolùm portionem habitam à filio præmortuo, in qua
iſte filius patri ſucceſſerit, ſed etiam augmentum, ſeu
fructus, quos cumulavit ex portione paterna filius
præmortuus matri, qui dicto patri ſucceſſerit. Exem-
plum vobis quæſtionem intelligendam facilè dabit.
Pone quod Tutores filiorum ex fructibus paternæ ſub-
ſtantiæ auxerint patrimonium pupillorum, puta emen-
do alios reditus, & quod poſtea alter ex dictis filiis
decedat, utrum parentes, qui licet tranſiverint ad ſe-
cundas nuptias, ad hujuſmodi bona filii ſui, etiam
quoad proprietatem ſuccedant, itaut non teneantur
aliis filiis ejuſdem matrimonii reſervare.

In hoc puncto (quamvis negativam ſententiam
tenuit *Franch. deciſ.* 18. eam diſputando ad partes) 90
contrarium determinat *Mart. de ſucceſſ. part. 2. q. 2.
artic. 1. num. 20. & ſeq.* per optimas rationes ibi ad-
ductas, ideo ei libenter ſubſcribo, & pro reſolutione
idem dico, quod hujuſmodi reditus, ac augmen-
tum factum ex fructibus paternæ ſubſtantiæ pleno ju-
re ad ipſos filios pertinent, ideo matrem pleno jure
ad illos ſuccedere poſſe, itaut non habeat locum pro-
hibitio dictæ *l. fœminæ*, & ratio eſt, quæ mihi ſum- 91
mum placet; nam ſi Pater in bonis filio relictis ali-
quem ſubſtituerit matre excluſa, & antequam filius
moriatur, & ſubſtitutioni locus ſit, multos ſuperlu-
craretur fructus, mater excluſa à dicta ſucceſſione bo-
norum patris, non eſt excluſa à ſucceſſione hujuſmo-
di fructuum à filio perceptorum, quamvis illi de ſub-
ſtantia Patris pervenerint, quia ſunt proprii ipſius
filii, & ita fuit deciſum per *Afflict. deciſ.* 367. *in* 92
tertio dubio item dicta *auth. ex teſtamento C. de ſe-
cund. nuptiis* declaratur per *l. ſcimus §. repletionem C.
de inoffic. teſtam.* qua cavetur ſupplementum legiti-
mæ ex paterna ſubſtantia fieri debere, & tamen in
dicta lege omnes concludunt, quod ex fructibus pa-
ternæ ſubſtantiæ fieri non poteſt, ergo dicta verba
paterna ſubſtantia poſita in dicta auth. ex teſtamen-
to non ſunt intelligenda de fructibus, ſicut in *l. fi-
deicommiſſariam ff. ad Trebell.* ubi quod fructus pa- 93
ternæ ſucceſſionis non ſunt paterna ſubſtantia, ne-
que pars hæreditatis, & ſic in ſimili, feudi fructus,
quamvis ex feudo proveniunt, non ſunt feudales,
ſed allodiales, ut probat *Lucas de Penna in l. qui-
cumque in 2. Cod. de omni agro deſert. lib. 10. Camer.
in l. Imperialem fol. 17. quem ſequitur Mart. de ſucceſſ.
q. 21. num. 21. part. 2. artic. 1.*

A D D I T I O.

94 In hoc §. VIII. cadunt duæ quæstiones, quæ à me tactæ non fuerunt. Prima an Filia maritata, & dotata in bonis maternis, vel ascendentium ex parte matris, succedat cum aliis filiis, & videtur quod non, stante altero statuto *de fœmin. dotand. in princ. vers. si vero fuerit ex eadem matre tantum.*

95 Altera quæstio an in casu quo sit ex primo matrimonio una solum fœmina maritata & dotata, quæ secundum primam quæstionem modò propositam non possit aliquid habere, & succedere in bonis maternis, an filii masculi succedere debeant cum fœminis ejusdem matrimonii; videtur quod non, quia existentia dictæ fœminæ maritatæ & dotatæ alterius matrimonii non est considerabilis; fœminæ enim non sunt successibiles, & tamquam incapaces successionis habentur pro mortuis. Vide *infra §. XIII. cap. non possit numer.* 1. & 2. Et ad hanc quæstionem vide latè *Scacc. de Judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 556. *usque ad* 559. quo loci tandem distinguit cum *Felin.*

96 Alia quæstio moveri potest, an scilicet institutis solum masculis fœminæ prætendere possint suam legitimam vel institutis extraneis solum masculi & non fœminæ prætendere possint legitimam, & videtur quod non, attento statuto *de legat. & falcid.* ubi disponitur quod legitima sit tota filiorum, sed contrarium dic per rationes appositas in adnotat. ad dictum statutum de legat. & falcid, & alias, quæ considerari possunt, & ita decisum fuit à Rota Januen. in causa M. Æliani Spinulæ.

S U M M A R I U M.

1 *STatutum relativum ad jus commune ab isto regulari debet.*
Et recipit omnes limitationes, ampliationes, & declarationes quas recipit jus commune, n. 6.
2 *In Statuto se referente ad jus commune non comprehenduntur personæ Ecclesiasticæ.*
3 *Sub appellatione juris communis non solum venit jus Romanorum, sive leges existentes in corpore juris civilis, sed omnes limitationes, ampliationes, declarationes, quas recipit jus commune.*
4 *Item omnium Doctorum interpretatio.*
5 *Licèt adesset Statutum prohibens omnem extrinsecum intellectum, quia hæc interpretatio est vera, & propria.*

TAM FOEMINÆ QUAM MASCULI) Oritur hic disputatio, an hoc Statutum comprehendat fœminas, & masculos, ecclesiasticas seu Ecclesiasticos, & monasterio sacratas; Dubium hoc in genere resolvi in principio hujus Statuti *de succession. in rubr.* nam generaliter Statutum non comprehendit personas Ecclesiasticas tanquam sibi non subjectas, ut latè in eo loco dixi.

3 Sed hic cum Statutum nostrum sit relativum ad jus commune, à quo regulatur referens *Bart. in l. Prætor §. ait ff. de vi bonor. raptor. Bursat. cons.*44. *numer.* 34. *volum.* 1. *Alex. cons.* 123 *numer.* 10. & *cons.* 135. *numer.* 8. *lib.* 14. & de jure communi etiam veniant fœminæ consecratæ, & masculi Clerici, cum laicis, ideò hanc quæstionem primum generaliter super omnibus Statutis, & postea in no-
2 stro præciso Statuti casu tractavi infra in §. & *ipsis omnibus deficientibus*, ubi ad partes agitata quæstione resolvi omnibus dubietatibus enodatis solum laicos includi, & non personas Ecclesiasticas, licet Statutum se referat ad jus commune, & ita concludendum est in præsenti Statuti nostri casu solùm fœminas laicas, & masculos laicos includere voluisse statuentes.

3 PROUT DE JURE COMMUNI: Sub appellatione juris communis non solùm venit jus Romanorum, sive leges existentes in corpore juris civilis, sed omnes limitationes, ampliationes, declarationes, quas recipit jus commune in eadem materia, ut docet *Gallin. in suo tract. de verb. signif. lib.* 10. *cap.* 32. *num.* 39. & 40. *Anton. Butr. cons.* 1. *col.* 3. *vers. ad tertium dotis*, & *cons.* 80. *col.* 2. *Mascard. de general. Stat. interpretat. conclus.* 2. *num.* 71. & 73. & *n.* 219. ubi plurimos alios adducit, & *conclus.* 5. *n.* 34. amplia etiamsi Statutum induceret formam *Carpan. in prælud. num.* 251. & 276. & hæc conclusio vera 4
est, nam vulgariter loquendo per jus commune semper intelligitur quoque omnis Doctorum interpretatio, nam vulgaris eloquutio, & communis usus loquendi solùm attenditur *Ciarlin. controv.* 88. *num.* 11. & 12. & *controvers.* 226. *num.* 23. & *seq.* & quod ista sit vera, ac propria significatio *Mascard. de general. Statut. interpret. latissime sub conclus.* 3. *à num.* 1. & *seq.* & *sub num.* 32. Amplia etiam si ades- 5
set Statutum prohibens omnem extrinsecum intellectum, sed ad literam debere intelligi.

A D D I T I O.

Ad num. 1.

Statutum disponens prout de jure, recipit omnes 6
limitationes, ampliationes, declarationes, quas recipit jus commune. *Rot. Lucens. inter recoll. à D. Palm. decis.* 67. *num.* 25. *tom.* 1. *Bosc. cons.* 77. *n.* 3. *Mascard. de Statut. interpret. conclus.* 10. *num.* 29. *Saminiat. controvers.* 63. *num.* 29. *Zuccard. decis. Luc.* 59. *num.* 6.

---

§. IX.

IN omnibus autem casibus supradictis, si Pater, Avus, vel Proavus Paternus defuncti superessent, superius nominati succedant respective in proprietate, & dicti ascendentes in usufructu tantùm, ita tamen, quòd Pater excludat Avum, & Avus Proavum.

S U M M A R I U M.

1 *DEscendentes utriusque sexus succedunt de jure communi exclusis omnibus ascendentibus.*
2 *Pater, vel Avus etiam post mortem filii retinet usumfructum, quem vivente filio habebat.*
3 *Per mortem filii non extinguitur Patris usufructus.*
4 *Filio decedente sine descendentibus, neque collateralibus, tunc usufructus consolidatur cum proprietate.*
5 *Pater post mortem filiæ suæ perdit usumfructum, quem habebat in bonis adventitiis, in quibus nepotes ex dicta filia succedunt.*
6 *Contra, & reprobatur D. Bottinus.*
7 *Explicatur intellectus* l. quod scitis in dicto §. sin autem C. de bonis quæ lib.
8 *Si nepos moriatur, proprietas bonorum adventitiorum acquiritur Patri, reservato semper usufructu Avo.*
9 *Si quis semel acquisivit usumfructum, numquam illum perdere potest, nisi per mortem suam, licet proprietarius ei præmoriatur.*
10 *Si Pater acquisivit usumfructum in bonis filiæ suæ, illum non perdit per mortem dictæ filiæ suæ, sed pro toto tempore vitæ suæ in eo durare debet.*
11 *Antiquitus Pater vigore patriæ potestatis acquirebat bona adventitia jure peculii, scilicet tam proprietatem, quam usumfructum.*
12 *Filius ante mortem Patris neminem potest habere hæredem in usufructu, nisi in proprietate.*
13 *Assignatur error D. Bottini, quem habuit à Bartolo.*
14 *Pater in bonis Castrensibus, vel quasi &c. non habet usumfructum.*
15 *Pater in dictis bonis Castrensibus, vel quasi &c. acquirit usumfructum post mortem filii, si supererunt nepotes.*
16 *In proprietate bonorum filii non extantibus descendentibus succedunt æqualiter Pater, & mater.*

17 *In*

17 *In bonis profectitiis solùm Pater succedit, & in bonis pervenitis à matre, vel aliquo ex linea materna sola mater succedit.*
18 *Reprobatur contraria opinio.*
19 *Barry inclinatus est pro ingenii acumine recedere à communioribus opinionibus, ideòque ab ejus sententiis cavendum est.*
20 *In nostra scientia jurisprudentia debemus captivare intellectum nostrum aliorum authoritatibus, secus in aliis scientiis.*
21 *Si ascendentes essent dispares numere, sed in pari gradu, tunc succederent in stirpes, secùs in bonis acquisitis ex una linea, quia solùm ascendentes de illa linea succedent.*
22 *Si ascendentes essent inaequalis gradus, tunc proximior excludit remotiorem, & repraesentatio in ascendentibus non habet locum.*
23 *Pater excludit aviam in successione descendentis, etiam in bonis, quae à materna linea provenerunt.*
24 *Reprobatur Butrigarius.*
25 *Pater, vel mater non succedant in feudis, nisi in investitura expressum sit, quia talis successio est contra feudi naturam.*
26 *Ascendentes, fratres, sorores ex utroque latere defuncto succedunt in capita.*
27 *Et id procedit etiam in ascendentibus secundi gradus.*
28 *Liberi fratris, & sororis ex utroque latere succedunt unà cum ascendentibus in stirpem, & non in capita.*
29 *Pater nullum habet usumfructum in illis portionibus, in quibus succedunt fratres, vel filii fratrum.*
30 *Mater succedit in bonis filii sui simul cum Patre, sed vivente patre usumfructum non habebit.*
31 *Si ad successionem filii non solùm concurreret pater, mater, sed etiam fratres defuncti, tunc in succedendo nulla haberetur ratio bonorum paternorum, vel maternorum.*
32 *Dos à Patre profecta ad eum redire semper debet, & nullus in illa nisi Pater succedit.*
33 *Et ita in peculio date à Patre filio.*

MUltum haec dispositio contrariat juri communi, nam hìc ad successionem intestati defuncti solum admittit Statutum patrem, avum, proavum in usufructu indistinctè, & omnes alios praedictos in proprietate, &c.

Videamus igitur difformitatem hujus dispositionis à jure communi, deinde quaestiones, quae super hoc Statuto evenire possunt tractabo, & resolvam ordine solito.

Plures enim amplectitur casus hoc Statutum, nam quot sunt vocationes in praecedentibus Statutis, tot sunt in hoc praesenti dispositiones, & praeposita decisione juris communis, videbis super omnibus respectivè conformitatem & difformitatem Statuti nostri ab illo.

Et primò videndum est quomodo succedant de ju-
1 re communi pater, vel avus filio defuncto descen-
dentes habenti, & in hoc indubitata juris decisio
est quod solum descendentes, tam masculi, quàm foe-
minae succedunt exclusis omnibus ascendentibus *Text.*
est in auth. in successione cum ibi notatis C. de suis
2 *legit.* attamen pater, vel avus etiam post mortem
filii retinet usumfructum, quem vivente filio habe-
bat in ejus bonis *l. 1. & 2. C. de bon. matern. l. 1.*
l. si viva matre 3. & l. cum oportet C. de bon. quae-
sit. liber. D. Bottin. in collat. ad Statut. Gen. hoc
eod. tit. Boss. de patr. potest. cap. 5. numer. 122. Chas-
san. ad Statut. Burgund. Rub. 6. §. 5. num. 8. & seq.
3 cum per mortem filii non extinguatur patris ususfru-
ctus quemadmodum ususfructus cujuslibet extranei
usufructuarii *Oinot. institut. de heredit. quae ab intest.*
4 *deffer. sub secund. ord. succed. num. 15.* & quando fi-
lius decedit sine descendentibus, neque collateralibus,
sed patre tantum, tunc ususfructus consolidatur cum
proprietate, cum pater ipse in totum succedat *§. si*
igitur defunctus descendentes vers. si verò cum ascen-
dentibus, & in auth. item hereditas C. de bon. quae
liber.

Declara, quod si avus haberet nepotes ex filia, qui 5
succederent in bonis adventitiis matris suae, tunc usus-
fructus, quem habebat pater filiae extinguitur per so-
lam ejus mortem, & non patris, quia hi nepotes,
qui succedunt remanent in potestate eorum patris,
ideoque ususfructus pertinet ad eorum Patrem, &
non avum maternum, ut hìc *Dom. Bottin. per l. quod*
scitis 3. §. sin autem C. de bon. quae liber.

Sed haec opinio Domini mei non est vera, quia 6
lex praedicta quod *scitis* in dicto *§. sin autem* non di-
cit id, ad quod allegatur: Imò contrarium omnino
facit, & firmat, nam praedicta lex nullo modo lo- 7
quitur de parentibus, seu ascendentibus, tam lineae
paternae, quàm maternae simul concurrentibus ad suc-
cessionem nepotis, seu neptis, quia id implicaret in
se, nam adhuc de illo tempore Codicis agnati prae-
ferebantur in successione cognatis, ut observat *Mar-*
th. de success. legal. inferiùs mox allegandus, ideo-
que de ascendentibus lineae maternae tantùm, vide-
licet, de avo, & proavo materno concurrentibus ad
successionem respectivè sui nepotis, vel pronepotis,
ut videtur confirmare *Salycet. in dicta l. sub nu-*
mer. 2. adhaerendo verbis illius glossae, vel de ascen-
dentibus ex linea paterna tantùm, videlicet patre,
& avo paterno nepotis, qui intellectus verior, &
communior non solùm apud Theoricos, sed practi-
cos admissus est, & nititur omninò literae ipsius tex-
tus, & hunc tenuerunt post *Cyn. Alberic. Fulgos. Corn.*
& alios à me revisos *Marth. de succession. legal.*
part. 1. quaest. 24. num. 22. artic. 4. Anton. Gomez. ad
ll. Taur. 6. num. 12. & ibi *Didac. Gomez. numer. 8.*
vers. nec obstat textus capitalis, & numer. 12. vers.
tertio infero reprobans omnino dictum intellectum
contrarium, quibus etiam associantur *Mantic. de ta-*
cit. & ambig. lib. 12. tit. 9. num. 17. Boss. de patr. po-
test. cap. 5. §. 5. numer. 123. & in tit. de dot. cap. 3.
num. 93. Igitur si loquitur de una tantùm ascenden-
tia, non potest adduci textus ad intentionem suam
à Domino Bottino, quia non potest dari casus,
quòd de avo materno, qui prius habebat usumfru-
ctum in bonis filiae suae, transeat per mortem ejus
ususfructus ad patrem nepotis, qui in ejus potestate
est, ut casus expressus est supra à D. meo.

Sed solùm probatur per illam *l. 3.* quod nepos 8
succedens in bonis, sive in sucris matris suae, si po-
stea iste moriatur, proprietas eorum bonorum acqui-
ritur ejus patri, reservato tamen avo semper usufru-
ctu jam acquisito, quia tam filius suus, quàm ne-
pos erant in ejus potestate, & ita in terminis di-
ctae legis scripserunt *Mart. Gomez.* & alii supra lau-
dati, undè ex praedicta lege benè arguitur, quod 9
semper ususfructus continuatur in eo, qui jam illud
acquisivit, & numquam ab eo exire potest, nisi mo-
riatur, quemadmodum usufructuario tantum morien-
te, & non proprietario extinguitur ususfructus, ita-
que ascendens, si jam acquisiverit usumfructum in
bonis suorum filiorum, illum semper habebit donec
vivet, & per totum tempus suum, nisi aliqua lex
specialis expressa in aliquo casu contrarium dispone-
ret, & sic non obstante quod filius proprietarius
praemoriatur, vel quomodo sit, patriam potestatem
pendat, genitor illum usumfructum retinebit in vi-
ta sua; quia sufficit illam habuisse à principio acqui-
sitionis ad effectum perseverationis, & continuatio-
nis dicti ususfructus in toto vitae suae curriculo,
affirmant omnes, & prae caeteris *Antonius Gomez.*
ad ll. Tauri l. 6. per tot. numer. 11. & 12. & *ibi*
Didac. numer. 11. inducentes ad id dictam *l. quod*
scitis §. sin autem, & idem replicat dictus *An-*
tonius in l. 48. numer. 5. Philipp. Paschal. de virib.
patr. potestat. part. 1. cap. 3. numer. 34. Michaler. de
fratr. cap. 3. numer. 12. 13. & 14. 15. Cardin. de
Luc. de usufruct. disc. 61. num. 7. Gratian. cap. 820.
numer. 12. & benè Boss. de patr. potestat. cap. 2. nu-
mer. 28. & meliùs *cap. 5. num. 122. Ascan. Clem. de*
patr. potest. cap. 6. eff. 1. num. 34. vers. amplia sexto
cum seq. Chassan. ad consuetud. Burgund. Rub. 6. §. 5.
numer. 17. ubi dicit, quod si per mortem filiae Pa- 10
ter perderet usumfructum esset positivè in damno,
nam perderet jus antea acquisitum, & radicatum
pro toto tempore vitae suae ex jure patriae potesta-
tis, & quidem textus omnes à praedictis Docto-

ribus inducti expressè verbis rotundis concedunt Pa-
tri dictum usumfructum duraturum per totum tem-
pus vitæ suæ ad similitudinem cujuscumque usufru-
ctuarii, & in hoc nulla est controversia, ideoque
cum sit dictus ususfructus radicatus, & acquisitus
jam à Patre in bonis adventitiis filiæ suæ, non po-
test post mortem ejus nepotis, eradicari, & in Pa-
trem ejusdem nepotis transferri, quia filius non po-
test Patri acquirere, quod non habet, & per con-
sequens, cum non habeat illum usumfructum, non
potest in eo succedi.
11 Ulteriùs debet considerari, quod antiquitùs Pater
vigore patriæ potestatis bona adventitia filii acquire-
bat jure peculii, ideoque etiam proprietatem habe-
bat, sed jure novissimo sublata fuit proprietas à Pa-
tre, & concessa filio, ut docent *Paschal. de patr. po-
test. part. 1. cap. 3. n. 31. Michalor. de fratr. part. 1.
cap. 3. n. 2. Anton. & Didacus Gomezsi ad l. 6. Taur.
utrobique num. 1. & Chassan. ad consuetud. Burgund.
Rub. 6. § 5. num. 16. & 17.* ubi dicit quod hodiè pri-
vatio dictæ proprietatis est positivè damnum Patris,
nam lex voluit illam concedere filiis favore descen-
dentiæ, ex qua consideratione infero, quod si Pater
filiæ haberet prout jure antiquo digestorum omne jus
in dictis bonis, quid enim posset nepos ex filia, seu
Pater ejus nepotis habere? nisi post mortem Patris
dictæ filiæ, & sic hoc jure moderno Codicis non
potest habere Pater nepotis dictum usumfructum ra-
12 dicatum in Patre filiæ, quia filius ante mortem Pa-
tris solùm habet hæredem in proprietate, & non in
usufructu vivo Patri spectante per totum tempus vi-
tæ suæ *Michalor. de fratr. part. 1. cap. 3. num. 3.*
& in hoc concordant omnes.
13 Hæc enim nostra conclusio meo judicio plenissi-
ma est, ideoque advertere debetis ab opinione erro-
neè firmata à D. Bottino super mala intelligentia
Textus dicta l. quod scitis, quam habuit à *Bart.* &
ejus sequacibus, & fateor sanè per Bartolum multos
in hoc errasse, ut idem fatetur *Marth. de successión.
part. 1. quæst. 24. artic. 4. num 24.* nam ea esset om-
ninò extravagans alterando jus alteri acquisitum, &
naturam ususfructus, & contra apertas leges illum
concedentes Patri, donec ipse vivet.
14 Item quando filius decedit cum descendentibus,
licèt in bonis Castrensibus, vel quasi Pater non ha-
beret usumfructum *Oinot. institut. de patr. potest.*
15 *numer. 47.* Attamen Pater acquirit dictum usumfru-
ctum in illis bonis post mortem filii, quia respectu
nepotum sunt bona adventitia *Auth. de hereditat. ab
intestat. venien. in princip. l. sancimus 11. C. commun.
de success. l. quæcumque 4. l. cum opportet 6. C. de bo-
nis, quæ lib. Paschal. de viribus Patr. Potestat. cap. 4.
lib. 1. num. 5.*
16 Et hæc de usufructu Patris, nam in proprietate,
tam mater, quàm Pater succedunt æqualiter in bo-
nis propriis filii *Oinot. instit. de hered. quæ ab intest.
defer. in secund. ord. succed. numer. 8. Barry de
succession. libr. 18. de successión. intestat. tit. 2. nu-
mer. 1. Crass. §. successio ab intestato quæst. 22.*
17 Limita tamen hanc conclusionem solum in bonis
castrensibus, vel quasi, seu adventitiis, nam in pro-
fectitiis à Patre, vel linea Paterna solùm succedit
Pater, & è contra in bonis perventis ad filium ex
matre, vel ex aliquo de linea materna sola mater
in hisce succedit *Oinot. dicto loc. num. 11. & 12.
Thesaur. decis. 27. num. 3. Mart. de success. part. 2.*
18 *quæst. 1. artic. 1. num. 7. & seq.* cum ibi innumeris
relatis quos recensere inutilis modo labor est, quam-
vis contrariam sententiam non rectè tenuerint *Crass.
de successionibus dict. quæst. 22. num. 5. Didac. Go-
mez. ad l. 6. Tauri numer. 8. Barry de successión.
lib. 18. tit. 2. num.* . . . . . cum aliis quos laudat; Et
licèt ibi Barrii fervidè hanc opinionem tueatur, &
doceat à prima cavendum esse, attamen nihil per-
turbat nostram primam opinionem magis commu-
nem, & æquiorem, & multum cavebunt Doctores
non solùm à prædicta opinione Barrii, sed aliis et-
19 iam, quia non parum inclinatus est dictus Author,
quamvis virtute excellens, ac Doctrina meritissi-
mus, ab opinionibus communioribus recedere, (ut
sæpiùs agnoverim) quæ ejus intellectum non ca-
20 ptivant, sed in hac scientia illum cedere inviti de-
bemus authoritatibus, & contra dictum illud Mar-
tialis

Qui velit ingenio cedere rarus erit.

Observa verò, quod si dispares numero essent as- 21
cendentes, sed in pari gradu, videlicet ex una par-
te Avus Paternus, ex altera Avus, & Avia mater-
na. Tunc successio regulanda est in stirpem, scili-
cet in duas partes, una Avo Paterno, altera Avo,
& Aviæ; In bonis tamen quæsitis ex una linea, il-
la linea tantùm succedit, ita *Oinot. instit. d. tit. n. 22.
& seq. Crass. dict. quæst. 22. Cujac. ad Novell. 118.
Marth. de success. part. 1. quæst. 24. artic. 4. num. 20.
Thesaur. decis. 27. num. 4.* Et è contra si reliquit plu- 22
res ascendentes inæqualis gradus, tunc proximior ex-
cludit remotiorem, itaut Pater excludat aviam, &
vice versa, & repræsentatio non habebit locum *Crass.
dicta quæst. 22. Petr. Gregor. lib. 45. cap. 9. num. 11.
Marth. de successión. part. 2. quæst. 1. artic. 1. num. 5.
Covar. tract. de successión. ab intestat. Barr. de suc-
cessión. dicto libr. 18. tit. 2. de successión. intestat.
num. 1.* amplia etiam hanc conclusionem, & dic, 23
quod etiam Pater excludit aviam in bonis, quæ à
materna linea provenerunt, & vice versa *Oinot. in-
stitut. de heredit. quæ ab intestat. defer. de secund.
ord. succed. num. 20. Thesaur. dicta decis. 27. num. 4.
Mart. de successión. part. 2. quæst. 1. artic. 1. num. 10.
& part. 1 quæst. 24. artic. 4. num. 20.* Quamvis Bu- 24
trigarius contrariam opinionem tenuit, sed reproba-
to hoc Doctore prior opinio communis, & verior
reputata fuit.

In bonis feudalibus, neque pater, neque mater 25
succedit nisi id in investitura expressum sit, quia con-
tra naturam feudi est, ut est *Text. & gloss. in cap. 1.
de natura success. feud. in princ.*

Succedit hic alter casus, scilicet quando filius non 26
solum reliquit ascendentes, sed collaterales simul,
idest fratres, sorores, ex utroque latere; Tunc om-
nes succedunt in capita, & non in stirpes *Oinot. d.
tit. n. 24. Crass. §. successio ab intestato dict. quæst. 22.
Vasq. de success. progr. libr. 3. §. 25. num. 38. Myn-
sing. observ. cent. 6. cap. 41. Barry de success. dicto
lib. 18. tit. 2. num. 2.* Ita etiam procedit prædicta con- 27
clusio, quando reliquit ascendentes secundi gradus,
scilicet aviam, vel avum, vel utrumque, nam pari-
ter ista successio regulanda est in capita, post mul-
ta argumenta contraria decidit *Oinot. dicto tit. de he-
redit. quæ ab intest. defer. de secund. ord. succed. n. 25.*

Amplia etiam, quod liberi fratris, & sororis de- 28
functi succedunt cum dictis ascendentibus in stirpes
per repræsentationem. Observa tamen, quod debent
fratres, si volunt succedere cum dictis ascendentibus
esse utrinque conjuncti defuncto, neque uterini, ne-
que consanguinei *Oinot. dict. loc. numer. 29. & 30.*
Dixi quod liberi fratrum succedunt cum dictis ascen-
dentibus in stirpem per repræsentationem eorum Pa-
trum, sed ultra fratrum filios non datur repræsen-
tatio, & per consequens nulla successio *Oinot. dict.
loc. num. 31.*

Scire autem debes quod Pater nullum potest reti- 29
nere usumfructum in illis portionibus, in quibus suc-
cedunt fratres, vel filii fratris utrinque conjuncti
*Barry de success. dicto lib. 18. tit. 2. n. 3. & Oinot.
dicto loc. num. 36.* & in hoc differt successio matris 30
à Patre, nam illa succedit solum in proprietate bo-
norum Castrensium, & adventitiorum, & Frater
etiam quoad usumfructum per dictos authores pro-
ximè citatos. Item omnes prædicti Pater, Mater, 31
Frater, Soror utrinque conjuncti succedunt non so-
lùm in bonis castrensibus, vel adventitiis, sed etiam
in bonis, quæ vel à matre, vel à Patre irrevocabi-
liter acquisiverunt *Barr. de success. lib. 18. tit. 2. n. 3.
prope finem Thesaur. decis. 27. n. 4. & 5.* quia quando
concurrunt etiam fratres, nulla habetur distinctio bo-
norum, & benè dixi irrevocabiliter acquisita filio ab
ascendentibus, nam dos non est talis: Ideoque in ea 32
non potest succedere nisi Pater exclusis omnibus, vi-
delicet matre, & fratre, quia dos à patre profecta
semper ad eum redire debet *l. dos a Patre C. solut.
matrim. Barr. d. tract. & loc. num. 4.* & ita procedit 33
in peculio dato à Patre filio, qui solum habet admini-
strationem in illo, nam istud peculium pertinet so-
lùm ad Patrem, ut distinguit *Ranch. de success. ab
intest.*

intest. §. 12. *num.* 6. *quem sequitur Barr. de success. d. loco num.* 3. *in fin.*

Ex his quæ usque adhuc de jure firmavi videre potes in quo nostrum Statutum conformat, vel dissonat à dicto jure communi sine aliqua replicatione, seu inutili labore; Quæstiones modo, seu dubia, quæ evenire possunt in nostri Statuti specie de more subjiciam.

S U M M A R I U M.

1 V*Erbum* in omnibus *est universale, & continet omnes qualitates supra expositas in vim specialis expressionis.*

2 *Filio decedenti succedens non acquirit usumfructum, quem de tempore mortis filii Pater habebat.*

3 *Statutum de succession. ab intestat. habet solum locum in successionibus universalibus, & non particularibus.*

4 *Pater in dote filia suæ, vel in peculio profectitio filii succedit ipse solus titulo particulari.*

5 *Si filia moriatur cum filiis, per Martinianam consuetudinem dos ad filios permanere debet, & ad patrem redire cessat.*

6 *Intellige, si filia præmoriatur viro, secus verò si vir uxori præmoriatur.*

7 *Item si Pater stipulatus expressè fuerit, quod semper dos ad se redire debeat, tunc remanere non poterit ad filios, & cessabit hoc casu Martini consuetudo.*

8 *In dote, quæ per consuetudinem Martini ad filios extantes remanere debet, succedunt tam fœminæ, quam masculi, etiam per nostrum Statutum.*

9 *Fœmina licet excludatur per Statutum à successione, ac legitima, non est exclusa à lucro proveniente jure particulari, scilicet* l. hac edictali.

10 *Jus successionis universalis est omnino diversum, at separatum à jure particulari filiationis, vel sanguinis, & num.* 11.

11 *Dos profectitia ad filios extantes remanet jure particulari filiationis, non verò hereditario, ac universali.*

13 *Itaut succedant tanquam filii, ac jure proprio, non verò matris heredes, & valent materna hereditate repudiata dotem ex consuetudine Martiniana retinere.*

14 *Quod jure particulari legis defertur non est successio.*

15 *Dote remanente per consuetudinem Martini apud filios, debet etiam remanere ususfructus dotis in patre filiorum.*

16 *Judicatum fuit pluries in nostra Civitate consuetudinem Martini habere locum in nostro Statuto.*

17 *Verbum* succedent *in Statutis importat qualitatem hereditariam, secus verbum* habeant, obtineant, lucrentur.

18 *Statutum de successionibus semper intelligitur de hereditaria successione, sive universali.*

19 *Dictio* respectivè *distinguit personas, ac singulas singulis refere, ne fiat confusio.*

20 *Ascendentes admissi ad usumfructum tantum exclusi sunt eo ipso ab hereditate, ac legitima.*

21 *Ubi in terminis Statuti nostri.*

22 *Inter ascendentes non datur repræsentatio, & sic Pater excludit Avum, Avus Proavum.*

1 IN OMNIBUS AUTEM CASIBUS) Hæc verba sunt adeo universalia, ut contineant omnes omnino qualitates, & casus suprè expositos, ut præcisè loquendo de verbo *in omnibus* notavit *Bellon. cons.* 30. *num.* 39. atque vim specialis expressionis *Peregrin. de fideicommiss. art.* 36. *num.* 89.

SI PATER: Intellige tamen, si adesset Avus maternus, qui jam acquisivisset usumfructum in bonis filiæ suæ, cujus ob prædecedentiam in proprietate successit filius dictæ filiæ, in hoc usufructu non succederet Pater nepotis, quia iste ususfructus est jam radicatus in Avo materno, itaut non potest ab eo discedere, nisi cum ejus morte, ut ferè probavi supra in principio hujusmet paragraphi, & probat *Chassan. ad consuetud. Burgund.* Nam solum morte usufructuarii extinguitur ususfructus, ideoque si filius non habebat usumfructum, qui ad alterum pertinet, scilicet ad Avum maternum per totum tempus vitæ suæ jure particulari patriæ potestatis, non potest ad ejus partem transmittere, & Statutum nostrum *de succession.* solum loqui potest de juribus pertinentibus ad decedentem ab intestato, ideoque solum disponit 2
in casibus, quibus filius, tam proprietatem, quam usumfructum in bonis tempore mortis suæ haberet, videlicet in castrensibus, seu quasi, vel in bonis adventitiis, in quibus filius, vel pacto, vel emancipatione, vel legis dispositione, vel quocumque alio modo, etiam usumfructum haberet; & numquam de jure ususfructus alteri spectante, & acquisito, ut in simili firmat *Boss. de patr. potest. cap.* 5. *num.* 174. *vers. & ita facultas*, ubi in dubitabiliori casu dicit, quod licet Statutum, vel ipsemet Pater dedisset filio facultatem testandi de bonis suis, non potest filius testari de usufructu, jam Patri acquisito, quia non est jus filii, itaque si quis succedere deberet filio per dispositionem Statuti, in usufructu non posset succedere, si filius illum non haberet, & ad alterum jam pertineret.

Evenire potest etiam alter casus in terminis hujus Statuti nostri, si Pater dotaverit filiam, & in matrimonio eam collocaverit, vel filio constituerit peculium profectitium, & postea filia decesserit, vel filius reliquerit fratrem, an in hac dote à Patre profecta, vel peculio profectitio succedat frater, vel alii vocati supra à Statuto in proprietate, & Pater in usufructu tantum.

Hæc quæstio non est arduæ resolutionis, quia Sta- 3
tutum *de succession.* non habet locum in successione, sive jure particulari, sed solum in successione universali prout nostrum Statutum, quod inscriptum est *de success. ab intestat.* ut in terminis similibus dicit *Bottiller de succession. Theorem.* 14. *num.* 24. & *seq. cap.* 1. ita ut non habet locum, ut latè dixi suprà in lucro delato liberis ex providentia *l. hac edictali*, neque in donatione nuptiali concessa ex providentia *l. fœmina* §. *illud C. de secund. nuptiis*, nam in hujusmodi bonis etiam veniunt fœminæ exclusæ à successione.

Itaque ergo cum dos à patre profecta, mortua fi- 4
lia ad eum redire debet ex providentia *l. dos à Patre C. solut. matrimon.* ideoque Pater succedit jure particulari, & non jure universalis successionis, & ita dicendum est de peculio profectitio filii familias, in quo nullum habet hæredem. *l.* 2. *ff. de Castrens. pecul.* late *Galeot. controv.* 30. *fere per tot. lib.* 2. & *Fachin. controvers. jur. lib.* 3. *cap.* 71. *lit. D.* & in utroque casu in terminis Statuti nostri, ita benè consuluit *Doctissimus Bartholomeus Bosch. noster cons.* 506. & in similibus optime *Capic. Galeot. controv.* 30. *num.* 23. *lib.* 2. & *Caphal. cons.* 256. *tom.* 2. *fere per tot. Ruin. cons.* 131. *num.* 12. *vol.* 4. *Matth. Brun. cons.* 7. Contrarium tenet *Sederin. respons.* 9. *n.* 19. sed vide eum per totum, & præcipuè *numer.* 49. & *sequent.*

Modo vice versa videamus, an pariter stante hoc nostro Statuto, si filia maritata reliquerit filios, ejus dos profectitia revertatur ad Patrem, vel quis in hac succedere debebit. Hæc disputatio satis pulchra, et utilis est.

Præmittamus igitur Conclusiones de jure communi, ad hoc, ut meliùs difficultatem attingamus, eamque facilius resolvamus.

Indubitata enim juris civilis conclusio est, quod 5
si filia præmoriatur cum filiis, ejus dos profectitia ad Patrem non revertatur, sed ad filios permanere debeat, & hæc procedunt de recepta, ac approbata consuetudine apud totum orbem Martini. Ita voluit *Jas. in l. post datem num.* 99. *ff. de acquir. hæredit. Fachin. controv. jur. lib.* 3. *cap.* 71. *Bos. de Dot. cap.* 3. *num.* 174. *De Luc. de dot. discur.* 154. *n.* 54.

Limita autem primò hanc conclusionem, quod 6
solum habeat locum si filia præmoriatur viro, secus

verò

verò si vir præmoriatur, quia tunc quamvis filii extent, nullatenus dos ad Patrem revertitur *Rot. decis.* 708. *in princ. par.* 1. *rec. num.* 4. *& decis.* 108. *n.* 17. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. Eminentissimus de Luc. de dot. disc.* 154. *num.* 54. latissime *Urceol. consult.* 7. *à n.* 40. *usque ad* 45. hæc autem opinio contraria est alteri quam firmavi supra §. 1. *cap. vel masculi ex fœminis num.* 7.

7 Limita secundo, si Pater stipulatus fuerit expresse quod dos, etiamsi extarent filii, sibi restituatur, quia tunc debet ad Patrem redire ex ipsa stipulatione, quæ facit cessare Martinianam consuetudinem *Merlin. decis.* 433. *num.* 10. *Thesaur. decis.* 237. *num.* 7. *De Luc. de dot. disc.* 154. *num.* 56. *in fin. Urceol. consult.* 7. *numer.* 34. 35. ubi late.

8 Præmissis his ad cognitionem, dicimus, quod sicut in Statuto nostro, ut probavimus, habet locum *l. dos à Patre C. solut. matrimon.* itaut, si filia, quæ reliquit fratrem, & patrem, solum pater in dote profectitia succedere debeat, quia hæc successio non defertur jure hæreditario, sed particulari, ut dixi proximè supra, ita replicandum est à pari ratione, quod si filia habet filios, sive eos relinquat, solum debebunt isti filii succedere in hac dote sive masculi, sive fœminæ æqualiter exclusis omnibus aliis vocatis à Statuto, quia consuetudo Martiniana nunquam intelligi debet exclusa à Statuto *de successionibus ab intestat.* quod solum jus universale comprehendit, & sic hæc dos profectitia, quæ ex consuetudine Martini debetur filiis, debet inter filios, tam masculos, quam fœminas dividi æqualiter, & in hac omnes æqualiter succedunt, & ut clarius pateat, modò infrà latius ostendam, ne tibi mirabilis videatur hæc conclusio, quæ nunquam in Civitate hac accidit, & si forte evenerit, credo, quod transiverit sine disputatione, vel deceptæ fœminæ tacuerint.

9 Ad comprobationem hujus propositionis faciunt
ea, quæ supra deduxi in terminis lucri provenien-
tis à *l. hac edictali C. de secund. nupt.* in qua firma-
vi, quod quamvis fœmina excludatur à successione,
& à legitima per Statutum, attamen non intelligi-
tur exclusa ab hujusmodi lucro *Merlin. de legitim.*
lib. 3. *tit.* 1. *quæst.* 21. *Marth. de succession. par.* 1. *qu.*
13. *artic.* 11. *Hodiern. ad Surd. decis.* 8. *num.* 3. 4. &
10 vide supra alios quos citavi suo loco. Ratio est quia
exclusio statutaria restringitur ad successionem uni-
versalem, & ita remanet salvum dictum lucrum tan-
quam divisum, & separatum ab hujusmodi succes-
sione, & solum delatum jure particulari sanguinis,
& filiationis *Rot. divers. decis.* 255. *num.* 7. *par.* 4.
& in Romana successionis 14. *Junii* 1647. *coram Cor-
rado*, & per ea quoque quæ dixi supra, & quem-
admodum dixi de lucro nuptiali (quamvis contra-
rium in nostro Statuto firmavi per alia fundamen-
ta) à quo, licet Statutum excludat fœminam à suc-
cessione, ac legitima, nondum exclusa remanet, quia
11 hujusmodi lucrum defertur etiam jure particulari fi-
liationis, & sanguinis, & non titulo hæreditario
Dec. cons. 396. *Marin. resol.* 68. *num.* 15. ac alios
quos supra laudavi.

12 Itaque omninò resolvendum in nostro casu, quia
hæc dos profectitia, quæ ad filios remanere debet,
non defertur eis jure hæreditario, & universali, sed
particulari filiationis, ita in terminis concludunt post
pugnam *Mart. de successſ. par.* 1, *quæst.* 4. *art.* 1. *a.* 10.
11. 12. *Urceol. consult.* 7. *num.* 25. *&* 26. *Caren. re-*
13 *sol.* 63. *num.* 6. Imò ex jure proprio, & nunquam
tanquam hæredes matris, adeò ut filii ad onera per
matrem injuncta non tenentur, & possunt materna
hæreditate repudiata dotem retinere ex consuetudinia
Martinianæ vigore *Eminentiss. de Luc. de Dot. disc.*
154. *num.* 56. *vers. decedente vero*, *& disc.* 104. *nu-
mer.* 5. *usque in fin. & disc.* 34. *num.* 12. *Michaler. de
fratrib. par.* 1. *cap.* 40. *num.* 15. *& seq.* & dicta dos
defertur filiis non tanquam hæredibus matris suæ,
sed aufert lex specialis ab Avo, & liberis hæc bo-
14 na concedit *Gratian. cap.* 556. *num.* 36. & quod de-
fertur jure particulari legis non est successio, ideo-
que non excluditur ab eo fœmina *Brun. de Stat.
fœmin. exclus. artic.* 8. *num.* 144. *Carpan. ad Stat. Me-
diol. cap.* 278. *num.* 27. *par.* 1.

Dixi enim quod præmissa quæstio nondum fuit
agitata in hac Civitate, sed non omitto, quod si-
milis fuit mota controversia, quæ coincidit cum pri- 15
ma, videlicet, mortua quadam filia, & relictis, post
se, patre, marito, & filiis, contendebat pater in
dote profectitia habere usumfructum stante præsenti
paragrapho Statuti, per quem Pater in usufructu
succedit.

Sed fuit absolutè negatus usufructus Patri, & marito concessus, quia etiam post mortem mulieris durant adhuc onera matrimonii stantibus filiis, tum quia ex consuetudine Martini dos remanet apud liberos, per consequens usufructus remanere debet apud maritum legitimum usumfructuarium *Rot. apud Farinac. decis.* 126. *par.* 1. *in posthum. Caval. decis.* 442. *per tot.*

Insuper annis 1609. & 1645. tale dubium fuit 16
motum in una Genuensi, & in alia Tabiensi à Pa-
tre prætendente usumfructum vigore hujus Statuti,
sed Casanova J. C. celeberrimus, cujus multæ vivunt adnotationes ad nostrum Statutum, scripsit contrà Patrem ad favorem mariti, ut videre est ab ejus consilio 79. manuscripto mihi relato per quasdam notulas Jo: Dominici Patris mei amatissimi, & secundum hanc opinionem fuit per Illustrissimos Supremos nostros Syndicatores decisum, & ita fuit judicatum dictam Martinianam consuetudinem habere locum in Statutis nostris per MM. Josephum Martignonum, & Philippum Casonum JJ. CC. Arbitros in quadam causa Dianensi. Rationes verò non puto diversas ab illis, quas exposui.

SUCCEDANT: Hoc verbum importat in Sta- 17
tutis qualitatem hæreditariam, secus si Statutum di-
ceret, habeant, obtineant, lucrentur, *De Luc. de dot.
disc.* 101. *n.* 6. *disc.* 115. *n.* 3. *disc.* 108. *n.* 4. & semper 18
Statutum *de successian.* intelligitur de successione hæ-
reditaria, sive universali, *Bottiler. de successian. Theo-
rem.* 14. *num.* 14.

RESPECTIVE: Hæc dictio distinguit personas, 19
ac singulas singulis refert, ne fiat confusio *Gratian. cap.* 627. *num.* 36. *& cap.* 705. *numer.* 7. *Rot. par.* 13. *rec. decis.* 263. *num.* 1. *& Rot. post Massol. in Trismegist. leg. dec.* 21. *num.* 2. *Palm. Nep. alleg.* 228.

IN USUFRUCTU TANTUM: Et sic sunt 20
ascendentes exclusi ab omni hæreditate, & per con-
sequens etiam à legitima per allegata à *Grat. c.* 178.
num. 14. & in terminis Statuti nostri Januensis *Me-* 21
noch. cons. 968. *sub num.* 12. *vers. nec repugnat idem Statutum*, *De Luc. de lin. legal. tom.* 2. *artic.* 9. *sub num.* 7. *Armenzan. decis.* 2. *num.* 54. *& seq. Bosc. cons.* 184. *sub numer.* 6. *& Rot. Roman. in una Januens. successian. decis.* 36. *numer.* 13. 23. *&* 24. *post Torr. de Majorat.*

PATER EXCLUDAT AVUM: & ita de jure 22
communi, nam parens proximior excludit remotiorem, quia in ascendentibus non datur repræsentatio. *Mart. de successian. par.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 1. *a.* 5. *Barr. de succesſ. lib.* 18. *tit.* 2. *de successſ. intestati num.* 1.

---

§. X.

QUatenus verò nulli ex suprascriptis nominatis quoad proprietatem adessent, succedant dicti ascendentes, etiam quoad proprietatem secundum gradus prærogativam, ut suprà.

S U M M A R I U M.

1 VErba dicti ascendentes, *sunt personalissima, & repetunt solum Patrem, Avum, Proavum suprà nominatos.*

2 *Dictio* etiam *est ampliativa, & augmentativa.*

3 *Dictio* ut suprà *regulat dispositionem secundum conditiones, ac qualitates suprà expressas.*

QUATENUS VERO) Est dictio præcedentis sermonis adversativa ad latè tradita per *Barbos. diction.* 420.

DICTI ASCENDENTES: Hæc dictio *dicti* re- 1
petit dictum Patrem, Avum, & Proavum, quia
est

est personalissima, ut in terminis *Sperell. decis.* 152. *num.* 20. *& seq.*

2 ETIAM : Est clausula ampliativa, & augmentativa, itaut facit modo venire ascendentes ad proprietatem, qui prius solùm vocabantur ad usumfructum *Pic. ad Stat. Urb. gloss. num.* 1. *Urceol. consult. for. cap.* 79. *num.* 13. *vol.* 2. omissis omnibus authoribus quos laudat *Barbos.* in dicta dictione, ad quem omnis recurrit.

3 UT SUPRA : Repetit omnes qualitates, conditiones prius expressas, itaut hæc dispositio reguletur ab antecedenti *Gratian. discept.* 575. *num.* 36. *&* 37. *& c.* 585. *n.* 11. *& cap.* 836. *n.* 14. *& c.* 648. *n.* 4. *Magon. decis. flor.* 37. *n.* 37. *Altogr. cons.* 60. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. *& cons.* 78. *num.* 4. *lib.* 2. itaque hic etiam Pater debet excludere Avum, & Avus Proavum indistinctè in omnibus bonis descendentis, sive à matre, sive à Paterna linea processerint, ut dixi suprà pleno calamo suis locis.

---

§. XI.

NOn extantibus autem aliquibus ex suprascriptis, succedant sorores, vel utrinque, vel ex patre conjunctæ, & filiæ, seu descendentes ex filiabus fratris præmortui, & filii, sive filiæ ex sorore præmortua, vel illi ex suprascriptis, qui aderunt in stirpem, & non in capita.

SUMMARIUM.

1 *DE jure communi non extantibus descendentibus, neque ascendentibus, sorores succedunt simul cum fratribus, exclusis aliis collateralibus.*
2 *Prius succedunt sorores utrinque conjuncta, quam ex uno latere tantum.*
3 *Dictio* vel *in Statutis de successionibus non importat simultaneam vocationem.*
4 *Contrarium firmatur.*
5 *D. Palma Nepos commendatur.*
6 *Alternativa legis semper resolvitur in conjunctivam, quando est posita inter vocatos.*
7 *Sub verbo filii comprehenduntur etiam famina.*
8 *Si filia expressa sunt post filios per dictionem* sive, *tunc filia conjunctim venient cum masculis, quia ista dictio non ordinem, sed declarationem verbi generici* filii *solum importat.*
9 *Dictio* sive *posita inter verbum genericum, & specificum non inducit diversitatem, sed majorem expressionem ejus, quod tacitè inerat.*
10 *Dictio alternativa, licet interponatur inter personas, inter quas potest cadere ordo affectionis, quando est à lege prolata, numquam denotat ordinem.*
11 *Statutum nostrum consideravit masculinitatem in ordine dumtaxat ad agnationem.*
12 *Ratio masculinitatis non consideratur in Statutis, ubi agnationem non conservet.*
13 *Per sororum filios non conservatur agnatio.*
14 *Reprobatur* Altograd. in cons. 59. 60. 61. 62. & 63.
15 *Dictio* sive *posita inter grädus substitutionis, vel inter dispositiones tractum successivum importantes, ordinem confert.*
16 *Imò ipsa conjunctiva sita inter masculos, ac faminas, in successione feudi resolvitur in disjunctivam, quia secundum feudi naturam famina non succedunt.*
17 *Et ita in jure patronatus.*
18 *Inter personas aquali in gradu existentes non cadit ordo affectionis, cum aque chari sint Testatori.*
19 *Inter vocatos cum generali, & distributiva dispositione non cadit ordo successivus, sed conjunctim admitti debent.*
20 *Statutum quando vocavit filias, & descendentes ex filiabus fratris pramortui, tanto magis intelliguntur vocata filia filii fratris pramortui.*
21 *Absurdum esset si Statutum parem in gradu excluderet, tantè magis remotiorem, sine aliqua vel masculinitatis, vel agnationis ratione considerata.*
22 *Ad tollendum absurdum in hoc nostro Statuto, vocatio descendentium referri debet ad descendentes tantum primi gradus.*
23 *Statutum vocans descendentes in infinitum, omnes descendentes dicentur vocati.*
24 *Sub appellatione fratris, venit etiam filius fratris in Statuto.*
25 *Licet adsit Statutum jubens literam Statuti rigorosè servari.*
26 *Pracipuè, quando daretur in Statuto contrarietas, vel absurdum.*
27 *In Statutis vocatiò descendentium, est vocatio successiva per vulgarem, scilicet omnes sunt activè vocati, non verò passivè.*
28 *Filia vocata post filios cum dictione* sive *sunt conjunctim vocata cum masculis.*

DE jure communi non extantibus descendentibus, neque ascendentibus sorores succedunt simul cum fratribus exclusis omnibus aliis collateralibus. *Oinot. instit. de heredit. qua ab intest. defer. sub tertio ord. succed. num.* 1. *& seq.* & prius succedunt sorores utrioque conjunctæ, quam ex uno latere tántum *Oinot. d. loco num.* 20. & quæ dixi suprà de fratribus de jure communi, ita statuendum est pro sororibus, quia differentia cognationis, ac agnationis per jus commune sublata fuerit. 1 2

Veniamus subito ad nostras quæstiones, quæ utiliores sunt; nam successiones de jure communi sunt adeò discussæ ab authoribus, ac tractantibus, quòd parum dubietatis inveniri potest.

Plures habet casus, qui contingere possunt, hoc Statutum, ideoque tot habet difficultates, quas gradatim in suis verbis accommodabo. 3

SORORES ; Remanent igitur sorores exclusæ à Patre, Avo, vel Proavo, & in eorum deficientia admissæ per Statutum nostrum.

Verùm, quia potest casus contingere, quod defunctus, vel defuncta habeat bona materna, & relinquat post se Patrem, & sororem. In hoc casu ambiguum est in nostro Statuto, an in illis bonis maternis, succedat Pater, an soror; Hoc dubium non nascitur præcisè ex hoc §. Sed ex §. *Omnibus casibus suprascriptis* inferiùs registrando, in quo videtur quod sorores in bonis maternis debeant præferri Patri, vel aliis ascendentibus. Hæc quæstio multum agitata fuit Genuæ, & diversa prodita fuere judicia, ac sententiæ. Ideoque eam pleoè tractare debemus, sed cum magis commodè cadat super dicto §. *omnibus casibus suprascriptis*, ad illum me remitto.

VEL EX PATRE : Gravis, ac intricata inter Doctores fuit quæstio, an dictio *vel* est ordinis nota, sive conjunctiva personarum : Itaut simul dicantur vocatæ personæ, quæ per dictionem *vel* à Statutis vocantur, & quamvis verè hæc disputatio non cecidit super hac præcisè parte Statuti, attamen cum eadem disputationis occasio sit hic, illam resolvam.

Quod hæc dictio *vel* non importet simultaneam vocationem, dixit in nostro punctuali Statuto *Altograd. Sen. latissimè cons.* 59. *num.* 30. *& seq. cons.* 60. *num.* 51. *& seq. &* 61. *num.* 11. *& seq. & cons.* 63. *num.* 4. *lib.* 2. & præcipuè hac in nostra punctuali Statuti parte *dicto cons.* 60. *num.* 52. & quidem, qui vellet ea recensere, ac respondere, multum temporis terere deberet, quia potius *d. Altograd.* ad subtilitates pro cliente materiam deduxit, ut Theorici ad satietatem discurrere haberent illam, quam hodie non aggredior, quia ex decisionibus sequutis videtur satis resolutus hic articulus.

Contrariam verò opinionem, quod importet hæc dictio *vel* in nostro Statuto tenuit *Caren. resol.* 172. quem sequutus fuit *Rocc. Episc. Isclan. cap.* 6. *n.* 22. quæ magis omnibus placuit, non obstantibus prædictis consiliis *Altograd.* Nam verior opinio est, & simul communior, quod in legibus, & Statutis habeat vim copulativæ, per Theoricam *Bart. in l. si is qui ducenta §. utrum col.* 1. *ff. de reb. dub. de qua Cather. decis.* 13. *num.* 1. *& Fenzon. ad Stat. Urb. cap.* 68. *num.* 14. & in terminis Statuti de success. 4

Mert.

Mart. de success. legal. par. 3. *quaest.* 4. *artic.* 1. *nu.* 40. *Rocc. Episc. Iselan. disp. jur. cap.* 6. *num.* 22. qui sequutus fuit opinionem Catenæ, *Giurb. ad Consuet. Messan. cap.* 3. *gloss.* 12. *num.* 13. *quaest.* 1. *Rot. coram Coccin. decis.* 1722. *num.* 18. *& coram Merlin. decis.* 436. *num.* 5. *& num.* 6. *& Emin. Cerro decis.* 818. *numer.* 9. *& decis.* 852. *num.* 3. *Honded. cons.* 2. *lib.* 1. *numer.* 6. & in simili dictione *vel*, utrinque latè *Me-*
5 *noch. cons.* 187. *num.* 18. *& seq.* communiter receptus, & hanc opinionem tenuit Eruditissimus *Palma Nepos* Dominus meus hac tempestate disertissimus scribens in sua quadam allegatione volumn typis edita in causa vertente inter D. Mariam Grillam, pro qua scripsit contrà Carolum Mari, quæ est inter sua allegationum volumina allegatio 304. *num.* 40. & juxtà hanc opinionem fuit decisum per Rotam nostram in *Januens. successioni. die* 23. *Aprilis* 1691. in prædicta causa quæ decisio est inserta inter dictas allegationes Palmæ Nepotis *allegatione* 307. & ita vidi judicatum per binas conformes in hæreditate Pauli Baptistæ Liceti inter Pompeum, & Judith Faustinam Liceti, ideoque satis habemus in omni casu hanc interpretationem, & tot decisionibus in nostro Statuto de dicta dictione *vel*.

Decisio Præstantissimi Domini Jacobi Gianetti Rotæ Genuens. Auditor. die 27. Januarii 1678.

Defunctis Paulo Baptista, Nicolao, & Hieronymo, superstitibus Pompejo, & Judith Faustina ex Faustina sorore præmortua, fuit in gradu appellationis dubitatum coram me uti Rotæ Civilis Priore, an ad successionem avunculorum esset admittenda Judith Faustina una cum Pompejo ejus Fratre pro æquali portione vigore Statuti *de success. ab intestato lib.* 5. *cap.* 23. §. *non extantibus*, cujus verba sunt hæc. *Non extantibus autem aliquibus ex supradictis succedant sorores, vel utrinque, vel ex Patre conjuncta, & filia, seu descendentes ex filiabus Fratris præmortui, & filii, sive filia ex sorore præmortua, vel illi ex suprascriptis, qui aderunt in stirpem, & non in capita*; & latè discusso ea utraque parte articulo, tandem affirmativè pronunciandum censui.

6 Fundamentum resolutionis fuit, quia alternativa legis semper resolvitur in conjunctivam, quando est posita inter vocatos *tex. est in l. generaliter in princ. C. de instit. & substit. l. cum quidam* 4. *C. de verb. signif.* ibi *melius itaque nobis visum fuit omni hujusmodi verbositate explosa conjunctionem* aut *pro & accipi, ut videatur copulativo modo esse prolata, & magis sit ita ut, & primam personam inducas, & secundam non repellat.* Item ibi *hoc est intelligendum, ut ambo veniant æqua lance ad hæreditatem*, & singulariter docet *Bar. in l. si quis ita* 32. *ff. de aur. & arg. leg. & in l. re conjuncti num.* 15. *ff. de leg.* 3. ibi, quarto quæro quid de conjunctione alternativa? Resp. si ponitur inter personas resolvitur in conjunctivam, idem *Bart. in l. si is qui ducenta* §. *utrum num.* 1. *ff. de reb. dub.* & ibi *Alex. in addit. ad Bart.* inquit, tenementi perpetuò, quòd in Statutis disjunctiva ponitur pro conjunctiva *Bald. in d. l. cum quidam per tot. ubi & Cyn. num.* 1. 3. *&* 4. *Alberic. num.* 7. *Corn. numer.* 1. *&* 2. *Soc. Sen. cons.* 63. *num.* 12. *lib.* 1. *Riminald. Sen. cons.* 287. *num.* 27. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 187. *num.* 18. *lib.* 2. *Honded. cons.* 2. *num.* 6. *lib.* 1. *Riminald. Jun. cons.* 746. *num.* 14. *Ger. Spin. cons.* 78. *n.* 1. ubi respondet contrariis *Berol cons.* 145. *lib.* 2. *Ofasc. decis. Pedem.* 13. *num.* 2. *Mart. de success. legal. par.* 3. *quaest.* 1. *artic.* 4. *num.* 40. *& seq. Caren. resol.* 172. *numer.* 2. *&* 8. *& per tot. Rot. decis.* 69. *num.* 3. *par.* 1. *rec. & coram Ludovis. decis.* 21. *num.* 2. *Merlin. decis.* 31. *num.* 17. & in fortioribus terminis *Bellon. de jur. accresc. cap.* 6. *quaest.* 28. *num.* 125. *cum seqq.* qui-
7 bus potissima congruit ratio, quia quamvis sub verbo filii comprehenderentur etiam fœminæ, ut inquit *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 24. *Cafanat. cons.* 6. *num.* 14. *Andreol. controv.* 137. *nu-*
8 *mer.* 25. Ad tollendas tamen quæstiones, & ad majorem claritatem, ac extensivè adjuncta fuerunt illa verba, *sive filia*, & huc pertinet, quod quando lex, sive Statutum inter verba generica speciem insimul significantia ponit dictionem *sive*, ut in nostro casu ibi, *& filii*, *sive filia*, habet vim conjunctivæ, & denotat illud verbum filia positum fuisse tanquam speciem, & augmentativè *l. si quis legaverit ff. de aur., & arg. leg. Covar. var. cap.* 5. *num.* 10. quodque dis- 9
junctiva prædicta posita inter verbum genericum, & specificum non inducat diversitatem, sed clariorem expressionem ejus, quod tacitè inerat, & eamdem faciat dispositionem tradit *tex. in l. cives, & incola C. de appellat.* ex quo sequitur, quod sicuti species significabatur in verbo generico, saltem virtute comprehensiva, dici neutiquam potest dictionem *sive* esse disjunctivam.


Nec obstat quod dicebatur prædicta procedere, quando inter personas honoratas nullus cadit ordo affectionis, & charitatis, tum quia versamur in alterna- 10
tiva à lege prolata, in qua non attenditur ratio prædicta majoris affectionis, ut inquit *Bart. loc. citato, Borgnin. Cavalc. decis.* 20. *per tot. lib.* 5. *& signanter a num.* 7. ubi ait somnium esse dicere non posse filias sororum prædefunctarum succedere, nisi ordine successivo post fratres masculos, & num. 6. subdit hanc resolutionem deservire ad interpretationem *Stat. Gen.* & egregiè sequitur *Flav. Torr. ad Stat. Pap.* 42. *numer.* 16. ubi dat concordantes *Mart. de success. legal. loc. proxim. citato num.* 41. *Caren. resol.* 172. *num.* 3. *&* 4. Tum etiam, quia Pompeus, & Judith Faustina sunt in eodem gradu succedendi ab intestato juxta *Tex. vulg. in l. maximum vitium C. de liber. præter. ut notat Bart. in l. Gallus* §. *quidem recte nu.* 4. *in fin.* & ibi *Jas. num.* 20. *ff. de liber. & posth. Clar. in* §. *Testamentum quaest.* 80. *num.* 1. *&* 5. quos sequitur *Cancer var. resol. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 112. *Bellon. de jur. accresc. par.* 1. *cap.* 5. *quaest.* 16. *num.* 14.

Nec relevari potest Pompejus ex qualitate masculinitatis, ad hoc, ut inter ipsum, & Judith Faustinam cadat ordo affectionis, & charitatis, quia Statutum 11
consideravit masculinitatem in ordinatione dumtaxat ad agnationem, ut dixit *Rot. in Januens. Juris honorifici de Saulis* 26. *Jan.* 1532. *coram Pirovano, quæ est decis.* 89. *num.* 6. *par.* 6. *rec.* & dum ad successionem parentum masculos ex masculino sexu vocavit, quæ verba congruere solummodo agnatis scriptum relinquit *Vulpian. in l.* 2. *ff. de suis, & legit. & confert. Rot. decis.* 76. *num.* 15. *par.* 13. *rec.* quod confirmatur ex eodem Statuto *de success. ab intest.* §. *quibus omnibus* disponente per hæc favore agnationis; *Quibus omnibus defunctis succedat agnatus masculus proximior defuncto intestato usque in quartum gradum inclusivè*, &
proinde remanet penitùs exclusa animadversio prædi- 12
cta super simplici masculinitate, ut ponderavit etiam *Roman. cons.* 411. *num.* 2. *Brun. de Stat. artic.* 3. *no.* 12. *Rot. decis.* 104. *num.* 4. *& decis.* 563. *num.* 2. *par.* 1. *rec. Valenzuel. cons.* 55. *lib.* 1. ubi in terminis Statuti nostri consuluit favore fœminarum collateralium concurrentium cum masculis ejusdem gradus ad successionem avunculi defuncti ab intestato, verum quia in dicto §. *non extantibus* nulla fuit habita ratio agna-
tionis, cum loquatur de filiis sororum, per quos non 13
conservatur *l. Jurisconsultus in princ. ff. de grad. cognat. Rot. decis.* 463. *num.* 5. *vers. ex quo infertur par.* 1. *recent.* cessat proinde quælibet ratio affectionis, & prælationis ad favorem Pompei, ut inquit *Rot. decis.* 461. *num.* 5. *par.* 2. *rec.*

Secundò non obstat Doctrina *Altograd. & ejus* 14
cons. 59. 60. 61. 62. *&* 63. super qua fundabatur vis disjunctivæ dictionis *sive*, quia fuit ponderatum de mente *Bart.* inferius citandi dictionem *sive* disjungere tantum verba, sensum verò conjungere ut notat idem *Bart. in d. l. si quis ita ff. de aur. & arg. leg. nu.* 1. ibi quædam est disjunctiva propria, & simplex, idest, quæ tam verba, quam sensum disjungit, ut dictio *aut*, & dictio, *vel*, quædam est disjunctiva non simplex, sed habet aliquam naturam copulativæ, ut dictio *seu*, & dictio *sive*, quæ licèt disjungat verba, sensum tamen conjungit, & ideò videtur falsa disjunctio. Ex quibus infertur, quod eadem dictio *sive* ponitur ampliativè, & facit utrumque vocari *Rot. coram Ludovis. dicta decis.* 21. *num.* 2. *& coram Coccin. decis.* 1721. *num.* 18. *Covar. var. resol. lib.* 2. *c.* 5. *numer.* 10.

Tandem non obstat *Tex. in l. cum Pater* §. *à te peto marito ff. de leg.* 2. ibi *à se peto marito si quos liberos habueris illis prædia relinquas, vel si non habueris tuis, sive meis propinquis, aut etiam nostris libertis*

bervit non eſſe datam electionem, ſed ordine ſcriptura
factam ſubſtitutionem Reſpondi, & ſequitur *Curt. conſ.*
5. num. 18. lib. 1. Caſtill. quotid. controv. lib. 2. c. 26.
per tot. quibus addo *Tex. in l. heredes mei. §. fin. ff.*
15 *ad ſen. conſ. Trebell.* quia loquitur non de ſucceſſio-
nibus in bonis liberis, ut in dicto §. *à te peto* ibi
illis prædia relinquas, & in dicto §. *fin.* ibi *hæredi-*
tatem meam reſtituas, & in iſtis terminis, nempè
ſucceſſionis perpetuæ, & individuæ, veluti majora-
tuum, & ſimilium tractum ſucceſſivum habentium
procedit diſpoſitio dictarum legum, ut teſtatur *Mo-*
lin. de Primogen. lib. 1. cap. 6. num. 6. & 7. & lib. 2.
cap. 11. num. 36. 37. & 38. Caſtill. dicto lib. 2. cap. 26.
16 *& lib. 5. cap. 67. num. 5.* ſicuti etiam in feudis, in
quibus ſecundum eorum naturam non ſuccedunt fœ-
minæ, niſi in defectum maſculorum, quamvis ſint
vocatæ per conjunctivam, quia iſto caſu reſolvitur
in disjunctivam, ut ex *Socin. in l. Gallus, §. qui-*
dam recte num. 17. & 25. ff. de lib. & poſth. & aliis
tradit Bellon. de jur. accreſc. lib. 1. cap. 5. quæſt. 26.
num. 246. & ſeqq. nec non in jure patronatus funda-
to adinſtar majoratuum *Molin. d. lib. 1. cap. 1. n. 26.*
17 Neque applicari poſſunt caſui, de quo agitur tam
Tex. & Doctores prædicti, quam alii allegati ab *Al-*
tograd. d. conſ. 60. num. 32. & dicto conſ. 61. num. 2.
& ſeqq. quia non loquuntur in alternativa legis,
ſed in alternativa hominis, in qua attenditur illius
voluntas, & præſumitur major affectio erga primò
nominatos, optimè *Bald. in dicta l. cum quidam nu-*
mer. 3. C. de verb. ſignif. Verùm, quando inter iſtos
conſiderari non poteſt major affectio, cenſentur æquè
vocari etiam in diſpoſitione teſtamentaria, & proce-
dit diſpoſitio *Text. in d. l. cum quidam*, ut animad-
vertit *Menoch. conſ. 187. num. 20. Cavalcan. dicta de-*
18 *ciſ. 20. num. 8.* ibi & ideo in perſonis exiſtentibus in
eodem gradu non cadit ordo charitatis, & affectio-
nis ſucceſſivus, cum omnes teſtatori, & ſtatuenti-
bus æque cari, & proximi ſint, & pariter ſuccedant
& ſequitur *Caphal. dicto conſ. 473. num. 1. & ſeqq. &*
num. 28 lib. 4. maximè quando in vocatione adhi-
bentur verba generalia, & diſtributiva, prout ſunt
in noſtro Statuto, ibi *vel illi ex ſupraſcriptis, qui*
aderunt in ſtirpem, & non in capita, quia iſto caſu
vocantur conjunctim, & non ordine ſucceſſivo, ut
poſt *Peregr. de fideicom. artic. 17. num. 15. tradit Gra-*
tian. diſcept. 741. n. 8. Bellon. de jur. accreſc. lib. 1. c. 5.
quæſt. 26. n. 182. & ita utraque parte informante.
19 Et demum (quod à memoria mea quaſi recede-
bat) anno pariter 1642. in terminis hujus noſtri Sta-
tuti fuit diſputatum, an ſorores ex Patre tantum
concurrere deberent cum utrinque, & tunc M. Ca-
ſanova J. C. ut jam dixi, notiſſimæ famæ, affirma-
tivam ſententiam obtinuit per duas conformes, pro
Blanca Maria Oliva Uxore Jo: Baptiſtæ Martini de
Cariana, & prima ſententia lata fuit à M. Franciſco
Piliſario Auditore Rotæ noſtræ, ſecunda verò à M.
Jo: Antonio de Leonardis Judice appellationis, utra-
que fuit recepta à D. Chriſtopharo Cavalerio Notario.
ET FILIÆ, SEU DESCENDENTES EX FILIA-
20 BUS FRATRIS PRÆMORTUI: Videtur propter
hoc Statutum ſolum vocatas eſſe filias, & deſcen-
dentes ex filiabus fratris præmortui, quid ergo di-
cendum eſſet de filiabus filii fratris præmortui; Iſtæ
enim non cenſentur vocatæ per Statutum hic, ſed
ſolum in ſubſequenti §. *Et in defectu prædictorum ſuc-*
cedant deſcendentes ex fratribus, & a ſororibus ultra
ſuperius vocatos. Pono exemplum, ut magis hujus
ſpeciei dubium intelligas, quod à nemine fuit exco-
gitatum.



Andreas ab inteſtato defunctus reliquit poſt ſe ex
præmiſſa facti ſpecie Xaveriam, Agatham, & Blan-
cam, videtur quod Xaveria, vel Agatha excludere
debeat Blancam, quia Xaveria, vel Agatha tanquam
deſcendens ex filiabus fratris præmortui vocata eſt à
Statuto, ibi *ſeu deſcendentes ex filiabus fratris præ-*
mortui, & Blanca non legitur ſimultanee vocata niſi
in §. ſubſequenti, *& in defectu prædictorum ſuccedant*
deſcendentes ex fratribus, & a ſororibus ultrà ſupe-
rius vocatos, hoc enim abſurdum eſſet, ut par in 21
gradu, imò remotior excluderet proximiorem ſine
ulla rationabili cauſa, ſcilicet agnationis, ſeu maſ-
culinitatis, ideoque interpretandum benè eſt hoc Sta-
tutum, ut facit *Jaſon. conſ. 213. lib. 2. Altograd. conſ.*
60. num. 21. lib. 2.
Ad tollenda igitur omnia abſurda dicere debemus 22
quod in prædicto paragrapho ſolùm ſint vocati de-
ſcendentes primi gradus ex filiabus fratris præmor-
tui, ut eſt caſus in *l. Lucius la 2. ff. de hæred. inſti-*
tuend. & ex traditis *per Beroi conſ. 122. num. 5. lib. 2.*
Menoch. conſ. 238. num. 2. Surd. conſ. 554. num. 16.
lib. 4. & alii cumulati per *Barboſ.* in dictione *ex*, &
in ſimilibus terminis quando diſcretive dictum fuit
de liberis, & liberorum liberis, tunc in prima vo-
catione liberorum veniunt ſolum filii primi gradus,
licet verbum *liberi* importet omnes deſcendentes,
Sanleger. reſolut. civil. par. 2. cap. 119. num. 19. Gatt.
conſ. 5. num. 42. & 43.
Itaque dicere debemus, nam non ſolum darentur
abſurda prædicta, ſed etiam patens contrarietas, quia
in hoc paragrapho Statutum noſtrum vocat filias, 23
& omnes deſcendentes ex filiabus fratris præmortui,
in qua vocatione cenſentur vocati omnes deſcen-
dentes in infinitum, ut latè per *Barboſ. de appella-*
tion. verb. appell. 70. num. 1. & ſeq. & poſtea Statu-
tum in ſubſequenti §. *& in defectu prædictorum* diſpo-
nit, quod veniant alii deſcendentes ex fratribus, quo-
modo igitur poſſunt alii venire deſcendentes, ſi ſunt
omnes vocati in hoc præſenti paragrapho, evidens
eſt igitur, quod hic Statutum voluit ſolùm deſcen-
dentes primi gradus, & poſteà in paragrapho ſubſe-
quenti vocavit alios deſcendentes ultrà ſuperiùs non
vocatos.
Hoc igitur præſuppoſito. Blanca filia filii fratris
non excluderetur à deſcendentibus ex filiabus fratris
præmortui, neque pariter à deſcendentibus primi gra-
dus, ratio eſt, quia ſunt vocatæ etiam filiæ filio-
rum fratris in hoc Statuto, & Statutum vocando
filias, & deſcendentes ex filiabus fratris præmortui,
interpretandum eſt filias filii fratris, & ejus deſcen-
dentes vocaſſe, nam ſub appellatione fratris venit et- 24
iam filius fratris in Statutis *Giurb. deciſ. 5. num. 25.*
Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. reſol. 80. numer. 7. Ruin.
conſ. 12. lib. 1. Alex. conſ. 88. numer. 3. latè Gabriel.
conſ. 1. lib. 2. per tot. etiamſi adeſſet Statutum, quod 25
præciperet Statuta ad literam intelligi debere, & ſi-
ne ulla interpretatione, idem *Mareſcot. d. loco n. 13.*
& hoc procedit in caſu noſtro ſine ſcrupulo, quia 26
aliter daretur maximum abſurdum, & contrarietas
in Statutis prædictis, quia tunc Statutum poteſt re-
ſtringi, ampliari, ac ſubintelligi non obſtante prohi-
bitione noſtri Statuti *de extrinſec. intell.* ita perbellè
decidit *Alder. Maſcard. concluſ. 5. num. 153. & ſeq.*
ad num. 156. & dixi aliàs in ſuis locis.
SEU DESCENDENTES EX FILIABUS FRA
TRIS: Ad intelligentiam enim ſcire debes maximè 27
in Statutis, quod quando in inſtitutione adeſt ver-
bum collectivum, licèt de ſui natura importet per-
petuitatem, ut ſi dictum eſſet deſcendentes, cen-
ſentur hi deſcendentes vocati ordine ſucceſſivo per
vulgarem, itaut ſemel uno deſcendentium admiſ-
ſo ad hæreditatem, reliquos deſcendentes cenſe-
ri debemus excluſos, cum omnes ſint activè vocati
tantùm, non tamen paſſive, ut admiſſus cenſeatur
gravatus de reſtituendo alteri deſcendenti *Cancer.*
var. reſol. de ſubſtitut. lib. 1. cap. 1. num. 122. & 123.
Peregrin. de fideicommiſſ. art. 18. num. 5. lata *Urceol.*
deciſ. 13. Gatt. conſ. 5. num. 8. 9. 10. & ſeq.
ET FILII, SIVE FILIÆ: Sunt conjunctivè vo- 28
catæ filiæ, ut in hoc Statuto punctualiter ſcripſit
Caren. 172. quem ſequutus fuit *Rocc. Epiſc. Iſclan.*
diſp. cap. 6. num. 22. & dixit Rota noſtra ſuprà re-
giſtrata in verb. *vel ex Patre* contra ea, quæ pro
acumine ingenii latè cumulavit *Altograd.* in conſi-
liis

liis paulo suprà à me relatis, & refutatis in dicto verbo *Vel ex Patre*.

---

§. XII.

ET in defectu prædictorum succedant descendentes ex fratribus, & à sororibus ultra superiùs vocatos, & Patrui defuncti cum ejus patre utrinque, vel ex patre conjuncti, & liberi masculi descendentes per lineam masculinam ex hujusmodi, vel illi qui fuerint ex prædictis in stirpem, & non in capita.

SUMMARIUM.

1 *IN defectu descendentium, ascendentium, fratrum, sororum, eorumque filiorum, hæreditas ad collaterales proximiores defertur.*
2 *Usque ad decimum gradum inter collaterales succedi tantum potest.*
3 *Reprobatur Barrii tenens successionem usque in infinitum transire.*
4 *Ultra fratrum filios non consideratur conjunctio ex utroque latere proveniens, sed omnes tam utrinque, quam ex uno latere conjuncti indistinctè ad successionem veniunt.*

1 IN defectu autem descendentium, ascendentium, fratrum, ac sororum, eorumque respectivè filiorum de jure communi defertur hæreditas ad reliquos consanguineos collaterales proximiores in gradu, remotis remotioribus, & si sint plures in eodem gradu existentes, tunc omnes in capita succedunt *Novell. de hered. ab intestat. venient.* 118. §. *si verò neque*, *Auth. post fratres fratrumque C. de legitim. hered. Petr. Gudelin. de jur. novissim. lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 7. *Oinot. instit. de hered. qua ab intestat. defer. sub tertio ordine succedend. num.* 31. *& seq.* neque habetur aliqua differentia sexus, vel cognationis, seu agnationis, item simul admittuntur collaterales superiores, idest patruus magnus, seu propatruus, idest Proavi frater, cum collateralibus inferioribus, scilicet nepotibus, ac pronepotibus ex fratre, aut sorore, & si superior est proximior, excludit remotiorem inferiorem, & viceversa, per eumdem *Oinot. d. loco num.* 33. 34. *& seq. & per tex. in dicta Auth. post fratres, fratrumque*.

2 Usque modo, ad quem gradum isti agnati, vel cognati succedere possunt, & dicimus usque ad decimum gradum *Oinot. instit. de hered. qua ab intest. defer. sub tertio ord. succed. numer.* 38. *Mart. de suc-*
3 *cess. part.* 3. *quæst.* 2. *artic.* 2. cum authoritatibus ab eo relatis. Non obstantibus iis, quæ pro contraria adducit *Barr. de success. ab intest. lib.* 18. *tit.* 3. *n.* 8. Videlicet in infinitum etiam transversales succedere, sed hæc opinio quam etiam tenuit *Crass.* §. *successio ab intestato quæst.* 33. non est recepta, & est falsa, & contrà apertos textus, & glossas, ac Doctores, quos cumulat *Oinot. & Marc.* dictis locis à me suprà laudatis, nec miror de opinione Barii, cujus mos est sententias minus communes approbare, & sequi.

4 Item advertendum est, quod in prædictis collateralibus ultra fratres, fratrumque filios non consideratur, an quis sit conjunctus ex uno, vel utroque latere, sed succedunt, tam ille utrinque, quam ex uno latere conjunctus, itaut Patruus utrinque conjunctus Patri defuncti admittitur simul cum Patruo ex uno latere conjuncto *Oinot. instit. de hered. qua ab intest. defer. sub tertio ordine succed. n.* 34. *&* 35.

SUMMARIUM.

1 *IN Statuto masculinum concipit fœmininum.*
2 *Præcipuè si ageretur de adjectivo simplici, & dictionibus*, quis, aliquis, nullus, nemo.
3 *Vel quando proclivior sit transitus de masculino ad fœmininum, itaut sub nomine filii veniat filia, sub nepotis nepta &c.*
4 *Si Statutum jubeat masculinum concipere fœmininum, tunc etiam venit fœmininum sub masculino, licet nomine differat; & sic sub nomine fratris, soror, patrui, amita, veniant.*
5 *Tantò magis, si hujusmodi masculini prolati essent in numero plurali.*
6 *Appellatione Patrui prolati in numero plurali venit amita, & sic appellatione fratrum veniunt sorores.*
7 *Si Statutum non juberet expressè masculinum concipere fœmininum, tunc vocabula diversi nominis, ut frater, patruus non comprehenderent fœmininum.*
8 *Secus verò, si univoca sint vocabula, ut filii, nepotes, quia tunc fœmina comprehenderentur.*
9 *Quando Statutum jubet fœmininum sub masculino comprehendi debere, videtur intellexisse de genere masculinitatis concepto per dictiones* quis, aliquis, *& similes, & non venirent sub vocabulo masculino diversi nominis, scilicet fratris, patrui, fœmine.*
10 *Nunquam fœmininum sub masculino concipitur, licet Statutum jubeat, quando esset maximè exorbitans à jure communi.*
11 In tit. de extrins. intellect. *nostrorum Statutorum regulam habemus, quod fœmininum masculinum concipiat.*
12 *Non potest sub masculino fœmininum comprehendi absque læsione extrinseci intellectus prohibiti in Statuto. Contrà num.* 14. *in nostro Statuto.*
13 *Exceptio firmat magis regulam in casibus non exceptis.*
15 *Quando expressè Statutum jussit sub masculino concipi fœmininum, istud tanquam specialius attenditur, licèt per aliud Statutum prohibitus fuerit omnis extrinsecus intellectus, perpensa sola Statutorum litera.*
16 *Genus masculinum non importat in nostro Statuto generalitatem masculinitatis, sed qualitatem.*
17 *Fœmininum non debet concipi sub masculino, quando materia non apto convenit fœminino.*
18 *Et ita voluit Statutum nostrum de extrinseco intellectu.*
19 *Quando materia est correctoria juris communis, tunc fœmininum non comprehenditur sub masculino.*
20 *Item non comprehenditur, quando Statutum loquitur discretivè de masculis, & fœminis.*
21 *Casus unius Statuti sufficit pro intelligentia aliorum.*
22 *In Statutis non datur prius, neque posterius, sed omnia robur accipiunt eodem tempore à confirmatione.*
23 *In nostris Statutis discretiva facta est loquutio de masculis, ac fœminis, & sic masculinum non concipit fœmininum.*
24 *Quando Statutum post prohibitionem extrinseci intellectus dat facultatem comprehendendi fœmininum sub masculino, semper intelligitur, quando materia utrique sexui adaptari potest secundum jus commune.*
25 *Quando Statutum prospexit conservationi agnationis, masculinum nunquam extenditur ad fœminas, in quibus finitur agnatio.*
26 *Masculinum non concipit fœmininum, cum materia sit differens per rationem agnationis.*
27 *Ob evitanda absurda masculinum non concipit fœmininum.*
28 *Ostenduntur absurda, quæ sequerentur in nostris Statutis, si masculinum conciperet fœmininum.*
29 *Statutum interpretari debet, ne à sapientibus mereatur reprehendi.*
30 *Maximum inter absurda est, si fœmina remotior, ac transversalis excluderet matrem, ideoque hoc evitandum esset.*
31 *Semper debet fieri in Statutis illa interpretatio, ne mater excludatur per descendentes à patruis.*
32 *Item absurdum est, si interpretaretur Statutum voluisse excludere avunculos, & materteras per descendentes masculos ab amita, & sic voluisse proximiores cognatos excludere ad favorem remotiorum.*

33 *Sta-*

33 *Statutum vetus pro interpretatione novi deservit.*

34 *Lex nova addens, vel demens antiqua recipit omnes interpretationes, quas recipiebat antiqua.*

35 *Dictio* vel *denotat ordinem successivum, & posita inter masculum, & fœminam facit, ut ille prius debeat succedere ad fœmina exclusionem.*

36 *Tam de jure communi, quàm Statutario masculinum concipit fœmininum.*

37 *Et fortiùs quando expressè Statutum hoc mandaret.*

38 *Appellatione propinquorum veniunt etiam transversales, qui per fœmineum sexum conjunguntur.*

39 *Soror per renunciationem factam bonis paternis, fraternis, & quorumcumque ascendentium, & propinquorum, tam ab intestato, quàm ex testamento competituris, remanet exclusa à successione, & solùm frater succedere debet.*

40 *Licet à Patre fuerit instituta hæres, nam semper per dictam renunciationem, etiam ex testamento facto non potest succedere.*

41 *Renunciatio est abdicativa; & realis, quando ex effrenatis verbis est facta à filia recepta dote ad favorem fratris.*

42 *Quando renunciatio est realis, & abdicativa, renuncians habetur, ac si esset mortua.*

43 *De jure communi successio defertur collateralibus omnibus in æquali gradu existentibus, sublata cognationis, & agnationis differentia.*

44 *Dictio* vel *in legibus, & Statutis habet vim copulativa.*

45 *Statuta debent intelligi, ne repugnantiam contineant, ne sequatur correctio, & magis juri communi conformetur.*

46 *Dictio* vel *posita est ad distinguendum verba, non verò mentem.*

47 *Et debet intelligi explicativè ad utrumque sexum, citra prælationem masculini ad fœmininum in paritate gradus.*

48 *Verba generalia Statuti intelligi debent in sua generalitate.*

49 *Quando Statutum generaliter se refert ad jus commune, debet jus commune attendi generaliter cum suis qualitatibus in ipso Statuto referento.*

50 *In Statutis masculinum concipit fœmininum, quando de masculino ad fœmininum facilis est transitus, ut filius, filia, nepos, nepsis, secus ubi diversis nominibus masculus contradistinguitur à fœmina, ut frater, soror, patruus, amita.*

51 *Masculinum non concipit fœmininum, quando Statutum discretivè loquitur de masculis, & fœminis.*

52 *Una Statuti pars per aliam declaratur.*

53 *Quando aliquid irrationabilitatis insurgeret in Statutis, masculinum non concipit fœmininum, videlicet, si mater excluderetur favore patrui à luctuosa filii successione.*

54 *Mater in nostro Statuto non est præterita, sed exclusa.*

55 *Masculinum non comprehendit fœmininum, quando eadem non est ratio in fœmina, quæ est in masculo.*

56 *Statutum Genuæ propter exclusionem fœminarum à successione, dicitur factum favore agnationis.*

57 *Quando Statutum consideravit in Patruis agnationem vocando post eos eorum filios masculos per lineam masculinam, eo casu nunquam potest venire amita sub nomine Patruorum.*

58 *Ratio dispositionis quando est unica considerari debet, ac si esset expressa in dispositione.*

59 *Qualibet renunciatio licet effrenatis verbis concepta quomodocumque, & qualitercumque, semper intelligi debet ex causa de præterito, præsenti, nunquam de futuro.*

60 *Quamvis fuerit renunciatum juri, quod quis habere posset in futurum, quia renunciatio juris futuri, adhuc intelligitur de jure futuro ex causa de præsenti.*

61 *Dictiones* quomodocumque, & qualitercumque *possunt in renunciatione operari respectu successionis, non verò respectu causæ, nisi addatur etiam clausula* ex quacumque causa.

62 *Imò clausula* ex quacumque causa *non sufficit, nisi addatur* ex nova causa.

63 *Jus succedendi, quod habent propinqui ex testamento, vel ab intestato, est jus omnino futurum, & ex causa omnino futura, sine ulla spe probabili de præsenti.*

64 *Tanto magis quando renunciantes non essent proximiores Testatori, quia tunc tale jus succedendi esset omnino de futuro, ac mediato.*

65 *Super incogitatis, & verosimiliter non consideratis per contrahentes non cadit renunciatio.*

66 *Renunciatio facta à Puella nubente in sæculo venit strictè intelligenda.*

67 *Secus si esset ab ingrediente in Religionem, quia tunc latiùs interpretari debet.*

68 *Fortius si fuerit renunciatum bonis, & non hæreditati.*

69 *Item renunciatio strictè accipienda est, scilicet pro juribus competentibus, non verò de futuris, quando facta fuit à Puella dote recepta.*

70 *Renuntiatio non debet comprehendere, nisi quæ in ea expressa sunt vel quæ ab expressis necessario resultant.*

71 *Et in dubio ad favorem renunciantis intelligi debet renunciatio, ut minus ei præjudicet.*

72 *Et ad declarandam dubiam renunciationem potest admitti renuncians, cui standum est.*

73 *Qui renunciat bonis paternis, maternis, ac legitimæ non dicitur renunciasse juri absolute de futuro propter spem probabilem, quam habent filii in hæreditate parentum.*

74 *Discretivus loquendi modus diversam arguit intentionem disponentium.*

75 *Quod sub involucro verborum expressum est fœminæ renuncianti, non intelligitur ab ea renunciatum.*

76 *Exceptio superfluitatis non est sufficiens ad extendendam renunciationem.*

77 *Potius est tolleranda superfluitas, quam quod contra verisimilem mentem disponentis verba generalia in ejus præjudicium retorqueantur.*

78 *Satis operatur renunciatio in juribus de præsenti competentibus, & sic juribus causam de futuro solum habentibus non intelligitur renunciatum, nisi expressè id dictum fuerit.*

79 *Ob evitandam superfluitatis exceptionem sat est quod actus etiam minimum operetur.*

80 *Sufficit etiam qualis operatio circa majorem declarationem ejus, quod expressum fuit.*

81 *Testator instituens eos, qui de jure communi succedere debent, succedentes de jure habentur, ac si à Testatore expressè instituti, ac nominati fuissent.*

82 *Testes singulares non probant.*

83 *Discursus Testatoris post testamentum conditum, & clare factum non attenduntur.*

84 *Præcipue quando facti fuere perfunctoriè, ac incidenter.*

DESCENDENTES EX FRATRIBUS, ET A SORORIBUS ULTRA SUPERIUS VOCATOS) Si Statutum vocat hic alios descendentes ex fratribus suprà non vocatos per consequens dicendum est non fuisse superius vocatos omnes descendentes, sed descendentes solum primi gradus, ut probavi in præcedenti paragrapho, & sic conveniunt Statuta sine ullo absurdo, ac repugnantia, ut dixi per rationes ibi adductas.

ET PATRUI DEFUNCTI) An sub nomine Patrui veniat Amita, quæstio hæc fuit maximi ponderis, & quia tota dependet ab illa conclusione, an masculinum in Statutis concipiat fœmininum, quæ controversia non est benè digesta, & multum intricata apud Doctores quamvis potius à circumstantiis Statuti resolvitur, quam ex conclusionibus. Attamen hanc videamus primò generaliter, & posteà specialiter ad Statutum nostrum cum suis limitationibus, & declarationibus.

Generalis autem conclusio est, quod etiam in Sta- 1
tutis masculinum concipiat fœmininum, ut proba-
vit

vit *Michalor. de fratribus p. 3. cap. 16. numer. 9. Rot. decis. 125. num. 31. par. 2. divers. Tiraquell. de retract.*
2 *lignag. §. 1. gloss. 9. num. 205.* & tantò magis id pro-
cedit, & sine difficultate ulla transit, si ageretur de
adjectivo simplici, & dictionibus, *quis*, *aliquis*, *nul-
lus*, *nemo*, quæ dictiones, cum ad substantivum com-
mune *Homo* referantur ex propria eorum significa-
tione, comprehendunt fœminas *Bart. l. 1. ff. de verb.
signif.* ibique *Alciat. num. 1. Jacobus Rigos. num. 5. &
sequent. & numer. 19. Cepoll. numer. 25. vers. tertio
casu.*
3 Etiamque procedit hæc conclusio in illis tantum
nominibus, in quibus facilis, & proclivior fit tran-
situs de masculo ad fœminam, videlicet sub nomine
filii veniat filia, nepotis nepta, avi avia, &c. & sic
de singulis *Bart. in l. centurio ff. de vulgar. & pupill.
num. 3. & in l. si convenerit §. si quis caveris ff. de Pi-
gnorat. action. Castrens. in l. si non sortem §. si centum*
4 *in fin. ff. de condict. indebiti.* Item quando adest Sta-
tutum, quod jubet masculinum concipere fœmini-
num. Quia etiam in his, quæ nomine differunt,
ut frater, soror, patruus, amita, sub nomine mas-
culi veniret fœmininum indistinctè, ut in puncto
docent *Bald. cons. 47. lib. 5. Dec. cons. 617. Peregr.
cons. 11. lib. 2. vers. ad hoc etiam videtur, Brun. de
Statut. artic. 12. quæst. 9. Menoch. cons. 542. num. 25.
& 28. juncto num. 29. vers. quando, & vers. sexto, &
num. 16. & cons. 490. n. 5. vers. præterea, & cons. 990.
num. 5. Alex. cons. 85. lib. 4. num. 7. 8. & num. 12. & nu-
mer. 14. & 18. Marius Antonin. var. lib. 2. resol. 59.
cas. 9. Curtius Sen. cons. 9. sub num. 28. vers. & multum
Gallin. de verb. signif. lib. 8. cap. 7. numer. 15. & seq.
Socin. Jun. cons. 10. lib. 2. num. 9. & seq. num. 15. 19. 23.
25. & cons. 23. lib. 1. numer. 55. Alciat. resp. 58. sub
numer. 6.*
5 Tantò magis hoc procedit si frater, patruus, ma-
ritus prolati essent in plurali numero ut tradunt *Ca-
strens. in l. tres fratres ff. de Pact. num. 2. Alex. cons. 85.
lib. 4. num. 7. Bolognin. cons. 60. num. 6. Alciat. in l. 1.
ff. de verb. & rer. signif. num. 2. Gabriel. cons. 14. lib. 1.
sub num. 28. vers. nec obstet Marius Antonin. var. lib. 2.
resol. 59. casu 9. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 288. sub*
6 *num. 7.* & quod nomine patrui in plurali numero
veniat amita *Curt. Sen. cons. 9. n. 17.* & in plurali ap-
pellatione maritorum veniat uxor probat *Tex. in l.
si vir uxori 53. §. uxor viro ff. de donat.* inter virum,
& uxorem ibique *gloss. in verb. maritus*, & nomine
fratrum veniant sorores facit *l. tres fratres ff. de pact.
l. Lucius Titius §. quæsitum est ff. de leg. 3. l. Lucius, &
Titia ff. famil. ercisc. l. Lucius §. Mevia el. 2. ff. ad Sen.
Cons. Trebell.* quod non est ex alia ratione, nisi
quia masculinum concipiat fœmininum.
7 Secus verò esset si Statutum non juberet masculi-
num concipere fœmininum, quia tunc vocabula di-
versi nominis, ut frater, patruus non comprehen-
derent fœmininum, ut benè distinxit *Dec. cons. 617.
num. 2. & Bald. cons. 47. lib. 5. Curt. Sen. cons. 9. n. 13.
& 28. Gallin. de verb. signif. lib. 8. cap. 7. numer. 17. &
seq. Menoch. cons. 542. num. 34. vers. non obstant, Socin.
Jun. cons. 23. lib. 1. num. 57. Alciat. resp. 58. num. 3. Me-
noch. cons. 990. num. 5. Alex. cons. 85. lib. 4. numer. 7. 8.
12. 14. & 18.*
Et ita intelligendi sunt omnes alii DD. qui nega-
verunt in Statutis masculinum concipere fœmininum
quando vocabula sunt diversi nominis, ut frater,
soror, patruus, amita, secus si univoca sint, ut fi-
8 lius, filia, nepos, neptis, avus, avia, quia semper
aut loquuntur, quando non adest Statutum jubens
masculinum concipere fœmininum, ut distinctionem
dederunt prædicti authores à me hic paulò suprà lau-
dati, qui ita intellexerunt *Bald. in l. illam num. 1. &
2. C. de collat. Castrens. cons. 119. Alex. cons. 45. lib. 7.*
qui videbantur hanc contrariam sententiam firmare,
& alii citati per *Rot. nostram in fin. hujus §. registranda
vers. non obstat secundum*, nam loquuntur, ut adver-
ti, & animadverterunt prædicti authores in terminis
Statuti præcipientis masculinum concipere fœmini-
num, sed in Statutis carentibus hac regula.
9 Aut intelligendi sunt in casu quo Statutum sanè
juberet masculinum comprehendere fœmininum, sed
tamen explicaret se, de quo genere masculinitatis in-
telligat, ut si diceret per dictiones, *quis*, *nullus*, *ali-
quis*, *nemo*, quia tunc masculinum non comprehen-
deret fœmininum, quia satis Statutum se explicavit
cum limitatione qualitatis masculinitatis, secus verò
quando regula esset generalis, ut benè *Rot. post Fen-
zon. ad Stat. dec. 128. per tot. & Corneus cons. 335. lib. 1.
num. 23. & 24. & seq.*
Limita verò tamen hanc conclusionem principali- 10
ter, quòd, licet Statutum indefinitè jubeat fœmini-
num comprehendi à masculino, non habeat locum,
quando esset maximè exorbitans à Jure communi
Gabriel. de Stat. conclus. 7. num. 6. aliasque limita-
tiones modo inferius videbis in resolutione nostri
Statuti.
Veniamus nunc his præmissis ad resolutionem no-
stri Statuti, & videamus, an sub nomine hujus Pa-
trui veniat amita. Per conclusionem suprà emissam
videretur affirmativè respondendum, nam in nostro 11
Statuto *de extrins. intell.* habemus regulam, quod
masculinum concipiat fœmininum, per quam facit
venire indistinctè fœmininum sub masculino.
Attamen in nostro casu aliter dicendum est sine
dubio per conclusiones hic inferius firmandas.
Et dicebatur primò, quia quamvis Statutum no-
strum mandat masculinum concipere fœmininum,
hoc facit solùm per modum limitationis, nam in
principio Statutum nostrum firmavit *in tit. eod. de
extrins. intell.* regulam, quod nemo possit, aut de-
beat interpretationem aliquam, aut extrinsecum in-
tellectum dare Statutis, nec arguere, & subaudire,
nec ampliare, nec restringere, nec ex identitate,
nec majoritate rationis, nec aliqua alia occasione,
vel ratione, sed accipi, & intelligi debeant simpli-
citer prout litera jacet, ita tamen (hæc est limita-
tio) quod ubi profertur verbum in masculino, intel-
ligatur etiam in fœminino, si alicui Statuto expres-
sè non contrariatur, & si illud, in quo profertur
masculinum poterit convenire ita fœminæ, sicut
masculo.
Stante igitur hac regula, si masculinum concipe- 12
ret fœmininum, admitteretur extrinsecus intellectus
*Bald. in l. illam num. 1. C. de collat. Dec. cons. 617. nu-
mer. 2.* qui sicuti fuit prohibitus in rubro, & in ni-
gro, ita non præsumitur statim correctus *l. præcipi-
mus in fin. C. de appellat. Giurb. observ. 16. num. 10.
Gregor. decis. 197. num. 3.* ab illa dictione *ita tamen*,
quæ est modificativa retentis ejusdem terminis *l. ubi
adhuc C. de jure Dotium, Surd. cons. 315. numer. 29.
Afflict. decis. 248. numer. 11. Redenasc. cons. 30. nu-
mer. 102. lib. 1.*
Item in nostro Statuto stante prædicta regula ex-
clusiva omnium extrinsecarum interpretationum ve-
nit exclusus etiam interpretatio nominis masculini,
& generis masculini, videlicet, quod neque nomen
masculinum, scilicet patruus, frater, neque genus
masculinum videlicet filius, nepos, concipiat fœmi-
ninum, itaque si limitat posteà Statutum hanc re-
gulam addendo subitò, *ita tamen, quod ubi profertur
verbum in masculino genere intelligatur etiam in fœ-
minino*, solùm videtur limitasse regulam prædictam
Statuti respectu generis masculini, & non respectu
nominis masculini, nam limitatio loquitur solùm de
genere masculino, nam certissimum est quod limi- 13
tatio, & exceptio non potest extendi ultrà, quod
in casu, quo exceptio legitur, imò magis amplifi-
cat regulam in omnibus casibus non exceptis *Also-
grad. cons. 35. num. 19. Paris. cons. 119. num. 3. Cy-
riac. controv. 196. n. 119. Vela dissert. 49. n. 67.*
Sed hæc, ut verè, & ingenuè fatear, non sunt 14
apta ad firmandum in casu nostro, quod masculi-
num non concipiat fœmininum, quamvis sint sub-
tiliter considerata, quia etiamsi Statutum procedat
per limitationem, nihilominus id non operatur, quod
limitatio non sit attendenda: Imò attenditur spe-
cialis dispositio, quæ est, quod masculinum concipiat
fœmininum, quæ derogat generali regulæ exclusivæ
omnis extranei intellectus *Dec. cons. 617. num. 4.* &
quidem non præsumitur correctio mentis suæ in du-
bio; Attamen quando est expressa contraria, hæc at-
tendenda est, nam in claris nullis indigemus conje-
cturis *Honded. cons. 78. n. 40. lib. 1.* Hic enim Sta-
tutum clarè voluit, quod masculinum concipiat fœ-
mininum, ubi, ita tamen, quod ubi profertur ver-
bum

bum in mafculino genere intelligatur etiam in fœminino. Dictio enim illa *ita tamen* eft limitativa, & modificativa præcedentium; ut tradit latè *Barbof. diction.* 183.

15 Ulterius fi ob id quod verba Statutorum debeant intelligi ad literam, mafculinum non conciperet fœmininum, Statutum illud expreffum, quod mafculinum fœmininum concipiat, otiofum, ac inutile foret, & prorsùs inane. *Menoch. conf.* 541. *num.* 31. & in terminis tandem, in quibus adfint ambo Statuta, videlicet, quod Statuta debeant intelligi ad literam, & quod fimul mafculinum concipiat fœmininum, nihilominus mafculinum concipere fœmininum affirmaverunt *Curt. Sen. conf.* 9. *num.* 9. *junctis numeris* 25. 26. *&* 28. *verf. & multum*, *Alciat. refponf.* 58. *Menoch. d. conf.* 541. *num.* 16. 18. *juncto numero* 25. *&* 28. 29. *&* 31.

16 Neque pariter obftat fubtilis confideratio, quod limitatio Statuti noftri fuit folùm circà genus mafculinum, & non circa nomen, quia illud verbum *genus* in cafu noftri Statuti nihil aliud importat, quàm qualitatem, feu conditionem fexus, ut paffim dicunt Grammatici, apud quos, ut docet Alvarez, genus mafculinum idem eft, quod fexus mafculinus, & fœmininum fexus fœmininus, & fic non importat diverfitatem generis à fpecie, ut fubtiliter dictum fuit.

17 Secundo loco principaliter confiderabam, quod in Statuto noftro non poteft venire amita fub nomine Patrui, quia Statutum difponit, quod mafculinum concipiat fœmininum, hac tamen reftrictione, fi illud, quod profertur mafculinum, poterit convenire fœminæ, ficut mafculo; unde cum Statutum femper interpretari debeat, ut res ad jus commune reducatur, illa reftrictio debet conformari cum jure communi, itaut de jure communi mafculinum concipiat fœmininum, quando materia adaptari valet, & eadem eft ratio in mafculo, ac in fœmina, in puncto *Dec. l.* 2. *num.* 92. *ff. de regul. jur.* cui concordat *Corn. ab eo allegat. in conf.* 11. *num.* 6. *verf. nec obftant lib.* 1. *Michal. de fratr. par.* 3. *cap.* 16. *nu-*
18 *mer.* 12. Ideoque videtur, quod Statutum noftrum per illam reftrictionem noluiffe mafculinum concipere fœmininum, nifi mafculinum commodè, & æquè poffit convenire fœminæ, & mafculo, fcilicet, quando eadem eft ratio in mafculo, quam in fœmina,
19 vel quando non agitur de materia correctoria ad normam juris communis, & ad ejus limites, ut pulchrè *Ruin. conf.* 22. *num.* 13. *vol.* 3. *Tort. ad Statut. Pap. rubr.* 93. *in Civilibus num.* 24. *Capr. conf.* 62. *numer.* 9. *optimè Rot. coram Eminentiffimo Cerro decif.* 776. *n.* 11. *& decif.* 842. *n.* 11. *Rocc. Epifc. Afclanus difput. jur. cap.* 37. *n.* 36. & vide inferiùs dicenda in quarta ratione, quæ hic multùm confonant.

20 Tertiò Statutum noftrum difcretivè loquitur de mafculis, & fœminis, ut in *cap.* 18. *lib.* 1. ubi Patruus nominatur difcretivè ab amita, ergo cum difcretivè loquatur de mafculis, ac fœminis, mafculinum non concipit fœmininum *Dec. in leg. fœmina num.* 101. *ff. de reg. Jur. Gabriel. de verb. fignif. conclus.* 6. *num.* 63. 64. *Jafon. in l. fi quis* 7. *num.* 13. *ff.*
21 *de jurifdict. omni Jud.* Hic enim cafus prædicti c. 18. fufficit pro intelligentia in omnibus Statutorum ca-
22 pitulis, quia in eis non datur prius, nec pofterius, fed omnia eodem tempore robur accipiunt à confir-
23 matione *Royaf. decif.* 137. *num.* 10. fed hanc etiam diftinctionem difcretivam de mafculis, & de fœminis tenuit Statutum hic §. *Et in defectu prædictorum*, ibi *defcendentes à fratribus, & à fororibus*, & in §. *Mafculus, & fœmina*, ibi *fratris fororis ad alios fratres, & forores* in §. *in omnibus cafibus fuprafcriptis*, ibi *in quibus hæreditas defertur, ad fratres, & forores*, & alibi fæpiùs *Riminald. Jun. conf.* 782. *num.* 92. *Larr. conf.* 101. *num.* 8. *poft refolut.* 168. *num.* 144. *& feq. Carpan. ad Stat. cap.* 287. *in princ.* in terminis verbi *aliquis Rot. decif.* 388. *numer.* 8. 9. *Epifc. Rocc. difput. cap.* 37. *numer.* 29. *Adrian. Neguf. quæft.* 450. *num.* 29. *Rot. decif.* 128. *nu.* 2. *poft Fenzon. ad Stat. Urb. Corn. conf.* 11. *num.* 5. *vol.* 1. *omnino videndus Decian. conf.* 78. *num.* 29. *lib.* 3. *Spad. conf.* 254. *num.* 11. *& conf.* 259. *num.* 3. *lib.* 3. *Michal. de fratr. par.* 3. *cap.* 16. *num.* 20. *Rot. coram Merlin.* 471. *n.* 9. *Rot. decif.* 30. *poft Farinac. in repert. de ultim. vol. Cæfareg. Tom. IV.*

per quos DD. docetur, quod attenta difcretiva locutione debent intelligi finguli fub eorum germano nomine, nec confundi.

Quartò, quia omne Statutum præmittens prohi- 24
bitionem cujufcumque extrinfeci intellectus, & poftea per modum limitationis admittens mafculinum concipere fœmininum, operatur quod fœmininum fub mafculino contineatur, ubi de jure communi continetur, fcilicet, quando materia adaptari valet, & eadem eft ratio in mafculo, ac in fœmina, debet enim fecundum jus commune intelligi, & nihil aliud ultrà illud operari, ut ita intelligit Statutum noftrum hoc facere, ut dixi fuprà in fecunda ratione per verba Statuti noftri *fi illud, quod profertur mafculinum poterit convenire fœminæ, ficuti mafculo. Dec. in l.* 2. *num.* 92. *ff. de reg. jur. Corn. dicto conf.* 11. *num.* 6. *verf. nec obftant lib.* 1. aliàs fi materia eft differens, mafculinum non concipit fœmininum *Michal. de fratr. cap.* 13. *num.* 12. 13. *&* 17. *par.* 3. *Rocc. dicta difp.* 37. *numer.* 34. *Cardin. Cerr. decif.* 116. *numer.* 9. *& decif.* 185. *numer.* 8. 9. ubi in fpecie de amita, & *decif.* 842. *numer.* 9. 10. 11. In propofito autem noftro nequaquam admitti poteft verbum mafculinum *Patruus* convenire fœminæ, ficut mafculo, in qua non intrat neque ratio confervandæ agnationis, quia amita tamquam fœmina qualitatem agnatitiam ad fuam prolem non tranfmittit, quæ agnatio fuit femper confiderata in noftro Statuto, ut probavi latè fupra fuis locis, & inter rationes,
ex quibus excluditur comprehenfio fœminini fub maf- 25
culino, illa eft potiffima, quando Statutum profpicit confervationi agnationis, quia benè difpofitio tunc femper reftringitur ad mafculos, per quos confervatur, non autem extenditur ad fœminas, in quibus finitur agnatio *Rot. decif.* 179. *num.* 5. 6. *par.* 6.
recent. Card. Cerr. decif. 185. *num.* 2. nec mafculi- 26
num concipit fœmininum, cum materia fit reddita differens per rationem agnationis *Michalor. de fratr. dicto cap.* 16. *numer.* 12. 13. *&* 15. *par.* 3. *Gabriel. de verb. fignif. conclus.* 6. *num.* 78. *Epifc. Rocc. dicta difput.* 37. *num.* 34. *Rot. decif.* 267. *num.* 9. *par.* 9. *recent. Cerr. decif.* 126. *num.* 9. *& dicta decif.* 185. *numer.* 8. 9. ubi in fpecie de amita, *& dicta decif.* 842. *numer.* 9. *& feq.*

Quintò, fi nomine Patrui admitteretur amitam 27
contineri, plura quidem intolerabilia fequerentur abfurda, quæ omninò evitari debent cum læfione, etiam proprietatis verborum, licèt in Statutis rigorosè illam prohibentibus, ut dixi fuprà, & probavi, ideoque in tali cafu mafculinum numquam concipit fœmininum, ut abfurda evitentur.

Primum enim, quod daretur in noftro Statuto 28
eft, quod fuperftitibus Patruo, & amita, uterque deberent ad fucceffionem admitti, & fic frater, patruus defuncti non excluderet fuam fororem, amitam defuncti, defcendens verò ab amita per lineam mafculinam excluderet fororem fuam, licèt ambo effent de familia extranea à defuncto, quod omni penitùs caret ratione.

Secundum, quod Statutum prædictum in paragrapho; *Sed fi non extabunt* in cafu deficientiæ filiarum, unà cum defcendentibus ex mafculis præmortuis, & nepotibus, vel neptibus ex filiabus vocavit fratres utrinque, vel ex patre conjunctos, & filios, & defcendentes mafculos per mafculinum fexum ex fratribus præmortuis, & non cum iftis invitavit forores licèt agnatas, nec eorum liberos quamvis in æquali gradu exiftentes: ergo non eft rationabile, quod dicatur Statutum id voluiffe in patruo, & amita in remotiori, & per confequens minus dile-
cto gradu conftitutis. Statutum autem ita debet in- 29
terpretari, ut non mereatur à fapientibus reprehendi in terminis *Corn. dict. conf.* 11. *num.* 5. *verf. nam Statutum lib.* 1. *Mafchard. concl.* 2. *n.* 256. *Rot. decif.* 294. *n.* 3. *par.* 2. *divorf. Fenzon. ad Stat. Urb. cap....* *num.* 17. *fol. mihi* 342.

Tertium, quod ubi Statutum vocavit liberos mafculos per mafculinum fexum defcendentes, femper intellexit de maribus agnatis, prout hic in principio Statutum, ibi *fuccedant foli mafculi liberi per mafculinum fexum defcendentes*, & in §. *Sed fi non extabunt*, ly *& filii, & defcendentes mafculi*, per

masculinum sexum ex hujusmodi fratribus, &c, in §.
Quod si non adessent, ly *& liberis masculis, per ma-*
sculinum sexum fratrum intestati, & in §. *Si eum di-*
ctis, ly *aderunt masculi, per masculinum sexum ex*
fratribus præmortuis, vocatio igitur masculorum de-
scendentium per lineam masculinam à Patruo debet
pariter accipi de descendentibus agnatis, & sic à pa-
truo, & non ab amita.

30 Quartum, quod descendentes ab amita, fœmina
remotiori, excluderent matrem in primo gradu pro-
pinquitatis existentem, & sic descendens à fœmina
remotiori, transversalis defuncto, in extranea fami-
lia constitutus, excluderet matrem in primo ascen-
dentium gradu posita, quod omnino esset fatuum,
ac irrationabile, cum in aliis casibus, ubi mater exclu-
ditur, expressè assignabilis sit ratio, quæ omnino cessa-
ret admissa contraria interpretatione, ut ponderat in
præcisis terminis *Ruin. cons. 22. n. 14. vol. 3. Merlin.*
decis. 571. num. 3. Rocc. Episc. Isclan. disp. 37. n. 38.
31 & semper in dubio facienda est interpretatio, ne
mater excludatur per descendentes à Patruis *Honded.*
cons. 1. num. 40. imo per tot. & cons. 2. per tot. & præ-
cipuè *num. 35. lib. 1.*

Quintum, quod descendentes ab amita per lineam
masculinam deberent præferri agnatis in tertio, &
quarto gradu quamvis proximioribus, itaut descen-
dens masculus ab amita nedum excluderet matrem,
verum etiam Agnatum proximiorem, qui matrem
à successione non excludit, ut dicam suo loco.

32 Sextum, in concursu descendentis masculi ab ami-
ta excluderentur avunculi, & materteræ, quamvis
in proximiori gradu positi, & sic cognatus remo-
tior excluderet cognatos proximiores, quod utique
omninò indebitum est, nisi nominatim exclusio in
Statuto legatur per *Jas. cons. 213. lib. 2. Altogr. cons.*
60. num. 21. lib. 2.

Septimum si appellatione Patrui veniret amita,
ambobus his existentibus æqualiter admitterentur ad
successionem, si tamen amita haberet filium, & fi-
liam, filius succederet exclusa filia, quamvis agnata,
ut ipse, & pari vinculo conjuncta, è contrà si ad-
esset fœmina descendens à fratre, vel sorore defun-
cti, etiam in gradu multum remoto non exclude-
retur à Patruo, & ab amita licèt proximioribus,
quod certè peccatum mortale est, & non admitten-
dum in nostro Statuto.

Ulterius habemus Statutum antiquum sub eadem
rubr. de success. ab intest. §. Si vero decesserint el 5.
quod vocavit patruos cum qualitate masculina ibi
relictis patruis masculis, ut suprà, qui suprà tamen
non erant vocati cum adjuncto masculinitatis, quæ
33 quidem interpretatio verbi *patrui* desumpta à Statu-
to veteri significativa, admittenda necessario est non
obstante Statuto *de extrin. intell. probib. Maschard.*
de general. Stat. interpretat. conclus. 2. num. 83. & sic
cum quando Statutum vetus restrinxit vocationem
Patrui ad masculos tantum, igitur ubi in Statuto
novo usus est verbo *patrui* simpliciter sine qualitate
masculina, hæc posterior dispositio ad terminos an-
tiquæ regulanda est, & restringenda, ut scilicet pa-
trui masculi dumtaxat in posteriori dispositione com-
prehensi censeantur, juxta famigeratum *cons. Roman.*
345. a num. 8. ubi plures textus ad propositum pon-
derat, sequitur *Fontanell. de pactis nuptial. claus. 4.*
34 *gloss. 9. par. 3. num. 45. fol. 105.* ubi, quod lex nova
addens, vel demens antiquæ recipit omnes restri-
ctiones, & interpretationes, quas recipit antiqua
Carol. Anton. Botteglier. dissert. for. 10. num. 22.

Ultimò denique sciendum est, quod ita decisum
fuit à Rota nostra anno 1691. contrà amitam, seu
ejus descendentes liberos masculos, ut in decisione
hic mox infra registranda.

Decisio Rotæ Januens. in causa successionis die
23. Aprilis 1691.

Vigore testamentariæ dispositionis Domini q. Ba-
bilani Palavicini in qua scripti leguntur hæredes,
quello, o quelli, che per disposizione dello Statuto di
Genova de successión. ab intest. doveranno succedere, e
saranno chiamati dal detto Statuto alla successione ere-
ditaria de beni di esso Testatore.

Prætendens Illustrissimus Carolus de Mari defun-
cti amitinus, ad integram illius hæreditatem esse ex
supradicti Statuti dispositione vocatum, simultaneam
cum ipso successionem, quam Illustrissima Maria de
Mari Grilla ejus soror petiit in hac Rota, declina-
re contendebat, & ab illius informantibus sororis
exclusio deducebatur, tam ex eodem Statuto, quàm
ex propria ejusdem renunciatione.

In Statuto siquidem *de successión. ab intest.* illius
exclusio desumebatur. Primò ex §. *Et ipsis omnibus*
deficientibus, ubi ad successionem vocatur ille, vel
illa ad quem hæreditas, seu successio de jure com-
muni defertur, assumendo virtutem illius dictionis 35
vel, quæ conjunctioni refragatur, ac proinde ordi-
nem denotat successionis, ostenditque fœminam non
esse vocatam masculis extantibus, ad notata per *Al-*
tograd. cons. 59. num. 6. & seq. cons. 60. num. 26. 35.
67. 69. & 90. & cons. 61. numer. 10. & cons. 63. nu-
mer. 4. lib. 2.

Secundò, ex §. *Et in defectu prædictorum* in illis
verbis, *& patrui defuncti, cum ejus Patre utrinque,*
vel ex patre conjuncti, & liberi masculi descendentes
per lineam masculinam ex hujusmodi. Ex quo elicie-
batur expressa vocatio dicti Domini Caroli, tan-
quam masculi descendentis ex q. Pellina amita de-
functi, quæ dicebatur comprehensa appellatione pa- 36
trui, cum masculinum concipiat fœmininum non
solum attento jure communi ad *tex. in l. 1. & l.*
pronunciatio ff. de verbor. signific. sed etiam in Sta-
tutis *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num.*
203. Rot. decis. 125. num. 31. par. 2. divers. Franch.
decis. 652. De Marin. lib. 2. resol. 21. per tot. Ursin.
de successión. par. 2. q. 9. art. 3. num. 13. & seqq. An-
tonin. var. lib. 2. resol. 59. cas. 9. præsertim ubi Sta-
tutum loquitur in plurali, ut hic *Antonin. d. cas. 9.*
Jo. Ant. Basius in addit. ad Afflict. in constit. Nea-
pol. de fratr. obligat. partem feudi litter. C. Carpan.
ad Stat. Mediol. cap. 288. sub num. 7. & fortius ubi 37
Statutum expresse mandat, ut masculinum concipiat
fœmininum, ut in hoc nostro Genuæ *sub rubr. de*
extrins. intell. probib. Bald. cons. 43. num. 3. lib. 5.
Alex. cons. 85. numer. 4. & seqq. lib. 4. Hodiern. ad
Surd. decis. 9. num. 28. & in terminis amitæ *Dec.*
cons. 617. num. 2. Alciat. cons. 58. num. 3.

Ex propria verò renunciatione remanere diceba-
tur exclusam dictam D. Mariam, quia ipsa recipien-
do dotem in scutis 28700. auri renunciavit, ne
dum bonis paternis, & fraternis, sed quorumvis
ascendentium, & propinquorum quomodocumque,
& qualitercumque competentibus, & competituris,
tam ab intestato, quàm ex testamento. Dum enim
renunciavit bonis propinquorum; renunciasse etiam
dici debet bonis dicti Babilani, cum appellatione 38
propinquorum veniant etiam illi transversales, qui
per fœmineum sexum conjunguntur *l. unic. C. un-*
de vir, & uxor Peregrin. de fideicom. artic. 22. nu-
mer. 36. Castill. controvers. lib 5. cap. 90. numer. 18.
& sequent. ac propterea eadem Domina Maria per 39
talem renunciationem remansit omninò exclusa, nec
succedere potest, & integra hæreditas ad dictum D.
Carolum ejus fratrem delata fuit *l. 1. §. quibus ff. de*
successor. edict. Andreas de Georgio allegat. 23. num.
2. & 3. Montan. controv. 20. sub num. 4. 7. & 11.
Rot. decis. 356. num. 3. par. 13. recent. Non obstante 40
quod dicta D. Maria fuerit hæres instituta à dicto
Babilano, cujus vigore potuisset ipsa fortassis hære-
ditatem prædictam consequi *Galerat. de renunciat.*
lib. 2. cap. 5. numer. 25. tom. 1. Donad. de renunciat.
cap. 7. num. 66. Nam ex quo renunciavit successio-
ni etiam ex testamento, & posuit in locum suum
Dom. Joannem Baptistam de Mari ejus Patrem, e-
jusque hæredes cum jurium cessione tenetur hæredi-
tatem sibi delatam relinquere, vel acceptam restitue-
re dicto D. Carolo Patris renunciatarii hæredi, cui
fuit jus ex dicta renunciatione quæsitum *Montan.*
dicta controvers. 10. num. 8. Capon. controv. 28. nu-
mer. 54. Maximè cum renunciatio hæc effrænatis 41
verbis, quibus est munita, dici debet realis, & ab-
dicativa tamquam facta à filia recepta dote ad fa-
vorem Patris. *Capyc. Latro consult. 76. num. 47. lib. 2.*
Galerat. de renunciat. lib. 3. cap. 2. num. 23. Napo-
dan. in consuetud. Neapol. si quis, vel si qua sub nu.
199. Quo casu renuncians habetur, ac si esset mor- 42
tua, aperitque locum aliis vocatis. *Donad. de renunc.*
cap. 44.

cap. 44. num. 120. lib. 2. Andreol. controverf. 310. numer. 13.

Sed his minimè refragantibus post acerrimam causæ discussionem Rota, uno contradicente, qui erat causæ Commissarius, pro dicta D. Maria respondit, eamque ad hæreditatem prædictam simultaneè admisit cum dicto D. Carolo.

Satis clara enim visa fuit dispositio Statutaria *de successión. ab intest.* ad illius favorem in supradicto
§. *Et ipsis omnibus*, ubi dum ad successionem vocatur ille, vel illa, ad quem hæreditas, seu successio
de jure communi defertur, jam patet apertè per Statutum nostrum redactam fuisse successionem ad terminos juris communis, ut præcisè considerat *Altograd. conf. 60. num. 40. & num. 45.* quo Jure com-
43 muni attentu, cum dicta Dom. Maria sit in æquali
gradu conjuncta dicto Babilano, ac est dictus Dom.
Carolus, debita est exinde eidem etiam successio in
illius hæreditate, uti dicto Dom. Carolo, cum de jure communi omnibus in æquali gradu existentibus deferatur successio pro æqualibus portionibus sublata penitus omni sexus agnationis, & cognationis differentia ad *Tex. in §. si plures, & §. cæterum instit. de legit. agnat. success. §. si uno neque Auth. de hæredib. ab intest. venient. Auth. post Fratres in 2. C. de legitim. hæredit. Card. Cerro decis. 68. num. 1. & dec. 642. numer. 3.* cum similibus.

Nec pro illius exclusione visa sunt suffragari dicto Dom. Carolo ea, quæ ex adverso fuerunt superiùs deducta.

Ad primum enim de dictione *vel*, quam uti alternativam respuere conjunctionem, & masculi prius vocari prælationem inducere dicebatur ex Altogrado in consiliis suis superius deductis, fuit responsum
dictam dictionem *vel*, quicquid sit in contractibus,
44 verior, & communior est opinio in legibus, & Statutis habere vim copulativæ *Juxt. Theor. Bart. in l. si is qui ducenta §. utrum col. 1. ff. de reb. dub. de qua Cacher. decis. 13. num. 1.* & in puncto Statuti *de successión. Mart. de successión. legal. par. 3. quæst. 4. artic. 1. num. 40. Caren. resol. 172. per tot. Rocc. Episc. Isclan. disput. jur. cap. 6. numer. 22.* & in hoc nostro Statuto pro excludenda alternativa, & admittenda cumulativa militat concludens ratio, quia si contrarius intellectus esset admittendus alternativæ, manifestam Statutum contineret repugnantiam, nam implicat masculos præferri fœminis, & deferri successionem ad
terminos juris communis talem prælationem exclu-
45 dentis ex juribus suprà indicatis. Statuta autem ita debent intelligi ut repugnantiam non contineant, & contradictionem. *Altograd. conf. 59. num. 9. & conf. 60. num. 91. lib. 2.* ferè in terminis *Rot. decis. 396. nu. 5. par. 17. recent.* & ne incontinenti sequatur correctio. *Palm. Nepos allegat. 187. numer. 11. & allegat. 189. numer. 14. & 16.* illeque semper est retinendus intellectus per quem revertimur ad jus commune *gloss. in cap. Statutum in verb. numerandum de præbend. in 6. Surd. decis. 272. num. 34. Rot. decis. 167. numer. 16. par. 6. recent. Merlin. decis. 564. num. 15. Saminiat. contr. 63. num. 49.* Unde dum mens statuentium est clara reducendi successionem juxta dispositionem ju-
ris communis masculos, & fœminas pro æquali por-
46 tione admittentis, dicta dictio *vel* debet omnino dici posita ad distinguendum verba, non autem men-
tem *Cardin. Cerr. decis. 818. numer. 9. & 10. & de-*
47 *cis. 852. numer. 3.* debetque intelligi explicativè ad utrumque sexum citra aliquam prælationem unius ad alterum in paritate gradus ad *Text. in l. cum quidam Cod. de verb. signific. Giurb. ad constitut. Messan. cap. 3. gloss. 12. numer. 13. quæst. 1.* & ipsemet *Altograd.* ex adverso allegatus, licèt ubi loquitur in parte diversa à nostro §. *Et his omnibus*, conetur defendere dictam dictionem *vel* debère intelligi alternativè; Tamen deveniendo ad dictum nostrum §. *Et his omnibus* expressè firmat Statutum deferre successionem ad formam juris communis nulla habita differentia sexus ut in *d. conf. 60. num. 40. & 45.*

Nec nostrum Statutum generaliter remittens jus successionis ad jus commune debet restringi, ut intelligere voluerit de existentibus in paritate gradus, cum prælatione tamen masculi in casu quo cum ipso concurrat fœmina, ut ex adverso objiciebatur,
quia generalitas verborum hanc respuit restrictio-
nem ex regula vulgari, quod generalia verba debent 48
intelligi in sua generalitate *l. 1. §. generalis ff. de leg. 1. Bonden. collect. legal. 38. num. 208. vol. 2. Rot. decis. 16. num. 7. par. 18. recent.* & generalis, & indefinita Statutorum dispositio juxta communem juris determinationem explicari, distinguique debet *Gabriel. conf. 1. numer. 17. lib. 1. Mans. consult. 340.*
numer. 35. & cum in deferenda successione genera- 49
liter Statutum se referat ad jus commune, debet etiam dictum jus commune relatum attendi, & intelligi generaliter cum dictis suis qualitatibus in ipso Statuto referente *Rot. decis. 47. num. 5. & decis. 61. numer. 1. par. 9. & decis. 264. num. 8. par. 13. & decis. 261. num. 15. & 16. par. 14. recent. Altogr. conf. 6. num. 22. lib. 1. Urceol. consult. 47. num. 4.*

Non obstat secundum de verbo *Patrui*, quod comprehendit Amitam, à qua ipse Dom. Carolus descendit, ex eo quod masculinum concipiat fœmininum, tam de jure, quàm ex nostro Statuto *de extrins. intellect.* id expressè mandante, quia omissa ulteriori disputatione super varitate supra adductæ conclusionis, quam ita generaliter sumptam infor-
mantes pro D. Maria acriter controvertebant, asse- 50
rendo illam procedere specialiter in nominibus communibus quæ per solam qualitatem masculinam, & fœmininam distinguuntur, ut sunt filius, filia, nepos, neptis, avus, avia, & similia in quibus proclivior fit transitus de uno ad alium, & ideo masculinum est aptum concipere fœmininum, secus ubi diversis nominibus masculus contradistinguitur à fœmina, ut frater, soror, patruus, amita, quo casu masculinum non concipere fœmininum ex *Doctr. Castrens. conf. 119. lib. 1. Corn. conf. 94. numer. 4. lib. 2.* firmat *Adrian. Neguf. quæst. 450. numer. 29.* & antè cum *Gabr. lib. 6. commun. conclus. tit. de verb. signific. conclus. 6. numer. 31. Capr. conf. 62. Natt. in cap. quamvis de pact. in 6. Rot. decis. 128. numer. 2. & seq. post Fenzon. ad Statutum Urb. Merlin. decis. 472. num. 6. 7. & 8.* & in puncto patrui in Statuto idem *Castrens. in l. illam 19. sub num. 6. versic. Quæritur primo C. de collation.* refert, & sequitur *Brun. in tract. de constitut. decret. Statut. & consuet. verb. Patruus, versic. Statutum loquens fol. mihi 198. à terg. col. 2.* post medium fuit pro responsione ponderatum, quod objecta conclusio utcumque etiam generaliter sumpta plures patitur in jure limitationes, ex quibus, quæ nostro militant in Statuto.

Prima est quando Statutum discretivè loquitur de 51
masculis, ac fœminis *Decian. conf. 76. numer. 29. lib. 3. Spad. conf. 245. num. 11. lib. 3. Gabr. conclus. 6. num. 57. Negusant. dicta partic. 450. num. 18. Michalor. de fratr. par. 3. cap. 16. num. 20. Rot. decis. 388. num. 9. & seqq. par. 5. recent. Merlin. dicta decis. 461. numer. d. 8. 9.* cum aliis apud *Rocc. Episc. Isclan. disp. 38. num. 29.* Hæc autem discretiva locutio concurrit in nostro Statuto non solum in dispositis in hac *rubr. de successión. ab intest.* in qua dum vocantur ad successionem fœminæ, istas nunquam Statutum comprehendit sub masculino, sed semper de illis facit specificam mentionem, & licèt in patruo, de cujus interpretatione agitur, loquatur simpliciter, adhuc discretiva loquutio circa alias personas, cum adaperiat mentem Statuentium non comprehendendi sub masculino fœmininum, deservit etiam pro patruo juxta punctualem doctrinam *Cornel. conf. 11. numer. 5.* Sed etiam in specie de patruo discretiva locutio legitur in *rubr. 18. lib. 1.* ubi Patruus contradistinguitur ab amita, quæ pariter suffragatur, licet sit diversa ab ista, de qua est quæstio, quia non datur in Statutis prius, & posteriùs, dum omnia eodem tempore robur accipiunt à confirmatione *Bald. in cap. Canonum Statuta 2. numer. 3. extra de constitut. Royas decis. 137. sub n. 10.* Exemplo instrumentorum, in quibus non datur prius nec posterius. *Salgad. labyr. credit. par. 2. cap. 4. numer. 151. Rot. decis. 202. num. 3. par. 7. recent. Bich.*
decis. 417. numer. 4. & 5. & etiam quia Statuti una 52
pars per aliam declaratur *l. si servum plurium in fin. ff. de leg. 1. Anchar. conf. 93. Dec. conf. 309. numer. 1. Parif. conf. 110. num. 34. lib. 3.* quos sequitur *Addalin. resol. 6. numer. 110.* ad effectum præsertim eliciendi

mentem statuentium etiam in aliis capitibus, & materiebus statutariis *Socin. Jun. conf.* 18. *num.* 16. *lib.* 3. *Tab. Non conf.* 44. *num.* 16. *Honded. conf.* 14. *num.* 15. 16. *lib.* 1. *Palm. Nepos allegat.* 251. *num.* 44. & attenditur usus loquendi Statuentium, etiamsi sit io diversis Statutis *Rot. Bononiens. decis.* 2. *numer.* 24. *& seqq.* & in terminis discretivæ locutionis *Palm. Nepos allegat.* 65. *num.* 39. *& allegat.* 68. *num.* 90.

53 Altera est quando Statutum est juris communis correctorium, ut est nostrum, quod favore patruorum excludit matrem à luctuosa filii successione contrà *Tex. in* §. *si igitur defunctus Auth. de hered. ab intest. venient. Authent. defuncto C. ad Tertull.* quo casu masculinum non concipit fœmininum *Gabriel. d. conclus.* 6. *num.* 54. *Negusant. dicta quæst.* 450. *n.* 32. *Merlin. dicta decis.* 571. *numer.* 3. *&* 4. *Rocc. disput. jur.* 38. *num.* 30.

54 Replicatio autem quod in nostro Statuto mater non excluditur, sed est præterita, remanet ex lectura ejusdem Statuti penitus elisa, dum licet in §. *Et in defectu prædictorum* enumerentur solum personæ ad successionem vocatæ, absque matris expressione, & in hoc videri possit præterita, in subsequenti tamen §. *In omnibus vero casibus*, dum Statutum dicit; *in omnibus verò casibus suprascriptis in quibus adessent ascendentes, & descendentes ex linea patris defuncti admissi secundum ordines suprascriptos, mater, & ascendentes ex linea materna successione etiam debita jure naturæ excludantur, imò prædicti, & singuli admissi, seu vocati respectivè succedant omnibus aliis penitus exclusis*, exclusio matris est literalis, dum expressè illa excluditur extantibus personis suprà vocatis, & ita etiam pro illius exclusione fuit decisum in causa maximi ponderis de anno 1679. inter MM. Fratres de Sauli, & Paulam Mariam, Patruos, & Matrem respectivè defuncti, ex rationibus in voto typis edito luculenter deductis, quæ sententia, præsertim cum in judicatum transierit benè deservit pro Statuti interpretatione, quatenus aliquam illud pateretur difficultatem *Card. Cerr. decis.* 776. *& decis.* 842. *utrobique num.* 12.

55 Tertia demum limitatio est illamet, de qua nostrum Statutum quoque loquitur, quando scilicet eadem non est ratio in fœmina, quæ est in masculo, *ibi si illud, quod profertur masculinum, poterit convenire fœminæ, sicuti masculo*, & hæc etiam ratio de jure subintelligitur ad limitationem regulæ, quod masculinum concipiat fœmininum *Ruin. conf.* 22. *num.* 13. *vol.* 3. *Tort. ad Stat. Pap. Rub.* 93. *in Civil. de success. ab intest. n.* 24. *Capr. dicto conf.* 61. *num.* 9. *Card. Cerr. dicta decis.* 776. *& decis.* 842. *utrobique num.* 11. *Rocc. dicta disputat.* 38. *numer.* 36. & inter rationes ex quibus excluditur comprehensio fœminini sub masculino, illa est potissima, quando Statutum prospicit conservationi agnationis, quia tunc dispositio restringitur ad masculos, per quos conservatur, non autem extenditur ad fœminas, in quibus finitur agnatio *Rot. decis.* 179. *num.* 5. 6. *par.* 6. *recent. Card. Cerr. decis.* 185. *num.* 2. nec masculinum concipit fœmininum, cum materia sit reddita differens *Michalor. de fratr. dicto cap.* 16. *numer.* 12. 13. 15. *Gabr. dicta conclus.* 6. *num.* 78. *Rocc. d. disp.* 38. *num.* 34. *Rot decis.* 267. *num.* 9. *par.* 9. *rec. Card. Cerr. decis.* 126. *num.* 9. *& dicta decis* 185. *num.* 8. *&* 9. ubi in specie de amita, *& dicta decis.* 842. *numer.* 9. 10. 11.

56 Quod autem Statutum hoc Genuæ dicatur conditum pro conservatione, ac favore agnationis, & familiæ resultat ex ipsamet masculorum vocatione, & exclusione fœminarum, prout de cæteris aliis Statutis fœminarum exclusivis tradunt *Castill. controv. quot. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 78. *cum seqq. & lib.* 5. *contr.* 95. *num.* 2. *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 283. *Marc. de successión. legal. par.* 2. *quæst.* 4. *artic.* 4. *num.* 18. *& seqq. & par.* 3. *quæst.* 1. *art.* 4. *n.* 22. *Cyriac. controv.* 137. *num.* 15. *Rot. decis.* 232. *num.* 3. *par.* 1. *divers. Card. Cerr. decis.* 126. *num.* 2. 3. *& dicta decis.* 185. *num.* 1. & in puncto Statuti Genuæ *Caren. resol.* 172. *num.* 5. & ita fuit sententiatum in supradicta caussa MM. de Saulis, & in Voto, quod venit attendendum pro interpretatione Statuti, ut supra proximè dictum fuit.

57 Et specialiter respectu patrui res videtur clarior ponderando, quod Statutum vocando patruos non solum voluit illos agnatos ex utroque parente, vel ex patre tantum, quod sufficeret, ut amita remaneret exclusa *Corn. conf.* 224. *sub num.* 5. *lib.* 2. *Card. Cerr. dicta decis.* 185. *num.* 9. 10. 11. 13. sed ulteriùs non existente patruo vocavit illius filios non simpliciter, sed masculos, & descendentes per lineam masculinam ex eis, quæ quidem vocatio masculorum per lineam masculinam descendentium inducit absque dubio votum pro agnatione conservanda *Fusar. conf.* 192. *numer.* 29. *Altograd. conf.* 80. *numer.* 64. *lib.* 2. *Cardin. de Luc. de fideicommiss. disc.* 25. *num.* 3. *& discur.* 28. *numer.* 10. *Torr. de Majorat. Ital. cap.* 38. *numer.* 308. *Rot. decis.* 28. *numer.* 58. *&* 59. *apud Arguell. decis.* 218. *num.* 4. *&* 5. *par.* 11. *& decis.* 445. *num.* 5. *& seqq. par.* 18. *tom.* 2. *recent. Capon. discept.* 59. *num.* 33. *&* 34. *lib.* 1. & vide infinitos per me citatos in *Florentina primogenitura de Orlandinis*. Ponderando præterea discretivum modum, quo utitur nostrum Statutum, quando vocat descendentes ex fœminis, & descendentes ex patruis, illos enim simpliciter vocat descendentes, quorum nomine veniunt, tam masculi, quam fœminæ *Rot. decis.* 370. *numer.* 7. *par.* 13. *recent.* descendentes vero ex patruis vocat cum qualitate masculinitatis, quod non alia ratione potest dici per statuentes volitum, quam ad conservandam verè, & realiter in istis descendentibus ex patruis agnationem illam, quam in fœminis, seu illarum descendentibus conservare non poterat, quæ ratio cum sit unica de- 58
bet considerari, ac si esset expressè in Statuto posita *Rot. dec.* 267. *num.* 14. *& decis.* 383. *par.* 9. *rec.*

Denique dictam D. Mariam excludere non valet à petita successione, propria ejusdem renunciatio, quam fecit amplissimis verbis ad favorem patris, ejusque hæredum, etiam de bonis propinquorum eidem competentibus, & competituris quomodocumque, & qualitercumque, tam ex testamento, quàm ab intestato.

Quia visum fuit præfatam renunciationem nullo pacto posse comprehendere prædictam Babilani hæreditatem, & ad illam extendi; tanquam delatam longè post renunciationem; militat enim in 59
præsenti communis, & ab omnibus recepta conclusio, quod quælibet renunciatio pro omni eo, quod prætendi posset, quomodocumque, & qualitercumque, semper intelligi debet ex causa de præterito, vel præsenti non autem de futuro juxtà receptissimam *Bart. Doctrinam in l. qui Romæ* §. *duo fratres num.* 19. *ibique Bald. numer.* 24. *Rip. sub numer.* 46. *Bolognett. numer.* 110. *ff. de verb. obligat. Cancer. var. par.* 3. *resol.* 15. *num.* 133. *Beltram. ad Gregor. decis.* 265. *num.* 6. *plenè Rocc. disp.* 55. *num.* 17. *Palm. Nepos allegat.* 152. *numer.* 16. *&* 17. *& allegat.* 153. *num.* 87. *Rot. decis.* 523. *numer.* 9. 10. *ibique Rub. numer.* 1. 2. *& seqq. par.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 543. *num.* 21. *&* 22. *par.* 5. *recent. Gomez. ad l. Taur.* 22. *numer.* 10. *de Marin. lib.* 2. *resol.* 189. *num.* 6. *Altolin. resol.* 55. *num.* 19. *Cavaler. decis.* 340. *num.* 5. *& seqq. Buratt. decis.* 281. *num.* 5.

60 Quamvis etiam fuerit renunciatum juri, quod quis habere posset in futurum, ut in nostra renunciatione, ibi competentibus, & competituris, quia renunciatio juris etiam futuri adhuc est intelligenda de jure futuro ex causa de præsenti, non autem extendenda ad jus futurum ex causa de futuro non habente spem probabilem de præsenti *Bart. in d. l. qui Roma* §. *duo fratres dicto num.* 19. *ibique Jason. num.* 69. *& conf.* 418. *numer.* 24. *Marc. de successión. legal. par.* 1. *quæst.* 14. *artic.* 4. *num.* 1. *& seqq. Molfess. ad consuetud. Neapol. de renunciat. quæst.* 1. *num.* 34. *Mut. ad consuetud. Panorm. cap.* 44. *num.* 20. *Cancer. d. resol.* 15. *num.* 133. *Marcian. Jur. disp.* 14. *num.* 30. *lib.* 1. *Cyriac. contr.* 292. *num.* 8. *Beltram. ad Gregor. dicta decis.* 265. *num.* 6. *Rosa consult.* 7. *num.* 69. *Rot. dict. decis.* 543. *num.* 27. *plenè Rocc. dicta disput.* 55. *numer.* 18. *Carbon. apud Massin. de confisc. bonor. quæst.* 45. *num.* 68. ubi quod etiamsi per verba amplissima, & de futuro concipiatur renunciatio, numquam in ea comprehenditur hæreditas postea de futuro mediatè superveniens *Samminiat. controv.* 73. *num.* 29.

Prat.

Prat. diſcept. forenſ. cap. 39. num. 13. & 14. vol. 2. Hodiern. ad l. hac adictali quaſt. 17. num. 75. Actolin. d. reſol. 55. num. 21. & reſol. 56. num. 1.

61 Et dictiones illæ *quomodocumque*, & *qualitercumque*, in noſtra renunciatione adjectæ operari quidem
poſſunt reſpectu ſucceſſionis, ſed non reſpectu cauſæ, niſi addatur etiam clauſula *ex quacumque cauſa*,
quæ eſt apta comprehendere etiam ſucceſſiones ex
cauſa de futuro, ut loquuntur *Pancirol. conſ. 62. numer. 8. Addont. ad Burat. decif. 310. num. 9. Rot. decif.
95. poſt Gilian. ad Seat. Perugin. Altograd. conſ. 66.
num. 17. 18. 20. 22. & 23. lib. 1. Rocc. diſput. 55. ſub*
62 *num. 18. verſ. quicquid in contrarium ſit.* Imò eſt neceſſarium, ut dicatur non ſolum *ex quacumque cauſa*, ſed addatur etiam *ex nova*, ſine qua incluſum
non intelligitur jus futurum *ex nova* delatum poſt
renunciationem, *Surd. conſ. 267. num. 20. 25. & 26.
Rip. in l. conditionis num. 24. in fin. & num. 25. & 26.
C. de pact. benè Fontanel. dec. 417. n. 16.* ubi, quod
non dicitur renunciatum juri de futuro ex cauſa de
futuro, niſi etiam dicatur *ex nova cauſa*.
63 Certum eſt autem, quod jus ſuccedendi ab inteſtato, ſive ex teſtamento propinquis eſt jus futurum
ex cauſa omninò de futuro, ſine ulla ſpe probabili
de præſenti, nulloque juris fomite munita, ut probant *Barr. in dicta leg. qui Roma §. duo fratres in 6.
quaſt. num. 19. Caphal. conſ. 526. num. 68. & 75. Cyriac. dicta controv. 292. num. 9. Rot. dicta decif. 543.
num. 22. par. 5. recent. Rocc. d. diſput. 55. n. 19. Actolin. dicta reſolut. 56. num. 1. Saminiat. dicta controv.
73. num. 30.*
64 Fortiùs in præſenti, dum tempore renunciationis
dictus Babilanus non ſolum erat floridæ juventutis,
longè minoris ætatis dicta renunciante, & in ſtatu
nubendi, & conſequenter habendi etiam deſcendentes, ſed inſuper plures habebat ſorores, alioſqua proximiores, quibus immediatè debebatur ejuſdem ſucceſſio in caſu obitus; ex quibus circumſtantiis clarius conſequitur ejuſdem hæreditatem tamquam jus
tempore renunciationis non formatum, & immediatum, ſed ſine ſpe probabili de præſenti uti mediatum, & futurum non poſſe in tali renunciatione dici comprehenſum, *Rot. dicta decif. 543. num. 5.
Altograd. conſ. 41. num. 56. bene Ruin. conſ. 98. per tot.
in ſpecie n̄ numer. 8. vol. 1. Dec. conſ. 379. per tot.
ſignanter n̄ numer. 10.* quod Decii conſilium ſequitur in ſpecie *Fulgin. de jur. emphyt. titul. de renunciat. quaſt. 7. num. 8.* & allegatur generaliter in propoſito à *Beltram. ad Gregor. dicta decif. 265. num. 6.
Rot. poſt Merlin. decif. 48. num. 7.* quos allegat, &
ſequitur *Carbon. apud Maſſin. dicta quaſt. 45. num. 71.*
cum dicta D. Maria cogitare non potuerit dictum
Dom. Babilanum, & alios immediatos ſucceſſores
ante ipſam turbato mortalitatis ordine præmorituros
& ipſammet ſuperſtitem ex teſtamento ſucceſſuram,
65 ac proinde ſuper incogitatis, & veriſimiliter non
conſideratis per contrahentes non cadit renunciatio,
*Saminiat. dicta controv. 73. num. 28. Rot. decif. 10. numer. 10. par. 11. & decif. 735. num. 22. par. 18. recent.
Actolin d. reſol. 56. num. 9.*
66 Quæ omnia eò magis procedere viſa ſunt in noſtra hypotheſi, quia nos verſamur in renunciatione
facta à Puella nubente in ſæculo, quæ venit ſtrictè
intelligenda *Cyriac. controv. 292. numer. 19. Manzaned. decif. 166. numer. 3. & decif. 451. num. 5.* ad dif-
67 ferentiam renunciationis factæ propter ingreſſum religionis, quæ largius interpretatur, ut concordando
tradit *Rot. decif. 616. numer. 13. coram Cerro, Ottobon. dicta decif. 10. num. 27. & par. 14. recent. decif.*
68 *253. num. 19.* eoque magis, cum fuerit renunciatum
bonis, non hæreditati *Rot. decif. 66. numer. 14. poſt
Torr. de pact. futur. ſucceſſ. & decif. 114. ſub numer.
22. par. 8. Recent. Altograd. Jun. controv. 26. num. 19.*
69 *20. 21. lib. 1.* & ulterius, quia dicta Puella renunciavit recepta dote à Patre, quo caſu renunciatio
tamquam regulata à cauſa dotandi, renunciationis
nomen non meretur, ſed potius ſimplicia, & abſolutæ quietantiæ, ſeu liberationis, quæ quamvis generaliſſima, eſt intelligenda de juribus tum competentibus, non autem de futuris, ut ex *Alex.* benè
Ruin. & aliis probat *Rocc. citat. diſput. 55. num. 22.
Rot. apud Merlin. decif. 44. num. 7.* Præſertim cum

Dos ſc. 28700. auri, quam Pater conſtituebat, erat
ordinaria ſecundùm communem uſum hujus Civitatis inter nobiles, quæ ideo ultrà renunciam, quam
faciebat de bonis Paternis, Maternis, Fraternis, ac
de legato ſc. 12000. auri eidem renuncianti debito
extra ſubſtantiam Patris, non merebatur renunciam
etiam bonorum ex nova cauſa proveniendorum. Ex
quibus cum verba renunciationis licèt generalia neceſſariò non importent dictam comprehenſionem hæreditatis Babilani tamquam dubiam, & diverſam recipientia interpretationem ex ſupra deductis. Hoc itaque ſufficere debet, ne dictæ D. Mariæ obſtet re-
nunciatio, quæ comprendere debet ſolum ea, quæ 70
exprimuntur, vel neceſſario ab expreſſis reſultant
*Botteler. de ſucceſſion. cap. 2. Theor. 56. num. 16. Donad. de renunciat. cap. 27. numer. 136. Torr. de pact.
futur. ſucceſſion. lib. 2. cap. 23. numer. 36. & 37. Rot.
poſt eum decif. 116. numer. 13.* & in dubio ſemper 71
interpretanda eſt ad favorem renunciantis, ut minus ei præjudicet *Valenzuel. conſ. 179. numer. 45. 46.
47. & ſeqq.* Itaut admitti etiam debeat ipſamet re- 72
nuncians ad ſuam dubiam declarandam renunciam,
& ei eſt ſtandum, *Molfeſſ. ad conſuetudin. Neap. de
renunciat. quaſt. 17. num. 38. & in addit. num. 7. Rot.
in Rom. de Lanuviis 5. Julii 1673. coram Taya apud
Manſ. conſ. 258. num. 50.*
Hinc objici non valet, quod ſicuti reſpectu bonorum, & legitimæ Patris, & Matris, quibus renunciatum fuit ipſis parentibus viventibus, negari
non poteſt, quin fuerit renunciatum juri de futuro, ex cauſa de futuro; ita debeat dici renunciatum juri de futuro ex cauſa de futuro reſpectu renunciationis de bonis propinquorum unica oratione, & in eadem periodo factæ, quia non currit
paritas inter renunciationem de bonis propinquorum, ac de bonis parentum, & legitimæ ob diſparitatem rationis. In aliis enim non poteſt dici renunciatum juri de futuro ex cauſa de futuro, quia
non adeſt ſpes probabilis de præſenti aliquo juris
fomite munita, ſtantibus præſertim aliis immediatis
ſucceſſoribus tempore renunciationis, ut ſuprà fuit
deductum. In iſtis verò bonis paternis, maternis, 73
& legitimæ non cadit jus abſolutè de futuro propter ſpem probabilem, quam filii habent in hæreditate parentum, cum dicantur quaſi Domini, &
in eis dicatur Dominium potiùs continuari, quam
de novo acquiri *Merlin. de legit. lib. 5. titul. 3.
quaſt. 1. numer. 3. Cardin. de Luc. de Jur. Patron.
diſcurſ. 56. numer. 14. Bich. decif. 511. numer. 6.
Rot. decif. 209. num. 34. par. 9. recent. ex Paſchal. de
Patr. poteſt. par. 4. cap. 1. num. 5. 6.*
Quinimò viſum fuit objectum retorqueri, quia
ſicuti, ubi actum fuit de legitima matris, & hæreditate patris adhuc viventis, fuit facta illarum ſpecifica mentio, utpotè quia agebatur de juribus de
futuro ſpecialem mentionem requirentibus ad effectum ea ſub renunciatione comprehendendi; ita pariter id feciſſent, ſi reſpectu aſcendentium, & propinquorum de juribus de futuro partes intellexiſ-
ſent. Cum diſcretivus loquendi modus diverſam 74
quoque arguat diſponentium intentionem. *Cocin. decif. 2121. numer. 143. Merlin. decif. 800. num. 11.
Cardin. Celſ. decif. 116. numer. 8. & decif. 202.
num. 16.* Adeout cum dictæ D. Mariæ jus expreſſum 75
non fuerit, ſed ſub involucro verborum velatum,
id cui hodie renunciaſſe prætenditur, attendi non
debet *Actolin. dicta reſol. 56. num. 13. 14. 15. & 16.*
ubi concordanter.
Minus ſubſiſtit, quod ſi reſpectu propinquorum
non includeretur in renunciatione hæreditas dicti
Babilani, renunciatio remaneret ſuperflua, quia exceptio ſuperfluitatis non eſt conſiderabilis ad effe- 75
ctum extendendi renuntiationem, ut in puncto animadvertit *Rot. decif. 47. numer. 9. & ſequentib.
poſt Merlin. de legit. & dicta decif. 523. num. 16.
17. par. 4. recent. tom. 3. Actolin. dicta reſolut. 55.
numer. 24.* cum potius ſit toleranda ſuperfluitas, 77
quam quod verba generalia contra veriſimilem diſponentis mentem in grave ejus præjudicium retorqueantur *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 2. nu. 10. Altograd. Jun. contr. 73. n. 50. & contr. 83. n. 49. vol. 2. Pal.
Nep. allegat. 95. num. 11. & allegat. 104. num. 18.* &

78 cessat etiam objecta superfluitas, quia cum jura fu-
tura in bonis propinquorum verificari valeant respe-
ctu legati provenientis à multiplico Domini Stepha-
ni de Mari, quod respectu executionis causam de
futuro respiciebat, non debet alia assumi interpreta-
tio, per quam alia jura futura, & causam de futu-
ro solùm habentia sine ulla spe de præsenti compre-
hensa congeri debeant, cum sufficiat dicta verba in
dictis juribus legati posse verificari, nec umquam
alia jura simpliciter de futuro censentur renunciata
ex causa de futuro, nisi expressè id dictum fuerit,
ut supradictum fuit, & tradit *Valenzuel. conf.* 179.
numer. 43. *&* 44. *Durand. decis.* 268. *num.* 19. *Rocc.*
79 *disput.* 55. *numer.* 44. 45. *&* 46. ut vitium superflui-
tatis remaneat sublatum sat est, quid etiam mini-
mum operari *Rot. dicta decis.* 47. *numer.* 17. *post*
Merlin. de legitim. & dicta decis. 523. *in fin. par.* 4.
80 *recent. Actolin. dicta resolut.* 55. *numer.* 30. sufficit-
que qualis operatio etiam circà majorem declaratio-
nem ejus, quod inest, & fuit expressum *Rot. de-*
cis. 600. *num.* 28. *par.* 5. *& dec.* 249. *num.* 21. *par.* 7.
rec. Alex. VIII. dec. 244. *num.* 24. *De Luc. de fidei-*
com. dis. 54. *num.* 7.

Positum autem quod in dicta renunciatione non fuerit inclusa hæreditas posteà delata dicti D. Babilani, supervacanea redditur dissertatio, an prædicta renunciatio fuerit realis personalis, vel mixta, & an stante renunciatione etiam ex testamento teneatur dicta D. Maria hæreditatem sibi delatam restituere dicto D. Carolo, quia quæstio non stat in qualitate renunciationis, sed in eo, an fuerit in ea comprehensum jus futurum ex causa de futuro, quo non comprehenso, ut suprà probatum fuit, cessant omnia in contrarium deducta, cum non entis nullæ sint qualitates ex vulgatis.

Quæ demum deducta fuere ultimo loco de præ-
sumpta voluntate dicti Babilani Testatoris admitten-
di ad successionem dictum D. Carolum, nullius vi-
81 sa fuerunt roboris, & momenti, quia cum Testator
expressis verbis instituerit hæredes *quelli, o quello,*
che per disposizione dello Statuto nostro di Genova de
success. ab intest. doveranno succedere clarè expressit
suam voluntatem habendi hæredes illos, qui ab intesta-
to essent eidem ex statutaria dispositione se ad jus
commune referente ex suprà firmatis successuri, &
sic dicti Dom. Carolus, & Dom. Maria, qui de ju-
re communi simultaneè succedunt, ambo haberi de-
bent, ac si à Testatore expressè nominati, & institu-
ti fuissent *Pret. de interpr. ultim. volunt. lib.* 4. *nu.* 51.
Thesaur. quæst. for. 56. *num.* 20. *lib.* 1. *Surd. decis.* 128.
Ciroch. discept. 7. *num.* 5. *&* 9. ac proinde epistanda,
& perquirenda non est aliunde ejus voluntas, quæ
clara est, & in claris non admittitur quæstio vo-
luntatis ex vulgar. *Tex. in l. ille, aut ille ff. de*
leg. 3.

Testes autem de alloquutionibus per testatorem lon-
ge post testamentum factis deponentes, haberi non
82 possunt in consideratione. Quia ultra quod sunt sin-
gulares *Merlin. decis.* 174. *num.* 5. *Bicher. decis.* 560.
83 *num.* 3. eorum dicta nihil relevant, nam cum ex su-
prædictis testamentum sit clarum, discursus testatoris
posteà facti non attenduntur *Gabriel. conf.* 112. *num.*
30. *vol.* 2. *Rocc. disput. jur. cap.* 43. *num.* 5. 6. *Rot. de-*
cis. 305. *num.* 30. *par.* 10. *decis.* 282. *num.* 13. *par.* 11.
& decis. 321. *num.* 13. *& seq. par.* 13. *recent.* stante
84 præsertim quod ex discursibus istis, & sermonibus
Testatoris tamquam incidenter factis, & perfunctò-
riè deferri non potest successio *Rot. decis.* 128. *num.*
17. *par.* 18. *tom.* 2. *& decis.* 38. *num.* 17. *par.* 19.
recent. & cum testes prædicti simpliciter deponant di-
ctum Babilanum desiderasse hæredem dictum Domin.
Carolum, non autem taxativè deposuerint, quod
nempè testator eum dumtaxat voluerit hæredem, id
nihil impedit quin dicta D. Maria foret admittenda in
concursu cum dicto D. Carolo benè *Gabr. dicto conf.*
112. *num.* 30. & ita &c. utraque &c.

S U M M A R I U M.

1 *Statutum nostrum fuit conditum ratione agnationis, dum post deficientiam Patruorum vocavit eorum filios masculos descendentes per lineam masculinam.*

2 *Statutum nostrum cum vocaverit descendentes ex fœminis sub simplici* descendentium *vocabulo, & descendentes ex masculis, scilicet à Patruis cum qualitate masculinitatis, per lineam masculinam, ex hoc discretivo loquendi modo inducitur votum agnationis.*

3 *Cum in Statuto nostro fuerint vocati Patrui, tam ex latere Patris, quam ex utroque latere, consideratam per illud fuisse agnationem decidebet, ideoque Amita non venit.*

4 *Copulativè vocati debent simultaneè succedere, secus in nostro Statuto per verba* vel illi, qui fuerint.

ET LIBERI MASCULI DESCENDENTES PER LINEAM MASCULINAM) Dixit Rota nostra Genuensis, quæ ad alium effectum mox suprà registrata fuit, quid operentur hæc verba præsentis nostri Statuti, ideoque superfluum esset ea repetere, quæ jam exarata fuere, nisi ordo mihi præscriptus conclusiones suis locis adaptandi id à me exigeret.

Videmus hic certè consideratam fuisse à Statuto 1
nostro agnationem; nam non existente patruo vo-
cavit illius filios, & descendentes, non simpliciter,
sed masculos, & descendentes per lineam masculi-
nam ex eis, quæ quidem masculorum dispositio in-
ducit absque dubio votum pro agnationis conserva-
tione *Fusar. conf.* 192. *numer.* 29. *Altograd. conf.* 80.
num. 64. *lib.* 2. *Card. de Luc. de fideicomm. disc.* 25.
num. 3. *& disc.* 28. *num.* 10. *Torr. de Majorat. Ital.*
cap. 38. *num.* 308. *Rot. decis.* 28. *num.* 58. *&* 59. *apud*
Arguelles decis. 218. *num.* 4. *&* 5. *par.* 11. *& decis.* 445.
num. 5. *& seq. par.* 18. *tom.* 2. *rec. Capon. discept.* 59.
num. 33. *&* 34. *lib.* 1.

Ulterius ponderamus discretivum modum, quo uti- 2
tur Statutum nostrum, quando vocat descendentes
ex fœminis, & descendentes ex masculis, sive patruis,
illos enim ex fœminis simpliciter vocat sub nomine
descendentium, quorum appellatione veniunt simul
masculi, ac fœminæ, ut pluries dixi suprà, quibus
addo *Rot. decis.* 370. *num.* 7. *par.* 13. *recent.* Descen-
dentes verò ex masculis, sive patruis vocat eum
qualitate masculina, & per lineam masculinam, id
enim nulla alia ratione potest considerari fuisse fa-
ctum à Statuentibus, quam ad conservandam in istis
descendentibus agnationem, quæ in fœminis conside-
rari non potest, neque in earum descendentibus,
quæ ratio, eum sit unica, debet haberi, ac si expres-
sa posita fuisset per Statuentes *Rot. dec.* 267. *num.* 14.
& decis. 383. *par.* 9. *rec.*

Sed semper magis res clara evadit, quia Statutum 3
hic non solum vocat patruos utrinque, sed ex patre
tantum conjunctos, quia non est ratio cur debeat
considerari in amita ista conjunctio, prout de jure
communi dixi suprà in principio hujus paragraphi, id-
eoque si Statutum nostrum illam consideravit in pa-
truis ea est, quia in his agnatio conservatur, ideoque
sufficiens est ad excludendam amitam, ut per *Cornel.*
conf. 224. *sub num.* 5. *lib.* 2. *Card. Cerr. dec.* 185. *nu-*
mer. 9. 10. 11. 12.

EX HUJUSMODI: Denotat personas patruorum supra expressas, tam utrinque, quàm ex patre conjunctorum *gloss. in §. fuerat instit. de action. Gratian. cap.* 145. *num.* 5. *Surd. decis.* 210. *num.* 18. *Alex. conf.* 45. *num.* 3. *lib.* 7. *Carpan. cap.* 303. *num.* 3. *lib.* 1. *Seraphin. decis.* 822. *num.* 3.

VEL ILLI QUI FUERINT: Posita sunt 4
hæc verba post plures copulativè vocatos, ut hic vo-
cantur descendentes ex fratribus, & à sororibus, &
patrui, & liberi masculi ex hujusmodi, & benè su-
bjiciunt statuentes, *vel illi, qui fuerint*, quæ verba
certè referuntur ad collectivè vocatos, ostendendi
gratia non requiri omnium collectivà vocatorum
concursum, ut dispositioni hujus Statuti locus sit,

ut

ut etiam observavit in nostro Statuto *Alcograd. Sen. cons.* 60. *num.* 23. & 24. *lib.* 2. alias certè necesse fuisset ob vim copulativæ dictionis copulatorum concursum adesse, ut voluit *Honded. cons. suo* 1. & *cons.* 2. *ubi latissimè per tot. lib.* 1. & in his terminis *Chassan. ad consuetud. Burgund. de success. rub.* 7. §. 12. *in tex.* ibi *il ne luii expressement reserve num.* 12. *vers. advertendum est*, & *Honded. cons.* 8. *num.* 11. 12. 13. 14. 15. & *num.* 42. *dicto lib.* 1. *Peregrin. cons.* 51. *num.* 18. *lib.* 1. *Caball. cons.* 128. *num.* 166. & *infr. lib.* 2. *Altograd. cons.* 64. *num.* 6. & 7. *lib.* 1.

§. XIII.

MAsculus, & Fœmina dedicatus, vel dedicata in aliquo Monasterio, sive ante, sive post mortem patris, matris, fratris, sororis, vel alicujus ipsorum, qui, vel facto testamento, vel ab intestato decesserint non possit petere nec habere in bonis paternis, maternis, & ascendentium, nisi illud, quod fuisset ei legatum, seu inter vivos datum, vel assignatum fuisset, & in casu quo ei nihil legatum, vel assignatum fuisset, non possit petere, nisi pro sustentatione vitæ ipsorum cognoscenda arbitrio Magistratus de consilio trium ex proximioribus propinquis, & eis deficientibus proborum virorum, quos eliget Magistratus, sed omnia bona prædicta pervenire debeant ad alios fratres, & sorores, & eorum liberos secundum formam præsentis Statuti, possit tamen petere omne id, quod ipsi fuisset legatum, seu inter vivos assignatum.

S U M M A R I U M.

1 *LAici nihil statuere possunt in personas Ecclesiasticas.*

2 *Statutum prohibens, ne dicati, vel dicatæ alicui Monasterio succedere possint, est nullum, ac invalidum.*

3 *Quia tale Statutum repugnat juri divino, ac religioni Christianæ.*

4 *Vel quia Christiani fiunt timidiores ad ingrediendum Monasterium.*

5 *Contra prædictam conclusionem.*

6 *Quia tale Statutum non est conditum in præjudicium Religiosorum, sed propter optimum finem conservandi familias.*

7 *Omnia potest facere Princeps, dummodo in omnibus finem rectum habeat.*

8 *Præcipuè quæ fiunt in Reipublicæ conservationem.*

9 *Testator potest ex rationabili causa, puta agnationis, omnes religiosos à successione sui fideicommissi perpetuò instituti excludere.*

10 *Testator potest impedire, vel prohibere matrimonium, dummodo id faciat ex rationabili causa, secus si nuptiarum odio.*

11 *Qui Spiritu Dei agit, Temporalia non curat, & omnia bona sæculi despicit.*

12 *Statutum prohibens ingredientibus in Religionem succedere posse, est validum, quia vinculum hoc casu injicitur ante Clericatum.*

13 *Reprobatur* Maschard. *contrarium asserens.*

14 *Statutum excludens fœminas propter masculos, monialem etiam excludit.*

PRæsens dispositio, quæ excludit à successione bonorum paternorum, maternorum, ac ascendentium masculum, & fœminam dedicatum, & dedicatam alicui Monasterio ad favorem aliorum fratrum, ac sororum eorumque liberos, videtur nulla, & omninò invalida, cum nullo modo possint laici statue-
1 re in personas Ecclesiasticas per *tex. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, & ibi *communiter canonistæ de const.* Et à plurimis tale Statutum nullum, ac invalidum
2 omninò reputatum fuit, ut per *Imol. in cap. quod Clericus numer.* 5. *in princip. de fori compet. Actolin. Cæsareg. Tom. IV.*

resol. 77. *num.* 11. *Paul. de Castr. cons.* 462. *numer.* 2. *lib.* 1. *Surd. cons.* 2. *per tot. Cirac. disceptat.* 29. *numer.* 49. *Graff. de effect. Clericor. effect.* 2. *numer.* 1. & *seq. per tot. Crass. de success. §. testamentum quæst.* 36. *num.* 13. *Mascard. de gener. Stat. interpret. conclus.* 8. *num.* 14. & 15. latissimè *Bellet. disquisit. Cleric. par.* 1. *tit. de exempt. Cleric. à Statuto sæculari* §. 3. *numer.* 1. & *seq. per tot. Zacchias de obligat. cam.* q. 2. *num.* 60. *Sperell. decis.* 10. *num.* 1. *Marc. Medices decis. Senens.* 53. *num.* 1. 2. 3. & pluries decisum fuit in *Rot. Rom. dec.* 404. *n.* 16. *par.* 13. *rec.* & coram *Bich. decis.* 272. *num.* 6. & *seq.* & *decis.* 288. *numer.* 36. & *seq.* & *coram Sanctiss. Alex. VII. decis.* 149. *num.* 4. & *seq.*

Et in præcisis terminis Statuti excludentis religiosum à successione, videlicet, quod sit nullum, irritum, ac invalidum *Menoch. cons.* 196. *num.* 32. 33. & 34. & *duobus seq.* ubi de communi dicens, quia 3
hujusmodi Statuta repugnant juri Divino, ac Religioni Christianæ *Alex. cons.* 44. *numer.* 15. *lib.* 5. *Cephal. cons.* 526. *num.* 57. & *seq. usque ad fin. lib.* 4. *Socin. Sen. cons.* 183. *sub num.* 3. *in fin.* & *cons.* 241. *numer.* 2. & *seq. lib.* 2. latè *Bellet. d. loc. cit.* §. 4. *num.* 17. & 18. ubi de communi, & *tit. de bon. Cleric.* §. 21. *num.* 6. & etiam efficitur quis timidior ad in- 4
grediendum Monasterium *Maschard. de Statut. conclus.* 1. *num.* 13. magistraliter *Rot. coram Bich. decis.* 625. *à num.* 16. & *seq. per tot.* ubi rejicit distinctionem, an Statutum inhabilitaverit ad succedendum antè ingressum in Religionem, necne, & *Rot. coram Verospio Maceraten. hæredit. Lunæ* 27. *Maji* 1658. impressa penes *Urceol. consult. lib.* 2. *in appendic. ad cap.* 50. §. & *licet.*

Item ratio est, & communiter assignatur, quia aliàs hujusmodi Statuta de facili retrahere possent filios ab ingressu in Religionem, & ita essent impeditiva vitæ contemplativæ, quæ est melior activæ.

Hæc opinio in statu Ecclesiastico certè communis videtur, & sequuta, nam quasi de proprio ejus interesse agitur, ideoque illam enixè tueri videntur Ecclesiastici. Attamen in jure nostro insubsistens est, 5
sed contraria apud omnia tribunalia, ac Respublicas, & Principes laicos recepta est, & quidem per sua principia considerata utilissima est, ac verissima, & eam sequuti fuerunt *Paul. Æmil. Gallus in tract. de exception. succession. titul.* 4. *exception.* 27. *par.* 2. *num.* 242. & 243. latissime *Scopp. ad Cod. Fabr. lib.* 1. *tit.* 2. *de sacros. Eccles. explanat.* 44. *numer.* 5. *cum pluribus sequentib. Fusar. de substit. quæst.* 429. *numer.* 82. *Honded. cons.* 11. *num.* 37. *lib.* 2. *Laderch. cons.* 133. *Bardelon. cons.* 16. *Gatti cons.* 4. *numer.* 148. *Chassan. ad consuetud. Burgund. rub.* 7. *de success. sub verb. se un bastard. Cardin. de Luc. de Statut. successiou.* §. 11. *numer.* 13. *vers. quidquid sit. Cephal. cons.* 146. *numer.* 26. 27. *Petreir. de man. reg. cap.* 57. *num.* 9. 10. 11. & de simili Statuto Sabaudiæ testatur *Faber in suo Cod. lib.* 1. *tit. de Episc.* & *Cleric. deffin.* 2. *Zasius in l. stipulatus hoc modo ff. de verb. obligat. num.* 38. *Maynard. decis.* 56. *Parlamen. Tholosan. lib.* 5. & *decis.* 25. *eod. lib. sequutus à Curen. resol.* 179. *num.* 2. in simili Statuto, ubi dicit esse pluries judicatum, & sic esse in multis regnis, ac provinciis bene *Peregr. de fideicom. art.* 28. *numer.* 92. in simili pariter Statuto *Carpan. ad Statut. cap.* 284. *numer.* 3. *vers. quod autem Statutum hoc valeat* cum pluribus ab eo cumulatis *de Luc. de success. ab intest. in Catalogo Doctorum, quos enumerat in fine discursus* 5. *num.* 15. ubi inducit *Bald.* & *Butrium*, & *numer.* 32. & *seqq.* ubi ad satietatem *Camer. par.* 1. *var. cap.* 24. *num.* 10. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 2. *numer.* 31. *Boss. de matrimon. cap.* 11. *num.* 685. *quia licet sub num.* 688. dicat contrariam opinionem esse magis piam, attamen concordat hanc nostram opinionem esse veram, & similia Statuta esse valida, ob praxim, & consuetudinem tot Civitatum talia Statuta admittentium, & in terminis Statuti nostri dixit *De Luc. disc.* 28. *de legit. à numer.* 12. probans etiam Statutum posse tollere, ac diminuere legitimam, dummodo tamen filii habeant substentationem vitæ *d. loco à num.* 20. & *seq.* & mens hujusmodi Statuti non est directa in 6
præjudicium religiosorum, in ratione auctoritativa,

seu jurisdictionali, neque in odium status Ecclesiastici, qua mente statuentium data non posset dubitari, quod tale Statutum sit iniquum, ac irritum, sed statuentes habuerunt explicitum, vel implicitum honestum finem, quo in dubio præsumendus, consulendi scilicet conservationi bonorum in domibus, ac familiis non coarctato morientium arbitrio disponendi de eorum bonis, ut talem facultatem concedunt nostri statuentes, quatenus veline ad favorem etiam Religiosorum, & id stat solùm in bona voluntate statuentium, ut hæc omnia, & alia discurrit idem *De Luc. de legit. dicto discurs.* 28. *num.* 15. & ibidem per alias optimas rationes, *& de success. disc.* 5. *num.* 32. *& num.* 103. *cum seq. Camer. var.*
7 *cap.* 24. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 1. Et tota ratio est in fine, qui si licitus est, omnia cum eo potest facere Princeps, qui habet manus liberas ad omne placitum, dummodo sit honestum, & intentione honesta factum, & pro bono publico, & non sit peccatum *Carpan. ad Stat. in prælud. numer.* 490. *Cancer. var. resol. par.* 1. *cap.* 24. *num.* 10.

8 Item altera ratio considerari potest in nostris statuentibus, quod respexerint justam vivendi rationem pro tali approbatam in ipsius Reipublicæ conservationem. Cum igitur objectum sit solùm publicum commodum nec directè opponatur Clericorum immunitati, ut dicit *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 19. *num.* 7. *Medic. decis.* 53. *num.* 19. *& num.* 22. *&* 23. *Cancer. var. par.* 1. *cap.* 24. *num.* 10.

9 Tertiò confirmatur, quia, si quis Testator non ex rationabili odio erga religiosos, seu vitam Ecclesiasticam, exclusionem fecisset Religiosorum à suis bonis, vel fideicommisso, quod in dubio non præsumitur, sed ex ratione honesti finis, vel desiderii conservandi familiam, vel descendentes mediante matrimonio, valet dispositio, & hodiè est receptissima conclusio, ut per *Covar. lib.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 11. *Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *numer.* 25. *cum seq. Torr. de Majorat. par.* 1. *cap.* 30. *num.* 2. ubi etiam in majoratibus *Sanchez in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 15. *num.* 19. *Molin. de Primog. lib.* 1. *cap.* 13. *Gnleot. lib.* 2. *controv.* 59. *late Altograd. cons.* 96. *lib.* 1. *ex num.* 18. ibi innumeros colligit, & hanc opinionem tenuit semper *Rot. & præsertim decis.* 135. *par.* 7. *rec. & decis.* 278. *num.* 10. *par.* 14. *Carill. decis.* 266. *Dunnozet. decis.* 938. *&* 945. *Cels. decis.* 339. *dec.* 163. *num.* 13. *& decis.* 313. *num.* 15. *par.* 10. *recent. Molin. de Hispan. primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 53. *cum seq. Eminent. de Luc. de feud. in disc.* 54. *& Fideicomm. disc.* 63. *num* 4. *& num.* 12. ubi quod etiam sufficit tacita exclusio, quæ resultat ex conjecturis inter quas potens est agnationis contemplatio quamvis communiter videtur ex se non sufficere, ut dicit *ibid. de Luc. & de testam. disc.* 73. *num.* 10. Tantò ergo magis potest id facere Princeps, qui majorem facultatem habet, quam Privatus.

10 Quartò, si Testator impedit matrimonium, seu nuptias, dummodo id faciat ex honesto fine, & rationabili causa, quæ præsumitur, & non odio nuptiarum, tenet dispositio, & conditio, ita latè tradit *De Luc. dicto discurs.* 73. *de Testam. num.* 30. *& seq.*

Neque in contrarium urget dicta ratio, quod assignent aliqui videlicet aversionis, quam inducunt
11 in ingredientibus in Religionem, à vita Ecclesiastica, attamen ex probabiliori, magisque recepto forensium sensu ista ratio considerabilis non est, quoniam quæ spiritu Dei aguntur ab hujusmodi temporalibus non pendent, neque ille, qui ex divina inspiratione, seu vocatione hanc meliorem partem eligere determinat, retrahendus est à cogitatione hujusmodi temporalitatum, à quibus omnibus alienum ita se reddit, earumque incapacem se facit, undè propterea commodum non est proprium, sed communitatis, vel Religionis, ut dicit *De Luc. de legit. disc.* 28. *num.* 19. *& Cancer. var. cap.* 24. *num.* 26. *lib.* 1. *Covarr. in cap. quamvis punctum* 3. *par. num.* 4. *vers. tertia ratio. Acholin. resol.* 79. *num.* 34.

12 Si verò Statutum loqueretur de ingredientibus monasterium, & non de ingressa, seu dedicata tenent Doctores, & est magis vera, quod tunc valeat Statutum, quia injecerit vinculum ante Clericatum, seu ingressum, ut per *Carol. de Grass. de effect. Cleric. eff.* 2. *num.* 121. *&* 122. *Bart. in l. fin. C. de pact. & ibi Bald. numer.* 14. *vers. item faciunt* quos sequutus fuit *Sintagm. jur. commun. opinion. de Magistrat. & univers. Princip. moderat. loco* 2. *tit.* 8. *cap.* 7. *fol. mihi* 167. *De Luc. de succession. in catalogo Doctorum, quos enumerat in fin. disc.* 5. *num.* 15. *ubi inducit Bald. & Bart. & numer.* 29. *&* 32. & faciunt ea, quæ dixi suprà quibus addo *Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 198. licet contrarium tenuit *Mascard. de Statut. concl.* 1. 13
num. 15. *& Lap. in addit. lit. O. verb. precedit Monachatum.*

Tanto magis, quando Statutum fœminas simpli- 14
citer excludit propter masculos, quia quamvis postea fiat Monialis, attamen semper dicitur exclusa à statuentibus, quia alia ratione fuit facta exclusio, quam monialitatis, ità tenent communiter, & sine dubio Doctores, & latissimè *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 284. *numer.* 3. *vers. quæ opinio tantò magis, Hodiern. consult. for. cap.* 7. *Brun. de Stat. art.* 6. *numer.* 202. *Surd. cons.* 192. *Thesaur. lib.* 2. *quæst. for. quæst.* 3. *Lap. allegat.* 101. *num.* 26. *& ibi Addent. Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 197. *Carol. de Graff. de effect. Cleric. eff.* 2. *num.* 269. *& seq. Bursat. cons.* 93. *num.* 39. *& seq. lib.* 1. *& latè per D. de Luc. discurs.* 5. *de success.*

ADDITIO.

Super hoc nostro Statuto scripsit copiosè *Joannes Torr. var. quæst. tom.* 3. *fol.* 111. *quæst.* 57. ubi pluries me citat, & prius *lib.* 2. *quæst.* 6. *fol.* 30.

SUMMARIUM.

1 *PArticipium præteriti temporis resolvitur in relativum sui temporis, & sic dedicatus denotat dedicationem factam.*
2 *Statutum nostrum in §. Masculus loquitur de professis non verò de novitiis.*
Ampliatur conclusio circa Jesuitas, qui ad instar Cappuccinorum sunt incapaces successionum numer. 64.
3 *Professio regularis facit dedicationem.*
4 *Nulliter professi, non sunt verè dedicati, sed sæculares.*
5 *Jesuita dicuntur verè Religiosi, licet solum vota biennii emiserint.*
6 *Licet habeant dominium, ac proprietatem suarum rerum, secus verò quoad usum, ac administrationem.*
7 *Et dimitti possint ex Religione ex causa, & contrahere posteà matrimonium, nisi sint adhuc Sacerdotes.*
8 *Jesuita non sortiuntur naturam aliorum Religiosorum, ideoque non licet ab aliis regularibus ad istos arguere.*
9 *Jesuita licet emiserint tria vota simplicia retinent beneficia, & pensiones ad differentiam aliorum regularium.*
10 *Et retinere possunt omnia alia bona, donec superiori aliter videatur, aut vota Coadjutorum formatorum, seu solemnem professionem emittant.*
11 *Jesuitæ, qui tantum vota biennii emiserunt, dicuntur semper in probatione, & in statu pendenti, donec solemniter profiteantur.*
12 *Jesuita non excluduntur à successione, quia verè non dicuntur dedicati.*
13 *Qui est in probatione tendit solum ad se dedicandum.*
14 *Statutum excludens ingressos in Religionem intelligitur de professis.*
15 *Authoris cultus, ac affectio erga Ven. Soc. Jesus.*
16 *Statutum nostrum excludit etiam à successione Jesuitas, qui biennii vota solum emiserint, quia sunt verè professi.*
17 *Jesuitæ dicuntur verè professi, & dedicati, ex eo quod non possunt ipsi ex se à Religione exire sine Apostasiæ labe.*
18 *Jesuitæ quoad se ipsos non dicuntur in statu pendenti, secus quoad Præpositum Generalem,*

qui

qui ex juſtis cauſis poteſt illos foras emittere.

19 *Quia ſunt reſpectu ipſorum ſolemniter profeſſi.*

20 *Facultas, quam habet Præpoſitus Generalis, Jeſuitas emittendi non operatur, quin Jeſuitæ non ſint verè Religioſi, ſicut cæteri Religioſi.*

21 *Jeſuitæ Scholares æquiparantur ſervis, qui manumitti poſſunt, ſed ſe manumittere non poſſunt.*

22 *Contractus cum facultate redimendi eſt verè contractus, perpetuus, & non temporalis.*

23 *Jeſuita per quartum votum non denuò dedicantur Religioni.*

24 *Jeſuita per quartum votum ſe ponunt in ſtatu non poſſe dimitti à Præpoſito Generali, & non operatur dictum quartum votum novam Religionis profeſſionem ex parte Religioſi.*

25 *Declaratur* Carzn. in reſol. 179.

26 *Jeſuitæ poſſunt retinere penſiones, acquirere, ſuccedere, & in hoc differunt ab aliis Religioſis, ſecus quoad alia.*

27 *A Civibus divitibus honor Reipublicæ conſervatur.*

28 *Equites Hieroſolymitani excluduntur à ſucceſſione per noſtrum Statutum, quia ſunt verè Religioſi.*

29 *Equites S. Jacobi Hiſpaniæ, Calatrabæ, Alcantara, & ſimiles non ſunt verè Religioſi, idcòque non excluduntur.*

30 *Regulares facti Epiſcopi, vel Cardinales excluduntur à ſucceſſione, quia remanent ſemper regulares, ac Religioſi.*

31 *Sacerdotes Divi Philippi Nerii non ſunt Religioſi.*

32 *Quando Jeſuita redivit ad ſtatum ſæcularem non eſt amplius Religioſus, & poteſt ſuccedere.*

33 *Dimiſſus à Religione liberatur ab ejus vinculo, & ab omnibus votis.*

34 *In ſucceſſionibus attenditur ſolùm tempus delatæ hæreditatis.*

35 *Novitii ſunt ſæculares.*

36 *Licèt gaudeant privilegiis fori Eccleſiaſtici.*

37 *Jeſuitæ ad ſæculum redeuntes non poſſunt de rigore recuperare bona donata fratribus, vel cuilibet alio.*

38 *Si aliquis abſolutus per Papam ſit à votis, non poteſt recuperare bona donata, vel renunciata.*

39 *Niſi Papa de poteſtate ad id quoque habilitaret.*

40 *Reſtringe tamen ad bona in ſuo ſtatu exiſtentia, quia habilitatio extra ſuum Territorium nihil operaretur.*

41 *Quod effectum habuit conſummatum, non eſt amplius reſcindendum.*

42 *Et quæ utiliter ſemel facta fuerunt, durant ſemper, licèt caſus contigerit, quo incipere non potuiſſet.*

43 *Quando effectus eſt conſummatus ceſſante cauſa non debet ceſſare effectus.*

44 *Jus quæſitum alicui ex cauſa exiſtente, licet cauſa deficiat, jus tamen illud quæſitum durat.*

45 *Succeſſio ex parte Præpoſiti Generalis Jeſuitarum habentis facultatem emittendi foras ſuos Religioſos non debet manere in ſuſpenſo.*

46 *Laudatur Alvarez Pegas J. C. Ulyſſiponenſis.*

47 *Jeſuita poſt tria vota emiſſa à Religione egreſſus recuperat de æquitate bona ab eo donata.*

48 *Filius ab aſcendente materno adoptatus, licet poſtea ab eo emancipetur, ſuccedit ex æquitate in bonis dicti Avi, quando non poteſt in bonis Patris ſui naturalis amplius ſuccedere.*

49 *Jeſuita egreſſus à Religione non ex juſta cauſa non liberatur à voto.*

50 *Referuntur duæ opiniones contrariæ, una affirmans Jeſuitam non poſſe recuperare bona fideicommiſſi, & ſimilia jam alteri acquiſita, altera negans.*

51 *Clericus minorum ordinum incapax ſucceſſionis, ſi ſtatim habitum dimittat, poteſt ſuccedere in feudo.*

52 *Jeſuita non poteſt recuperare bona, quæ aliis acquiſita fuerunt propter ſuum ingreſſum.*

53 *Exiſtente inſucceſſibili primo ſucceſſore, proximior admittitur irrevocabiliter.*

54 *Differentia notatur, quæ intercedit inter Clericos Ordinum Minorum, & Jeſuitas trium votorum.*

55 *Clericus Ordinum Minorum, ſi ſtatim non dimittat habitum, & feudum apprehendat, alius immediatus ſucceſſor in eo ſuccedit.*

56 *Si Clericus Minorum ordinum poſt devolutionem feudi acceptat aliquod beneficium, intelligitur per eum renunciaſſe feudi ſucceſſioni, & alius ſucceſſor admittitur.*

57 *Si de tempore apertæ ſucceſſionis aliquis reperiatur Clericus Minorum Ordinum, ſufficit, ad hoc ut poſſit ſuccedere, quod habitum ſubito dimittat.*

58 *Excluſio, vel incluſio alicujus feudi, fideicommiſſi &c. attenditur ſolum de tempore apertæ ſucceſſionis.*

59 *Jeſuita non poteſt recuperare bona, quæ poſt ſuum ingreſſum, ac profeſſionem trium votorum acquiſita fuere aliis.*

60 *Emancipatio facta ab Avo materno filio adoptivo non retrotrahitur, ad hoc ut iſte filius recuperet hæreditatem Patris naturalis, alteri medio tempore acquiſitam.*

61 *Jeſuita non poteſt recuperare bona paterna pro ſua portione, in quibus alter frater poſt ingreſſum dicti Jeſuitæ acquiſivit.*

62 *Hæreditas aliquando poteſt ſtare in ſuſpenſo.*

63 *Explica haberè locum in fideicommiſſis habentibus tractum ſucceſſivum, ſecus in momentaneis ſucceſſionibus.*

DEDICATUS) Certè, cum ſit participium præ- 1
teriti temporis denotat dedicationem factam,
ſeu profeſſionem emanatam, & reſolvitur in relati-
vum ſui temporis, itaut dicat, qui ſe dedicavit, ut
per *Barboſ. in Auth. ingreſſi n.3. & 10. de Sacroſanct.*
Eccleſ. Gutierez Canon. quæſt. lib. 2. cap. 1. num. 21.
Paul. Æmil. Gall. de exception. cit. 4. except. 27. n. 143.
Menoch. conſ. 711. num. 2. 3. & 4. & actum conſum-
matum ad *text. in l. 1. §. fin. verſ. nam ſtatuit ff.*
quod quiſque jur. Menoch. conſ. 761. num 10. & 11.
Thuſc. concluſ. 101. num. 2. lit. P. & in terminis par-
ticipii inducti à Statuto *Rot. coram Gregor. XV. de-*
ciſ. 117. numer. 2. & latè *Terr. var. quæſt. tom. 3.*
Miſcellan. part. 2. quæſt. 57. tit. 12. fol. 111. & prius
tom. 2. quæſt. 6. fol. 30.

Et ſic videtur quod Statutum noſtrum loquitur 2
de profeſſis, ac dedicatis, non verò de novitiis qui
adhuc ſunt in anno probationis, quia ingreſſus in
Monaſterium ante profeſſionem non dicitur Mona-
chus, nec efficitur de corpore Monaſterii *cap. porre-*
ctum de regul. Bart. & alii in Auth. ſi qua mulier ubi
Jaſon. n. 39. de Sacroſanct. Eccleſ. Soccin. jun. conſ. 48.
num. 22. lib. 4. Riminald. jun. conſ. 85. num. 32. Hon-
ded. conſ. 94. numer. 5. Tiraquell. de retract. lignager.
§. 1. gloſs. 8. ſed ſolùm regularis profeſſio facit ingreſ- 3
ſum, & ingreſſum, aliter diceretur ſæcularis *cap. ex*
parte de regul. cap. quia ingredientibus, ubi Joann.
Imol. de teſtament. Bald. conſ. 197. in fin. lib. 5. Ti-
raquel. dict. gloſſ. 8. ante num. 29. & per ea quæ tra-
dit *Torr. de Majorat. Italiæ cap. 30. §. 5. num. 104.*
& ſeq. lib. 1. Rocc. cap. 194. numer. 51. neque loqui- 4
tur Statutum noſtrum de profeſſis nulliter in Reli-
gione, quia iſti non ſunt verè profeſſi, ſed ſæculares
Rocca Epiſcop. Iſclan. cap. 194. num. 52. Card. de Luc.
de renunciat. diſc. 17. n. 4.

Ex his igitur patet quod Jeſuita, licèt emiſerit tria
vota ſimplicia tantùm, adhuc non videtur dedicatus
alicui Monaſterio, quia indiget quarto, & ultimo
voto, quod verè profeſſum illum facit.

Nam licèt hujuſmodi Jeſuitæ verè, & propriè Re- 5
ligioſi dicantur, ut definivit Munificentiſſimus So-
cietatis Jeſu Benefactor Sanct. Memor Gregor. XIII.
in ſua Conſtitutione incipient. Quantò fructuoſius ſub
dat. Romæ Kalend. Febr. 1582. *Ricial. de jur. perſo-*
nar. lib. 8. cap. 9. numer. 2. verſ. fatendum, Rot. co-
ram Martin. Andrea deciſ. 78. n. 2. Oter. part. 1. q. 9.
num. 5.

6 num. 5. ubi quod Jesuitæ scholares, videlicet, qui solùm emiserunt, vota post biennium, habeant dominium, ac proprietatem suarum rerum, secus verò quoad usum, & administrationem, & possint di-
7 mitti ex religione ex causa, & contrahere matrimonium, si adhuc non sint Sacerdotes, ut tradit *Eman. Roder. 3. tom. quæst. 1. art. 6. & 1. tom. quæst. 1. art. 3.* ex Bulla Gregorii XIII. quæ extat manuscripta in Compendio Societatis, attamen eum hoc faciant ex authoritate Summi Pontificis, ideo non debent perdere nomen Religiosorum, ut ita eos canonizavit Bulla prædicti Gregorii XIII. & ita debemus illos sine dubio tanquam Religiosos habere. *Oter. dicta quæst. 9. num. 9.* quem refert, & sequitur *Cutel. de donat. disc. 2. particul. 4. num. 7. Buratt. decis. 39. num. 10. coram Bich. decis. 52. num. 5. & coram Octobon. decis. 3. numer. 31. Vivian. de jur. patronat. part. 2. lib. 5. cap. 5. numer. 164. vers. quamvis enim scripti.*

8 Tamen isti Religiosi non sortiuntur naturam aliorum Religiosorum, ideoque non licet ab aliis regularibus ad istos arguere *Martin. Andrea decis. 78. n. 19. Rot. coram Bich. dicta decis. 52. n. 8. Vivian. de jur. patronat. part. 2. lib. 5. cap. 5. num. 164. vers. hinc facile*, ubi dicit quod hoc est speciale, ac diversum ab aliis regularibus *Vasq. in par. 2. tom. 2. disputat. 165. num. 104. in fin. Garzia de benefic. part. 7. cap. 10. num. 62.*

9 Hinc est quod Jesuitæ, postquam emiserint tria vota simplicia, retinent beneficia, & pensiones ad differentiam aliorum regularium *Riciull. de jur. personar. lib. 8. cap. 9. sub num. 1. Addent. ad Buratt. decis. 39. num. 10. Rot. coram Andrea dicta decis. 78. per tot. Rot. coram Bichio decis. 52. num. 6. Vivian. de jur. patron. par. 2. lib. 5. cap. 5. num. 164. vers. quod autem Religiosis, Caren. resol. 179. num. 8.* late *Torr. de Pact. futur. success. cap. 25. num. 99. Posthum. resolut. 141. Bertachin. vot. 52.*

10 Sicut etiam possunt acquirere, & retinere bona, donec superiori aliter videatur, aut vota condjutorum formatorum, seu solemnem professionem emittant ut expresse disponitur in *Constit. Greg. XIII. incipient. Ascendente Domino, & in Constitut. Societat. part. 4. cap. 4. add. ad Buratt. decis. 39. num. 10. Bich. dicta decis. 52. num. 5. & seq. & decis. 625. num. 2. & decis. 3. num. 31. coram Octobon. nunc Sanctiss. memor. Alex. VIII.*

11 Et fortiùs, quia Jesuitæ, qui tantum vota biennii emiserunt, donec in Religione solemniter profiteantur semper dicuntur esse in probatione, & in statu pendenti, ita ut sint sicut novitii, & non in statu certo, ut habetur in *Constitut. Societat. part. 4. cap. 4. in declarat. sub lit. E. in fin. part. 5. cap. 2. & part. 10. num. 7. vers. non enim alii. Bertachin. vot. 52. Sanlezer. quæst. benef. part. 3. cap. 191.* & firmat *Rot. coram Martin. Andrea in sæpè citata decis. 78. n. 17. & coram Bich. dicta decis. 52. num. 8. Vivian. de jur. patron. part. 2. lib. 5. cap. 5. num. 164. vers. quibus opti-*
12 *mo*, & in puncto similis nostri Statuti excludentis à successione mortuos civiliter, quod non includantur Jesuitæ, quia sunt in statu probationis ante ultimum, seu quartum votum *Caren. resol. 179. num. 5.*

13 Qui autem est in probatione non potest dici dedicatus in monasterio, cum adhuc sæculo non renunciaverit, sed solùm tendit ad se dedicandum, nempè ad profitendum, ut benè ponderat *Reverendiss. Fagn. in 2. lib. Decret. in cap. in præsentia n. 101. de probat.*

Item Statutum nostrum simili verbo loquitur de fœmina, sicut de masculo ibi *masculus, vel fœmina dedicatus, vel dedicata* de fœmina indubitatum est, quod intendit de professa, ergo etiam de masculo.

14 Ex his igitur clarè videtur quod Jesuita simplex solùm se tendit ad dedicandum, & profitendum, sed adhuc non est dedicatus, neque professus, quia aliud est velle se dedicare, aliud esse dedicatus, ut eleganter in nostris terminis de consimili Statuto Ferrariensi excludente à successione volentes ingredi in religiones ratiocinatur *Cephal. cons. 526. n. 61. 62. 63. & duobus seq. lib. 4.*

15 Hæc verè omnia de Jesuitis mihi non placent, non ex eo forsan, quod dictam Religionem altè non diligam non solùm ob ejus excellentiam in virtutibus, pietatem in operibus omnibus ac modestiam, vitæque exemplaritatem, sed etiam, quia ab ea mores Christianos, disciplinam, & studia mea omnia, ac doctrinam usque ab incunabulis, ut ferè dicam, habui, ideòque pro tanti beneficii remuneratione quasi teneor illam defendere, & æterno amore prosequi, & ita ingenuè fateor, adeout in præsens non possum ab ejus uberibus labia removere, & ejus collegia, domusque non frequentare.

Sed quia ea, quæ vera sentio dicere debeo, & veritatem solùm amamus, ob id igitur solùm contrariam opinionem sequar pro rationibus modò transcribendis.

Tota enim vis exclusionis hujusmodi Religiosorum debet esse in verbis Statuti, quæ si appropriantur certè debet habere locum dispositio, quia ubi verba conveniunt quoque dispositio convenire debet ex vulgaris Juribus. Statutum enim nostrum loquitur de 16
dedicatis in aliquo Monasterio, quæ verba hoc idem sonant de dedicatis alicui Religioni, ideòque cum verè sint Religiosi Jesuitæ, qui non emiserunt ultimum votum, ut probavi suprà, per authoritates, eorumque constitutiones, ac Bullam Pontificis Gregorii XIII. & per Doctores ibidem allegatos. Ergo si verè dicuntur Religiosi, sunt verè dicati Religioni, seu Monasterio, sine quo non potest stare Religio.

Et quidem verum est, quod hujusmodi Jesuitæ di- 17
cuntur dedicati, & professi, quia non possunt ex se à Religione exire, seu Monasterio, alias dicerentur veri Apostatæ, nam ipsi sunt perpetuò obligati, & uti tales coerceri possunt dixit *Rot. coram Burat. decis. 39. num. 10. sive ad eam Addent. lit. B. Marius Cutellus de donat. disc. 2. partic. 4. Hieronym. Fernandez. Oter. quæst. 9. num. 7. part. 1. Vivian. de Jur. Patron. part. 2. lib. 5. cap. 5. num. 164. vers. alterius hac emisso, & decis. 78. coram Martin. Andrea Actolin. resol. 77. num. 2. Posth. resol. 140. num. 33. & seq. Pignatell. consult. 92. n. 9. & 66. tom. 10. & Censal. ad Peregr. art. 28. in fin. & Pegaz. in terminis nostris de Majorat. cap. 18. num. 73.* omninò videndus. Et D. Joann. Baptista Grutta J. C. magni nominis, & Collega meus in una allegatione typis edita in causa M. Philippi Mariæ Cattanei, contra M. Dominicum Cattaneum incipiente *Egit M. Philippus Maria Cattaneus fol. 17. vers. circa tertium, & vers. seq.* ubi quod substitutus in casu alicujus ingressi in Religionem venit ad successionem, si institutus ingressus est in Religionem Jesuitarum, in qua vota tria solùm emiserit.

Neque obstat, quod dicantur in statu pendenti, & non certo, & semper in probatione.

Quia respondetur cum distinctione, quoad ipsos 18
Jesuitas simplices non est verum. Ipsi etenim verè dicuntur dicati, obligati perpetuò, prout omnes regulares Monasterio, ac Religioni, & si egrederentur, ut dixi, sunt veri Apostatæ, prout tales coerceri possunt, secus verò quoad Reverendissimum Patrem Generalem prædictæ Ven. Societatis, quia retinet in ea facultatem illam dedicationem revocandi, & ex causis justis eos dimittendi, ut ita affirmant *Pegaz. dicto loc. citat. & decis. coram Burat. 39. numer. 10. Oter. part. 1. quæst. 9. num. 7. Cutell. de donat. disc. 2. partic. 4. num. 9. Vivian. dict. tract. & loc. suprà allegat. & Rot. coram Andrea dicta decis. 78. De Luc. de renunciat. disc. 17. num. 6.* & quoad ipsos sunt so- 19
lemniter professi *Cutell. d. loc. num. 15. vers. nec facit Pegaz. d. loc. & num. 66. & seq.*

Cum igitur Statutum nostrum loquatur de dedi- an
catie alicui Monasterio in genere, si isti sunt verè dedicati, quia perpetuò sunt obligati Religioni, verè loquitur de eis dispositio; facultas enim concessa Præposito Generali revocandi hanc suam dedicationem, & foras emittendi non operatur, quod non sit vera dedicatio, quia illud est accidens, & non immutatur eorum conditio, ut ratiocinatur *Cutell. dict. loco num. 10. cum authoritate Honded. cons. 62. num. 47. & 48. lib. 1.* & isti Jesuitæ scholares assi- 21
milantur servis, qui licèt possint manumitti à Dominis, tamen non desinunt esse verè servi, ita, quamvis Præpositus Generalis habeat authoritatem hujusmodi dedicatos emittendi non desinunt ex parte sua esse dedicati, sicut dicimus de contractu consen- 22
sue,

ſus, qui non per hoc deſinit eſſe contractus, neque dicitur temporalis, ex quo venditori facultas eſt permiſſa illum quandocumque redimere, quia ſufficit ad perpetuitatem contractus quòd ſit perpetuus ex parte ementis *Argum. l. ſufficit*, ubi notat *Jaſ. numer. 2. ff. de condit. indebit. l. juris peritos 23. ff. excuſat. Tutor. gloſſ. 1. in cap. fin. in verb. perpetuos, ubi Gemin. num. 8. de reſcript. in 6. Bonius de Cenſ. artic. 14. num. 32. & artic. 15. num. 38. Ruin. conſ. 82. num. 2. lib. 2. Decian. conſ. 59. num. 10. lib. 1. Cenc. de Cenſ. cap. 1. quæſt. 1. art. 2. part. 1. à num. 2.*

23 Ideòque perſuadere nos debemus, quod non per quartum votum Jeſuitæ dedicantur Religioni, quia jam ex eorum parte regulares, & ſolemniter profeſſi ſunt antè quartum votum *Enrich. in ſumm. libr. 2. cap. 5. §. 5. & 6. Valenz. tom. 4. diſputat. 10. quæſt. 5. punct. 3. Cutell. de donat. diſc. 2. particul. 4.*
24 *num. 15. & 32.* Sed quia per quartum votum emiſſum (quod non eſt in rei veritate nova profeſſio, ſed eadem ſolemnior) facultas in Præpoſito Generali expirat emittendi à Religione Jeſuitæ, ſeu revocandi eorum dedicationem, ſicut in vendente operatur pactum retrovenditionis temporale, & in hoc eſt ſallentia, quæ à paucis dignoſcitur, & hinc procedit, quod dicitur Jeſuitas eſſe in probatione uſque ad quartum votum, ſed verè non ſunt, aſſimilantur in aliquo effectu novitiis tantùm, ſed non ideo debent dici iidem cum Novitiis, & in ſummum advertere ſemper debetis, quod hæc ſolemnitas votorum, quæ apud Jeſuitas dicitur quartum votum, non operatur novam profeſſionem in Jeſuitis, ſed ſolum ex parte acceptantis, ut amplius liberè non poſſit à Monaſterio eos dimittere *Ant. a S. Spiritu tract. 3. diſp. 1. num. 83. 84. & 85.*

Item Papa, qui ſemper habet facultatem emittendi à Monaſterio quemlibet ex Religioſis, ideoque omnes Religioſi debent dici non dedicati Monaſterio, & in ſtatu pendenti? quia Papa habet hanc facultatem, idem omnino debemus concludere in Jeſuitis, licèt Præpoſitus Generalis habeat talem poteſtatem à Papa conceſſam ad tempus ejiciendi ſuos Jeſuitas ex juſtis cauſis.

25 Nec obſtat authoritas *Caren. dicta reſol. 179.* ad favorem Jeſuitæ, quia primo ejus rationes non ſunt in jure firmæ, & refutantur, ut modo dicam, ſed in omnem caſum ſumus in diverſis terminis, nam *Caren.* loquitur in Statuto Mediolanenſi, quod excludit à ſucceſſione mortuos civiliter, & quia hujuſmodi mortui civiliter debent in omnibus mortuis naturaliter æquiparari, ideoque cum Jeſuitæ poſſint ex voluntate Præpoſiti Generalis redire ad ſæculum, non poſſunt dici mortui civiliter antè profeſſionem ſolemnem, niſi ea ſequuta *Cutell. de donat. diſc. 2. partic. 4. num. 5.* Sed præſens Statutum noſtrum loquitur de dedicatis alicui Monaſterio, quòd verè de Jeſuitis poſt emiſſionem votorum ſimplicium prædicatur, quia veriſſimè ipſi ſe dedicant, ut dixi Religioni, quod per noſtrum Statutum ſatis eſt.

26 Ad ea enim, quæ dicebantur, quod non licet arguere ab aliis regularibus reſpondeo, quod verum eſt circa ea ſolum, quæ permittuntur ab eorum Conſtitutionibus, ut ſcilicet penſiones retinere, & acquirere, quia in iſtis accidentalibus ſunt diverſi ab aliis regularibus, ſecùs verò quoad alia omnia, quia habentur tanquam omnes alii veri regulares profeſſi *Vivian. part. 2. lib. 5. cap. 5. numer. 164. verſ. hinc facile patet, & Rota coram Andrea decis. 78. & Bich. decis. 52. num. 8.* ubi dicit quod ad effectum prædictum retinendi, acquirendi dicuntur ſolùm diverſi ab aliis regularibus, & idem videtur affirmare D. Joann. Baptiſta Gritta Collega meus doctiſſimus in dicta allegatione volanti typis edita incipiente *Egie M. Philippus Maria Cattaneus fol. 18. verſ. Doctrina autem.*

Et quidem hæc noſtra opinio ſequenda eſt, aliter ſtatuentium mens deciperetur, quæ eorum fuit, ne bona ad aliquam Religionem perveniant, ſed remaneant apud fratres, ſorores, ut familiæ conſerventur,
27 ac Reſpublica ſemper magis vigeat civibus divitibus, ex quibus ſolum honor, & bonum publicum, ac commodum conſervatur, & dependet *Boſcol. poſt Cardinal. de Luc. de feud. art. 2. n. 154. & ſeq. Achil. Padroch. conſ. 38. num. 126. & ſeq. Knipſchil. de fideicomm. cap. 7. num. 4.*

Ex his benè infertur, quod etiam excluduntur à 28
ſucceſſione per Statutum noſtrum equites Hieroſolymitani, quia verè per tria vota ſolemnia ſe dedicant Religioni, & dicuntur verè Religioſi, ut latè probat *Hieronym. Fernand. Oter. part. 1. quæſt. 10. a n. 1. uſque ad 5. Caccheran. decis. 27. numer. 18. Ludoviſ. decis. 87. numer. 2. & 13. & decis. 109. num. 1.* & alia, quæ ad veros Religioſos pertinent, ipſis etiam competere, ut tenet *Cord. in ſumm. quæſt. 148. & & 278. in fin. Navarr. de regul. lib. 3. conſ. 21. & tit. de converſ. conjug. concluſ. 1. Paulut. diſſert. 36. artic. 2. n. 12. & Sot. lib. 7. de juſt. & jur. quæſt. 5. artic. 3. verſ. ex his ergo militum*, & verè habent ſuum Conventum, & dicuntur fratres, ut per verba Bullæ Pii IV. *& Sot. dicto loco*, & in puncto quod intelliguntur excluſi à Statuto excludente Religioſos *Oter. q. 38. n. 9. part. 2. Torr. de Majorat. lib. 1. cap. 30. num. 118. De Luc. de feud. in ſupplem. ad diſcurſ. 16. Pereir. in Elucid. Theolog. libr. 2. Elucid. 20. n. 1363. Scopp. ad Fabr. in Cod. de Epiſc. & Cler. explan. 27.*

De aliis verò equitibus S. Jacobi Hiſpaniæ, Ca- 29
latrabæ, Alcantaræ, & ſimiles de quibus *Valdaur. obſerv. 55. num. 18. & ſeq. part. 2.* qui poſſunt matrimonio copulari non loquor, quia ſub hoc Statuto certè non poſſunt eſſe comprehenſi, quia Statutum noſtrum loquitur ſimpliciter de dedicatis alicui Monaſterio, videlicet de dedicatis cum omnibus tribus votis, & non verò de partim dedicatis, & partim non, & qui neque habeant conventum, ideòque cum non dicantur verè, ac ſimpliciter, vel propriè religioſi, ut teſtatur *Sot. de juſtit. & jur. lib. 7. quæſt. 5. verſ. tertium autem argumentum, uſque ad verſ. ex his ergo militum, Oterus part. 1. quæſt. 10. num. 10. & quæſt. 11. num. 7. Bertachin. vot. 88. numer. 35. Pereir. in Elucid. Theolog. lib. 2. Elucid.* an. *num. 1363.* non comprehenduntur in Statuto loquente ſolùm de veris propriis, & ſimpliciter dedicatis, ſcilicet veris Religioſis, & non de caſu ficto, ac mixto, in terminis dictus *Fernandez. Oter. dicta quæſt. 38. n. 9. part. 2. Torr. de Majorat. Ital. cap. 3. lib. 1. num. 121.*

Religioſi verò, ſeu Regulares, qui facti Cardina- 30
les, vel Epiſcopi, vel in ſimili dignitate conſtituti fuerunt, excluduntur à ſucceſſione per hoc Statutum noſtrum, quia licet ab obedientiæ voto interim liberentur, adhuc dubitari non poteſt; quin non ſint veri Religioſi, nam ſemper retinent alia vota Religionis *Rovit. decis. 10. Marin. reſol. 185. num. 4. lib. 2. Torr. de Majorat. Ital. cap. 30. num. 129. De Luc. de renunciat. diſc. 17. n. 10.*

E contra non includuntur ſub hoc Statuto Sacer- 31
dotes Oratorii Divi Philippi Nerii, quia nullo modo ſunt Regulares, neque alicui Religioni, ſeu Monaſterio dicati, ſed ſimplices Clerici congregatim viventes *Spad. conſ. 143. num. 2.*

Quarto modo, ſi de tempore ſucceſſionis Jeſuita eſſet à Religione emiſſus, an dicatur amplius dedicatus, itaut non poſſit ſuccedere, vel ſi de tempore ſucceſſionis eſſet adhuc Jeſuita, & poſtea emiſſus, an recuperabit bona ad alium fratrem, ſeu ſororem perventa.

Circa primam quæſtionem reſpondeo negativè, 32
quia quando Jeſuita eſt ejectus à Societate reſolvitur ejus dedicatio, ſicut contractus per redemptionem venditoris intra tempus præfixum à contrahentibus, itaque non poteſt amplius Jeſuita dici dedicatus, & id patet ſenſibus, ſine aliqua authoritate, & argumento, aliter eſſet imbecillitas intellectus rationem quærere, ubi ratio clara nos perſuadet, & ſimiliter ſervus manumiſſus amplius non dicitur ſervus, & filius emancipatus, amplius non dicitur ſub patria
poteſtate; Itaque qui emittitur à religione, liberatur 33
ab ejus vinculo, *Bich. decis. 52. num. 11.* & ab omnibus votis *Cutell. de donat. diſc. 2. partic. 4. num. 14. P. Rinbendiner. è Soc. Jeſ. Inſtit. cap. 17. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 6. quæſt. 2. in fin.* ideoque, cum non ſit de tempore ſucceſſionis amplius Reli-
gioſus, ac dedicatus, non eſt comprehenſus ſub hoc 34
Statuto, quia in ſucceſſionibus ſolùm attenditur tempus

pus

pus delatæ successionis l. si cognatus ff. rebus dubiis
Alb. conf. 106. num. 12. Menoch. conf. 828. num. 33.
Surd. decis. 20. num. 8. cum aliis relatis per Giurb.
de success. feud. §. 2. gloss. 4 num. 3. & seq. Dec. conf.
265. num. 2. Marian. Socin. conf. 2. à num. 3. lib. 2.
Roman. conf. 442. Corn. conf. 314. num. 7. lib. 4. Bart.
conf. 31. Mesa resol. cap. 28. n. 15. lib 2. & Cutell.
dicit, quod hoc in casu nullam habet difficultatem
præsens quæstio in dicto tract. de donat. disc. 2. par-
tic. 4. n. 31. vers. & licet.

Secunda quæstio proposita est difficilioris resolutio-
nis, & quidem non parvo studio ad istam animum
revocavi, quia utilitatis summæ est pro familiis, ac
domibus paternis, quæ sæpè molestantur ex istis e-
gressibus Jesuitarum cum novis prætensionibus, quæ
parum, aut nihil subsistunt, non alloquor enim
de Jesuitis novitiis, quia circa eos nulla adest dispu-
35 tatio, quia ut dixi novitii habentur prout sæcula-
res, & nullo modo dicuntur Monachi, ideoque bene
retinent usque ad professionem feudum Torr. de Ma-
36 jorat. Ital. cap. 30. §. 5. à num. 103. & seq. licèt gau-
deant privilegiis fori Ecclesiastici, quia id est ad di-
versos effectus, ac respectus, ut tenuit Sperell. de-
cis. 16. per tot.

Discursum sane facio de Jesuitis professis per vo-
ta simplicia tantum, sive ut dicunt biennii, utrum
quæ bona post egressum recipiant, vel recipere pos-
sint in bonis paternis, & in præsenti dispositione
statutaria resolvendum quid sit, & duo casus distin-
guendi sunt.

37 Aut agimus de bonis donatis ab hujusmodi Jesui-
tis eorum fratribus, vel consanguineis, seu extra-
neo, vel cuilibet. Vere, & de rigore non possunt
amplius illa petere, quia cum sint verè Religiosi pro-
fessi, ideoque effectus causæ donationis est consum-
matus, & perfectus, & ob id consolidatum fuerit
irrevocabiliter dominium rerum in donatariis, ideo-
que non potest ab eis tolli, ut dicit Cutell. de do-
nat. part. 1. disc. 2. partic. 4. num. 14. Bertachin. vot.
170. & faciunt ea, quæ latissimè differit more suo
eruditissimus Hieronym. Rocca Episc. Isclan. cap. 194
38 per tot. itaque si Papa dispensaret alicui Religioso
gratiosa cum absolutione votorum non recuperaret
bona alienata, sive donata aliis, Carol. de Graff. de
effect. Cleric. effect. 4. numer. 102. & 104. Mart. de
success. legal. part. 3. quæst. 13. artic. 2. numer. 10. cum
seq. Honded. conf. 62. num. 47. & 48. lib. 1. & latius
Episcop. Isclanus cap. 194. num. 67. & Cutell. de do-
nat. part. 1. disc. 2. partic. 6. num. 5. & partic. 4. nu-
39 mer. 42. nisi habilitaret Monachum etiam ad bona
præterita, & hoc expressè, de cujus Pontificis pote-
40 state nolo disputare. Attamen verum est quod solum
restringeretur dicta habilitatio ad bona ejus territo-
rii, & non alieni Principis, quia circa hæc habilita-
tio in succedendo bonis, vel recuperandi habet so-
lùm effectum in stato Principis habilitantis, secus ve-
rò si habilitatio esset solùm circa defectum personæ,
Bertachin. vot. 170. num. 8. ut latius dixi supra suis
locis, & bènè per Cutell. proximè laudatum num. 5.
& seq. cum pluribus ab eo allegatis, & recollectis.

41 Et indubitatum in jure est, quod post rem con-
summatam, & effectum sortitum non est rescinden-
dum, quod factum est Aymon. conf. 194. numer. 7.
Thesaur. quæst. for. lib. 1. quæst. 34. num. 22. Rocc. cap.
42 194. num. 20. eò magis, quia est certum in jure,
quod, quæ semel utiliter constituta sunt, durant,
licet ille casus contigerit, quo incipere non potuis-
set l. pluribus §. si placuit ff. de verb. obligat. l. in am-
biguis §. non est novum ff. de regul. jur. Castill. quotid.
lib. 3. cap. 15. numer. 5. & Thesaur. dicta quæst. 34.
num. 27. & licèt cessante causa cesset effectus toto C.
43 cum cessante de appellat. Attamen quando causæ effe-
ctus est consummatus, & in esse deductus, ac per-
fectus non debet cessare effectus Tiraquell. in tract.
cessante caus. limit. 12. num. 1. Merez. part. 2. de Ma-
jorat. quæst. 8. num. 168. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1.
quæst. 1. n. 20. & benè Joann. Antonius Mutchius,
& Petrus Augustinus Solarius JJ. CC. Genuenses
summi ingenii in eorum voto typis edito in causa
nuperrimè agitata inter M. Consulem Hispaniarum
Agentem pro Sacra Cæsarea Majestate, & MM. Gras-
44 sos, & Pinceros §. nec ad rem fol. 5. & jus quæsi-
tum alicui ex causa existente, licet causa deficiat;
jus tamen illud quæsitum durat l. post mortem §. 1.
l. non putabit ff. de bonor. possess. contra Tabul. Palaez.
Merez. ubi supra num. 172. Castill. dicto lib. 3. cap. 15.
n. 12. & lib. 5. cap. 91. num. 28. & 29.

Item non potest actus, neque successio ex parte 45
Præpositi Generalis emittendi Jesuitas, sive Papæ dis-
pensantis stare in suspenso tanquam ex facto tertii
Giurb. de successton. feud. cap. 118. §. 2. gloss. 4. n. 52.
quem sequitur De Luc. de lin. leg. artic. 12. n. 55.
vers. non obstat, Cutell. dict. loco num. 42. Pegaz. 46
J. C. Celeberrimus Ulyssiponensis, cujus doctrinam val-
de miror in tractat. de majorat. cap. 18. num. 74.

Hæc licet omnia in jure nostro verissima, ac ab- 47
solutissima sint, & militare quoque deberent contra
Jesuitas, attamen omisso rigore juris in contrarium
his non obstantibus usus obtinuit, ut tam Jesuitæ
simplicium votorum egredientes recuperent ab omnibus
donatariis, sive sit ipsum Collegium Societatis, sive
qualiscumque extraneus donatarius bona ab eis donata
per eorum ingressum, etiam quod solemniter de illis
disposuerint, Sanleger. part. 3. cap. 191. ideoque non
mihi videtur in hoc immorandum, & certè hanc
observantiam mihi rationabilem satis videri, quia fun-
datur forsan super ratione, quod in aliis Religioni-
bus Monasteria sunt perpetuò obligata ad alendum Re-
ligiosum, Bertachin. vot. 170. num. 5. & 10. vot. 52.
num. 5. 6. secus in hac. Ideo rationi congruum est
ut ex justa causa dimissus non debeat suis bonis re-
manere exutus, & simul à Religione expulsus, ut
benè discurrit Cutell. de donat. dicto disc. 2. partic.
4. num. 24. quem sequitur Censal. ad Peregrin. de
fideicomm. art. 28. vers. sed quod quid velit, sicuti ex 48
æquitate admittitur filius adoptatus ab ascendente ma-
terno, & postea emancipatus ad successionem dicti
Avi, quando utraque successione scilicet patris natu-
ralis prædecedentis ante emancipationis actum fa-
ctum ab ascendente adoptante, & altera Patris ado-
ptantis per emancipationem, exclusus reperitur, ut
concludit omisso rigore juris Oinot. institut. de here-
dit. quæ ab intest. defer. sub primo ord. succed. de suc-
cess. filior. adoptiv. num. 12.

Secus verò dicerem si non ex justa causa, sed 49
mendicata Jesuita à societate exiret, quia tunc non
liberatur à voto, ut notat Rot. coram Bich. decis. 52.
numer. 14. & sequent. & per consequens non recu-
peraret.

Quousque procedunt dicta quoad bona allodialia
donata ab ipso Jesuita, major enim difficultas est cir-
ca bona alicujus primogenituræ, fideicommissi, seu
feudi, an iste recuperet, quia cum pervenerunt ad
substitutum, sive substitutos in primogenitura, fidei-
commisso, vel feudo vocatos ex dispositione fideicom-
mittentis, seu primi acquirentis.

In hac enim controversia fuerunt duæ opiniones, 50
una ad favorem egredientium, altera contra eos, ut
refert Cutell. dicto loco proximè laudato n. 25. & refert
pariter casum in terminis nostris. Et præcipuum argu- 51
mentum ad favorem Jesuitarum egressorum videbatur
assistere videlicet, quod cum Clericus minorum or-
dinum incapax successionis feudi, si tamen statim ha-
bitum dimittat potest in feudo succedere, ut ibidem
per dictum Authorem numer. 27. Torr. de Majorat.
part. 1. cap. 30. §. 2. num. 39. De Luc. de feud. disc. 17.
n. 4. & ad favorem Jesuitæ egressi adest decisio Ca-
still. 201. part. 3.

Attamen contrarium firmiter tenet Pegaz. de ma- 52
jorat. cap. 18. num. 74. idem Cutell. à num. 31. usque
ad 47. quibus equidem libentissimè adhæreo ea ra- 53
tione principali, ac potissima, quia existente insuc-
cessibili primo successuro, feudum, sive primogeni-
tura transivit ad proximiorem agnatum, & talis actus
fuit effectus consummatus, & perfectus illo instan-
ti, quo inventus fuit inhabilis primogenitus, unde
fuit quæsitum plenum dominium secundogenito Af-
flict. decis. 320. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13.
numer. 77. 93. & 94. Cafanat. conf. 26. num. 5. & 6.
& ex Jesuitis Authoribus P. Sancef. in summ. lib. 7.
cap. 15. num. 4. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 41. du-
bit. 10. num. 84. Azor. part. 1. lib. 12. cap. 8. quæst. 16.
institut. moral. & D. Regens de Toppia decis. 28. n. 3.
& alii relati ab ipso Cutell. num. 41. & faciunt ea,

quæ

quæ plenè scripsit elegantissimus *Rocc. Episc. Isclan. cap. 194. num. 71. & 90. cum aliis seqq. in dubitabiliori casu, & per tot.*

54 Et ad ea quæ exemplo Clerici adducuntur. Respondetur quod est diversus casus Clerici minorum ordinum, quia ipsi ex suo arbitrio, & non alterius possunt redire ad sæculum, itaque novitii, secus omnino verò quoad Jesuitas, qui profectò dicuntur professi, & eorum actus est consummatus, ac perfectus, & eorum liberatio à votis dependet ab alterius arbitrio, ità distinguit *Cutell. dicto loco n. 39. & 42. & Rocca dicto cap. 194. num. 96.*

55 Et tantum vera est hæc nostra conclusio, quod ipsi Clerici, qui possunt subim redire ad sæculum ex arbitrio suo, si statim non dimittant habitum, & feudum non apprehendant, & negligant hoc facere antequam alius immediatus successor petat feudum, non datur amplius illis successionis locus *Eminentiss. Card. de Luc. disc. 17. num. 4. de feud. & ibi in supplem. numer. 7. quem sequitur Torr. de Majorat.*
56 *Ital. part. 1. cap. 30. num. 39.* vel si post apertam successionem Clericus acquirat aliquod beneficium, & illud acceptet, tunc postea non potest amplius acquirere successionem, quia per tacitam voluntatem videtur velle in Clericatu permanere, neque potest amplius se pœnitere ad præjudicium proximiorum, vel substituti successi, declarat *Cutell. dict. tract. de donat. disc. 2. partic. 4. num. 27.* Tantò magis in Jesuita, qui non per solam tacitam voluntatem, sed per expressam, & irrevocabilem se perpetuo obligavit ex parte sua Religioni cum professione trium votorum prout dixi latè suprà.

57 Imò *Rot. in Perusina Primogeniture 16. Januarii 1651. coram Eminentiss. Cerr.* tenuit quod si de tempore delatæ successionis Clericus non reperiatur laicus, quamquam sit paratus dimittere habitum, & Clericatum, non possit hoc facere, quia statim jus est quæsitum medio tempore alteri successori, sed hæc Doctrina pro rei veritate non est sana, & refellitur jure merito tanquam nimis rigorosa à *Torr. de Majorat. dicto cap. 30. num. 40. & ab Emin. Cardin. de Luc. in supplem. ad disc. 17. de feud. num. 6. & 7. & in supplem. ad discurs. 204. numer. 12. de fideicommiss.* quia est nimis fundata in præcisura temporis, & habet speciem Judaismi, sufficit enim Clerico de tempore apertæ successionis statim dimittere habitum, & Clericatum post scientiam delatæ successionis, quamvis eo tempore non sit in statu sæculari, & hæc est magis communis opinio, & rationabilior, ut fatentur prædicti authores:

58 Ratio quoque nostræ principalis conclusionis est, quod exclusio, vel inclusio fideicommissi, feudi, vel Primogenituræ attenditur solum de tempore apertæ successionis *Dec. cons. 265. num. 2. Mess. resol. cap. 8. num. 15. lib. 2. Thesaur. quæst. forens. quæst. 39. lib. 1. num. 23. Consal. ad Peregr. de Fideicomm. artic. 22. num. 7. in princip. fol. 54. vol. 1. Peregrin. cons. 37. numer. 21. & seqq. lib. 2. Mastrill. decis. 266. num. 16. Sevarol. apud Mans. consultat. 63. num. 2. & seq. & Rot. apud eumdem Mans. consult. 64. num. 14. & ipse Mans. consult. 108. num. 28. & seq. & consult. 232. num. 1. & seq.* Itaque si Statutum excludit à successione Patris dotatam, si de eo tempore non sit, continuat semper filia in possessione successionis, quamvis postea esset dotata, quia illa qualitas dotationis
59 non erat eo tempore. *Bart. cons. 31.* Et in terminis quod Jesuita, qui non erat egressus tempore apertæ successionis, sed post jus quæsitum alteri non possit illam amplius habere, quia illa qualitas laicalis, sive capacitas non erat de tempore apertæ successionis tenet *Rot. coram Bichio decis. 52. num. 22. & seq.* licet ibi *Rot.* contrarium determinet in casu suo vigore cujusdam renunciationis factæ ab Jesuita cum conditione solùm permanentiæ in Religione, secùs verò si egrederetur, ut patet sub num. 8. cui etiam assentitur *Rocca cap. 194. num. 53.*

60 Et indubitata est hæc regula, itaut emancipatio filii adoptivi sequuta post mortem Patris naturalis non retrotrahitur ad effectum, ut idem filius recuperet Patris naturalis hæreditatem alteri medio tempore delatam est bonus *Text. in §. at ii Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* quem sequutus fuit idem *Bich. d. loco n. 24.*

Ex his enim latè deductis, ac firmatis possumus 61
aliam resolvere quæstionem, quæ pariter potest contingere in nostro Statuto, an videlicet si adessent filii sæculares, & filius Jesuita simplicium votorum, scilicet non solemnis professionis, & moreretur Pater certè, ut suprà docuimus, per præsentem dispositionem non poterit iste Jesuita succedere, sed hæreditas deferetur tota ad alios fratres, si verò postea hic Jesuita ex licentia superioris egrederetur ex religione, non poterit portionem suam habere in bonis Paternis, quia jam essent quæsita aliis fratribus, nec hæreditas poterat stare in suspenso, ex arbitrio tertii, scilicet Præpositi Generalis, ut latè firmavi suprà; Sufficit enim aliis fratribus, quod de tempore delatæ successionis sit incapax Jesuita, quia in successionibus, ut dixi attenditur capacitas de tempore successionis, ut docuerunt in terminis hujusmodi Jesuitarum à Religione excludentium *Cutell. & Rot. suprà laudati, & Rot. decis. 62. n. 8. coram Zarat. & Pegaz. de majorat. c. 18. num. 74.*

Et quamvis objici possit, quod aliquando hæredi- 62
tas potest esse in suspenso, ut videlicet si Testator Fideicommissum perpetuum instituerat pro filiis masculis, & in defectu eorum pro fœminis, si de tempore successionis masculus non reperiatur, Fideicommissi successio stat in suspenso usque ad nativitatem masculi, & non admittitur fœmina, nisi saltem revocabiliter, ut docet *Torr. de majorat. cap. 25. numer. 212.*

Sed id non procedit in nostro casu, quia non su- 63
mus in fideicommisso, majoratu, vel feudo habente tractum successivum cum conditione expressa, quod præferantur semper masculi fœminis, itaut fœminæ per expressam mentem Testatoris videntur omninò exclusæ existente, vel adveniente quandocumque masculo prædilecto, secùs verò esset in aliis successionibus, quæ non habent tractum successivum, sed instantaneum, ut est noster casus Statuti, quia tunc irrevocabiliter dominium, ac possessio acquiritur substituto, & solùm attenditur illud tempus successionis, quo debet esse capacitas, & incapacitas, ita distinguit, & quidem egregiè *Torr. de Majorat. dicto cap. 25. numer. 210. & 211. & Eminent. Cardin. de Luc. de Fideicomm. disc. 10. num. 10. & Mans. consult. 71. num. 7.*

A D D I T I O

Ad num. 2.

Jesuitæ Professi quatuor votorum non sunt capa- 64
ces successionum ad instar Cappuccinorum, quia nec in particulari, nec in communi sunt capaces in succedendo, latè *Cutell. de donat. disc. 2. partic. 4. num. 5. cum seq.* Contrarium tenet *Menoch. cons. 1014. De Luc. ad Gratian. cap. 202.* & latè ad materiam *Stayban. resol. 162. tom. 2. & resol. 163.*

S U M M A R I U M.

1 *Statutum nostrum excludens Religiosos, ac Moniales à bonis paternis, maternis, vel fratris, ac sororis intelligit solum de illis, qui sunt dedicati Religioni tempore apertæ successionis, secus si post eam se dedicassent.*
Contrarium num. 7.
2 *In sensu æquivoco debemus attribuere Statuto illum, qui minus corrigit jus commune, & rationabilius est.*
3 *Si Statutum accipi potest, quod in uno tantum corrigat jus commune, numquam accipiendum est, quod in duobus illud corrigat.*
4 *Qui semel fuit hæres, semper erit hæres.*
5 *Facilius tollitur jus quærendum quam quæsitum.*
6 *Qualitas exclusionis, vel inhabilitatis attenditur solùm de tempore hæreditatis.*

SIVE ANTE, SIVE POST) Hæc verba qualifi- 1
cant verbum principale *non possit*, itaut dedicatus, seu dedicata non possit petere, sive ante, sivè post mortem, nec ampliant, seu qualificant verbum *dedicatus*, seu dedicata ob absurda, quæ evenirent

sine

sine dubio, nam Statutum super quod *Torr. var. quæst. tom. 3. quæst. 58. tit. 12. fol. mihi 111.* & ante *tom. 2. quæst. 6. fol. 30.* auferret omne jus filiis, qui post mortem Patris, Matris, seu Fratris, sororis successerunt cum aliis in ejus respectivè bonis, si se dedicarent alicui Monasterio, quod profectò omninò non est dicendum, nam isto casu contineret iniquitatem, quia tolleret jus jam acquisitum Religiosis, seu Monialibus, quod neque laicis, in quos authoritatem potest impertiri Princeps, facere potest sine
2 justa, ac rationabili causa, ideòque sanum intellectum dare debemus Statuto, & ex æquivoco, sensum illum tantùm, ut minus corrigat jus commune, & rationabilius sit. *Rot. decis. 475. num. 6. par. 1. diversf. Gratian. discept. 546. numer. 14. decis. 167. post*
3 *Joann. de Torr. de pact. futur. successf. n. 39.* Et si Statutum potest corrigere jus commune in uno, & in duobus numquam est interpretandum, ut corrigat, & alteret in duobus, imò declarandum est, ut corrigat in uno tantùm. *Altograd. cons. 88. num. 14. lib. 1. Ascan. Venturin. apud Joann. de Torr. quæst. 46. num. 8. Palm. nepos allegat. 81. num. 3. decis. 241. numer. 7. part. 18.* & id præcipuè quando contineret absurditatem, quia etiam tunc impropriandа essent verba Statuti, ut pluries dixi.

4 Monstruosius enim in jure nostro esse non potest, quam quod qui semel fuit hæres ille esse desinat *text. est in l. ei qui solvendo 88. ff. de hered. instit. l. & si sine §. sed quod Papin. ff. de minor. Socin. cons. 14. à numer. 4. lib. 1. Sylvan. cons. 23. numer. 2. lib. 1. Me-*
5 *noch. præsumpt. 141. num. 27.* semper enim facilius tollitur jus quærendum, quam quæsitum *l. contra 28. §. ultim. ff. de Pact. l. ultim. C. de acquir. possess. ubi omnes Doctores, Abb. cap. quod autem de Jur. Patron. Ancharan. cons. 59. numer. 6. Surd. cons. 351. num. 38. Vallasc. consult. 72. n. 23. Orland. de Curt. inter cons. Calcan. cons. 6. num. 9.*

Voluntas enim Statuentium sola fuit excludere dedicatos, seu dedicatas, quæ de tempore successionis tales sunt, non eas, quæ de eo tempore non sunt,
6 sed post successionem jam acquisitam tales fiunt, nam qualitas exclusionis, seu inclusionis attendi semper debet de tempore delatæ hæreditatis *l. si alienum §. in extraneis de hered. instit. §. in extraneis instit. de hered. qualit. Abb. cons. 107. in fin. libr. 2. Dec. cons. 265. numer. 2. Roman. cons. 442. Castrens. cons. 111. Socin. Sen. cons. 42. numer. 2. lib. 4. Corn. cons. 314. num. 7. libr. 4. Roland. cons. 46. numer. 10. Marian. Socin. cons. 2. à num. 3. lib. 2.* & sic habilitas, seu inhabilitas tempore solùm actualis successionis attenditur, *Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 34. num. 23. Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. artic. 22. num. 7. in princip. fol. 54. num. .... col. 1. Peregrin. cons. 37. numer. 21. & seq. lib. 2. Mastrill. decis. 266. num. 16. Sevarol. apud Mans. consultat. 63. numer. 2. & seqq. & Rot. apud eumdem Mans. consultat. 64. num. 14. & ipso Mans. consultat. 108. numer. 22. & seqq. & consult. 232. num. 1. & seq. Molina de primog. cap. 13. num. 31. Knipschil. de fideicommiss. cap. 8. numer. 116.* & ut nuperrimè repetit *D. Joann. Torr. de Majorat. Ital. cap. 28. §. 2. numer. 25. lib. 1.*

7 Contrarium dictis in præsenti §. colligitur à statuto veteri sub rubr. *de Fœmina tradit. in matrimon. cap. 17. fol. mihi 45. à §. penultimo.*

S U M M A R I U M.

1 *Reprobatur D. Bottinus asserens, quod Religiosus non excludatur per nostrum Statutum à successione Avi.*

2 *Pars orationis dispositiva solum attendenda est, quando est clara.*

3 *Sub nomine ascendentium venit Avus, Avia Proavus, Proavia.*

4 *Bona ascendentium perventa ad Patrem, & Matrem non sunt amplius ascendentium, sed paterna, & materna.*

5 *Bona feudalia, emphyteutica, fideicommissaria, & similia non dicuntur paterna, sed verè, ac propriè ascendentium.*

6 *Monachus, sive Religiosus non succedit, neque de jure communi in feudo annexam jurisdictionem habente.*

7 *Neque in fideicommisso, vel majorata agnatitio.*

8 *Si aliquis ascendens fideicommissum, vel emphyteusim institueret pro filiis descendentibus masculis, adhuc intelligerentur exclusi Religiosi ex tacita mente disponentis se conformandi cum nostro Statuto.*

9 *Si ascendens instituerit aliquod fideicommissum pro filiis, stante Statuto exclusivo intelligitur semper fœmina exclusa.*

10 *Præsumitur Testator voluisse potius suam dispositionem regulare secundum jus municipale, quam commune, & num. 12.*

Limita, & declara ut num. 16.

11 *Et licet ab ascendente fuissent vocatæ fœminæ cum masculis in sua dispositione, attamen id semper intelligendum esset cum masculorum prælatione.*

13 *Conjecturæ faciunt venire etiam ad fideicommissum Religiosos.*

14 *In eo casu, ubi fœminæ non sunt à Statuto exclusæ, non præsumuntur fuisse exclusæ à Testatore.*

15 *Item quando masculi nolunt, vel non possunt succedere, tunc fœminæ admittuntur.*

IN BONIS PATERNIS, MATERNIS ET ASCENDENTIUM) Fuit consideratum ab ingeniosissimo Domino meo Josepho Bottino in sua allegatione infrà suo loco registranda post verb. *Sed omnia bona prædicta pervenire debeant ad alios fratres numer. 28.* scilicet, quod dicati alicui Monasterio non excludantur, nisi à successione matris, patris, & à bonis ascendentium in ipsos parentes jam perventis, secus verò ab immediata successione ascendentium, quia Statutum agit hic de exclusione hujusmodi dicatorum à successione dumtaxat patris, & matris, non verò à successione Avi immediata. 1

Sed hæc subtilis consideratio nullum habet fundamentum, quia licèt Statutum in casus circumstantia loquatur de morte matris, patris, fratris, ac sororis, attamen in parte dispositiva exclusivà, sive prohibitiva clarè noluit, quod dicati, seu dicatæ possint aliquid petere in bonis maternis, paternis, & ascendentium, quæ pars orationis dispositiva, quando adeo 2
est clara, solum attendenda est. *Rot. dec. 465. part. 13. recentior. num. 8. & 11.* Claritas autem apparet satis superque ex verbis in bonis paternis, maternis, & ascendentium, nemo enim dubitare potest quin 3
veniant avus, avia, proavus, proavia, & alii, qui suprà sunt. *Fontanell. decis. 12. num. 16. Rot. coram Cavalier. decis. 242. numer. 1.* & ita accipienda hæc 4
interpretatio semper esset: nam bona ascendentium jam perventa ad patrem, & matrem non sunt amplius ascendentium, sed paterna, ac materna, affirmat *Rot. decis. 247. num. 5. part. 5. recentior. & decis. 329. num. 59. & seq. part. 6.* Ideoque, si Statutum nostrum dicit, quod non possit petere Monachus, seu Monialis in bonis etiam ascendentium, evidenter cognoscitur voluisse eum, sive eam privare etiam à successione Avi, Aviæ, & suprà deinceps.

Adverte tamen, quod etiam dantur aliqua bonorum genera, quæ propriè, ac verè dicuntur ascendentium, licèt in patrem, matrem pervenerint, prout sunt feudalia, emphyteutica, fideicommissaria, majoratus, primogenituræ. *Bellon. cons. 60. num. 55. & seq. Muscul. de success. conventional. & anomal. ex anomala Class. prim. membr. 2. num. 361. & seq.* 5

Sed hæc bona, attende benè, non veniunt sub dispositione Statuti nostri, quia loquitur *de success. ab intest.* non verò de successione testati, neque de his bonis, quæ proveniunt ex providentia ascendentium, seu ex testamento, seu ex contractu, nam quæstio hæc esset voluntatis, non legis, vel statuti, ideoque ad mentem Testatoris recurrendum esset, & non ad Statutum.

Itaque circa hæc aliqua notabilia videamus, si agitur de feudo annexam jurisdictionem habente, vel de fideicommisso, majoratu agnatitio, sine dubio Monachus, 6

chos, ſeu Religioſus, vel Monialis capacis Religio-
nis non ſuccedit, & hæc eſt communis, quam tra-
dit *Joann. Torr. de primogen. Ital. cap. 30. num. 77.*
§. 4. num. 84. & 85. §. 5. num. 97. Pegaz. de majo-
rat. cap. 18. per tot. ac in puncto de fideicommiſſo
7 agnatitio latè, & benè concludit Doctiſſimus his
tempeſtatibus *Rocca Epiſcop. Iſclan. cap. 19. num. 11.*

Quoad alia bona, quæ qualitates prædictas non
habeot, utrum ſint excluſi Religioſi vigore prædicti
Statuti prohibentis nihil petere in bonis aſcenden-
tium, dixi, quod ad iſtas ſucceſſiones provenientes
ex teſtamento, vel contractu non porrigit ſermo-
nem ſuum Statutum noſtrum *de ſucceſſ. ab inteſt.*

8 Tamen ſciendum eſt ſi aſcendens ſimpliciter fidei-
committeret, ſive emphyteuſim contraheret pro filiis,
deſcendentibus maſculis, ſive pro liberis, ſine poſte-
ris, ſive progenie in infinitum, ſine expreſſa Reli-
gioſorum incluſione, adhuc Monachi non ſuccede-
rent attenta diſpoſitione Statuti noſtri in dictis bo-
nis aſcendentium, non vigore diſpoſitionis dicti Sta-
tuti, ſed ex præſumpta voluntate Teſtatoris ſe con-
formandi voluiſſe cum Statuto excluſivo Religioſo-
rum à ſucceſſione dictorum aſcendentium, ut in ter-
minis dicit *Alciat. in conſ. 53. numer. 4.* quem ſequi-
tur *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 28. n. 91. 92. Mer-*
lin. deciſ. 447. n. 17.

9 Sic etiam quando Teſtator vocavit ſimpliciter fi-
lios, ſub appellatione filiorum non venient fœminæ
ſtante Statuto excluſivo fœminarum *Fuſar. de ſubſti-*
tut. quæſt. 379. num. 11. & ſeq. & quæſt. 402. num. 62.
Mart. de ſucceſſion. legal. part. 1. quæſt. 9. artic. 6.
num. 2. & ſeq. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. part. 4.
quæſt. 57. num. 5. Barboſ. appellat. 99. num. 60. Bellon.
de jur. accreſc. cap. 5. quæſt. 26. num. 128. & ſeq. Bot-
tiler. de ſucceſſ. cap. 1. Theorem. 3. numer. 2. & ſeqq.
Carpan. de fideicommiſſ. artic. 1. inſpect. 2. ſub num. 32.
limit. 8. Aymon. inter conſ. Redenaſch. 53. num. 8. &
ſeqq. Ciſott. Sen. conſ. 20. num. 23. & ſeq. Capyc. La-
tr. deciſ. 38. num. 49. Rot. apud Marin. reſolut. 279.
num. 30. lib. 1. & apud Caren. reſolut. 10. numer. 18.
10 quia cenſetur regulaſſe Teſtatorem ſuam diſpoſitio-
nem ſecundum jus municipale, *Rodolphin. alleg. 54.*
Cardin. de Luc. diſc. 36. num. 3. 4. de Fideicomm.
quod prævalet juri communi, & potentius eſt. *Rot.*
poſt Salgad. in labyr. credit. deciſ. 84. numer. 5. & in
Spoletan. ſucceſſionis 19. Junii 1651. §. juſtitia coram
Celſo, & in Bononienſ. ſucceſſion. 5. Maji 1653. §. præ-
dictis coram Meltio.

Et ad hæc conferunt etiam ea, quæ dixi ſupra an
filia excluſa propter maſculos excludatur ab emphy-
teuſi, tam hæreditaria, quàm mixta, & de quibus pa-
rum dubium, cum requiratur qualitas hæreditaria,
quam habere non poſſunt filiæ per Statutum no-
ſtrum, ac etiam pactionata; in qua quæſtione affir-
mativè concludi ob conformitatem cum Statuto, cum
qua præſumitur mori aſcendens, dum ſimpliciter de
11 filiis, deſcendentibus, poſteris, liberis, ac etiam ſi
dixiſſet de filiis, ac fœminis, quia etiam fœminæ
venirent poſt maſculos, & non ſimul, ac ſemel *Ca-*
valler. deciſ. 583. Merlin. dicta deciſ. 447. numer. 21.
Rodolphin. allegat. 54. num. 18. & ſeq. de Luc. de fi-
deicommiſſ. diſc. 36. numer. 3. 4. Ferentill. ad Buratt.
deciſ. 838. num. 15. & Buratt. dicta deciſ. Rot. recent.
deciſ. 355. num. 20. & ſeq. part. 5. Carpan. ad Statut.
Mediolan. cap. 278. n. 29. part. 1. & aliæ plures au-
thoritates à me ſupra cumulatæ.

Non obſtat quod Statutum noſtrum excludat, ut
firmavi, à ſucceſſione univerſali ab inteſtato, & non
à prædictis bonis provenientibus à providentia aſcen-
dentium.

12 Quia reſpondetur quod excluſio, ut jam tetigi,
non procedit ex Statuto, ſed ex mente Teſtatoris,
qui intelligitur ſe in hoc conformare cum lege mu-
nicipali *Ferentill. ad Buratt. deciſ. 838. num. 15. Ca-*
vallero dicta deciſ. 583. numer. 7. Merlin. dicta deciſ.
447. num. 21.

13 Tantùmque id verum eſt, quod hæc omnia ceſ-
ſant in caſu, quo adeſſent conjecturæ, & præſum-
ptiones urgentes in contrarium pro admiſſione Reli-
gioſorum *Coccin. deciſ. 32. & deciſ. 137. Cavaller. de-*
ciſ. 583. num. 11. ubi reſpondet deciſ. 119. poſt Fenzon.
ad Stat. Urb. vel quando conſtat de contraria men-
te Teſtatoris *Mart. de ſucceſſ. legal. part. 4. q. 6. ar-*
tic. 1. num. 21. & ſeq. Mareſcot. reſolut. 28. numer. 8.
lib. 2. Cyriac. controv. 536. num. 14. & ſeq. Rot. rec.
deciſ. 514. num. 6. & ſeq. part. 5. tom. 2.

Item fallunt prædicta in illo caſu, quo Statutum 14
non diſponeret ad excluſionem fœminarum, non enim
dici poteſt Teſtatorem ſequutum fuiſſe Statuti diſpo-
ſitionem, quæ non eſt in illo caſu *Calderon. reſo-*
lut. 99. numer. 40. 41. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 311.
num. 46. & quæſt. 402. num. 66. & conſ. 137. num. 10.
Rovit. conſ. 57. n. 15. lib. 1. Andreol. controverſ. 248.
num. 8. & 249. num. 10. Rot. deciſ. 638. num. 10. 11.
part. 18. tom. 2. recent. & vide *Card. de Luc. in ſup-*
plem. de Fideicommiſſ. diſc. 234. ubi explicat per di-
ſtinctiones. *Andreol. in controverſ. 248. Rot. recent.*
deciſ. 581. num. 20. & ſeq. part. 5. tom. 2. Cenſal. de-
ciſ. 34. num. 20. Bottiler. Theorem. 3. numer. 40. Item 15
quando maſculi nolunt, vel non poſſunt ſuccedere.
Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. part. 4. quæſt. 57. nu-
mer. 6. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 278. num. 74.
Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 2. numer. 56. &
ſeq. Bellon. de jur. accreſc. cap. 5. quæſt. 49. num. 13.
& ſeq. Mars. de ſucceſſ. part. 1. quæſt. 12. artic. 4. &
part. 2. artic. 7. quæſt. 4. n. 1. & ſeq. Redenaſch. conſ. 58.
num. 6. & ſeq. ubi fœmina facit deficere conditionem
ſi ſine filiis, ſi maſculi non extant, vel non ſuc-
cedunt.

A D D I T I O

Ad num. 10.

Illa præſumptio quod Teſtator ſe uniformare vo- 16
luerit cum Statuto excluſivo fœminarum levis reputa-
tur à multis, & faciliter ab ea receditur, ſi adſit ali-
qua conjectura in contrarium, quinimo illa non at-
tenditur ſecundum aliquos, niſi concurrant aliæ con-
jecturæ, *Duran. deciſ. 126. num. 26. Balduc. dec. 39.*
num. 55. delegat. & Fideicommiſſ. Andreol. controv.
248. & 249. & deciſ. 62. num. 3. ad materiam Card.
de Luc. de teſtam. Calderon. reſolut. 99. num. 13. Item
dicta præſumptio ceſſat quando Teſtator ipſe receſſit
ab ordine Statutario *Mars. de ſucceſſ. legal. part. 4.*
quæſt. 6. artic. 1. num. 21. & ſeq. Coccin. deciſ. 32. nu-
mer. 5. 6. 7. & deciſ. 137. num. 6. & ſeq. & ad ma-
teriam *Card. de Luc. de fideicommiſſ. deciſ. 23. Bot-*
tilier. de ſucceſſ. Theor. 26. tit. 1. n. 6. Item quan-
do in aliqua parte teſtamenti Teſtator admiſit fœ-
minas cum maſculis, *Andreol. controv. 48. n. 10. 11.*
& ſeq. & Rot. deciſ. 306. num. 2. 3. part. 12. rec.
Item quando Teſtator eſt fœmina *Fuſar. de ſubſti-*
tut. quæſt. 311. num. 94. & quæſt. 379. num. 19. Item
quando in diſpoſitione adeſt clauſula *æquis portioni-*
bus. Fuſar. dict. quæſt. 379. num. 18. In dubio ſemper
pro fœmina *Andreol. dicta controverſ. 248. num. 13.*
Alias declarationes vide penes *dict. Andreol. & Bal-*
duc. & Coccin. loc. citat. Rocc. diſp. 19. tom. 1.

S U M M A R I U M.

1 *VErba* non poſſit petere *impediunt fœminæ hereditatis delationem.*

2 *Excluſio facta a lege, vel Statuto impedit ne-dum acquiſitionem, ſed etiam hereditatis delationem, ſecus illa ab homine facta, ut eſt renunciatio.*

3 *Verbum* lego *ex ipſa propria ſignificatione importat quamcumque facultatem diſponendi.*

4 *Et ſignificat idem quod* decerno, ordino, *ſive* mando.

5 *Item inſtitutionem importat.*

6 *Vel quamcumque Teſtatoris diſpoſitionem, ſeu ordinationem.*

7 *Item ſignificat verbum* lego, *ac verbum* Teſtatus.

8 *Hodie eſt reſtricta per leges novas facultas legandi, ſecus ſignificatio generalis verbi* lego.

9 *Verbum* lego *hodierno uſu eſt obliquum.*

10 *Hodie verbum* lego *eſt ſolum obliquum, quando eſt in uſu, ac exercitio, ſecus quando non eſt in exercitio.*

11 *Statutum debet taliter interpretari, ne correctionem inducat.*

12 *Quan-*

12 *Quando verbum* lego *ponitur ad differentiam dispositionis inter vivos, tunc importat quamlibet dispositionem Testatoris.*
13 *Mors naturalis quando est posita ad differentiam Civilis tunc importat quodcumque mortis genus.*
14 *Sub appellatione secundarum nuptiarum veniunt tertia, & ultra, quia posita fuere ad differentiam primarum.*
15 *Intellectus qui eruitur à mente ipsorum Statuentium, & ab ipsa legis expositione nunquam est extraneus, sed intrinsecus, ac verus.*
16 *Religiosi in nostro Statuto possunt habere, nedum id quod eis legatur, sed omne id, quod per institutionem eis relictum fuerit.*
17 *Falcidia, vel Trebellianica de jure non potest detrahi à legatis, vel fideicommissis piis; Contra num. seqq.*
18 *Doctores non possunt facere opinionem communem, quæ est omni jure destituta.*
19 *Quando opinio est contra textum licet communis, debemus ab illa recedere.*
30 *Doctores non sunt numerandi numeratione Arithmetica, sed ponderandi.*
21 *Judex injustè judicaret, si non considerat, an benè Doctores opinionem firmaverant.*
22 *Non debemus vivere alienis exemplis, sed rationem sequi.*
23 *Communis opinio dicitur, quæ in melioribus rationibus fundatur.*
24 *Perpenduntur* text. in l. si quis ad declinandum C. de Episcop. & Cleric. *&* textus in Auth. similiter C. ad l. falcid. *& num.* 26. 28.
25 *Trebellianica debet detrahi à fideicommissis piis.*
27 *Item falcidia à legatis piis.*
39 Auth. similiter C. ad l. falcid. *desumpta fuit cum corruptione sensus ab Authentico* de Ecclesiastic. titul. §. sin autem, *& hoc fuisse vitium Irnerii asseritur.*
30 *Ab exequutoribus Testamentariis non potest detrahi falcidia, neque Trebellianica, quia non sunt heredes.*
31 *Causa pia potest detrahere falcidiam, vel Trebellianicam à legatis, vel fideicommissis piis.*
32 *Etiam in causis piis, qui nimium indiscreto zelo abundat, est injustus.*
33 *In dubio ad favorem causa pia judicandum est.*
34 *Pietas non debet vincere justitiam.*

1 NON POSSIT PETERE, NEC HABERE) Statutum hic impedit dedicatis in Monasterio delationem, & acquisitionem hæreditatis per *text. in l. 2. §. si mater juncto, §. videndum ff. ad Senat. Consult. Tertill.* & in simili Statuto quod filia dotata nihil petere possit in paterna, ac materna hæreditate adversus fratres, quod in tali casu Statutum impediat hæreditatis delationem, & operatur, ut fœmina effecta sit inhabilis, ac incapax successionis tradit *Surd. cons.* 100. *sub numer.* 16. *vers. parum etiam*
2 *movet, juncto num.* 1. *vers. nec ea ratione*, quia exclusio facta à Statuto, vel lege impedit etiam jus delationis, secùs quando exclusio facta est ab homine sicuti in renonciatione, quia tunc impeditur solum acquisitio, non verò delatio. *Roc. coram Royas decis.* 135. *num.* 9. 11. & vide ea, quæ referuntur infra in verbo, *sed omnia bona prædicta numer.* 61. *&* 62.

NISI ILLUD QUOD FUISSET EI LEGATUM: In hoc enim Statuto potest insurgere quæstio, quæ esset non mediocris momenti, an scilicet dedicatus, vel dedicata possint habere solùm in bonis paternis, vel maternis id quod ei legatum, non vero, quod ei per institutionem fuit relictum, quia verbum *lego*, si propriè sumendum est in Statutis, ut ita jubet præcipuè nostrum, non extenditur extra limites propriæ significationis, videlicet simplicis legati, non verò ad vires institutionis, neque substitutionis, seu fideicommissi.

Sed faciliter resolvimus objectum ex ipsa proprie-
3 tate verborum, quia verbum *lego* ex ipsa naturali, & propria significatione importat quamcumque liberam facultatem disponendi, & est *text. expressus in l. verbis legis* 120. *ff. de verb. signific.* ibi *verbis*, & si- 4
gnificat idem quod *decerno*, *ordino*, sive *mando*, à quo descendit, ut explicat *Alciat. dicta l. verbis legis post princ. & ibi Brecher. ad fin. Alciat. l. Centurio num.* 72. *ff. de vulgar.* & agnoscunt *Socin. Jun. ff. de leg.* 1. *in rubr. num.* 69. & ibi *Negueira numer.* 82. *Robertus lib.* 2. *sententiarum cap.* 23. *post princip. Thesaur. decis. ped. decis.* 58. *numer.* 8. item institutio- 5
nem *Rip. in l. hæredis nomen ff. de vulgar.* meritò
igitur relatum verbum *lego* ad dispositionem Testato- 6
ris significabit quamcumque Testatoris ordinationem, seu dispositionem, ut advertit *Alciat. lib.* 10. *Parergon. cap.* 1. quem refert *Covarr. cap. Raynutius* §. 10. *num.* 1. *Alsegrad. cons.* 75. *pars.* 1. *num.* 21. *&* 22. *Pichard. instit. de hæred. fideicommiss. in princip. num.* 5.
& deinque significat idem quod significat vulgare 7
verbum *testatus est*, *Bald. ad l.* 26. *legum* 12. *Tab. col.* 1. *Viglius in princip. institut. de testam. numer.* 33. quos sequitur *Barbos. ad rubr. ff. de leg.* 1. *num.* 33.
& solùm hodie est restricta per leges novas facultas 8
absoluta legandi, non vero significatio generalis dicti verbi *lego*, quia semper retinuit eamdem significationem generalem, ita tenet *gloss. dicta l. verbis legis* 120. & egregiè latèque *Petr. Barbos. de legat. in dicta rubr. ad ff. de leg.* 1. *n.* 35. ubi respondet contrariis.

Adverte tamen ne æquivocum sumas, quod ver- 9
bum *lego* hodierno usu videtur obliquum, ut dicit etiam *Barbos. dicto loco citato sub num.* 37. *& Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 3. *num.* 154. *& seq.* & huic conclusioni non dissentitur, sed cogitandum est, quod diversum est quærere de significatione hu-
jus verbi, & usu prædicti verbi, ideoque *Barbos.* 10
diversas instituit super his conclusiones, unam *sub numer.* 35. & alteram *sub numer.* 37. significatio enim semper eadem est lata, ac generalis, sed tamen quando eo verbo utimur in dispositionibus nostris significat solùm simplex legatum, scilicet verbum obliquum, & sic considerat idem *Barbos. supra citatus sub num.* 35. quod restrictio verbi *lego* per novas leges est solùm ad potestatem legandi, non verò quoad significationem, itaut si quis dicat homines solent legare, vel multi legaverunt bona sua, in istis casibus verbum *lego* retinet suam propriam significationem, secùs verò esset, si illud videamus in usu, scilicet in actuali dispositione Testatoris, tunc solùm importaret simplex legatum, scilicet verbum obliquum, ex his igitur sequitur, quod hic in nostro Statuto non est verbum *lego* in actuali dispositione, & in usu, ideòque retinet suam amplam, & latam significationem, ut in simili firmat *Merlin. Pignatell. centur.* 2. *cap.* 9. *num.* 26. *vers. nec est, juncto, num.* 35.

Ulterius etiam debemus considerare Statutum nostrum *de testamentis, & ultimis voluntatibus* §. *omnis autem dispositio* in quo disponitur, quod omnis voluntas, & dispositio quælibet Testatoris valeat, ac teneat, dummodo non sit contra bonos mores, sed si Monachus, vel Monialis non possent habere, nisi quod eis legatum esset, non posset substineri voluntas Testatoris, ideòque non valeret, & sic Statuta
se pugnarent ad invicem, vel saltem corrigerentur, 11
quod non debet unquam admitti, si alio quolibet modo salvari possunt *Alex. cons.* 134. *numer.* 25. & expressius *Bald. Cod. per quas person. nob. acquirit. Cravet. cons.* 70. *numer.* 19. *&* 32. ubi quod potius admittitur restrictio, quam inducatur correctio per *text. in sua gloss. l. quoties C. de fam. ercisc.* & faciunt adducta per *Roman. cons.* 339. *numer.* 11. Item dato hoc intellectu minus corrigeretur jus commune, quod fieri debet in Statutis, quando potest, præcipuè in hoc casu in quo aliter Testatoribus auferretur arbitrium disponendi de bonis suis in suos filios Monachos, quod maximum foret absurdum.

Pro corroboratione prædictorum adjungimus, quod 12
Statuentes per verbum *legatum* intellexerunt expressè de omnibus ultimis dispositionibus, seu relictis in morte ex eo quod successivè dixerunt, *seu inter vivos datum*, ex quo videtur quod verbum *legatum* solum positum fuit ad differentiam ejus, quod assignatum esset inter vivos, sive ad illius contradistinctionem, ideoque hoc verbum debet importare totam
suam naturalem significationem, exempli gratia si 13
Te-

Teſtator nominaverit mortem naturalem, & civilem ineluditur ſub morte naturali omoe mortis genus, ſive ex violentia, ſive ex natura provenieotis, quia naturalis poſita fuit hoc loco ad differentiam eivilia. *Bald. conſ.* 8. *num.* 2. 3. *vol.* 4. *Ciarlin. controverſ.* 88. *n.* 7. & 13. & *controv.* 226. *num.* 22. per bonos textus ab eo inductos, & ſic ſubſtitutio, quæ dicitur ſecunda hæredis iostitutio importat primam, ſecuodam, tertiam ſubſtitutionem ob differentiam pri-
14 mæ: ſic appellatione ſecuodæ nuptiarum venient ſecundæ, tertiæ, & ultra ad differentiam primarum. *Oinot. inſtit. de vulgar. in princip. n.* 3. *ibid. Pichard.*
15 *n.* 44. & hujuſmodi intellectus, qui non procedit ab interpretatione, ſeu extenſione hominis, ſed ab interpretatione, quæ eruitur ab ipſis ſtatuentibus, vel eorum mente, & à verbis ipſorum, ac expoſitione legis nuoquam eſt extraneus, ſed verus, & intrinſecus. *Curc. Son. conſ.* 9. *num.* 9. *junctis n.* 25. 26. *Rot. deciſ.* 548. *parc.* 1. *num.* 9. *Gabriel. conſ.* 14. *n.* 5. *lib.* 1. *Theſaur. deciſ.* 269. *num.* 6. & 12. *Caſanat. conſ.* 60. *num.* 16. & *ſeq.*

16 Hinc igitur firmandum eſt quod hujuſmodi dedicati habebunt omne id, quod eis relictum fuerit in ultimis diſpoſitionibus, vel per legatum, ſeu inſtitutionem, vel per fideicommiſſum, ſeu aliam ſubſtitutionem, quia noſtrum Statutum noluit uoquam limitare voluntatem in Teſtatoribus, & eorum arbitrium, ut cognoſcitur ex multis Statutis videlicet in Statuto *de Teſtam. & ultim. volunt.* §. *omnis autem* de quo ſupra, & in Statuto *de leg. & falcid.* in quo etiam ſtatuentes noluerunt, quod gravatus hæres, præterquam ille, cui deberetur legitima de jure, poſſit ſibi retinere aliquam Trebellianicam, ac falcidiam, quæ hæredi cuicumque de jure deberetur.

Scio enim quod multi de jure communi, & quidem erroneè communis Doctorum ſententia io legatis piis hoc procedere ooluerit. Negant enim falcidiam poſſe in iſtis gravatum habere ob privilegium cauſæ piæ, quod verum in jure oon eſt, ut modo oſtendam, & utile eſt ſcire, ne amplius in errore vivamus, & cæcitatem aliorum ſequamur.

17 Et fateor quidem ob oumeroſum examen Doctorum, qui ſequuti fuerunt, quod non poſſit detrahi falcidia, vel Trebellianica ex legatis piis, inter quos tenaciter hanc opinionem tenuerunt *Michael. Craſſ. de ſucceſſ.* §. *falcidia q.* 3. *n.* 5. *Vaſquez. de ſucceſſ. lib.* 3. §. 26. *n.* 24. *Alex. conſ.* 139. *lib.* 1. *col.* 2. *Tiraquell. de privileg. pia cauſ. Surd. de alim. tit.* 8. *privil.* 18. *n.* 3. *Vallaſc. conſult.* 105. *num.* 39. *Peregrin. de fideicomm. art.* 3. *n.* 63. qui dicit contra hanc opinionem temerarium eſſe defendere *Curc. Jun. conſ.* 120. *Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 72. *numer.* 11. & *ſeq. Mart. de ſucceſſ. legal. parc.* 4. *quæſt.* 28. *artic.* 2. *num.* 18. *Cancer. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. *ad fin.* & multos ab eo congeſtos *Ciarlin. cap.* 139. *num.* 2. & *ſeqq.* infinitos cumulat, & demum ego ipſemet ſine inani regiſtratione omnium Doctorum, qui pro hac opinione fuerunt, agnoſco eſſe communem.

Attamen eum omoes hi DD. & horum ſequacea erroneè hanc opinionem amplexi fuerint per æquivocum expreſsè ſumptum ſuper literali textus deciſione, ut inferius demonſtrabo, ideoque nullam eorum authoritas vim nobis facit ſtante errore prædicto ſuper intelligentia textuum noſtrorum, *Rovit.*
18 *conſ.* 18. *tom.* 1. quia Doctores licet infiniti non poſſunt inducere opinionem communem, quæ eſſet deſtituta omni jure *Dec. in cap. ſi duobus de appellat.*
19 *paulò antè n.* 62. *verſ.* & *quia communis;* Itaque auſus benè fuit in noſtro caſu *Doctiſſimus Carvalh. de una,* & *altera quarta deduc. parc.* 2. *à n.* 141. *ad* 147. & *ſeq.* (quem ſummè commendat *D. Torr. de Majorat. lib.* 2. *quæſt.* 25. *n.* 24.) procedere contra communiſſimam opinionem, quia hæc fuit eum corruptione, ut ille dicit proprii ſenſus textus; Idemmet-
20 que *De Luc. de Judic. diſc.* 35. *num.* 84. & 85. docet quod Doctores non ſunt oumerandi oumeratione aritmetica, ſed ponderandi, & videodi ſi aberrent ab juris noſtri principiis, qoia proſequitur non licet unquam à profeſſoribus legum ab iſtis deviare, & ridi-
21 culum eſſet ſi Judex opinionem ſequeretur non conſiderando ſi illam Doctores benè firmaverant, & quod non ſit contra aliquam textus deciſionem *Cyriac. controverſ.* 57. *num.* 17. *controverſ.* 118. *num.* 30. *Rot. deciſ.* 17. *num.* 4. & 9. *part.* 7. *recent.* quæ etiam receſſit à communi opioione quam non invenit ra-
tionibus juris innixam, undè benè admonet nos mo- 22
ralis Doctor *Senec. meus amatiſſimus in cap.* 1. *de Vit. Beat.* ubi dicit quod nihil magis præſtandum eſt, quàm oe pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem, pergentes oon qua eundum eſt, ſed qua itur, nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem vivimus, alieniſque petimus exemplis. Ex his conſidera quod communis opinio non eſt retinenda, quando illa erravit, ſetus quando ex interpretatione alieujus textus magis unam opinionem, quam aliam ſequuti fuerunt
Doctores, & demum opinio illa communis dicitur, 23
quæ melioribus rationibus fundatur, quam quæ ſuper majori numero Doctorum fundamenta collocavit *Ciarlin. controv.* 106. *num.* 51.

Videamus igitur in noſtro caſu ſi prædicti omnes 24
Auctores, ac alii eorum ſequaces io errorem huoc ceciderunt; & quidem ſatis evidenter decepti fuerunt, ut eleganter, ac eruditè affirmat *Jo: de Carvalh. in dicto ſuo tract. de una,* & *alter. quart. deduc. part.* 2. *num.* 147. quia Doctores prædictam opinionem tenuerunt per *text. in l. ſi quis ad declinandam circa finem C. Epiſcop.* & *Cleric.* ibi *ſin verò in perſonam certam, venerabilemve certam domum reſpexerit, ei tantummodo hereditatem, vel legatum competere ſancimus, nulla falcidia, nec in hac parte intercedente,* idem per alium *text. in Auth. ſimiliter C. ad l. falcid.* ubi Imperator ſic habet.

Similiter falcidia ceſſat in his, quæ ad pias cauſas relicta ſunt.

Hæ autem deciſiones textuales præmiſſæ, in quibus fundatur prædicta communis opinio contraria, nihil omoinò firmant ad ejus iotentum, & omne aliud ac diverſum diſponunt, ut modo patebit ex dicendis.

Agamus primo circa Trebellianicam, ſed ut melius, ac clariùs materiam aggrediamur, firmabo priùs meam opinionem, & ſucceſſivè reſpondebo dictis textibus, vel eos exclarabo oſtendendo vobis æquivocum, & undè iſtud proceſſit.

Et ſanè quod Trebellianica debeat detrahi à ſub- 25
ſtitutionibus fideicommiſſariis factis ad favorem piæ cauſæ non eſt dubitandum quod ſic per jura Digeſtorum in *l.* 1. §. *ad municipium ff. ad l. falcidiam,* & ſic fatetur *Ciarlin. controverſ.* 139. *num.* 1. defenſor contrariæ, & pro noſtra *Innocent. ad cap. cum tibi de teſtam. ad fin. Archidiacon. ad cap. ſi Pater de teſtament. in* 6. & *ibi Joann. Andreas in gloſſ. verb. Trebellianica, Oldrad. conſ.* 248. *dub.* 6. *Butricar. Roman. Jaſ. Coſta, Coraſ.* & alii citati per *Carvalh. dicta part.* 2. *ante num.* 142. *verſ. contrariam tamen,* qui omnes quamvis aſſerant, quod de jure Codicis, & Authenticæ falcidiam detrahi non poſſe in ſenſu contrariæ à legatis piis propter abrogationem factam de dicta *l.* 1. §. *municipium ff. ad l. falcid. vigore dicta Auth. ſimiliter C. ad l. falcid.* Nihilominus prædicti Authores concludunt, quod Trebellianica poteſt detrahi à ſubſtitutionibus, qoia hæc abrogatio fuit ſolùm in legatis, & per conſequens in falcidia.

Moventur quoque Doctores noſtri per *text.* Canonicum expreſſum *in cap. ſi Pater de teſtam. in* 6. Ubi habetur, quod ſi ſubſtitutio non eſſet directa pupillaris, poſſet mater, ſeu hæredes pupillarem deducere partem jure naturæ pupillo debitam, & inſuper quartam Trebellianicam contra pauperes ſubſtitutos, & hunc textum ſic etiam induxit gloſſa ſua, & ibi Doctores, ac nuperrime *Carvalh. dicto loco n.* 142. ubi dicit quod licèt jura antiqua reperirentur correcta in falcidia per dictam *Auth. ſimiliter,* quæ expreſsè loquitur ſolùm de falcidia, quoad Trebellianicam, tamen nulla correctio reperitur, ac proinde non poteſt fieri extenſio in materia correctoria de caſu falcidiæ ad Trebellianicam per tacitos ſubauditos intellectus, maximè, quia in correctoriis non fit extenſio etiam ex majoritate rationis per Doctores ibi cumulatos.

Ad textum *in l. ſi quis ad declinandum* §. *ſin au-* 26
tem C. de Epiſc. & *Cleric.* Reſpondeo, quod nihil loquitur ad materiam noſtram, quia benè textus ibi dicit,

dicit, quod non debet detrahi Trebellianica, seu falcidia, sed advertendum est priùs in quo casu disponit; loquitur enim in casu quando pauperes solùm sunt directè instituti hæredes, & principaliter, non verò oblique, sive indirectè modo fideicommissario illis relictum est; Quemadmodum dictum textum explicat glossa *in dicto cap. si Pater in verb. Trebellianica*, & ita optimè consideravit *Jas. l. 3. ff. ad Sen. cons. Trebel. num. 26. Ciarlin. dicta controv. 139. num. 30. & 31. Corn. in dicta Auth. similiter C. ad l. falcid.* qui sequitur *Jas.* Undè nihil mirum, inquit *Fachin. controv. jur. lib. 5. cap. 17. in princip.* si textus decidat nihil esse deducendum nomine falcidiæ, vel Trebellianicæ per Episcopos non hæredes gravatos ad restituendum pauperibus hæreditatem, vel legatum, sed tanquam procuratores eorum, quibus interim à jure committitur custodia relictorum pro pauperibus, ut patet ex verbis dictæ objectæ *l. si quis ad declinandum §. & si quidem* ibi *nullo penitus hoc lucro, vel Æconomo, vel Episcopo, vel Sacrosancta Ecclesiæ relinquenda*, & sine ulla admiratione idem fatetur dictus *Carvalh. dicto tract. numer. 143. & 146.* & ego dicam potius contrarium affirmare, esse omnino admirabile, ac extravagans.

Calamum modo revertamus ad falcidiam, quæ expressè per utrumque textum suprà in contrarium allatum videtur prohibita detrahi à legatis piis, & derogatum *l. 1. §. ad municipium ff. ad l. falcid.* quæ ut dixi hanc detractionem sine dubio ab hujusmodi legatis admittebat.

27 Et in falcidia idem tuetur, & concludit prædictus *Carvalh. dicto tract. numer. 145.* prout in Trebellianica, eleganterque probat, ac verè simul de jure quoque Auth. & Codicis posse dictam falcidiam detrahi, & fatetur dictam *l. 1. §. ad municipium* esse in viridi observantia cum pluribus authoritatibus ibidem adductis, quos recensere supervacaneus labor est, ex ea enim ratione, quia quando Imperator revocat juris antiqui dispositiones de illis solet mentionem facere, ut passim in pluribus legibus videre est. Igitur cum non inveniamus decisum ab Imperatore falcidiam cessare in relictis ad pias causas, & nullibi legamus derogationem ex adverso ideatam, concludendum per necesse est, quod dicta *l. 1. §. ad municipium* ad præsens adhuc locum habeat, & habere debeat.

Neque officit primo *l. si quis ad declinandum C. de Episcop. & Cleric. §. sin autem*, quia vidimus paulò suprà, in quibus terminis loquatur videlicet omnino diversis nihil commune cum nostris habentibus.

28 Major difficultas reperiretur in altero textu nobis pariter opposito *in Auth. similiter C. ad l. falcid.* quia videtur ex se clarus, ibi *similiter falcidia cessat in his, quæ ad pias causas relicta sunt.*

Si pro responsione animadvertendum non esset, quod prædicta *Auth. similiter* desumpta fuit ex *Authentic. de Ecclesiastic. titulis §. sin autem heres*, ut idemmet Codex denotat in dicta *Auth. similiter*, ideoque ad illum locum, scilicet ad relatum recurrere debemus. Dicit enim ibi textus *in dicto §. sin autem heres*, hæc præcisè verba: *Sin autem heres, quæ ad pias causas relicta sunt non adimpleverit, dicens sibi relictam substantiam, non sufficere ad ista, præcipimus omni falcidia vacante quiquid invenitur in tali substantia proficere pro jussione Sanctissimi locorum Episcopi ad causas, quibus relictum est*, ex qua dispositione colligitur mentem Justiniani non fuisse prohibere falcidiam ex legatis piis, sed punire hæredem negligentem in solvendis legatis allegando pro excusatione suæ negligentiæ bona prædictis legatis non sufficere quo casu jure meritò, & quidem sanctissimè decidit Justinianus noster, ut in pœnam hujus fraudis nomine falcidiæ nihil detrahatur per hæredem, sed omnia bona applicentur causis piis per Episcopos, & iste germanus intellectus apparet ex eo etiam, & confirmatur, quia textus *in dicto §. sin autem* sequitur continuò ad thema propositum ab ipso Imperatore in §. præcedenti, ubi Imperator privat hæredes omni lucro, si moniti per annum non adimpleverint, quæ per defunctum fuerint eis mandata, & ita observat *dictus Carvalh. loco supra citato num. 147.*
29 & ibi cum eo concludo propter nimiam summaritatem cum corruptione proprii sensus deductam fuisse *Auth. similiter* ab authentico *de Ecclesiasticis titulis §. sin autem*, & istæ auth. desumptæ ab Irnerio non probant *Gabb. cons. 117. num. 71.* & hoc vitium Irnerii sæpè parum fideliter Imperatoris decisiones transcribentis deplorat *Zasius in singul. respons. lib. 1. cap. 7. sub num. 6. propè fin.* ubi dicit, quod ille multos Doctores decipit, & decipiet, qui ad Authenticas transcriptas advertunt, non ad verba authenticorum, ideoque decepti fuerunt Doctores omnes, qui pro contraria communiter fuerunt, nam solùm prælibarunt verba *dictæ Auth. similiter*, quæ quidem ex se sola veritatem propositionis firmare videtur, ita crediderunt, & benè *Cujac. in novell. 131. Fachin. controv. lib. 5. cap. 17. Gothofred. in annotat. ad text. in Auth. de Ecclesiastic. titul. §. sin autem collat. 9. lit. F. Mangil. de imputat. & detract. quæst. 118. numer. 20. & 22.*

Ex istis pro veritate collige, quod si quis est verè institutus hæres, potest detrahere falcidiam à le-
garis piis, ut probavi suprà, & certum in jure est, 30
secus verò si loquamur de exequutoribus, videlicet Æconomis, Episcopis, vel locis piis, quos quamvis titulo hæredis honoramus, attamen pro meris exequutoribus voluntatis nostræ, sive eorum, quæ ordinavimus, instituti sunt, ut loquitur *text. in dicta l. si quis ad declinandum §. sin autem C. de Episcop. & Cleric.* quem explicavi suprà, & Doctores ibi à me allegati. Quibus addo *Ciarlin. controv. 139. n. 30. 31.* In hoc enim casu hujusmodi exequutores non debent aliquam falcidiam, seu Trebellianicam detrahere à legatis piis, seu hæreditate pro pauperibus relicta, quia illi nullo modo reputantur hæredes, & nullum commodum possunt habere ut dicit *Cardin. de Luc. de legitim. & detract. disc. 34. num. 2. 3. & 4. & num. 14. & addent. ad decis. 25. part. 3. rec. num. 31. & 36.*

Hinc consequenter cessat illa magna disputatio, an 31
pia causa instituta possit detrahere falcidiam, sive Trebellianicam à legatis piis, de qua elaboratè scripsit *Ciarlin. controvers. 139. & 140.* & alii in ista quæstione nimium, sed inaniter efaticantes, quamquam etiam dubiam dixit *Rot. decis. 11. numer. 13. part. 10. recent.* insudando super dictæ propositionis intelligentia, nam satis probavimus supra nullum adesse in jure nostro circa id privilegium concessum causis piis, ideoque semper remanet corroborata illa Doctorum opinio, quæ ad favorem causæ piæ hæredis institutæ contra quoscumque legatarios pios, vel hujusmodi generis concludit, itaque stabilit *Carvalh. tractat. de una, & alter. quart. num. 148.* Ex hac mala textuum intelligentia, vel potius æquivoco, ecce quot involutiones emanarunt, & quod pejus est in eas semper velimus incidere, & istam veritatem non percipere, sed aliorum æquivoca insequi sub prætextu secundandi communiori opinioni, quæ decepta fuit à corruptione prædicti textus *Auth. similiter* translati cum mutilatione in libro Codicis, & sic benè his temporibus applicatur sanctissima Senecæ supra relata sententia, quod non ad rationem, sed ad similitudinem vivimus, alienisque perimus exemplis, quod ex parte mea multum deploro.

Non ignoro quidem in hac nostra Civitate esse quosdam Judices, qui nimio exuberantes zelo semper ad favorem piarum causarum sententiam proferunt, eisque videtur summum meritum sibi compa-
rare, quoties ad earum utilitatem pronuncient, hu- 32
jusmodi autem personarum genus pro meo Judicio, *& Cardin. de Luc. disc. 34. num. 12. de legitim.* in simili casu, contemptibile est, quia nimium indiscreto zelo abundant, & nollem ab eis audiri, quia certè me pro blasphematore haberent, ignorantes illud Euangelii nostri documentum *reddite autem, quæ sunt Cesaris Cesari, quæ sunt Dei Deo*, & quod multum admiratione facit illud est, quòd illorum liberalitas, & favor circa pias causas vivit solùm in concedendo libenter bona tertii, & non propria, ideò ridicula mihi pœnitus videtur eorum pietas, & charitas cum nemo potest de bonis alienis facere eleemosynam *Mantic. de conject. libr. 3. tit. 19. numer. 11.*

Non nego verò quod non sit in dubio inclinandum 33
causis

causis piis, eisque favendum in ambiguo *gloss. 1. in princip. ad regulam, cum sunt 11. de regul. jur. in 6. Souf. decis. Lusitan. 6. num. 18.* sed solùm persuadere desidero hujus modi scrupulosos, quod tunc satis merentur prophanis causis concedendo, quod eis de ju-
34 re debitum est ad exclusionem piarum, cum pietas non debeat vincere justitiam *l. sunt personæ 43. ff. de religios. Souf. decis. 6. num. 17.*

S U M M A R I U M.

1 *Substentatio vitæ idem est, ac si diceretur, alimentum, subsidium, vel necessitas vitæ.*
2 *Relictum pro necessitatibus, licet necessitates non subsistant debetur legatum, & n. 11.*
3 *Alimenta debita ex contractu, scilicet jure actionis, & non officio judicis peti possunt præterita.*
4 *Licet nulla interfuerit interpellatio.*
5 *Et debentur alimenta etiam personæ diviti.*
6 *Etiam in casu quando petuntur actione Statuti.*
7 *Ille, qui non habet ex reditibus se alere, dicitur in necessitate, licet proprietatem bonorum multorum habeat.*
8 *In Statuto nostro, qui non habet necessitates vitæ non potest petere quidquam pro substentatione.*
9 *Ex dispositione legis pro substentatione concessum, cessat cessantibus necessitatibus, secus ex dispositione hominis.*
10 *Præcipuè quando relictum pro dictis necessitatibus debebit respicere commodum tertii.*
12 *Quando simpliciter relinquitur alicui pro substentatione, & non quantitas certa, tunc non debetur legatum, nisi necessitas aderit.*
13 *In relicto pro certa necessitate attenditur solùm tempus necessitatis.*
14 *Alimenta præterita etiam debentur, licèt ex officio judicis deberentur, dummodo tamen in mora debitor constitutus esset.*
15 *Item quando contraxit debita ad se alendum.*
16 *Monachus, sive Monialis in bonis paternis, maternis, & ascendentium non possunt habere nisi unicam substentationem.*
17 *Dispositio collectiva facit unicum corpus de collectis.*
18 *Si Testator ad mille vocavit duas personas, non debetur pro singula mille, sed quingenta & ita viceversa.*
19 *Secus si Testator distributivè dixerit Cajo mille, & Sejo mille.*
20 *Verba* omnia prædicta bona *referunt omnes portiones suprà à Statuto expressas.*
21 *Necessitas, sive vitæ substentatio remittitur arbitrio Judicis.*
22 *Alimenta debent detrahi à fructibus, & non à capitalibus.*

1 NISI PRO SUBSTENTATIONE VITÆ) Substentatio vitæ idem est, ac alimentum, seu subsidium, vel necessitas vitæ, unde paria sunt, ac si dicatur pro substentatione vitæ, pro alimentis, pro necessario, seu necessitatibus, vel pro subsidio vitæ. *Castill. de alim. cap. 2. num. 1. Dunozet. Sen. dec. 288. n. 8. Cravet. cons. 149. num. 4. Surd. de alim. tit. 2. q. 2. num. 18. 19. 20. & quæst. 5. num. 1. 2. Simon. de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 1. interrog. 2. dub. 2. solut. 12. num. 5. fol. mihi 72.*

Quæstio enim potest in hoc Statuto contingere, utrum si Monachus, vel Monialis habeant, unde aliàs vivere, scilicet ex bonis ab extraneo donatis, ita ut non sint in necessitate, vel non indigeant aliqua vi-
2 tæ substentatione hoc videtur dubium, nam quando relinquitur aliquid, vel pecunia, vel fundum alicui personæ pro suis necessitatibus, vel ut se pascant, tunc etiam debetur legatum etiamsi necessitates non subsistant, & habeant unde aliàs vivere *Menoch. cons. 8. numer. 23. in fin. Castill. quotid. de usufruct. cap. 30. numer. 11. Cancer. var. libr. 3. cap. 20. numer. 168. Rot. decis. 203. part. 2. divers. numer. 1. decis. 55. num. 10. part. 10. recentior.* ac in præcisis terminis alicujus quantitatis relictæ pro alicujus substentatione, quod tunc debeatur legatum, seu relictum, licet nulla tunc vitæ substentationis necessitas adsit. *Surd. de alim. tit. 5. quæst. 5. numer. 13. & antea in tit. 2. quæst. 5. numer. 8. Castill. de alim. cap. 2. numer. 1. vers. & concludit Corn. lib. 2. cons. 187. num. 9. & 10. Bald. cons. 35. numer. 1. Simon. Prat. libr. 4. dub. 8. num. 91. fol. mihi 399.* ex his succedit, quod 3
etiam alimenta præterita, quæ debentur ex contractu, vel ultima voluntate, & sic jure actionis, & non officio Judicis peti possunt, licet aliunde habita fuerint, & nulla fuerit ex præterito necessitas *Textus sunt expressi in l. libertas 18. §. manumissis, & ibi Bart. ff. de alim. & cibar. leg. & cons. 211. vol. 1. n. 5. Rot. decis. 203. num. 1. part. 2. divers. Gratian. cap. 104. num. 57. Menoch. cons. 8. sub numer. 22. vers. non obstat, Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 2. numer. 11.* ac 4
etiam ubi non adesset interpellatio, quia debentur absque ulla interpellatione *Bart. in l. libertis quos §. 1. de aliment. legat.* quem sequitur *Simon de Prat. lib. 4. dub. 11. num. 88. fol. mihi 430.* & præstanda sunt 5
etiam diviti pro præteritis. *Ferentil. ad decis. Buratt. 705. numer. 10. Rot. decis. 55. num. 3. part. 8. recent.* & in casu quando petuntur actione Statuti. *Rot. de-* 6
cis. 398. num. 25. part. 9. tom. 2. recent. Molin. de primogen. quæst. 75. num. 4. Palm. alleg. 103. num. 9. 13. 14. 15. Menoch. cons. 8. num. 20. vers. primo, adverte quoque quod dicitur ille in necessitate, quando 7
non habet ex redditibus se alere, licèt habeat proprietatem multorum bonorum, quia hæc non tenetur vendere per dictam *decis. 398. numer. 28. part. 9. tom. 2. rec. Bald. cons. 30. num. .... lib. 2.*

Contrarium tamen his non obstantibus decido in 8
casu Statuti nostri, quia non sumus in dispositione 9
hominis, sed in dispositione legis, ex qua omne id quod nobis concessum est ob causam, semper intelligitur illa causa finalis, & non impulsiva, ut in dispositione hominis, ideoque alimenta debita ex vigore legis, seu ex illa concessa semper dicuntur ob necessitatem substentationis, & subducta necessitate non debentur. *Text. in l. si quis à liberis §. idem rescripsit, & §. sed si filius ff. de liber. agnosc.* quos pariter inducit *Bellon. cons. 88. numer. 2. Cancer var. cap. 16. num. 36. lib. 1. Roland. cons. 55. num. 5. lib. 1. Allegrad. cons. 95. numer. 85. part. 1. Castill. de aliment. cap. 18. num. 6. Cephal. cons. 81. numer. 7. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 44. numer. 48. tit. 4. quæst. 2. num. 28.* ubi in terminis distinguit, *& tit. 5. quæst. 5. numer. 10. Alex. cons. 27. num. 2. vol. 4. Ruin. cons. 80. numer. 5.*

Secundò, ex eo quia non potest dubitari quod in 10
nostro Statuto non sit causa finalis, quia hæc causa respicit commodum tertii, & ita procedit quamvis non essemus in lege, sed in dispositione hominis. Quod respiciat commodum tertii evidens est, quia cessante hac causa accrescitur relictum, sive dispositum ad favorem aliorum fratrum, sive sororum. *Cancer var. libr. 3. cap. 20. numer. 183. Tiraquell. tract. cessante caus. cessat effectus limit. 1. numer. 52. & 53.*

Tertiò, omnia prædicta contraria nobis opposita 11
procedunt solùm in casu, quo esset relicta certa quantitas, sive species in quibus terminis licet sit appositum à Testatore verbum pro necessitatibus, vel pro substentatione, nihilominus legatarius acquirit illud certum legatum, licet non subsistant necessitates, vel vitæ necessarium non adsit, neque vitæ substentatio, quia id non valet ad diminuendum legatum certæ quantitatis. *Corn. cons. 187. num. 9. & 10. Bald. cons. 235. lib. 1. Rosa consult. 64. num. 10. Prat. de interpretat. ultim. vol. interr. 2. dub. 2. solut. 12. fol. mihi 72. num. 12. Castill. quotid. de usufruct. cap. 30. num. 11. Cancer. var. cap. 20. num. 167. & 168. lib. 3.* Secus 12
verò quando aliquis relinquit in genere pro necessitatibus, sive vitæ substentatione, exempli gratia lego quod erit necessarium pro substentatione vitæ, *Sabell. in summ. verb. alimenta n. 15.* quia tunc non militant prædictæ authoritates nobis in contrarium allatæ, & ratio diversitatis expressa cognoscitur, nam legatum certæ quantitatis pro suis necessitatibus, sine ulla investigatione necessitatum legatarii subitò debetur, secus verò quando legatum est incertum, nam illud

debet regulari secundum necessitates legatarii, & per consequens illæ debent omnino considerari, ad hoc ut possint congruenter taxari alimenta, ideoque in isto casu necessitates sunt finaliter consideratæ, quia debent dare normam, ac regulam legato, unde ex hoc infero, quod si nullæ etiam adsunt necessitates non debetur relictum incertum pro necessitatibus, sive alimentis, quia solùm debentur in quantum necessitas requiret *Simon. de Prat. lib. 4. de interpret. ultim. vol. dub. 11. numer. 7. fol. mihi* 425. ubi si relinquo tali tantum, quod ei sufficiat pro faciendis expensis, tantum importat hoc legatum quantum pro expensis illis possit se substentare, & ita *Alex. cons.* 158. *numer. 7. lib. 7. Cravet. cons. 25. numer. 27. Gabriel. cons. 108. lib. 2. numer. 17. junctis numer. 64.*
13 *&* 68. & sic quando relinquitur occasione certæ necessitatis, & non certa quantitas pro necessitatibus, consideratur solum tempus necessitatis, & non præteritum, quo non adfuit necessitas *l. nec semel §. si inhabitationem ubi Bart. ff. quando de leg. ced. & Bald. in auth. ingressi num. 60. vers. sed nuncquid inspicimus C. de Sacrosanct. Eccles. quos sequitur Simon. Prat. de ultim. vol. lib. 1. interp. 2. dub. 2. solut. 12. num. 12. fol. mihi* 72. ubi quod legatum relictum pro certa necessitate, & non certa quantitas pro necessitatibus debetur solum respectu temporis necessitatis, secus verò alio casu, quia debetur pro omnibus temporibus, quia tunc non attenduntur, sive extent necessitates, sive non, ut dixi supra per authores cumulatos.

Dixi suprà quod possunt solùm alimenta præterita peti, quando jure actionis petuntur, secus verò quando ex officio Judicis *Rot. decis. 193. num. 68. par. 5.*
14 *& decis. 55. num. 2. par. 8. recent.* Intellige tamen, quod si ex officio debeantur, & debitor sit in mora factus, tunc debentur etiam alimenta præterita de-
15 bita ex officio, ita distinguit *Gratian. cap. 6o. n. 21.* Item quando contraxit debita ad se alendum *Mart. Medic. decis. Senens. 89. num. 19. & 20. Paul. Melius ad Castil. de aliment. cap. 19. num. 6.*

16 Ex hucusque allegatis resolvitur aliud dubium, quod oriri possit in hoc nostro Statuto, videlicet si modo moriatur Pater, & Filius Monachus, sive filia Monialis obtineat illud, quod debetur sibi pro substentatione vitæ, & deindè mater moriatur non poterit certè Monachus, seu Monialis prætendere, ac obtinere aliud vitæ substentamentum, quia illud jam habuerit in bonis paternis, vel viceversa, & per consequens nullo amplius indiget substentamento, quo deficiente, ut dixi mox supra, ac probavi, omnis peritio, sive actio deficit.

Et quoque admisso, non verò concesso, quod necessitas vitæ substentationis non requiratur, adhuc hujusmodi Monachus seu Monialis numquam poterunt petere, tam in bonis paternis, quàm maternis, nisi unicam substentationem, & una obtenta, vel in bonis paternis, vel maternis amplius aliam obtinere non poterunt, nam Statutum sic voluit expresè, ut videmus; nam de bonis paternis, ac maternis fecit unum corpus, per collectivam dispositionem, seu co-
17 pulativam ibi *in bonis paternis, maternis, & ascendentium*, quia dispositio collectiva facit unicum corpus de collectis *l. interdum 13. in princ. ff. de hered. instit.* latè *Barbos. de offic. & potest. Episc. allegat. 72. n. 198. vers. alius separ. 3.* & ita copulativa *l. plane 34. §. 1. ff. de leg. 1.* ideoque si Statutum tanquam ex uno corpore bonorum voluit substentationem detrahi, non possunt duæ substentationes ex eodem corpore prætendi, quia esset contra voluntatem statuentium volentium, quod in omnibus bonis paternis, maternis, & ascendentium substentationem unam desumere possit Monachus, & si duas peteret distingueret bona paterna, ac materna, quam separationem negavit facere Statutum, nam de istis omnibus bonis collectivè, seu copulativè positis fecit unum corpus, ex quo illa substentatio detrahi possit, & cum paritate res cla-
18 ra sit si Testator vocat plures personas videlicet Titium, & Cajum ad mille ejus hæreditatis, videtur ne pro singulo legatum mille, nequaquam, quia Titius, & Cajus vocati copulativè faciunt unicam personam ad illud legatum mille, & solum habebunt mille, & non bis mille, ita concludunt infiniti Authores relati per Doctissimum *Bellon. de jur. accresc. cap. 5. quæst. 21. numer. 4.* itaque dicendum est vice versa si una persona vocetur ad mille plurium bonorum, videlicet in bonis meis paternis, ac maternis habeat Petrus mille, Petrus non recipiet nisi mille, quia illa bona paterna, ac materna faciunt unum corpus, secus verò dicendum erit si Testator dispo- 19
suerit sic, Titio mille, & Cajo mille relinquo, quia vocantur ad diversas summas *Bellon. dict. tract. cap. 5. quæst. 17. num. 5. & seq.* & ita quoque si Statutum dixisset in bonis paternis substentationem unam, & unam substentationem in bonis maternis, quia tunc Statutum duas substentationes certum est, quod vellet detrahi.

Ex his enodata satis videtur hæc quæstio, quæ meo judicio parum dubietatis in se retinet præcipuè si consideremus etiam postrema verba hujus Statuti volentis, quod omnia prædicta bona, tam paterna, quàm materna deferantur ad alios fratres, vel sorores, qui totum dicit nihil excludit vulgatis juribus, & verbum *omnia* est universale *diction. 241. Jo: Augustini Barbos.* & totum comprehendit *Altograd. Sen. cons. 54. numer. 90. tom. 1.* nullam admittit limitationem *Giurb. decis. 84. numer. 16. Rot. decis. 157. numer. 7. part. 8. & D. Benden. collect. legal. 8. num. 33. lib. 2.* & in terminis nostræ hypothesis, quod prædictum 20
verbum *omnia* referat omnes portiones supra expositas dixit *D. Palm. Nepos allegat. 374. numer. 16.* licet finis ad quem allegavit est insubsistens, ut modo videbimus suo loco; Igitur si omnes portiones, tam patris, quàm matris pervenire debent ad alios fratres, vel sorores exclusa substentatione vitæ, non poterit ultra istam dedicatus aliam portionem petere, seu prætendere aliam portionem, videlicet in bonis matris, & in bonis patris, quia hoc in casu non omnia bona ad alios fratres, seu sorores pervenirent, si alteram portionem, præter unicam substentationem, retinerent dedicati.

COGNOSCENDA ARBITRIO MAGISTRA- 21
TUS: Et sic est de jure, nam debent Judices, quibus spectat, considerare qualitates personæ, & vires hæreditarias *Sard. de aliment. tit. 4. quæst. 18. numer. 1. Simon. de Prat. de ultim. volunt. lib. 4. dub. 11. num. 68. fol. mihi 428. & late a num. 51. cum seq.* ubi 22
solùm à fructibus, & non à capitalibus hæreditatis alimenta trahenda sunt, sed quia non possunt dari super hoc certæ regulæ, ideoque totum committitur arbitrio Judicis ex circumstantiis considerandis in actuali taxatione.

S U M M A R I U M.

1 *SI morietur Testator relicta post se filia dicata Monasterio, ac nepotibus ex altera filia, cum fratre Laico ipsius Testatoris, successio devolvitur per nostrum Statutum ad nepotes ex filia, & ad fratrem Testatoris. Ita tamen quòd ea bona, quæ deferri deberent ad filiam dicatam, perveniant ad nepotes ex altera sorore præmortua. Contra num. 7.*

2 *Antecedentia numquam debent tolli, sed præservari à sequentibus, ne destruantur, præcipuè quando sequens dispositio est dubia.*

3 *Ex diversitate loquendi, diversa mens arguitur, & voluntas.*

4 *Verbum* pervenire *non est hæreditarium.*

5 *Si duo succederent simul, & tertia persona exclusa sit respectu unius, non vero respectu alterius, portio dicta tertia persona perveniet solum ad eum, cujus favore est exclusa, & quando hæc opinio procedat sub num. 10.*

6 *Summe laudatur Bellonus.*

7 *Omnia bona defuncti, si aderit filia dicata alicui Monasterio, debebunt pervenire solum ad nepotes ex altera filia, & non ad fratrem defuncti.*

8 *Statutum excludens certum genus personarum ad favorem alterius, solum dicitur illud exclusum respectu inclusi, & non alia personarum genera.*

9 *Sorores exclusæ ad favorem fratris, deficiente fratre possunt succedere.*

11 Fæ-

11 Fœmina quando non exclusa est simpliciter, sed in casu particulari ad favorem certi generis personarum tunc non habetur pro mortua.

12 Vel saltem haberi debet pro mortua respectu persona tantum per quam excluditur.

13 Verba referentia ad formam succedendi superius expositam operantur solum ordinem successionis inter expressè vocatos in dispositione.

14 Verba pervenire debeant sunt communia, & important hereditariam successionem, quando loquitur in casum mortis.

15 Verba accipienda sunt secundum subjectam materiam.

16 Sub Statuto de successionibus ab intestat. solum tituli hereditarii dicuntur comprehensi.

17 Dictio alios est repetitiva qualitatis pracedentis.

18 Statutum excludens descendentes propter fratres intelligi debet de fratribus ipsius persona exclusa, non verò de fratribus defuncti.

19 Major ratio est includendi descendentes, quam transversales.

20 Ubi bona ascendentium deficiunt, frater, ac soror ali, vel dotari debet ab altero fratre, vel sorore, non autem à Patruo, vel avunculo.

21 Qui sentit onus debet etiam sentire commodum.

22 In Statutis debet accipi intellectus, qui minus deroget juri commum.

23 Dictio adversativa sed non solum adversatur, sed etiam conjungit retentis terminis pracedentis casus.

24 Inclusio, & exclusio in Statuto sunt correlativa.

25 Verba relativa ad aliquam formam succedendi important solum ordinem successivum inter expressè vocatos in dispositione.

26 Argumentum debet esse clarius quastione, de qua agitur.

27 Ad hoc ut Statutum exclusivum locum habeat verificari debet, quod defunctus sit ex personis expressis, à quorum successione quis excluditur.

28 Dicatus, vel dicata alicui Monasterio non debet excludi à successione avi, at aliorum supra ascendentium, sed tantum Patris, & Matris.

29 Bona feudalia, & emphyteutica non dicuntur paterna, vel materna, sed propriè ascendentium.

30 Clausula generalis determinatur per specialem clausulam pracedentem.

31 Dictio universalis omnia juxtà ipsam naturam actus & subjectam materiam restringi debet.

32 Portio exclusi favore alterius huic semper accrescit, quia favore ejus facta est exclusio.

33 Dictio universalis omnia debet restringi quando ex ea resultaret absurdum.

34 Exclusio facta unius persona à Statuto ad favorem alterius non prajudicat tertia persona non exclusa.

35 Quando Statutum quosdam includit, & quosdam excludit, admittuntur cum inclusis etiam hi, qui pari gradu sunt, ad successionem, licet non fuerint vocati, vel inclusi a Statuto expressè.

36 Generalis dispositio non trahitur ad casus in specie provisos.

37 Superviventia matris exclusa favore agnatorum facit succedere ipsos agnatos, quasi per jus in eos translatum, licet adfuerint transversales proximiores non exclusi à Statuto, qui agnatos excluderent.

38 Fœmina exclusa masculorum contemplatione habetur solum pro mortua respectu ipsorum, secus respectu tertie persone, que cum masculo admitti debet, & tunc portio fœmina accrescit solum masculis.

39 Fœmina tunc habetur pro mortua, quando omni casu est exclusa.

40 Persona exclusa propter aliam, hac nolente, vel deficiente, potest succedere.

41 Renunciatio resolubilis in casum non solutionis annui non excludit in totum, & omni casu renunciantem à successione.

42 Quando renuncians aliquid recipit intuitu etiam ejus quod competere sibi poterit, recipit etiam illud loco portionis, qua in futurum ipsi debitura erit.

43 Et fœmina exclusa aliquid accipiendo, vel pro alimentis, vel alia qualibet causa ab hereditate defuncti non debet haberi pro mortua.

44 Renunciatio fœmina est inutilis quando Statutum à successione eam excludit.

45 Renunciatio hereditatis deferenda semper habet tacitam conditionem si hereditas fuerit renuncianti delata, & num. 46.

47 Nullo modo potest renunciari juri, quod delatum non est neque deferendum erit, & ante conditionem repudiare legatum non possumus.

48 Notatur differentia inter repudiare, ac renunciare, illud juri jam delato refertur, istud juri deferendo.

49 Renunciatio absolute facta, ac simpliciter sine pacto, idem est, ac repudiatiu, & utraque valere non potest, nisi hereditas sit in statu, quo adiri possit.

50 Renunciatio spei de futuro valet, & quod renuncians habuit non tenetur restituere etiamsi ei nihil deferatur.

51 Dubius eventus substinet pactum, vel transactionem, ne dicatur nulla.

52 Spes de futuro in contractu non potest deduci nisi sit probabilis.

53 Spes de futuro, que est cum desiderio mortis proximioris in successione pracedentis non est probabilis.

54 Renunciatio hereditatis censetur collata in tempus, quo hereditas defertur.

55 Contra. Ad tempus renunciationis delata post professionem hereditate actus renunciationis retrotrahitur.

56 Adhoc ut fiat talis retrotractio ad tempus renunciationis extrema debent esse habilia, scilicet tempus renunciationis, & tempus delata hereditatis.

57 Renunciatiu hereditatis deferenda est pura, non conditionalis, ideoque obligat renunciantem à principio.

58 Licet sit pura renunciatio semper habet tacitam conditionem, si quandoque hereditas deferatur.

59 Filia renuncians eodem instanti succedit per legem, ac excluditur per virtutem renunciationum.

60 Monasterio non aliter hereditas defertur, quam ex jure, & persona Monachi, seu Monialis, ideoque si ille, vel ista renunciaverit Monasterio, nihil acquirere possunt.

61 Statutum prohibens, quod filia, vel Monialis non possit petere, nec habere, reddit eam incapacem successionis, & omnem delationem hereditatis impedit.

62 Exclusio facta à Statuto, vel lege impedit delationem, & acquisitionem, secùs illa facta ab homine, ut in renunciatione, quia tunc solum impeditur acquisitio.

63 Renunciatio successionis inutilis est in eo casu quo Statutum renunciantem ab hereditate semper excluderet etiam absque renunciatione.

SED OMNIA BONA PRÆDICTA PERVENIRE DEBEANT AD ALIOS FRATRES, VEL SORORES) Super his verbis nuperrime contigit quæstio, quæ non est parvi ponderis, & quod non indigeat aliquo studiò, ut benè super illa resolutio intelligatur, adhuc enim illa viget, non quia coram Judice lis adhuc pendeat, nam per transactionem amicabiliter interpositam sopita est, sed quia non adhuc decisivè resoluta fuerit, seu determinatio aliqua super hoc dubio prodierit.

Quæstio enim illa est mortuo Testatore, sive Testatrice relictis post se filia dicata Monasterio, ac nepotibus ex altera filia cum fratre laico ipsius Testatoris, fuit disputatum, an cui hæreditas deferatur, an solis nepotibus ex filia, an fratri dicti Testatoris, sive Testatricis.

Casus iste fuit à pluribus ingeniosissimis, ac celeberrimis advocatis consultus hinc inde, & ex utraque parte viriliter certatum est, sperans utraque super valore earum advocatorum victoriam referre, prout isti hanc sibi omnino persuadebant, id profectò procedit ex more advocationis, quæ affectus animum patrocinantis perturbans sine ullo discrimine veritatis, ac falsitatis opinionem inserit, & talis usus semper fuit nedum modernis, sed antiquis temporibus, ideoque parum, aut nihil de hoc miror, quia consulentium stylus omnibus innotescere debet, id verò quod me multum scandalizat est mos quorumdam Authorum, qui tractantium formam sequuti, attamen auri præmio clam obtento conclusionem ad favorem alicujus pro indubitata in lucem exponunt sub specie imaginarii casus, qui nimis in concreto reperitur, abominandum hoc genus est, & ab eo tanquam pesti abhorreo.

Precor hanc avertere pestem,
O Di immortales, tantisque obstare ruinis.

Quia in se non minus peccant, quàm Judices contra mentem judicantes, ratio enim est, quia qui pro veritate scribit in illa se tanquam Judicem constituit, & non solum falsitatis, sed injustitiæ reus redditur. Quisque conscientiæ suæ consulat, mihi solùm provideo, mihi attendo, quia non sum Custos fratris mei.

Redeamus ad nostram præmissam disputationem, dixi, quod fuit agitata, videlicet ex una parte Eruditissimus D. Joseph Bottinus Advocatus noster celeberrimus consuluit ad favorem solum nepotum ex filia, & firmavit totam hæreditatem ad illos devolvi debere excluso fratre intestati, pro altera verò parte scilicet fratris intestati voluerunt hæreditatem, tam nepotibus, quàm fratri deferri inter quos insignes JJ. CC. Hieronymus Palma Nepos in duabus allegationibus, quas nuperrimè typis edidit *in 4. Tomo suarum allegationum in ordine allegat.* 374. & 375. & Joannes Torre in unà allegatione volanti folio, quæ ad manus meas nunquam pervenit.

1 Mihi verò primo aspectu conciliare posse videbantur prædictorum Jurisconsultorum jura, & opiniones media via, scilicet cum distinctione sequenti, admittendos videlicet esse nepotes ex filia simul cum fratre Testatoris, ut clarè disponitur suprà in §. *Sed si non extabunt filiæ*, cum hac tamen conditione, quod bona, quæ deferri deberent ad filiam dedicatam, ipsa perveniant ad ejus nepotes ex sorore præmortua, & talis intellectus mihi videbatur esse genuinus, ac germanus, sine tot involutionibus, ac argumentorum serie mendicata.

Ratio autem hujus tertiæ opinionis videtur eruî ex literis apertis dicti §. *Sed si non extabunt filiæ*, in quo sine dubio admittuntur fratres cum nepotibus ea filia, & sic ex parte fratris, ac nepotum firmata est eorum successio super dicto §. Neque præsens §. de quo scribimus contrarium disponere voluerit, sed inhabilitare dicatos, seu dicatas, ut eorum bona pervenire debeant ad alios fratres non mutando successionem primam stabilitam etiam ad fa-
2 vorem fratris defuncti, seu defunctæ, quia antecedentia nunquam debent tolli, sed præservari à sequentibus, ne destruantur *Rot. decis.* 55. *num.* 28. 29. *part. 9. tom.* 1. præcipuè quando dispositio sequens est dubia, quia tunc prima influit ad sequentem, & eam declarat, non è contra. *Cancer. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 20. *de legat. num.* 209. *cum seq.* & id quoque mihi persuadere videbatur ea sonu verborum, quo utitur hic Statutum *pervenire debeant ad alios fratres*, diversum à verbo *succedant* positum suprà
3 in §. *sed si non extabunt filia*, ex qua diversitate cognoscitur alia mens statuentium, & voluntas aliter disponendi *Alex. cons.* 204. *num.* 13. *lib.* 6. *de Luc. de leg. disc.* 53. *num.* 6. §. *eo magis Galganet. de condit. & demonstrat. part.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 104. *num.* 6. *Coccin. decis.* 2121. *num.* 143. *Merlin. decis.* 800. *num.* 11. *Card. Cels. decis.* 116. *num.* 8. *& decis.* 202. *num.* 16.
4 & ita illam fuisse, nam verbum *pervenire debeant*, non est verbum hæreditarium successionem importans, sed quidem verbum jure particulari aliquod attribuens diversum omnino à verbo *succedant* ut in in simili *Emin. Cardin. de Luc. disc.* 101. *num.* 6. *& disc.* 108. *num.* 4. Unde concludendum esse videtur, quòd tam nepotes, quàm frater defuncti admittendi sunt ad successionem hæreditariam, sed ea bona, quæ pervenire debebant ad filiam dicatam, seu dicatum, alio titulo particulari per verbum *pervenire debeant*, pertinebunt ad nepotes ea filia.

Ad corroborationem prædictæ opinionis faciunt ea, 5
quæ tradunt Doctores, videlicet si duo simul succedunt, & sit tertia persona, quæ respectu unius ex dictis duobus sit exclusa, non verò respectu alterius, adhuc prædicti ambo succederent, sed portio dictæ tertiæ personæ perveniret solum ad eum, cujus favore est exclusa dicta tertia persona, ita pulchrè firmat
Bellon. à me semper comendandus æterna laude, & 6
summum benemeritus de nostra Jurisprudentia *Bellon. inquam, de jur. accresc. cap.* 5. *q.* 49 *n.* 8. *usque ad fin. Abb. cons.* 111. *Gabriel. cons.* 18. *n.* 19. *Torr. de pact. futur. success. par.* 2. *c.* 47. *n.* 60. *Capon. discept.* 350. *n.* 14.

Sed re vere maturius considerata aliud contrarium 7
pro veritate sentio, & opinioni primæ ab insigni D. Bottino nostro firmatæ adhæreo ex validis argumentis ab eo deductis, nec non ex quibusdam considerationibus pro Ingenii mei imbecillitate habitis, & à Divino numine suppeditatis. Omnis igitur hæreditas, sic concludendum est, & ritè, & rectè ad solos nepotes ex filia pertinere debet excluso Fratre defuncti, sive defunctæ non obstantibus iis quæ, vel pro acumine ingenii, vel ut melius dicam pro substinenda ejus opinione clientulis affirmata etiam pro veritate latè deduxerunt *D. meus Hieron. Palma Nep. in suis allegat. nuperrimè in lucem editis scilicet d. alleg.* 374. & 475. Et Celeberrimus opere, ac sermone Jo: Torre in allegatione pariter typis edita, sed volanti folio, quam præ manibus habeo.

Ratio autem præcipua hujus nostræ conclusionis innititur literali dispositioni hujus §. *Masculus*, ex quo clarè colligitur, quod solùm fratres, vel sorores, vel eorum liberi succedant in omnibus bonis, tam Paternis, quàm maternis ad exclusionem filii dicati, seu filiæ dicatæ alicui Monasterio qui, vel quæ deberet succedere ad exclusionem omnium, *ut ex princip. hujus nostri Statuti, & ex §. Si ex defuncto*, immediatè sequenti, quomodo ergo potest venire frater defuncti, si ad successionem non vocatur? nam si in principio Statutum nostrum vocat filios masculos, & eorum descendentes, postea filias ad exclusionem omnium, ergo frater defuncti non est ibi vocatus, neque admissus cum filiis, seu filiabus, sed penitus exclusus, neque videtur vocatus frater defuncti in hoc paragrapho præsenti, sed solùm fratres, sorores, sive eorum liberi, dicatorum, vel dicatarum: ergo exclusus legitur semper defuncti frater.

Indubitata, & sine scrupulo procedit conclusio in 8
jure, quod quando Statutum excludit unum genus personarum ad favorem alterius solum dicitur genus exclusum respectu inclusi, & non alia personarum genera. Itaut non existente genere incluso potest genus exclusum succedere respectu aliorum *Peregrin. de fidei-
comm. art.* 28. *n.* 55. & 56. *& ibi Censal. addens*, ubi 9
quod si sorores excludantur ad favorem fratris, cessante fratre, vel nolente, vel impotente, vel non extante potest succedere soror *Mart. de success. part.* 1. *q.* 12. *art.* 4. *n.* 1. *& seq. & part.* 2. *q.* 4. *art.* 6. *n.* 16. ubi quod exclusio dicitur favore personarum à Statuto expressarum, & non aliarum, quia factum ad favorem unius non est dispositum ad favorem alterius sed restringitur favor ad personas specificatas. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 278. *n.* 81. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 2. *n.* 57. 58. 59. *Censal. ad Peregrin. de fideicomm. art.* 26. *vers. verum declara omnia cum seqq. & art.* 36. *n.* 11. *Altograd. cons.* 82. *lib.* 1. *à n.* 25. *Merlin. dec.* 22. *n.* 10. *Rot. dec.* 518. *n.* 4. *part.* 3. *rec. & dec.* 223. *in fin. part.* 5. *& dec.* 514. *n.* 8. *d. part.* 5. *tom.* 2. & melius *Rot. dec.* 116. *n.* 4. 5. *& dec.* 181. *num.* 3. *& seq. part.* 5. *Rot. coram Penn. decis.* 162. *num.* 11. *secundum impressionem Venetam*, & in puncto Statuti nostri *Belmont. decis.* 77. *num.* 4. *& seq.*

Sic igitur concludendum in nostro casu, nam dedicatus, & dedicata est solum in nostro Statuto exclusus, sive exclusa ad favorem aliorum fratrum, sororum, & eorum liberorum ibi expressorum, sed non ad favorem aliorum, imò præter personas specificè

præ-

prædilectas remanerent ab omni exclusione illæsæ, & sub dispositione juris communis, ut firmarunt una voce prædicti authores, & præcipuè *Rot. decis.* 223. *in fin. part.* 5. *tom.* 1. *recent.* & *decis.* 514. *numer.* 8. *tom.* 2. quod non sequeretur, si vellemus admittere cum personis à Statuto expressè prædilectis, seu honoratis Fratrem defuncti, cujus favore Statutum non abstulit bona sua à dicato, vel dicata, sed solum favore personarum specificatarum in præsenti paragrapho.

10 Nec quidquam contrarium facit illa conclusio, quod quando Statutum excludit fœminas à successione patris, aut matris extantibus masculis, si præter masculos, quorum contemplatione fuit fœmina exclusa, superest alia persona, quæ pariter cum masculis excludentibus fœminas ad successionem admittatur, portio fœminæ exclusæ debeat solis masculis excludentibus applicari, & non removeri debet alia persona non exclusa à Statuto à successione pro illa portione sibi etiam debita per authoritatem *Bellon. cap.* 5. *de jur. accresc. quæst.* 49. *num.* 8. & *seq. ad fin. Abb. cons.* 121. *Gabriel. cons.* 18. *num.* 19. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 47. *num.* 60. *Capon. disceptat.* 350. *num.* 14.

Quia respondetur quod hujusmodi Doctores loquuntur, & eorum Doctrina procedit, quando fœmina exclusa debebat simul succedere cum illa persona tertia, cujus favore non erat exclusa. Ideòque solum portio fœminæ exclusæ pervenire debet masculis eam excludentibus, videlicet si Statutum excluderet fœminam propter masculum, & adesset alia tertia persona, quæ cum dicto masculo, & fœmina succederet, tunc portio fœminæ exclusæ propter masculum, & non propter dictam tertiam personam perveniret solùm ad masculum, cujus favore exclusa est filia fœmina. Portio autem in qua tertia persona succederet, semper eadem remanere debet apud eamdem, neque ad masculum pertinere debet, quia non est propter eum exclusa à Statuto, sed continuat in ejus portione sibi debita, & hoc casu procedunt Doctores, & Doctrinæ supra allegatæ.

Sed nos sumus in specie diversa, quia fœmina exclusa propter fratrem suum non succedit simul cum Patruo, sed in toto succedit, ut habemus in §. *Sed ex defuncto non aderunt*. Ideoque tota ejus hæreditas pervenire debet ad fratrem, vel sororem suam, sive eorum liberos secundum formam Statuti, & non ad Patruum, quia sicut valet argumentum de toto ad totum, quàm de parte ad partem vulgatis juribus, ita debemus dicere in casu nostro. Nam si Doctores prædicti voluerunt, quod tota portio, quæ ad fœminam exclusam spectaret, perveniat ad masculum eam excludentem, & non ad tertiam personam non exclusam à Statuto, quæ cum dicto masculo excludente fœminam succedit, & admittitur. Igitur hæc dicata, quæ cum persona Patrui non succedit, sed in tota hæreditate, hæc hæreditas tota sibi debita pervenire debet ad alios fratres suos, seu sorores eorumque liberos; Unde est quod hæc conclusio magis convalidat nostram opinionem, & omninò eam in tuto collocat.

Neque contrarium facit quod exclusa à successione pro mortua habeatur.

11 Primò enim respondetur hoc procedere, quando persona est omni casu exclusa, secùs verò quando potest in aliquo casu succedere, ut filia, quæ masculis extantibus à successione repellitur, nam succedere potest, si masculi portionem non acceptent, vel si omnimodò non succedant, & ideò non potest ante acceptationem masculorum pro mortua reputari *Honded. cons.* 1. *num.* 86. & *seq. vol.* 2. quem sequitur ibi *Bellon. n.* 15. & *Altograd. cons.* 82. *n.* 26. *tom.* 1. *Merlin. decis.* 22. *num.* 10. & *decis.* 43. *part.* 7. *numer.* 14.

12 Secundò dicitur persona exclusa tunc haberi pro mortua solùm respectu ejus, à quo excluditur, & ad solum ejus commodum. Cæterum respectu aliorum perinde haberi, ac si succederet *Paris. cons.* 36. *num.* 29. *vol.* 2. & *Honded. dict. cons.* 1. *num.* 89. *vol.* 2. *Menoch. cons.* 172. *num.* 31. *Jul. Capon. disceptat. forens.* 350. *num.* 14. *Olea de cession. jur. tit.* 3. *quæst.* 4. *num.* 32. 40. 41. & 42. *Torr. de Primog. Ital. part.* 2. *quæst.* 4. *num.* 20. & 21.

Nec juvat argumentum desumptum ex præsenti §. *Masculus* ex verbis *secundum formam præsentis Statuti*, quæ uti de sui natura relativa comprehendere debent personas expressas in §. *Sed si non extabunt*, ubi disponitur quod fratres defuncti una cum nepotibus ex filia admittantur.

Et licet hoc objectum sit præ omnibus aliis responsione dignum, attamen brevi indigemus studio ad illud diluendum.

Nam prædicta verba relativa solum accommodantur fratribus, sororibus, & eorum liberis, & sunt solùm importantia ordinem successionis inter expressè vocatos in dicto §. *Masculus*, ut in similibus terminis ratiocinatur *Rot. dec.* 172. *num.* 12. *part.* 14. *recent.* & *decis.* 158. *part.* 5. *tom.* 1. & *decis.* 513. *n.* 28. *part.* 5. *tom.* 2. 13

Ad ea autem, quæ deduxi pro tertia opinione, videlicet, quod tam nepotes, quàm frater defuncti succedere debeant ex dispositione dicti §. *Sed si non extabunt filiæ*, cum conditione tamen quod bona, quæ pervenire debebant ad dicatum, seu dicatam pertinere debeant ad alios fratres, sorores ejusdem dicati, vel dicatæ ob diversitatem observatam à statuentibus, ut suprà consideravimus, nam in præsenti §. *Masculus* non usum fuit Statutum verbo *succedere*, sed verbo *pervenire debeant*, ex quo videtur, quod titulo particulari solum voluerit admittere fratres dicati ad ejus portionem tantum, & non excludere ad successionem fratrem defuncti, qui admissus fuit à statuentibus cum nepotibus ex filia in §. *sed si non extabunt*.

Respondetur enim primò, quia quamvis Statutum non utatur verbo *succedant*, attamen cum loquatur per alia verba post mortem alicujus, vel matris, vel patris, tunc videtur velle alicui acquiri, ut hæredi. *Honded. cons.* 16. *num.* 15. *vol.* 2. Item quando non sunt directiva in personas, ut si diceret Statutum alii Fratres habeant, fruantur, & similia sed directiva in successionem, ut pertineant bona seu in nostro casu *pervenire debeant*, quæ sunt communia, tunc verba hujusmodi important successionem hæreditariam *Merlin. de legit. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 3. *num.* 4. *Rot. coram Ludovis. decis.* 398. *in apostillis Beltramini litt. A* & *Rot. decis.* 710. *num.* 4. *part.* 1. *rec.* & *Rot. decis.* 653. *num.* 7. *cum aliis antecedentibus part.* 2. *recent.* & in terminis verbi *pervenire*, quod significat hæreditatem, ac successionem *Altograd. cons.* 75. *n.* 27. *part.* 1. 14

Secundo, quod tollit omne dubietatem, quod verba accipienda sunt secundum subjectam materiam de qua fit sermo *cap. solitæ de majorit. & obedientia, l. si uno in principio ff. locati l. si stipulatus ff. de usur. l. Insulam de Præscript. verb.* quod à fortiori procedit in Statutis. *l.* 3. §. *hæc verba ff. de negot. gest.* consequenter si nostrum Statutum tractat de successionibus in hoc eodem §. *Masculus*, nam dicit *quod bona pervenire debeant ad alios fratres, sorores, & eorum liberos secundum formam præsentis Statuti*, sed secundum formam præsentis Statuti instituerunt statuentes sermonem de successionibus, ut videtur in vocatione fratrum, sororum in paragraphis antecedentibus; ergo hic etiam hæc bona pervenire debent ad fratres, sorores jure hæreditario, ac successionis, præcipuè cum hoc Statutum sit positum *sub rubrica de successionibus ab intestato*, ex qua arguitur, quod solum titulus hæreditarius intelligatur comprehensus in Statuto, ut per *Bottiler. de success. cap.* 1. *Theorem.* 14. *num.* 15. & 16. 15 16

Ad alterum verò motivum deductum ex dicto §. *Masculus* ly *ad alios Fratres*, quasi per ly *Fratres* veniat quoque frater defuncti, satis respondebo paulò infrà suo loco in prædictis verbis paragraphi præsentis, cum ibi suis annotationibus faciendis, & ad ea recurre.

Alia verò motiva, quæ meo Judicio parvi momenti perpendo, & parum curanda, satis, ac luculenter ab Eruditissimo D. meo Bottino diluuntur in allegatione sequenti, ne duplici, ac inutili quidem labore me, ac vos lectores humanissimos molestem, ac tædio afficiam, & quidem fateor satis ad evidentiam reductum esse hunc articulum, & qui adhuc de eo dubitaret, potius illum de imbecillitate, vel de cavilloso arguerem.

Allegatio D. Josephi Bottini in prædicto articulo.

Præsupponitur in facto ab intestato decessisse M. Mariam Spinulam superstitibus R. Theresia filia Moniali Professa MM. Christophoro, Vincentio, & Nicolao Andrea de Spinulis, nepotibus ex M. Hieronyma altera filia prædefuncta, & M. Ludovico ipsius M. Mariæ fratre utrinque conjuncto. Orta fuit quæstio, an ad successionem M. Mariæ admitti debeat M. Ludovicus frater unà cum dictis descendentibus ex filia prædefuncta juxta formam, & dispositionem Statuti in §. *sed si non extabunt*, vel soli descendentes ipso M. Ludovico prorsus excluso.

In qua clari juris esse censeo solos descendentes ad integram successionem admitti debere, & esse casum literalem præallegati Statuti in §. *Masculus*; Cum enim hoc Statutum apertè loquatur in casu, quo post mortem matris, de cujus successione tractatur, extet filia in aliquo Monasterio dedicata cum fratribus, sororibus, & eorum liberis, & disponat quod filia in aliquo Monasterio dedicata non possit petere, nec habere in bonis maternis, nisi illud quod fuisset ei legatum, seu inter vivos datum, vel assignatum, & in casu quo ei nihil legatum, vel assignatum fuisset non possit petere, nisi pro substentatione vitæ ipsius, sed omnia bona prædicta pervenire debeant ad aliós fratres, & sorores, & eorum liberos secundum formam præsentis Statuti, & in proposita facti specie extat R. Theresia filia in Monasterio dedicata cum MM. Christopharo, Vincentio, Nicolao, Andrea ex alia sorore præmortua liberis ad solidam successionem dilucidè vocatis, utique admitti debent excluso penitus M. Ludovico ejusdem R. Theresiæ avunculo, qui in isto Statuto non reperitur nominatus.

Nam appellatione aliorum fratrum, sororum, & eorum liberorum non veniunt in hoc Statuto fratres matris, aut patris defuncti, de cujus successione agitur, sed dumtaxat continentur fratres, sorores, & liberi fratrum, & sororum ipsius personæ in Monasterio dedicatæ, qui licet nuncupentur fratres respectu personæ dedicatæ, tamen etiam sunt filii, & descendentes respectu matris, aut Patris, de cujus successione tractatur.

17 Primo, quia illa verba Statuti *ad alios fratres*, intelliguntur secundum verba præcedentia per illam dictionem *alias*, quæ est repetitiva qualitatis præcedentis *Clement. pr. juncta gloss. de reb. Ecclesiastic. non alienand. cap. 1. de summa Trinit. l. quidam relegatus 6. ff. de rebus dubiis l. si fugitivi 3. ibique gloss. verb. alia, & communiter scribentes C. de servis fugitivis Ponte conf.* 154. *lib.* 2. *num.* 73. *Castill. controvers. libr.* 6. *cap* 181. *num.* 43. *Casan. conf.* 34. *numer.* 22. *Vela dissert.* 29. *num.* 53. verba autem præcedentia ad fratres, & sorores ipsius personæ dedicatæ sunt omnino restricta, ibi *dedicatus, vel dedicata in aliquo Monasterio, sive ante, sive post mortem Patris, Matris, Fratris, ac Sororis*, similiter, & verba illa Statuti *omnia bona prædicta* referuntur ad bona præcedentia, scilicet bona paterna, materna, & ascendentium, quæ solùm congruunt descendentibus ejus de cujus successione agitur.

18 Secundò, quia Statutum excludens descendentes à successione propter Fratres intelligi debet de fratribus ipsius personæ exclusæ, non autem de fratribus defuncti, de cujus hæreditate agitur, cum non sit sumenda interpretatio, ut transversalis excludat descendentes *Michaler. de fratribus part.* 3. *cap.* 15.
19 *numer.* 188. Et major est ratio includendi filios, & proximiores, quam transversales, aut eos, qui sunt in gradu remotiori, magisque descendentibus, quàm transversalibus debita est successio *Bald. in l. quod verò numer.* 3. *ff. de legibus*, *Acosta de major. bonorum patrimonialium pag.* 119. *Joann. Faber institut. de legitima agnat. success. §. Cæterum Milanen. decis.* 9. *numer.* 157. *lib.* 1. *Cravetan. conf.* 72. *numer.* 28. *Francisc. à Sousa in l. fœmina ff. de Reg. Jur. part.* 1. *numer.* 205. *&* 206. *Ursin. de success. feudor. part.* 2. *quæst.* 4. *artic.* 1. *numer.* 1. *& seqq. Ascan. Venturin. apud D. Joann. Torre de Primogen. & majorat. Italiæ part.* 2. *quæst.* 46. *num.* 48.
& quia cum frater, & soror, ubi bona ascenden- 20
tium deficiunt, à fratre, & sorore ipsius, non autem à Patruo, vel avunculo ali, & dotari debet *l.* 1. *§.* 1. *ff. de Tutel. & ration. distrahendis l. qui filium ff. ubi pupillus educari l. mutus* 76. *§. manente ff. de jure dotium l. quamvis* 21. *ff. solut. matrimon.* conveniens est, quod emolumentum portionum fratrum, & sororum exclusarum acquiratur fratri, & sorori,
qui tenetur eos alere, & dotare, nam qui sentit onus 21
debet etiam sentire commodum *l. secundum* 10. *ff. de regul. juris*.

Tertio, quia quamvis verba quantumvis indefini- 22
ta, & universalia, ubi Statutum duos intellectus recipere potest, semper intelligi debent secundum intellectum, qui minus, quàm fieri potest juri communi deroget. *Rot. decis.* 475. *num.* 6. *part.* 1. *diversor. Gratian. disceptat.* 546. *numer.* 13. *&* 14. *decis.* 167. *post Joann. Torr. de Pact. futur. success. numer.* 39. & si Statutum potest corrigere jus commune in uno, & in duobus numquam est interpretandum, ut corrigat in duobus, imo declarandum est, ut corrigat in uno tantùm *Altograd. conf.* 88. *numer.* 14. *libr.* 1. *Ascan. Venturin. apud Joann. Torre dicta quæst.* 46. *num.* 8. *D. Palma Nepos allegat.* 81. *sub num.* 3. *decis.* 241. *num.* 7. *part.* 18.

Non obstat motivum à Præstantissimo D. Felice Andreolo causæ commissario accutissimè excitatum, & à DD. meis Palma nepote, & Joann. Torre in eorum Doctissimis allegationibus in hac causa editia pariter comprobatum, quod nimirum M. Ludovicus M. Mariæ defunctæ frater in dicto §. *masculus* sit nominatus, & inclusus propter illa verba immediatè sequentia *secundum formam præsentis Statuti*, quæ uti de sui natura relativa comprehendere debent personas expressas in §. *sed si non extabunt*, ubi disponitur, quod unà cum nepotibus ex filiabus prædefunctis fratres intestatæ personæ ad successionem admitti debent.

Primò, quia illa verba *secundum formam præsentis Statuti* quamvis de sui natura relativa, tamen relationem habere non possunt ad §. *sed si non extabunt*, etenim Statutum in §. *sed si non extabunt* expressè loquitur in casu, quo filiæ non extant, at Statutum in §. *masculus in principio*, supponit existentiam filii, vel filiæ in aliquo Monasterio dedicatæ, ut aperta sunt verba ipsius Statuti in principio, ibi *post mortem patris, matris*, & observat etiam *Card. de Luca de successionibus in supplement. disc.* 45. *numer.* 6. quæ existentia filii, vel filiæ, in aliquo Monasterio dedicatæ intelligitur quoque repetita in eodem §. *masculus*, in illis verbis *sed omnia bona prædicta pervenire debeant ad alios fratres, & sorores, & eorum liberos secundum formam præsentis Statuti*,
propter dictionem adversativam *sed*, quia adversati- 23
va non solùm adversatur, sed etiam conjungit retento eodem themate, & repetitis terminis præcedentis casus *Surd. conf.* 354. *num.* 23. *conf.* 315. *num.* 1. 2. *& conf.* 426. *num.* 33. *Giovagn. respons.* 99. *lib.* 1. *num.* 10. 11. cum ergo Statutum in §. *masculus in principio* posuerit casum existentiæ filiorum in aliquo Monasterio dedicatorum, in sequenti clausula *sed omnia bona* intelligi debet, ut pariter loquatur existentibus filiis, vel filiabus in aliquo Monasterio dedicatis *Bald. in l. omnes populi ff. de justitia, & jure sub n.* 21. ubi inquit, quod unum caput Statuti trahitur ad alterum caput ejusdem Statuti etiam per conjunctiones adversativas, nam etiam in adversativa videtur repetita qualitas præcedentium, cum sit conjunctiva; Verbi gratia dicit Statutum existentibus masculis fœminæ non succedant ab intestato, nisi in dote, facto verò Testamento non succedant, nisi quatenus Testator eis duxerit relinquendum, certè intelligitur facto Testamento, scilicet masculis extantibus, & hoc ex natura copulæ, quia dictio *verò* prout *sed* est conjunctiva, ergo repetitionem inducit, quam *Baldi* doctrinam post alios quos adducit, sequitur *Natta conf.* 570. *num.* 8. *&* 9. & consequenter verba illa *secundum formam præsentis Statuti*, non possunt referri, nisi ad illas dispositiones in quibus Statutum loquitur extantibus filiis masculis, vel
fœminis. Accedit quod inclusio, & exclusio in Statuto 24

sunt

sunt correlativa, undè non habet locum inclusio facta de fratribus, sororibus, & eorum liberis secundum formam præsentis Statuti, nisi quatenus extant filiæ, aut filii in aliquo Monasterio dedicati, qui excludi debent *Dec. conf.* 296. *num.* 4. *Gabriel. conf.* 15. *lib.* 1. *sub num.* 22. *decis.* 43. *par.* 7. *num.* 19.

25 Secundò quia verba *secundum formam præsentis Statuti* stant per modum continuationis cum illa præcedenti clausula *sed omnia bona prædicta pervenire debeant ad alios fratres, sorores, & eorum liberos*, & non augent numerum personarum inclusarum, sed dumtaxat ad ordinem succedendi referuntur, & nihil aliud significant, quàm dedicatis in aliquo Monasterio exclusis eumdem successionis ordinem inter alios fratres, sorores, & eorum liberos servandum fore, qui in aliis dispositionibus præsentis Statuti fuit designatus *Vela dissert.* 49. *num.* 108. Idque optimo consilio factum est ad dirimendas quæstiones illas, quæ seclusis his verbis oriri possent, nimirum, an alii fratres, sorores, & eorum liberi intelligerentur simul invitati, an verò ordine successivo, & an censerentur vocati secundum ordinem ipsius Statuti, vel juris communis *Albert. Brun. de Statutis fœmin. excludentib. art.* 13. *quæst.* 4.

Nec turbat motivum à præfato D. causæ Commissario, & etiam ab altero Præstantissimo Domino meo Auditore Philippo Constantino subtilissimè consideratum, quod nimirum, si prædicta verba *secundum formam præsentis Statuti*, essent duntaxat restricta ad ordinem succedendi inter dictos fratres, sorores, & eorum liberos, plura continerent absurda, siquidem, ut ajunt, decedente aliquo cum filio, & duobus neptibus ex altero filio, vel filia præmortua, quarum una sit religiosa, tota hæreditas devolveretur ad neptem laicam, quæ est soror Religiosæ, & excluderetur filius masculus, & immediatus defuncti, quia ipse non est frater, nec descendens à fratre, vel sorore ipsius Religiosæ, & si essent neptes ex filia præmortua, neptis laica remotior minùs dilecta, & fœmina præferretur proprio filio defuncti, quando si existeret viva mater ipsarum neptum proximior ipsum defuncti filium non excluderet, quare plus concederetur remotiori, quam propinquiori. Prætereà excluderetur filius religiosi, si existeret tempore mortis avi, quia nec ipse esset de personis inclusis, & à Statuto contemplantis in dicto §. *Masculus*.

26 Primò, quia istæ argumentationes, aut ex iis, quæ inferius dicentur, non procedunt, aut saltem dubiæ, & incertæ sunt, & quia secundum logicorum leges argumentum debet esse notius, & clarius ipsa quæstione, fit, ut ex principio dubio inefficax sit argumentatio *Masculus de successione conventionali, & anomala classe prima membr.* 2. *num.* 351.

27 Secundò, quia ad hoc ut Statutum exclusivum locum habeat, verificari debet, quod defunctus sit ex personis expressis, à quarum successione quis excluditur *Ascanius Venturin. apud Jo: Torre de primogen. Ital. par.* 2. *quæst.* 46. *num.* 15. Atqui Statutum in §. *Masculus* ex parte passiva defuncti, a cujus successione Religiosi excluduntur, requirit, ut defunctus sit Pater, vel mater, frater, vel soror, ut aperta sunt verba ipsius Statuti, ibi *Patris, matris, fratris, sororis, vel alicujus ipsorum, qui, vel facto testamento, vel ab intestato decesserint*, & consequenter si moritur avus relicta moniali ex filio, vel filia prædefuncto cum ista monialis à successione avi non excludatur, penitus cessant prima absurda in motivis adducta.

Et quamquam Statutum statim subjiciat *non possit petere, nec habere in bonis paternis, maternis,*
28 *& ascendentium*, non tamen inde sequitur, ut inquit Doctissimus D Auditor Constantinus, quod voluerit Religiosum excludere à successionibus omnium ascendentium, quia intelligendum est retentis terminis immediatè suprà expressis, & sic de iis bonis ascendentium ad prædictum patrem, vel matrem pervenientis, qui, vel facto testamento, vel ab intestato decesserint, & quæ religiosus consequeretur, si à solis bonis paternis, & maternis exclusus esset, ut
29 sunt feudalia, & emphyteutica, quæ nulla personarum Religiosarum mentione habita ascendens pro se, filiis, & descendentibus acquisivit, aut in quibus ad favorem descendentium fideicommissum successivum constituit, nam licet prius in filios transeant, tamen quoad ulteriores descendentes non dicuntur bona paterna, vel materna, sed propriè, & verè bona ascendentium *Jason. in l.* 1. §. *veteres ff. de acquirend. possess. num.* 19. *Jo. Anton. Bellon. conf.* 60. *num.* 55. 56. 57. 74. *& seq. Masculus de success. conventional. & anomala class.* 1. *membr.* 2. *num.* 361. *& sequentib.*

Tertiò demus, & ultrò quidem quod Statutum in §. *Masculus* religiosum à successione avi, & omnium ascendentium excludat, quia tamen dictis fratribus, & sororibus, eorumque liberis acquiritur solum portio, à qua religiosus excluditur, & quàm ipse Religiosus consequeretur, si à Statuto in dicto §. *Masculus* exclusus non esset, cessant pariter prima absurda superius objecta; Et quamvis acutissimè in motivis Præstantissimi D. mei Auditoris Constantini replicetur, quod huic responsioni contrariatur litera Statuti, quod verè loquitur de integra hæreditate non de sola portione, quæ ad Religiosum spectaret propter illa verba *bona omnia*, tamen observari debet quod verba Statuti *omnia bona prædicta* referuntur ad antecedentem clausulam in eodem §. expressam ibi *non possit petere, nec habere in bonis paternis, maternis, & ascendentium*, & ideò intelligi debent de omnibus illis bonis paternis, maternis, & ascendentium, quæ Religiosus non potest petere, nec habere, seu à quibus per Statutum excluditur *ad tex. in l. quoties* 10. *C. Famil. Ercisc.* ubi divi- 30
sio mancipiorum facta per testatorem inter suos hæredes non mutatur, quod in sequentibus verbis mancipia sua universa nulla facta eorum discretione commendanda putaverit hæredibus, cum iis ea videatur commendasse, quibus etiam testamento relinquenda esse decrevit, quem *tex.* summando *Bartolus* dicit, quod clausula generalis sequens determinatur per specialem clausulam præcedentem, ad idem est *Tex. in l. fin.* §. *cui dulcia ff. de tritico vino, & oleo legato*, ubi cum Testator legasset vinum amphorarium Græcum, & dulcia omnia, & dubitatum fuisset, an ob illam universalem *omnia* etiam dulcia, quæ non sunt potionis in legato comprehenderentur, responsum fuit venire dulcia tantum, quæ potionis sunt, non alia, ex quo textu notat ibi *gloss. in verb. ex collatione*, quod præcedentia minuunt generalitatem sequentium. Præterea observandum est, quod 31
dictio *omnia* juxta ipsam actus naturam, & subjectam materiam restringi debet *l. in provinciali* 3. §. *final. juncta l. de pupillo ff. de novi operis nunciat. leg. generali* 32. §. *uxori ff. de usufr. legat. c. ad nostram* 21. *de jurejurand.* ubi textus ait, quod verba illa juramenti, *quod in omni causa deberes ordinem judiciarium observare* secundum approbatum intellectum rectè intelligi possunt, ut omnibus causis ordinem judiciarium observares, in illis videlicet in quibus est ordo judiciarius observandus, & bellissimè tradit *gloss. in l.* 3. *C. sine censu, vel reliquis*, ibi *cum dico omnis homo diligit filium suum refertur ad habentes filios, & illud omnis homo videt, quod ipse videt refertur ad videntes, sic omnis homo timet, in mari subauditur, qui ibi sunt; item mulier præfertur omnibus creditoribus, verum est talibus, qualis est ipsa, idest hypothecas tacitas non etiam expressas habentibus* & verba illa 8. Regum *ivit Azael in occursum ejus habens secum munera, & omnia bona Damasci*, de quibus *in c. Judices* 2. *quæst.* 1. exponit *gloss. ibid. in verbo bona, idest aliqua de omnibus bonis, idest de omni genere bonorum.* materia autem subjecta in pro- 32
posito ejusmodi est, quod quando quis excluditur à successione contemplatione alterius, semper portio, quam exclusus habiturus fuisset, applicatur ei, cujus contemplatione exclusus est *Bartol. in l.* 2. §. *si duos fratres ff. de collatione bonorum, Roman. in leg. unica C. quando non peton. partes numer.* 68. *& conf.* 411. *in fin. Hondod. conf.* 1. *lib.* 2. *num.* 77. *Bellon. de jur. accresc. cap.* 5. *quæst.* 49. *num.* 1. *& seqq.* & quando quis succedit cum diminutione aliqua, illud, quod diminuitur accrescit ei, ad cujus commodum facta est lex *Bal. in summario l. si defunctus* 15. *C. de suis legitimis*, & proinde illa verba *omnia bona*

in

in statuto expressis intelligi debent de omnibus bonis, à quibus Religiosus excluditur, non autem de integra hæreditate, seu de omnibus bonis ipsius defuncti, alioquin illud maximum, & prorsus intolerabile absurdum sequeretur, quod si pater, vel mater Religiosi decederet cum testamento, in quo partem hæreditatis, vel bonorum personis extraneis reliquisset, nullius momenti Testamentum esset, cum omnia bona Testatoris ad personas inclusas in dicto §. *Masculus* pervenire deberent, quod sanè ferendum
33 non est, & semper dictio *omnia* restringi debet, quando ex ea resultaret absurdum *Dec. in l. omnia ff. si certum petatur in fin. Barbos. diction. 241. num. 19.*

Quartò demus etiam, quod Statutum verè loquatur de integra hæreditate applicanda fratribus, sororibus, & eorum liberis, & non de sola portione,
34 quæ ad religiosum spectaret, nihilominùs hæc vocatio fratrum, sororum, eorumque liberorum ad integram hæreditatem intelligeretur in præjudicium religiosorum dumtaxat, qui excluduntur, non autem filiorum defuncti, vel ipsius Religiosi, aut aliarum personarum à Statuto non exclusarum, & sic cessant omnia absurda in motivis figuram, ut probat in puncto *Gabriel. cons. 15. num. 1. & num. 22. vers. non obstat, & num. 23.* ubi stante Statuto, quod fœminæ nihil petere possint in bonis maternis, sed in illis masculi tantum ejusdem matrimonii plenariè, & integrè succedant, si ex eodem matrimonio extant fœminæ exclusæ, & masculi ad integram hæreditatem vocati, extat etiam ex alio matrimonio frater uterinus à Statuto non exclusus, resolvit quod iste frater uterinus ad successionem admittitur, & masculi ejusdem matrimonii à Statuto expressis verbis vocati, ut ipsi plenariè succedant, intelligi debent tantum vocati in præjudicium fœminarum, quæ excluduntur, non autem aliorum, qui jure communi una cum eis admittuntur, & in Statuto excludente sorores utrinque conjunctas ab hæreditate fratris, & matris, & disponente quod masculi tantum integrè in totum, ac plenariè succedant, si extat soror utrinque conjuncta exclusa, soror uterina non exclusa, & masculus ad integram, & plenariam successionem vocatus, quod ex hac vocatione masculi ad universam hæreditatem, non inferatur præjudicium sorori uterinæ non exclusæ, quæ nihilominus succedere debet in portione sua, quam de jure communi habuisset circumscripto Statuto plenè tradit *Honded. cons. 1. lib. 2. num. 72. 73. & 76.*

35 Quinto, quia ubi Statutum quosdam excludit, & quosdam includit, tunc demum vocatis in capite inclusivo defertur integra successio, quando extat casus à Statuto provisus, in quo successio deferatur, ut quoties exclusi, & inclusi dumtaxat reperiuntur, nec concurrat alia persona à Statuto omissa, quæ sit in pari, aut proximiori gradu cum nominatis, sed si non existat casus provisus à Statuto, in quo successio deferatur, ut quando ultra personas in capite exclusivo, & inclusivo enumeratos, adsunt alii non nominati à Statuto, qui pari gradu sunt cum nominatis, aut superiore, tunc sanè illi non excluduntur, sed admittuntur cum lex deferat successionem inclusis in præjudicium tantum exclusorum, non autem alterius personæ non exclusæ *Bald. in l. si quis filium num. 10. C. de inoff. testam. Giovagnon. respons. 14. lib. 2. num. 24. & lib. 1. respons. 3. num. 2. 4. 8. 9. 13. & respons. 2. num. 22. & 31. Gabriel. cons. 15. lib. 1. num. 2. 4. & sub numer. 22. vers. cum enim Honded. cons. 1. lib. 2. num. 75. & 99. & cons. 2. eod. lib. num. 18. Angel. cons. 210. Anchar. in repet. c. canonum Statuta de Constitution. num. 408. Dec. cons. 71. num. 2. Millin. decis. 68. num. 1. decis. 165. par. 19. num. 2. 3. 7. & seqq. D. Jo. Torr. de primog. Ital. par. 2. quæst. 45. numer. 24.* Unde si Statutum disponit, quod extantibus agnatis non succedat mater, nec alii ascendentes ex materna linea, fœmina agnata, & descendentes ex ea non dicuntur exclusi, sed data paritate gradus concurrunt cum agnatis masculis, quia istud Statutum excludendo nullam facit mentionem de fœminis agnatis, nec eorum descendentibus, idcirco ad eas non debet extendi, nam Statuta tantum disponunt, quantum loquuntur, & habent locum in casibus tantum formaliter expressis in eis, & non dicuntur excludere, nisi quem nominatim privant pulchrè *Cyriac. controv. 386. num. 4. & seqq.* & generaliter ex inclusione unius non sequitur alterius exclusio, quando aliàs oriretur absurditas, legum correctio, aut gradus præposteratio *Bald. cons. 295. lib. 2. Rot. decis. 43. numer. 7. p. 7.* Quamobrem si ultra fratres personæ Religiosæ, vel sorores, & eorum liberos, extant alius collateralis, vel filius ipsius personæ Religiosæ in §. *Masculus* non nominatus, & qui in successione illius, de cujus hæreditate tractatur à jure esset dilectus unà cum fratribus, sororibus, & eorum liberis in dicto §. *Masculus* expressis, profectò ab illis excludi non debet cum sit casus in eodem §. *Masculus* non provisus.

Quibus non adversatur subtilissima illa observatio Præstantissimi Dom. mei Auditoris Constantini, quod nimirum (quidquid sit in terminis aliorum Statutorum) nostrum Statutum *de successión. ab intestato* literaliter excludit omnes alias personas non nominatas in eo, ut in §. *in omnibus verò casibus* (in hæc verba) *prædicti omnes, & singuli admissi, seu vocati respectivè ex forma præsentis capituli succedant omnibus aliis penitus exclusis.*

Quia admissio illa, seu vocatio fratrum, sororum, & eorum liberorum, de qua in dicto §. *Masculus*, est limitata solùm ratione ipsius Religiosi exclusi, nec admittit, seu vocat quoad præjudicium aliarum personarum, quæ religiosæ non sunt, & quæ à jure una cum dictis fratribus, sororibus, & eorum liberis dilectæ reperiuntur *Gabriel. d. cons. 1. lib. 1. num. 4. Bald. in d. l. si quis filium num. 10. C. de inoffic. testam. Giovagnon. respons. 14. lib. 2. n. 24. Decius cons. 71. num. 2. Honded. cons. 2. num. . . . lib. 2. num. 18. & seqq. decis. 43. num. 2. & seq. par. 7.* & propterea, cum in præjudicium hujusmodi personarum dicti fratres, ac sorores, & eorum liberi non sint ex forma Statuti *de successión. ab intest.* admissi seu vocati, consequens est, ut neque censeantur exclusæ ex relatis verbis dicti §. *in omnibus verò casibus*, sed sit casus in dicto §. *Masculus* non provisus.

Sextò largiamur, & illud quod dicta verba *secundum formam præsentis Statuti* non essent restricta ad ordinem succedendi inter dictos fratres, sorores, & eorum liberos, sed extendi deberent ad omnes alias personas secundum formam Statuti *de successionibus ab Intestato* adhuc ista interpretatione admissa nihil causæ nostræ nocitura est, & MM. Christophorus, & fratres de Spinulis ad integram successionem M. Mariæ earum Aviæ admitti deberent excluso prorsus M. Ludovico eorum avunculo magno, nec aliqua ex absurdis objectis oriri possunt, nam quoties ex defuncto, de cujus successione agitur, non adsunt descendentes masculi, ex masculino sexu, sed extant filiæ, & liberi ex fœmineo sexu descendentes, integra successio secundum formam ejusdem Statuti *de successionibus ab intestato* devolvitur ad descendentes, prout de jure communi excluso prorsus fratre ejusdem defuncti, & cæteris transversalibus, ut expressè habetur in §. *si ex defuncto*. Et ubi adessent filii, nepotes, vel alii ulteriores masculi, per masculinum sexum descendentes tota hæreditas ad dictos liberos masculos in stirpem, & non in capita defertur aliis descendentibus exclusis, ut in §. *intestato decedenti*.

Non officit, quod R. Teresia M. Mariæ filia pro non extante haberi debeat cum à successione matris reperiatur exclusa nedum ex dispositione Statuti in dicto §. *Masculus*, verum etiam propter renunciationem antè professionem ab eadem facta, in qua “ intuitu professionis emittendæ, & quatenus illam emittat, & cum infrascripta reservatione, & non aliter, nec alio modo, acceptando summam pecuniarum pro ejus dotibus, & aliis expensis conventam pro omni eo, & toto quidquid, & quantum prædicta R. Theresia habet, & sibi competit, eique, & ex ejus persona Monasterio, & illius RR. Monialibus competere, ac spectare, & pertinere potest, & poterit nunc, & in futurum in bonis, & hæreditate paterna, & materna, renunciavit, cessit, & donavit respectu bonorum ex parte patris pro dimidia M. Dominico Spinulæ ejus fratri ex

„ ex patre tantum conjuncto ,. & pro alia dimidia
„ M. Josepho Mariæ ejus pariter fratri utrinque con-
„ juncto exclusa semper ipsa R. Theresia , ejusque
„ persona mediante excluso etiam Monasterio , &
„ illius RR. Monialibus, respectu verò bonorum ma-
„ ternorum remaneant in dispositione juris,. & spe-
„ ctent, cui de jure, exclusa semper ut suprà ipsa R.
„ Theresia omnia, & singula bona, jura, rationes, &
„ actiones quæ , & quas prædicta R. Theresia ha-
„ bet, & sibi competunt, eique , & ex ejus perso-
„ na prædicto Monasterio , & illius RR. Moniali-
„ bus competit, competereque, & spectare, & per-
„ tinere potest, & poterit nunc, & in futurum cum
„ distinctione de qua suprà in bonis, & hæreditate
„ paterna , materna, etiamsi bona , & hæreditates
„ prædictæ , aut aliqua eorum transferrentur, seu
„ transferretur in alium , seu alios , cui seu qui-
„ bus prædicta R. Theresia, & ex ejus persona Mo-
„ nasterium, & illius RR. Moniales succedere pos-
„ sent, aut deberent, quibus omnibus , & singulis
„ prædictis, ac etiam spei cujuscumque successionis,
„ tam de præsenti, quàm de futuro prædicta R. The-
„ resia expressè renunciavit , & renunciat ad com-
„ modum, beneficium, & favorem dictorum MM.
„ Dominici , & Josephi Mariæ ejus fratrum , licèt
„ absentium me Notario pro dimidia bonorum pater-
„ norum pro quolibet eorum, & respectu bonorum
„ maternorum remaneant ut suprà ab ipsa expres-
„ sum fuit , nihil ex dictis juribus in se ipsam re-
„ nunciantem retento, sed ea omnia transfert in di-
„ ctos ejus fratres cum distinctione de qua suprà.
„ Reservatio de qua supra est , quod ipsa R. The-
„ resia sibi reservat annuum livellum pro supplendis
„ suis particularibus necessitatibus librarum mille vi-
„ ta ipsius naturali durante, pro quibus libris mil-
„ le se se obligare debebunt scilicet M. Dominicus
„ pro libris quingentis, & M. Joseph Maria pro re-
„ liquis libris quingentis , & in casu neglectæ, seu
„ retardatæ solutionis dicti annui livelli in totum ,
„ seu in parte reservavit sibi omnem opportunam
„ facultatem dictum annuum livellum , seu dictas li-
„ bras mille quingentas scilicet, pro unoquoque di-
„ ctorum ejus fratrum modo superiùs expresso exi-
„ gendi, & habendi, tam in bonis paternis, quàm
„ maternis perindè, ac si præsens instrumentum re-
„ nunciationis respectu dictarum librarum mille an-
„ nui livelli factum non fuisset.

Siquidem paria sunt non extare , & extare , & non posse succedere, & quem à successione excludi morte , vel Statuto, aut renunciatione, ut eleganter deduxerunt in eruditissimis motivis Præstantissimi DD. mei Auditores Andreolus, & Constantinus, & Doctissimi DD. Palma Nepos , & Jo: Torre in eorum responsis, & quemadmodum si verè R. Theresia fuisset mortua utique locus esset dispositioni Statuti in dicto §. *sed si non extabunt*, & tota hæreditas M. Mariæ debuisset distribui inter M. Ludovicum ejusdem M. Mariæ fratrem, & MM. Christophorum, & fratres de Spinulis ex filia prædefuncta nepotes, ergo , & hoc casu idem est dicendum cum reperiatur à successione exclusa.

Primò, quia Statutum in §. *sed si non extabunt*, in illis verbis generalibus, *sed si non extabunt filiæ* non potest comprehendere casum in quo extant filiæ moniales à successione exclusæ , nam cum Statutum de casu, quo extant filiæ Moniales separatim, & discretivè disposuit, apertè conjicitur easdem non posse esse comprehensas in præcedenti generali dispo-
36 sitione, cum generalis provisio non trahatur ad casus in specie provisos *l. cum in testamento* 37. *§. fin. ff. de hered. instituend. Casanat. cons.* 57. *num.* 15. *Altograd. cons.* 89. *lib.* 2. *num.* 7. 28. 31. 32. *Minadous in Constitut. in aliquibus notabil.* 3. *num.* 34.

Secundò , quia regula illa vulgatis , quod paria sunt non extare, vel extare, & non posse succedere , seu exclusa per Statutum , vel renunciationem haberi pro mortua , & non extante , solùm procedit , & vera est quoad ipsammet personam inhabilem ad succedendum , & quoad commodum aliorum, à quibus excluditur, non autem procedit respectu aliorum à quibus non excluditur, aut in præjudicium tertii, seu vocatorum cum ea , nam tunc perinde habetur, ac si extaret , & succederet , in puncto *Paris. cons.* 36. *n.* 29. *lib.* 2. *Honded. cons.* 1. *num.* 89. 104. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 172. *num.* 30. *vers. qua ex re*, *Bellon. de jur. accresc. cap.* 5. *quæst.* 49. *n.* 16. *Jul. Capon. disceptat. forens.* 350. *num.* 14. *Olea de cession. jurium tit.* 3. *quæst.* 4. *numer.* 32. 40. 41. *&* 42. *ipse D. Jo: Torr. de primogenit. par.* 2. *quæst.* 4. *n.* 20. *&* 21. *decis. Sicil. in caus. successionis principatus Buttera sub num.* 58. & consequenter R. Theresia M. Mariæ filia respectu avunculi , à quo non excluditur, aut in præjudicium nepotum ex alia filia prædefuncta inclusorum in dicto §. *Masculus*, & etiam vocaturum ad integram successionem una cum superstite filia in §. *si ex defuncto* , pro mortua , & non extante haberi non potest , sed dumtaxat habetur pro mortua quoad commodum aliorum fratrum, sororum, & eorum liberorum.

Et ad rem bene confert illa communis, & rectis- 37
sima opinio, quando mater excluditur à Statuto extantibus agnatis masculis , & contingit extare amitam, vel cognatos transversales proximiores, qui de jure communi agnatis præferrentur, ita distinguens; aut mater à Statuto exclusa supervivit, & tunc pro extante habetur, & jus quod ipsa mater haberet ad succedendum, si non fuisset exclusa, censetur translatum in ipsos agnatos quorum contemplatione excluditur, quia esset absurdum , quod mater proximior excluderetur, & amita, aut alii cognati transversales admitterentur, nec potest amita, aut cognatus transversalis conqueri de agnato remotiori, quia etiamsi ipse non esset , ad hæreditatem non vocaretur extante matre, & mater censetur adhuc extare ad finem excludendi alios , quia agnatus loco matris cui aufert, succedit, unde amita , vel cognatus censetur excludi potius propter existentiam matris , quam agnati remotioris , aut mater non supervivit, & tunc agnati remotiores amitam , seu cognatos proximiores non excludunt , quia cessant rationes prædictæ. *Bald. in l. illam merito* 19. *C. de collat. numer.* 2. *& sub num.* 3. *vers.* 3. *& vers. item non obstat ibique Castrens. num.* 9. *idem Castrens. post Bald. in l. si defunctus C. de suis , & legitim. Menoch. cons.* 172. *num.* 30. *vers. decimo*, *Berous. cons.* 147. *lib.* 2. *num.* 13. 14. 18. 32. *Peregrin. cons.* 11. *lib.* 2. *in princ. vers. sublata*, *& num.* 5. *&* 6. Similiter confert alia 38
receptissima quoque opinio, quod quando Statutum excludit fœminas à successione patris , aut matris extantibus masculis , si præter masculos , quorum contemplatione fuit fœmina exclusa , supersit aliqua alia persona , quæ pariter cum masculis excludentibus ad intestati successionem admittatur, portio fœminæ exclusæ debet solis masculis excludentibus applicari , quia fœmina exclusa habetur dumtaxat pro mortua , quoad commodum masculorum , à quibus excluditur, secus respectu aliorum, qui pariter cum masculis ab intestato succedunt , ut latè comprobat *Joannes Ant. Bellonus de jur. accresc. cap.* 5. *quæst.* 49. *à num.* 9. *usque ad fin. Honded. cons.* 1. *numer.* 66. *& seq.* 77. *& seq. &* 99. *lib.* 2. & sequitur ipse *D. Jo: Torr. de pact. futur. successions. lib.* 2. *cap.* 47. *n.* 60.

Tertio, quia eadem regula, quod paria sunt non 39
extare , vel extare , & non posse succedere , procedit , quando persona est omni casu exclusa , secus verò quando potest in aliquo casu succedere *Bellon. de jur. accresc. d. cap.* 5. *quæst.* 49. *num.* 15. At qui 40
tempore mortis M. Mariæ potuisset succedere Rev. Theresia, quæ extantibus fratribus, sororibus, & eorum liberis à successione matris ex dispositione Statuti in dicto §. *Masculus* repellitur , nam si dicti fratres, sorores , & eorum liberi successionem non acceptassent , utique succedere potuissent *Altograd. cons.* 82. *lib.* 1. *num.* 25. *Surd. cons.* 100. *nu.* 20. *Merlin. decis.* 22. *num.* 10. *decis.* 43. *par.* 7. *num.* 14. & ideò non potest ante illorum acceptationem pro mortua , & non extante reputari , cum potuisset contingere , quod illi non succederent. *Honded. dicto cons.* 1. *num.* 86. *& seqq. lib.* 2. *Bellon. dicta quæst.* 49. *num.* 15. Maximè cum in supradicta renunciatione 41
ab eadem facta regressum ad bona paterna, & materna in casum non solutionis annuarum librarum mille expressè sibi reservaverit , cujus reservationis ea vis est , ut non in totum, & omni casu per re-

oun-

nunciationem à successione excludatur. *Musculus de
succession. conventional. & anomal. Clas. prim. membr.*
42 *2. num. 293. & 294.* Præterea quando renunciavit,
aliquid etiam recepit loco portionis, quæ in futurum
deberi sibi posset in hæreditate materna, ut cantant
dicta verba renunciationis ibi *acceptavit, & acceptat
summas pecuniarum, de quibus supra, pro omni eo,
& toto, quod sibi competit, & competere potest, &
poterit in hæreditate materna Cravet. cons. 84. num. 4.*
43 *& 5. decis. 351. num. 17. par. 12.* & in Statuto etiam
in dicto §. *Masculus* ex testamento capere potest, &
ubi nihil assignatum fuisset, ei reservantur alimenta
in bonis paternis, & maternis, unde multominus
pro non extante, aut mortua haberi debet *Socin. Sen.
cons. 183. lib. 2. sub num. 1. Gallerat. de renunciat. lib.
2. cap. 5. num. 23. vers. sed hanc opinionem, idem D.
Jo: Torr. de pact. futur. succession. lib. 2. cap. 27. numer. 22.*

44 Quartò, quoad præfatam renunciationem attinet,
quia etiam sine ea R. Theresia erat exclusa à successione
materna per Statutum in dicto §. *Masculus*,
sane hujusmodi renunciatio nullius utilitatis est *Marant.
disput. 10. num. 14. Giovagnon. lib. 1. respons. 3.
num. 16. 17. Anton. Faber de errorib. pragmat. decad.*
45 *12. error. 8. num. 5.* Nam renunciatio hæreditatis deferendæ
semper habet tacitam conditionem, si hæreditas
fuerit renuncianti delata *Castrens. in l. qui superstitis
93. ff. de acquir. vel amittend. hæred. num. 3.
Paris. cons. 69. num. 63. lib. 3. Giovagnon. respons. 85.
lib. 1. num. 10. Altolin. resol. 40. num. 15. Galler. de
renunciat. lib. 1. cap. 2. numer. 23. Molfes. de renunciat.
quæst. 6. num. 38. Robles de repræsent. lib. 2. c. 16.
num. 54. & 70. 71. Peregrin. cons. 83. lib. 1. numer. 6.
Marant. disp. 10. num. 8. Donat. Anton. de Marin.
lib. 2. resol. cap. 192. num. 15. Jul. Capon. discept. for.
216. num. 60. discept. 317. numer. 59. & discept. 350.
num. 6. Thesaur. quæst. for. 90. lib. 2. sub num. 4. Anton.
Faber de error. pragmat. decad. 12. error. 3. n. 8.
Joseph Rosa consultat. 14. tom. 2. num. 31. & seq. Vincentius
de Franch. decis. 67. Capyc. Latr. decis. 41.
num. 4. 12. decis. 4. post D. Jo: Torr. de pact. futur.*
46 *success. numer. 15.* At hæreditas matris post professionem
superstitis R. Theresiæ renunciantis delata non
fuit, cum Statutum in dicto §. *Masculus* faciat,
quod ipsi Moniali extantibus fratribus, sororibus,
& eorum liberis matris successio non deferatur, inde
fit, quod illius renunciationis vis est utpotè factæ
sub conditione, quæ non extitit, & perinde est
ac si numquam fuisset facta *Marant. disput. 10. numer.
8. & 13. Peregr. cons. 83. lib. 2. num. 6. 7. Robles
de repræsentat. lib. 2. cap. 16. num. 54. & 70. Molfes.
de renunciat. quæst. 6. num. 38. Surd. cons. 33. num. 19.
Capon. Donat. Anton. de Marin. Vincent. de Franch.
Thesaur. Anton. Faber locis superius citatis, & dicta
decis. 4. post Torr. de pact. futur. succession. num. 16.*
Si ergo cessante prædicta conditione renunciatio pro
infecta habetur, jam ab ea aliquod fundamentum
sumi non potest, quia non entis nullæ sunt qualitates,
& resoluto actu, æquè resoluti censentur omnes
effectus ab eo procedentes, perinde, ac si numquam
factus fuisset, & ideo sicut admitterentur fratres,
sorores, & eorum liberi, quando R. Theresia
non renunciasset, ita debent admitti resoluta renunciatione,
& ad nihilum redacta, ut rectè concludunt
*Moratius 4. respons. 22. num. 5. 6. Capyc. Latr. decis.
41. num 17. 18.*

Nec in proposito est facienda distinctio inter repudiationem,
vel renunciationem, vel an renunciatio
sit abdicativa, aut translativa, quia utroque casu
renunciatio hæreditatis viventis censetur fieri sub
conditione, si hæreditas renuncianti deferatur *Joan.
Anton. Bellon. de jur. accresc. cap. 9. quæst. 11. n. 22.
& seq. Anton. Faber de errorib. Pragmat. dec. 12. error
3. in princ. & num. 8. error 4. num. 13.* Fieri si-
47 quidem per rerum naturam non potest, nec verò
intellectus cogitatione percipi, ut excludatur quis
ab acquirenda successione, aut qua alia re, prinsquam
ea delata sit, & sicut delatio præcedit necessariò
acquisitionem, ita & repudiationem, & quod
idem est renunciationem, ut eleganter inquit *Anton.
Faber de error. pragm. decis. in error 3. num. 8. Robles
de repræsent. lib. 2. cap. 16. numer. 71. 72.* & ut
prius scripsit *Bald. cons. 437. lib. 1. sub num. 1.* Impossibile
est, quod quis per renunciationem excludatur
à successione futura, nisi tunc demum cum successio
defertur, & non antè, nisi quis diceret, quod
renunciat spei de futuro, unde si sub conditione nobis
legatum est, antè conditionem repudiare non
possumus, ut ait *Tex. in l. si ita sit scriptum 46. §.
si sub conditione ff. de legat. 2.*

Nec obstabis, si dicas, repudiari quidem non pos- 48
se jus nondum delatum, sed benè renunciari posse
pendente conditione, & rationem discriminis esse,
quia repudiamus tantum id quod est nostrum, vel
nobis delatum, vel acquisitum de præsenti, sed renunciamus,
vel paciscimur quoquo modo de rebus
futuris, quæ nondum nobis delatæ sunt, ut post
Duran. Cujac. Ottoman. &c. alios inter repudiationem,
& renunciationem distinguendo objicit *Robles
de repræsentat. lib. 2. cap. 16. num. 73. quam simpliciter
refert Urceol. consult. forens. cap. 98. numer. 62.* à
Præstantissimo Domino causæ Commissario allegatus.

Quoniam ut ad objectum respondet idem *Robles* 49
*dict. cap. 16. num. 73. & Giovagnon. respons. 85. lib. 1.
num. 10.* valet quidem renunciatio hæreditatis, vel
juris nondum delati, sed sub conditione si aliquando
tale jus ad renunciantem pertinere cœperit, seu
si renuncianti delatum fuerit, quod si successio renuncianti
delata non sit, renunciatio evanescit. Præterea
de rebus futuris, quæ nondum nobis delatæ
sunt; Tunc validè renunciamus, quando renunciatio
fit per pactum, & continet consensum utriusque
nempè renunciantis, & recipientis, secus quando renunciatio
hæreditatis viventis fit absolutè, simpliciter,
& sine pacto, quoniam tunc inter renunciationem,
& repudiationem nulla est differentia, &
ut renunciatio, & repudiatio valeat debet hæreditas
esse in eo statu, ut adiri possit *Molfes. de renunciat.
quæst. 6. num. 27. & seq. Giovagnon. respons. 91. lib. 1.
num. 13. 15. Surd. cons. 133. num. 6. Gallerat. de renunciat.
lib. 1. cap. 2. num. 22.* & propterea *num. 23.
in fin.* agens de hujusmodi renunciatione simpliciter
facta, dicit, quod renunciatio hæreditatis nondum
delatæ semper habet hanc tacitam conditionem, nimirum
si hæreditas deferatur.

Similiter quamquam valeat renunciatio spei de 50
futuro, adeout si fiat aliqua re mediante non tenetur
renuncians reddere, quod habuit, etiamsi nihil
ei deferatur juxta doctrinam *Jo: Anton. Bellon. de
jur. accresc. cap. 9. quæst. 11. sub num. 42. vers. nec obstat*,
à præfato D. causæ Commissario pariter adductam,
& in renunciatione, de qua agimus, Rev.
Theresia nedum renunciaverit hæreditati matris deferendæ,
sed etiam spei cujuscumque successionis de
futuro, tamen si nihil deferatur, spes illa nullum
effectum habet, & quod datum est, ideo repeti non
potest, quia datum fuit ob remissionem spei, quæ
renuncianti competebat, & poterat habere effectum,
licèt non habuerit, quemadmodum dicimus de eo, 51
qui emit jactum retis, vel transigit super re de qua
poterat esse lis, nam quia dubius erat eventus; Ideò
sustinetur, ut tradit idem *Bellon. dicta quæst. 11.
sub num. 42. Giovagnon. respons. 85. lib. 1. num. 11.*

Amplius tunc spes de futuro validè in contractum 52
deduci potest, quando de spe probabili agitur *D. Aneh.
in l. final. C. de pact. num. 39.* at spes illa, quæ 53
non potest esse, nisi cum desiderio mortis proximioris
in successione præcedentis probabilis non est,
unde filiæ, quæ extantibus masculis à Statuto excluduntur,
quando extant masculi, nec admittuntur
ad partem, nec admitti sperant, cum spes, quod
possint masculi mori, non sit in consideratione. *Socin.
Sen. cons. 84. lib. 1. sub num. 7. vers. 5. Gabriel.
cons. 15. lib. 1. num. 19. Honded. cons. 1. lib. 2. n. 69.
Corsett. cons. 22. sub num. 10.*

Nec turbat, quod in renunciatione hæreditatis deferendæ,
renunciatio statim suum operetur effectum
itaut tempus renunciationis non tempus delatæ hæreditatis
inspici debeat, ut argumentatur idem Præstantissimus
D. causæ Commissarius, & D. Jo: Torre
in hac eadem causa scribens.

Quia controversia illa, quæ apud Doctores, tam
in renunciatione translativa, quàm abdicativa, exagitatur,
utrum scilicet in renunciatione hæreditatis
desc-

deferendæ tempus renunciationis, vel tempus delatæ
hæreditatis conſideretur, procedit ſolum in caſu, quo
renuncianti hæreditas deferatur, & qui tenent inſpi-
ciendum eſſe tempus delatæ hæreditatis, ea ratione
54 moventur, quod renunciatio cenſetur collata in tem-
pus, quo hæreditas defertur ſub conditione, ſi defe-
ratur, & ſic adveniente caſu delationis eodem in-
ſtanti defertur, & per renunciationem præcedentem
abdicatur *Pariſ. conſ. 69. num. 63. lib. 3. Socin. Sen.*
conſ. 183. verſ. confirmatur lib. 2. Capyc. dec. 159. nu-
mer. 34. ipſe Jo: Torre de pact. futura ſucceſſ. lib. 3.
cap. 47. num. 27. 28. cum paria ſint aliquid fieri cer-
tum quodam tempore, & propter conditionem an-
nexam in id tempus differri, ut in propoſito poſt
Hartaman. Piſthor. obſervat idem *Jo: Torr. dicto nu-*
55 *mer. 28.* Qui verò opinionem contrariam ſequuntur,
nimirum, quod renunciationis tempus attendatur,
admittunt quidem, ut renunciatio intelligatur habe-
re tacitam conditionem ſi renuncianti deferatur hæ-
reditas, & eo fundamento ducuntur, quia in renun-
ciatione, licèt conditionali attendi debet tempus re-
nunciationis non tempus exiſtentis conditionis, &
ſic delatæ ſucceſſionis per *Tex. in l. ſi filius familias*
78. ff. de verb. obligat. ubi Tex. ait quod ſi filiusfa-
milias ſub conditione ſtipulatus emancipatus fuerit,
deinde extiterit conditio, patri actio competit, quia
in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contra-
himus; Ratio autem quare tempus contractus atten-
di debet illa eſt, quia exiſtens conditio per fictionem
translativam ad tempus contractus retrotrahitur, ut
docet *Bart. in dicta l. ſi filiusfamil.* unde adveniente
caſu delatæ ſucceſſionis contractus fit purus à die
quo fuit initus, non à tempore, quo conditio ex-
titit, ſed quando hæreditas renuncianti non defer-
tur, tunc ſanè renunciatio habetur pro non facta,
& evaneſcit tamquam conditionalis non ſequuta de-
latione hæreditatis, ſicut pro non facta habetur ſti-
pulatio conditionalis, ubi conditio deficit *l. quoties*
24. ff. de novat. & in terminis renunciationis hære-
ditatis deferendæ tradunt *Socin. Sen. conſ. 183. lib. 2.*
per tot. Capyc. deciſ. 159. num. 24. Molfeſ. de renun-
ciat. quæſt. 6. numer. 32. & 38. Robles de repræſentat.
56. *lib. 2. cap. 16. num. 67. & ſeq.* Quamobrem delatâ poſt
profeſſionem hæreditate utique, renunciatio valeret,
& ad tempus renunciationis etiam fieri retrotractio
poſſet, ſi Statutum perſonas in Monaſterio dedicatas
non excluderet, quoniam tunc res tempore delatio-
nis reperirentur in eodem ſtatu, quo erant tempore
contractus, nam ad hoc ut fiat retrotractio, extre-
ma debent eſſe habilia, ſcilicet tam extremum à quo,
ſicut eſt tempus mortis, ſeu delationis hæreditatis,
quàm extremum ad quod, ſcilicet tempus renuncia-
tionis, ut rectè deducunt *Altograd. conſ. 43. lib. 2.*
num. 39. & 4. Capyc. deciſ. 159. num. 14. & 15. Sed
quoties habilitas extremorum deficit, ut in caſu de
quo agimus, in quo eſto quod extremum ad quod,
ſive tempus renunciationis habile ſit, non eſt tamen
habile extremum aliud à quo, tempus nimirum de-
latæ ſucceſſionis, quia R. Thereſia renuncians eo
tempore à Statuto noſtro excluſa reperitur, conſe-
quens omnino eſt, ut fictioni translativæ locus eſſe
non poſſit *Socin. Sen. conſ. 283. lib. 2. Jo: Ant. Bel-*
lon. de jur. accreſc. cap. 9. quæſt. 11. ſub num. 47. verſ.
denique Actolin. reſol. 40. num. 18. Carol. Anton. de
Luc. de ceſſion. quæſt. 64. num. 14.
57 Minus reſiſtit, quod retenta eâ opinione, ut re-
nunciatio hæreditatis deferendæ, ſeu conventio de
non ſuccedendo non recipiet vires eo tempore, quo
ſucceſſio defertur, ſed ab illo tempore, quo renun-
ciatum eſt, pura dicitur non autem conditionalis re-
nunciatio, ut ex *Kellembent. de renunciat. quæſt. 1.*
num. 30. inquit D. Jo: Torre, alioquin, ut idem
D. Jo: Torre proſequitur, ſi tota diſpoſitionis, &
renunciationis vis ex conditione delatæ hæreditatis
penderet, pater non poſſet filiam, quæ renunciaſſet,
præterire, quia ſi hæreditas Patris renunciata non
defertur renuncianti, nulla eſſet renunciatio, ſimi-
liter corruerent omnes renunciationes à fœminis in-
gredientibus Monaſterium factæ, ſi perſona, de cu-
jus bonis agitur, decederet poſt profeſſionem à re-
nunciante initam, quia de illo tempore moniali jus
ſuccedendi non defertur, ſed Monaſterio.

Quia etiam dato quod renunciatio ab initio ſta- 58
tim valeat, vireſque accipiat, adeout renuncians ob-
ligetur à principio promiſſa ſervare, quando veniet
caſus ſucceſſionis, tamen ſemper habet tacitam con-
ditionem, ſi quandoque hæreditas deferatur; & in
tempus delatæ hæreditatis effectum ſuum confert,
nec prius vires ſuas demonſtrat, quàm hæreditas de-
lata ſit, ut tradit *Anton. Faber de errorib. Pragmat.*
decad. 3. err. 5. ſub num. 3. & num. 5. Molfeſ. de re-
nunciat. quæſt. 6. num. 31. & 38. & docuit idem *Kel-*
lembent. de renunciat. quæſt. 2. num. 22. quæſt. 30. nu-
mer. 6. quæſt. 33. num. 17. & ſeq. 42. num. 61. & ſeq.
relatus à *Muſculo de ſucceſſ. convention. & anomala*
claſſ. 1. membr. 2. num. 348. & 349. nec ex hoc ſe-
quitur, quod cum hæreditas patris renuncianti non
deferatur, pater non poſſet filium, quæ renunciavit
præterire, quia ſi filia renuncians paternæ hæredi- 59
tati ſupervixit, patri illa renunciatio non obſtat quo-
minus patre mortuo, ſtatim deferatur hæreditas ipſi
filiæ, quæ renunciavit, licet eodem inſtanti virtus
renunciationis ſuccedat, quæ filiam excludit, cum
lex ipſa, quæ filiam ad paternam ſucceſſionem vo-
cat, renunciatione potentior ſit, & etiam invitis
ſucceſſionem deferat, licèt invitæ ſucceſſio non ac-
quiratur *Caſtrenſ. in l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. vel*
omitt. hæredit. ſub n. 3. Anton. Faber de error. Prag-
mat. decad. 12. err. 3. ſub num. 8. & error. 4. num. 10.
& 13. Robles de repræſent. lib. 2. cap. 16. num. 9. &
69. Capon. diſcept. forenſ. 350. num. 8. Similiter non 60
ſequitur, quod cum poſt profeſſionem non deferatur
hæreditas moniali renuncianti, ſed Monaſterio. Ipſa
renunciatio corrueret, quia retenta etiam opinione
Canoniſtarum, quod Monaſterio, & non Moniali
hæreditas deferatur utique renunciatio illam tacitam
conditionem ſemper haberet ſi quandoque hæreditas
fuerit delata, ſcilicet renuncianti, vel alteri ex per-
ſona, & jure ipſius renunciantis, nam Monaſterio
non aliter hæreditas patris ipſius Monialis defertur,
quàm ex jure, & perſona monialis, ut in puncto
ad objectum reſpondit *Covar. var. in tertia par. re-*
lut. cap. quamvis de pact. in 6. §. 2. num. 2. & num. 5.
verſ. non oberit huic opinioni.

Nec dicatur, quod Statutum noſtrum in §. *Maſ-*
culus & fœmina non impediat quominus patris, vel
matris hæreditas deferatur perſonis in aliquo Mona-
ſterio dedicatis etiam extantibus fratribus, ſororibus,
& eorum liberis cum dumtaxat mandet, ne poſſint
petere bona parentum, ibi *non poſſit petere, nec ha-*
bere, quo mediante impeditur dumtaxat acquiſitio
ut ex *Ant. Fabro de erroribus Pragmaticar. decad. 12.*
error. 3. num. 8. circa medium, & Bartholomæo Muſ-
culo de ſucceſſ. convention. & anomal. memb. 2. claſſ. 1.
concluſ. 6. num. 274. in fine objicit D. meus Joannes
Torre.

Quia imò Statutum in illis verbis *non poſſit pete-* 61
re, nec habere delationem hæreditatis impedit ad
tex. in l. 2. §. ſi mater non petierit juncto, §. viden-
dum eſt ff. ad S. C. Tertul. & in ſimili Statuto, ut
dotata nullum habeat regreſſum ad petitionem, tam
paternæ, quàm maternæ hæreditatis adverſus fratres
quod in his verbis Statutum impediat hæreditatis de-
lationem, & operetur, ut fœmina per dotationem
effecta ſit inhabilis, & incapax ſucceſſionis probat
Surd. conſ. 100. ſub num. 16. verſ. parum etiam movet
juncto num. 1. verſ. ea ratione.

Neque hic applicari poteſt Doctrina *Ant. Fabr.*
& Bartholomæi Muſcul. locis ſupra relatis, ſiquidem 62
ipſi non loquuntur de excluſione facta à Statuto,
ſed ſolùm de excluſione hominis, ſcilicet renuncia-
tione, quæ ſanè delationem hæreditatis non impe-
dit, ſed dumtaxat acquiſitionem; ut ſuperiùs com-
probatum fuit, diverſum verò eſt in excluſione ſta-
tutaria, nam Monialis excluſa per Statutum à ſuc-
ceſſione matris extantibus fratribus, ſororibus, &
eorum liberis, intelligitur excluſa ante momentum
delatæ ſucceſſionis cum excluſio, quæ fit per Statu-
tum tanquam cauſa, quod integra ſucceſſio remota
Moniali pertineat ad fratres, ſorores, & eorum li-
beros, debet præcurrere dictam ſucceſſionem tan-
quam ſuum effectum, ſaltem juxtà ordinem intelle-
ctus, qui non poteſt concipere ſucceſſionem fratrum,
ſororum, & eorum liberorum, niſi prius Monialis
exclu-

exclusione concepta, ut in puncto hanc differentiam inter renunciationem, & exclusionem Statutariam tradit *Rojas decis.* 135. *num.* 9. 11. 18, *& docuit Bart. in l.* 2. *§. si pater in potestate sub num.* 2. *vers. contrà praedicta ff. de conjugend. cum emancip. liber. Gabriel. conf.* 13. *lib.* 1. *num.* 18. *& num.* 25. *post medium*, *& sub num.* 26. ubi inquit quod in exclusione legis semper præcedit justa privatio, & privatus tempore, quo defertur lucrum, reperitur exclusus.

Denique non movet elegans illa, & acutissima ejusdem D. Jo: Torre observatio, quod nimirum nostrum Statutum in §. *Masculus* quatenus loquitur de exclusione Monialium non potest habere locum in casu, quo Religiosa ante professionem hæreditatibus deferendis renunciaverit; nam cum se privaverit mediante renunciatione à principio valida, non potest denuo à Statuto privari de bonis jam renunciatis.

Tum quia excluso ab homine per renunciationem adhuc hæreditas defertur, quam sanè hæreditatis delationem exclusio statutaria impedit, ut proximè pro-
63 batum fuit. Tum etiam, quia cum renunciatio semper habeat tacitam conditionem, si hæreditas renuncianti deferatur eo ipso, quod R. Theresia etiamsi sine renunciatione erat per Statutum exclusa à successione materna, nullius utilitatis est renunciatio. *Marant. disput.* 10. *num.* 14. cum aliis superius cumulatis, & per consequens non potest exclusionem, & privationem operari, & dicitur eadem R. Theresia privati, & excludi ab hæreditate materna professione, seu Statuto, non renunciatione *Giovagnon. respons.* 85. *num.* 10. *lib.* 1. *Actolin. resol.* 40. *num.* 15. *Capyc. Latr. decis.* 41. *num.* 17. *Rot. post ipsum D. Jo: Torr. de pact. futur. success. decis.* 4. *numer.* 16. Quid enim prosit factam ab ea renunciationem, cui etiamsi non renunciasset, nihil unquam juris delatum fuisset, ut inquit *Anton. Faber de error. pragmat. decad.* 12. *error.* 8. *num.* 5.

Ex quibus &c.

S U M M A R I U M.

1 *STatutum excludens filias propter fratres intelligit etiam de fratribus intestati. Contra num. seq. & num.* 4.

2 *Dictio* alios *est repetitiva qualitatis fratris antea denotata.*

3 *Dictio* alios *de sui natura denotat similia.*

4 *Statutum exclusivum filiarum propter fratres debet intelligi solum de fratribus ipsarum filiarum, & non de fratribus intestati, & num.* 6. 7. 9.

5 *In Statutis debet accipi ille intellectus, qui minùs deroget juri communi, ac illud corrigat.*

7 *Statutum exclusivum fœminarum propter fratres non debet intelligi loqui de fratribus defuncti quando frater matris comprehendi posset.*

8 *Licet Statutum exclusivum fœminarum propter fratres deberet comprehendere fratres defuncti, semper præferendi essent istis fratres filiarum.*

9 *Reprobatur D. Palm. Nep. & illius opinio.*

10 *Clausula* secundum formam præsentis Statuti *designat ordinem, cum quo debent succedere suprà, jam à Statuto expositum in personis tantum nominatis in præsenti dispositione.*

11 *Clausula relativa refert solùm personas, quibus immediatè adhæret.*

1 AD ALIOS FRATRES, ET SORORES, ET EORUM LIBEROS) Voluit hic *D. Palma Nepos in suis allegat.* 373. *num.* 18. *&* 375. *num.* 1. esse intelligendos tam fratres dicati, seu dicatæ, quàm matris, seu patris intestati, quia quando Statutum vocat fratres secundum communem Doctorum opinionem, & assensum veniunt etiam fratres intestati, videlicet, quod filia, seu descendentes fœminæ dotatæ non habeat regressum ad bona paterna, seu materna contrà fratres, intelligitur etiam de fratribus intestati, sive patris, sive matris *Roman. conf.* 16. *per tot. Jason. conf.* 24. *vol.* 2. *incip. visis*, *& diligenter consideratis vol.* 2. *Campegg. de dot. par.* 5. *quæst.* 24. (quem corruptè allegat *D. Palm. in dictis ejus allegat.*) *Natt. in eod. tract. in* 5. *quæst. principali*, *Porc. Imol. conf.* 35. *num.* 36. *usque ad fin.* quibus ego addo *Alegrad. Sen. conf.* 87. *lib.* 1. *num.* 37.

Attamen hoc erroneum esset affirmare in nostro casu Statuti, primo per verbum ly *alios*, quod cum 2
sit repetitivum qualitatis antecedentis *l. quidam relegatus*, & ibi *Bart. ff. de reb. dub. & l.* 3. & ibi *gloss. C. de serv. fugit. Castill. controv. lib.* 6. *cap.* 181. *numer.* 43. *Vela dissert.* 29. *num.* 53. cum igitur supra nominatus fuerit frater, & soror dicati, seu dicatæ,
ejusdem dicati, seu dicatæ fratres importat hoc ver- 3
bum *alios*. Quia idem verbum est de sui natura implicare, ac denotare similia etiam in rebus *Rot. decis.* 391. *par.* 1. *recent. num.* 5. *apud Farinac. Barbat. conf.* 33. *à num.* 26. *Honded. conf.* 7. *numer.* 31. *lib.* 2. *Surd. conf.* 42. *numer.* 25. *vers. confirmatur*, *& ead. Rot. decis.* 663. *par.* 1. *recent. num.* 8.

Sed in omnem casum quando Statutum procedit 4
excludendo descendentes fœminas propter fratres, intelligit semper de fratribus ipsarum fœminarum, & non de fratribus ipsius Defuncti, seu intestati, non est sumenda interpretatio, ut transversales excludant descendentes *Rot. decis.* 360. *num.* 22. *par.* 17. *recent. & decis.* 167. *num.* 48. *post tract. de pact. futur. success. D. Torr. Michalor. de fratrib. p.* 3. *cap.* 11. *num.* 188. *Corn. conf.* 125. *lib.* 4. & talis interpretatio semper esset accipienda, ut minus derogaretur juri communi, & minus absurdum sequeretur, ut pluries in
scribendo occasionem habui utendi istis conclusioni- 5
bus, & in terminis, quando Statutum potest recipere duos intellectus, illum semper recipere debemus, qui minùs deroget juri communi, & absurditatem contineat *Rot. decis.* 475. *num.* 6. *par.* 1. *divers. Gratian. discept.* 546. *num.* 13. *&* 14. *decis.* 167. *post Jo: Torre de pact. futur. succ.* & si Statutum potest corrigere jus commune in duobus, interpretatio facienda est, ut in uno tantum corrigat. *Mart. de success. par.* 2. *quæst.* 4. *artic.* 6. *numer.* 50. *Alegrad. conf.* 88. *num.* 14. *lib.* 1. *Palma Nepos allegat.* 81. *numer.* 3. *& decis.* 241. *num.* 7. *par.* 18.

Nec aliquid faciunt contrarium adversæ authoritates: primò, quia loquuntur in casu dubio, ubi dictum fuit simpliciter de fratribus, secus in casu nostro, ubi Statutum solum loquutum fuit clarè de fratre, ac sorore dicati ibi *masculus dicatus &c. post mortem fratris, sororis*, & deinde per verbum *alios* repetitivum similium fratrum nominatorum, ut dixi, quod facit fratres ejusdem dicati, seu dicatæ venire.

Secundo advertimus, quod prædictæ authoritates 6
loquuntur immediatè de personis intestati parentis, ad cujus successionem excludebat Statutum filias propter fratres, hoc enim casu poterat accipi frater, tam intestati, quàm filiarum, secus in casu nostro ubi Statutum nostrum non loquitur immediatè super personis matris, ac patris, sed dicatorum, seu dicatarum, & immediatè loquitur de eorum portione perventura ad alios suos fratres, quo casu non possunt hujusmodi dicati recipere in alio sensu verbum *Fratres*, nisi proprios, quia frater eorum parentis remanet eis patruus, & id est evidentissimum, ut in simili ratiocinatur *Paris. conf.* 110. *numer.* 7. 8. 9. *& seq. Dec. conf.* 346. *numer.* 6. 7. *Rub. conf.* 94. *num.* 4. *& conf.* 118. *num.* 2. *& Millin. decis.* 68. *numer.* 1. *&* 2. *Torr. de major. par.* 2. *quæst.* 45. *numer.* 18.

Tertiò, si esset vera opinio prædictorum Docto- 7
rum nobis in contrarium objectorum à *D. Palm. Nep. in citat. allegat.* numquam meo judicio procederet in Statuto exclusivo fœminarum propter fratres à successione, tam matris, quàm patris, quia semper in hoc casu intelligi deberet de fratribus fœminarum, & non de fratribus personæ defunctæ, nam cum ratio dictorum Doctorum est conservatio agnationis, hæc non posset militare in fratres matris, ut animadvertit *dictus Jas. in conf.* 24. *col. primo num.* 2. *versic. quarto pro ista parte*, *& penultim. col. vers. tum etiam lib.* 1. quamvis ipse *in conf.* 24. *col.* 2. contrariam sententiam ob reverentiam patris sui firmavit, ut credo, & ex principio hujus ultimi consilii apparet, & pro nobis facit *Socin. Jun. conf.* 9. *num.* 17. *& seq. lib.* 2.

Quar-

8 Quartò in sensu etiam prædictorum authorum de-
berent prius admitti fratres filiarum, quam intesta-
ti, ut dixit *Campegg. de dote par. 5. quæst. 24. num. 5.
vers. si ergo ratio*, & non extantibus illis frater de-
functi.

9 Ultimò tandem prædictæ omnes Doctrinæ, & au-
thoritates non sunt in jure veræ. Quia contraria
opinio est receptior, & communiter recepta, Dom.
enim Palma eas immediatè decerpsit à *Brun. de Stat.
artic. 12. num. 236.* Quibus tamen reprobatis idem
Brun. contrarium firmat, & de veriori testatur *nu-
mer. seqq.* & pro nostra opinione similiter tenuit
*Marian. Socin. cons. 9. lib. 2. Corn. cons. 125. lib. 4.
Bart. Bal. Ancheran. Alex.* & alii cumulati à *Bru-
no dicto loco*, quam opinionem sequitur ultimo loco
Michalor. de fratribus par. 3. cap. 11. num. 188. suprà
à me alias allegatus *Rot. decis. 360. num. 22. par. 17.
recent.* quæ refellit *cons. Partii Imola 35.* pariter no-
bis objectum ut suprà in utraque *allegat. à D. Pal-
ma Nep. & decis. 167. num. 48. post Torr. de pact. fu-
tur. success. & ab eod. Torr. de majorat. par. 2. q. 45.
num. 27. in fin.*

Remanet alia quæstio, an deficientibus fratribus,
fororibus, & eorum liberis dedicati respectu aliorum
intelligantur exclusi à successione patris, & matris,
resoluta fuit ea suprà deductis in præcedenti pariter
quæstione, ubi latè probavimus, quod hæc exclusio
solum operatur respectu personarum expressarum à
Statuto in præsenti §. *Masculus* non verò aliorum,
& ad ea quæ scripsi me remitto, ne actam mate-
riam amplius incassum exponam.

SECUNDUM FORMAM PRÆSENTI STA-
10 TUTI) Hæc clausula relativa nihil aliud importat
(quidquid dixerit *D. Palm. Nep. in sua allegat. 374.
num. 19.*) quàm ad designandum ordinem, cum quo
debent succedere fratres, sorores, & eorum liberi,
videlicet eo ordine, quo fuerunt supra vocati, &
non importat alias personas, ibi non expressas, ut
in terminis dixit *Rot. decis. 172. num. 12. par. 18. re-
cent. & decis. 158. par. 5. tom. 1. & decis. 513. n. 28.
par. 5. tom. 2. Vela disertat. 49. num. 108.* Quia sem-
per clausula relativa refert solum materiam, sive il-
las personas, quibus immediatè adhæret, ut in simi-
li ratiocinata fuit *Rota pluries decis. 581. numer. 11.
12. 17. par. 5. tom. 2. recent. decis. 81. num. 7. par. 17.
& 166. num. 4. 5. par. 18. & decis. 158. num. 12. p. 5.
tom. 1. Burat. decis. 129. num. 4.* & id optimè opera-
tum fuit Statutum nostrum ad fugandas quæstiones,
quæ seclusis his verbis oriri poterant, videlicet, an
alii fratres, sorores, & eorum liberi intelligerentur
simul vocati, an verò ordine successivo secundùm
ordinem superiorum Statutorum *Albert. Brun. de
Stat. artic. 13. quæst. 4.*

---

§. XIV.

QUod habeat locum respectu bonorum di-
ctorum ascendentium, etiam, quod age-
retur de hæreditate fratrum, vel sororum,
qui hæreditatem ascendentium prædictorum
adivissent.

S U M M A R I U M.

1 *FIlii secundi matrimonii non possunt succedere
matri in bonis à primo matrimonio habitis,
sed in his filii primi matrimonii succedunt.*

2 *Filia exclusa à bonis paternis, vel maternis, in
illis non potest succedere etiamsi per fratres hæ-
reditas adita sit, quia per dispositionem Sta-
tuti bona remanent cum qualitate paternæ,
vel materna.*

3 *Secus verò de jure communi, quia per aditionem
hæreditatis fiunt bona adeuntis.*

4 *Monialis exclusa à bonis paternis, vel maternis
non est ab illis exclusa, si hæreditas à fratre
adita fuerit.*

5 *Hæreditas per aditionem appropriatur hæredi.*

6 *Et hærede defuncto succeditur ipsi hæredi, & non
ascendenti.*

7 *Fœmina excluditur à bonis, quæ pervenerunt in
personam, à cujus bonis per Statutum exclusa
est, licet à principio fuerunt bona illius, à cu-
jus successione non excludebatur.*

8 *Status bonorum attenditur solum de tempore suc-
cessionis.*

OPtimè fuit provisum per statuentes nostros, quod
quamvis filius, seu filia adivisset hæreditatem
sui patris, ac matris, vel eorum ascendentium, sci-
licet avi, seu aviæ, ut dixi, adhuc ipsa bona rema-
neant paterna, ac materna, seu ascendentium, quia
quando aliqua legis communis dispositione, vel Sta-
tuti quis desinit hæres esse, exempli gratia filii se- 1
cundi matrimonii in successione matris suæ respectu
bonorum à primo matrimonio matri perventorum,
in quibus debent succedere solùm nati ejusdem ma-
trimonii, quia filii secundi in illis desinunt esse hæ-
redes *Mart. de success. par. 2. quæst. 4. artic. 1. n. 12.*
& origo hujusmodi bonorum conservatur in fratri-
bus, itaut succedi debeat per genera bonorum, &
non in universum jus, prout hic in nostro Statuto, 2
tunc bona semper remanent paterna, seu materna,
quamvis adita à fratre, & de fratre in fratrem per-
venta sit centies, itaut si filia excludatur à bonis
paternis, seu maternis, quamvis hæreditas adita sit
per fratres, semper excluderetur ab hujusmodi bonis
quia semper in istis fratribus adhuc conservatur illa
qualitas, seu origo paterna, seu materna propter le-
gem, seu Statutum in puncto *Carpan. ad Statut.
Mediol. cap. 287. num. 13. par. 1. Mart. de success.
par. 2. quæst. 4. artic. 1. num. 12. & seqq. & 14. Mon-
tan. controv. 1. num. 36. & seq. & num. 69. & seq. Ho-
diern. controv. 24. numer. 19. & seq. lib. 1. Marcian.
disput. 45. num. 17. & seq. de Franch. decis. 87. &
307.* & melius ibi *de Luc. addition.*

Nam aliter de jure tenendum foret, si Statutum 3
non se verbis expressis explicavisset, quia receptissi-
mam habemus opinionem, quod aliquis, sive fœ-
mina exclusa à successione matris, fratris, ac ascen-
dentium non excludatur ab hæreditate fratris, sive
tertii in iisdem materialiter bonis in eum perventis
ab ipso ascendente *Brun. ad Stat. exclus. fœmin. ar-
tic. 8. num. 75. Fab. Ann. cons. 45. numer. 37. Carpan.
ad Stat. Mediol. cap. 286. num. 13. par. 1. Merlin. de
legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 3. num. 31. & seq. Altogr.
Sen. cons. 66. num. 38. par. 1.* ibi in puncto de mo- 4
niali exclusa propter fratres à successione patris, seu
matris, attamen non excluditur à successione ipsius
fratris, in quem pervenerunt bona paterna. *Mart.
de success. legal. par. 1. quæst. 14. art. 5. num. 2. 4. 5.
& seq. Rot. rec. decis. 247. num. 2. & seq. par. 5. de-
cis. 329. num. 59. & seq. par. 6. Rot. coram Rojas de-
cis. 417. num. 5. & coram Merlin. decis. 62. num. 2.
& sequent.*

Ratio autem est, quia per aditionem hæreditatis 5
bona, & jura defuncti appropriantur hæredi *l. pa-
terfamilias vers. at cum substitutus ff. de privileg. cre-
ditor. Velasc. de partition. cap. 2. num. 12. & seq.* itaut 6
hærede defuncto agitur de succedendo ipsi hæredi,
& non ascendenti, & semper ad potentiam succe-
dendi inspicitur persona ultimi morientis, aliter opus
esset inquirere in successione primum communem
nostrum parentem *Rot. dicta decis. 247. nu. 3. par. 5.
& decis. 329. num. 59. & seq. par. 6.*

Et sic vice versa fœmina per Statutum exclusa à 7
successione tertii, sive fratris, sive cujuscumque trans-
versalis agnati, si bona patris, vel matris in eum
perveniant, hæc fœmina ab istis bonis quamvis pro-
venerunt à patre, seu matre à qua non esset exclu-
sa, non posset succedere, quia dicta bona perventa
ab ascendente in fratrem non sunt amplius ascen-
dentis, sed propria fratris. *Rot. coram Rojas dicta de-
cis. 413. num. 4. & 5.*

Et si post acceptatam hæreditatem soleant appel- 8
lari prædicta bona paterna, seu materna, id tamen
impropriè dicitur, & ampliativè tantum habito res-
pectu originis, & prioris status, secus præsentanei,
qui in successionibus solum attenditur *Mart. in l.
qui Romæ §. duo fratres prælud. ultim. ff. de verbor.
obligat. Velasc. de partition. cap. 2. numer. 15. & seq.
Merlin. decis. 62. num. 2. & seq.*

§. XV.

§. XV.

OMnibus casibus suprascriptis, in quibus hæreditas defertur ad fratres, sorores, & ab eis descendentes, respectu successionis in bonis maternis, etiam quod hæreditas materna fuisset adita, præferantur primò fratres utrinque conjuncti, & eis non extantibus sorores utrinque conjunctæ, quibus non extantibus admittantur fratres ex matre tantum, & eis deficientibus sorores ex matre tantum, omnibus aliis prædictis respectivè exclusis.

SUMMARIUM.

1 *FActi species.*
2 *Ad successionem fratris admittuntur primò fratres utrinque conjuncti, & eis deficientibus tam uterini, quàm consanguinei.*
3 *Declara, quod in bonis à Patre habitis solum consanguinei, à matre solum uterini.*
4 *Quando bona conservant vigore legis qualitatem paternam, vel maternam in eis succeditur, ac si succederetur patri, vel matri.*
5 *Si Statutum excluderet uterinum favore consanguinei non intelligitur voluisse excludere uterinum in bonis maternis.*
6 *Ultra fratrum filios non consideratur uterinitas, vel consanguinitas.*
7 *Soror utrinque conjuncta exclusa per fratrem consanguineum succedit in bonis maternis jure particulari.*
8 *Sorores per nostrum Statutum in bonis maternis non succedunt jure hæreditario, sed particulari, ideoque etiam bona non agnita transmittunt.*
9 *Omne id quod ex processione legis habetur, & non jure universali absque agnitione transmittitur.*
10 *Declara nisi etiam simul in aliquo jure universali succederet, quia tunc jus particulare non agnitum non transmitteretur.*
11 *Et assignatur ratio.*
12 *Quæ bona dicantur materna remissivè.*

UT res quam tractamus clara fiat, & facilius omnibus pateat, ac innotescat etiam Tyronibus, vel eis qui brevi intellectu dotati sunt, speciem hujus paragraphi constituimus, ut infrà.

Sylvius Francisca mulier	Francisca secundò nupta cum Sejo	Sejus secundò nuptus cum Amarilide
Carinus, Corisca,	Titirus, Dorinda, Ergastus,	Montanus.

1 Ex hac igitur facti præpositione vides Titirum, Dorindam, Ergastum filios Franciscæ, & Seji habere tria genera fratrum, videlicet utrinque conjunctos, qui sunt inter se se, uterinos, qui sunt Carinus, & Corisca; Consanguineos, qui sunt Montanus, voluit enim hic Statutum, quod in bonis Franciscæ matris perventis ad ejus filios, qui succedunt æqualiter, ut dixi in §. *Matri*, inter eos primò succedant fratres utrinque conjuncti, & his deficientibus sorores utrinque, & in earum defectu fratres ex matre tantum, & his non extantibus sorores ex matre, exclusis omnibus aliis; veniamus his præcognitis ad nostras quæstiones, siva dubia, quæ oriri possunt in hac dispositione.

2 IN OMNIBUS AUTEM BONIS: Conformissima hæc est dispositio Statuti legibus juris Romanorum, nam istæ quoque priùs ad successionem fratris Intestati admittunt fratres utrinque conjunctos, & eis deficientibus, tam uterinos, quàm consanguineos
3 æqualiter, cum hac tamen distinctione, quod in bonis paternis videlicet à Patre habitis solum succedant consanguinei, & in bonis maternis uterini tantum, in omnibus aliis bonis, tam uterini, quàm consanguinei. *Oinot. instit. de hæredit. quæ ab intestato deferuntur in tertio ordine succedendi num.* 22.,23. & notat hic Eruditissimus Bottinus ad præsens Statutum.
4 Ratio autem est, quia in istis fratribus, & filiis fratrum tantum per legis dispositionem conservatur qualitas paterna, vel materna. Ideoque semper videtur succedere Patri, aut Matri, & non fratribus, ut consideravimus supra in paragrapho antecedenti per rationes ibi expositas, & facit nobis punctualiter ad Statutum nostrum *Carpan. ad Statut. Mediol. cap.* 287. *num.* 12. *par.* 1. ubi quod quando Statutum conservat bona cum qualitate materna semper dicuntur materna, itaut consanguineus Frater non potest succedere,
5 sed solum uterinus. Imò si Statutum hoc non diceret expresè, sed excluderet fratrem uterinum per consanguineum, semper in bonis maternis intelligi deberet Statutum noluisse excludere uterinum per consanguineum, ne absurdum tam iniquum admitteremus. Ita censuit *Brun. ad Stat. fœmin. exclus. artic.* 8. *qu.* 15. quem sequitur *Carpan.* hic proximè laudatus *sub numer.* 13. *in fin. & Alex. cons. imò Castr. cons.* 291. *num.* 1. *lib.* 2. *Peregrin. decis.* 13. *num.* 4.

Differt tamen hæc dispositio à jure communi propter differentiam appositam inter sexum masculinum, & fœmineum, videlicet quod primo præferantur fratres, & posteà sorores, quæ differentia per illud sublata fuit, ut sæpe dixi in similibus contingentiis, ad quæ vos remitto, ne jam scriptum rescribam, dictumque replicem.

Differt etiam in hoc, quod de jure communi eadem habetur ratio de fratribus, quam filiis fratrum repræsentationis auxilio gaudentibus, itaut filius consanguinei consideratur pro consanguineo, & filius uterini, pro uterino ob repræsentationem *Oinot. d. tit. de hæredit. quæ ab intest. in tertio ord. succed. num.* 23. Tamen ultra fratrum filios nulla consideratur uterinitas, seu consanguinitas, videlicet an quis sit conjunctus ex materno, vel paterno latere. *Oinet. d. loco*, vel ex utroque latere *sub num.* 33. 6

In hoc nostro Statuto filii fratrum non videntur neque venire, neque vocari, sed exclusi, quia Statutum expresè solum vocat fratres utrinque, & postea sorores utrinque, & postea fratres ex matre, & deinceps sorores ex eadem matre tantum omnibus aliis exclusis, sed infra latiùs dicam in hac quæstione à me proponenda, & resolvenda cum rationibus, ac argumentis, ad quam me remitto, ut benè eam intelligatis.

Non est ulterius prætereundum ad expositionem 7 hujus nostri paragraphi quod valde notabile censeo, videlicet an hujusmodi successio in bonis maternis sit ex jure particulari, vel universali producta ob illationes, quæ evenire possunt in nostra specie, & pro indubitabili teneo stante nostro Statuto exclusivo fœminarum ab hæreditate, esse quoddam lucrum particulare sororibus delatum, exempli gratia si moriatur frater relictis post se sororibus utrinque, & fratribus consanguineis sorores nihil habebunt de hæreditate fratris, sed in ea tota frater consanguineus succedet exclusis solum bonis maternis, in quibus soror succederet ex provisione hujus Statuti, ergo videtur expresè non jure hæreditario sororem succedere in dictis bonis maternis, cum cætera bona dicti fratris defuncti sint delata fratribus consanguineis ad hæc punctualiter facit *Castrens. cons.* 291. *lib.* 2. *num.* 2. Et in dubitabilioribus terminis, quia in casu Castrensia Statutum non expresè providebat in bonis maternis sorores debere succedere *Altograd. cons.* 29. *num.* 14. *lib.* 2.

Ex hoc enim inferendum est, quod sorores præ- 8 dictæ uterinæ licet non adiverint dicta bona materna adhuc ea transmittunt sine ulla agnitione ad quemcumque cum ea non capiant jure hæreditario fratris, sed provisione Statutaria quasi lucrum quoddam à Statuto in casu speciali impositum, cum cætera bona dicti fratris defuncti, & tota ejus hæreditas devolvatur ad ejus fratres de hac opinione videtur dixisse *Alex. cons.* 150. *lib.* 2. *num.* 7. *& seq.*

Alto-

Altegrad. conſ. 97. *num.* 104. *lib.* 1. *Capyc. deciſ.* 176.
num. 27. *latè Roland. de lucr. dot. quæſt.* 47. *numer.* 7.
9 *uſque ad fin.* & præſertim *num.* 13. Ratio autem eſt,
quia omne id quod habetur ex proviſione legis, &
non jure univerſali, vel hæreditario tranſmittitur ad
hæredes abſque agnitione. *Roland. d. loco à numer.* 7.
cum ſeqq. & Alex. d. conſ. num. 7. *Altegr. conſ.* 29.
num. 14. *lib.* 2.

10 Hoc tamen ſemper intellige, & ſublimita, niſi
quis in hoc jure particulari alicui ſuccedens adeſſet
etiam ejus hæres in aliis bonis, ut ſi filius, tam in
lucro dotis, quàm in hæreditate matris, ſeu patris
ſimul ſucederet, quia illud lucrum quamvis dela-
tum jure particulari non tranſmitteretur niſi ad agnitum
vel in proximioribus terminis ſi moriatur frater reli-
ctis forore uterina, & conſanguineo de jure com-
muni diximus, quod in bonis paternis ſolum con-
ſanguineus in maternis uterina ſuccedit, in aliis bo-
nis uterque æqualiter, ſi hæc bona materna non eſ-
ſent adita per ſororem certè non tranſmitterentur,
quia ſoror etiam in aliis bonis ſuccedit ſcilicet in hæ-
reditate fratris defuncti, & hæres eſt, unde conclu-
dendum venit, quod ſi quando ſuccedimus in jure
particulari, & eo ipſo hæredes ſumus eidem deſun-
cto tunc jura particularia, ſeu bona ex jure particu-
lari nobis provenientia non adita non tranſmittun-
tur, quia illo caſu hoc jus particulare fit hæredita-
11 rium, & jure quaſi hæreditario ſuccedítur *Alexand.
conſ.* 150. *num.* 8. *in fin. lib.* 2. quem ſequitur *Roland.
à Vall. de Lucr. dot. quæſt.* 47. *num.* 17.

12 IN BONIS MATERNIS: Quæ dicantur bona
materna, vide *Bald. conſ.* 104. *lib.* 2. *Tuſch. concluſ.*
108. *lit. B.*

ADITA: Idem eſſet de jure communi, ut dixi-
mus mox ſuprà in principio hujus paragraphi, quia
inter fratres, quamvis iſti adeant hæreditatem mater-
nam ſemper bona remanent materna, quia reſpectu
fratrum conſervatur hæc qualitas in fratribus, & filiis
fratrum tantum: ad ea jam latè deducta me remitto.

S U M M A R I U M.

1 F*Alſi ſpecies.*
2 *In Statuto non poteſt fieri extenſio de perſo-
na ad perſonam.*
3 *Statutum diſponens de nepote debet intelligi de
vero nepote ex filio, & non filio fratris.*
4 *Mater excluſa propter Patruum non eſt excluſa
propter filios Patrui.*
5 *Statutum loquens de patruelibus non videtur ha-
bere locum in eorum filiis.*
6 *Explicatur Statutum de extrinſec. intell. & per
illud firmatur ſub nomine fratris non venire
fratris filios.*
7 *Quando Statutum voluit vocare filios fratris,
eos expreſsè vocavit, ergo ſi eos non vocavit,
noluit eos venire poſſe.*
8 *Si Statutum excludit matrem propter patruum,
& ejus filios, ſi poſtea excludit ſororem propter
patruum, non debet illud intelligi voluiſſe ex-
cludere ſororem etiam propter patrui filios.*
9 *Statutum factum favore maſculorum ſemper acci-
piendum eſt, ne in odium ipſorum retorquea-
tur, quia iſtud principale abſurdum eſſet.*
10 *Prelatio maſculorum in ſucceſſione matris conſide-
ratur a ſtatuentibus propter favorem maſculini-
tatis, non verò agnationis.*
11 *Doctori ſeneſcenti parum deferendum eſt propter
ipſum memoria.*
12 *Quando eſt conſideratus favor maſculinitatis, &
non agnationis, filius fratris comprehenditur
ſub fratris appellatione.*
13 *Statutum quando excludit ſororem propter fra-
trem, filius fratris etiam illam excludere po-
teſt tanquam comprehenſus ſub ſtatuto.*
14 *Filii fratrum dicuntur in locum Patris verè ad-
eſſe, & in eodem gradu.*
15 *Etiam ſtante Statuto noſtro* de extrinſ. intell.
*filius fratris includitur ſub appellatione fra-
tris.*
16 *Secus filia fratris, vel filius maſculus ſororis.*

17 *Reſpondetur regulæ, quod ſi Statutum voluiſſet
id, quod non expreſſit, expreſſiſſet prout in a-
liis locis fecit.*
18 *Statutum noſtrum dum voluit vocare ſolum filios
fratris, eos vocavit ſub nomine fratris, ſicut
quando omnes fratrum liberos.*

PRÆFERANTUR PRIMO FRATRES U-
TRINQUE CONJUNCTI) Multum me anci- 1
pitem tenuit, quæſtio in hoc præſenti Statuto an fi-
lii fratrum utrinque conjunctorum excludant ſorores,
& fateor quidem hinc inde deduci poſſe argumenta,
ad favorem ſororum. Videtur favere ipſa diſpoſitio Sta-
tuti, quæ clara apparet, ut ſcilicet primò præferantur
fratres utrinque, & his non extantibus ſorores, Sta- 2
tutum enim diſponit quantum illud loquitur, neque
fieri poteſt extenſio de perſona ad perſonam, & de
caſu ad caſum. *Maſcard. de general. Statut. concluſ.* 4.
num. 1. *& ſeq. & num.* 54. *Honded. conſ.* 1. *lib.* 1. *nu-
mer.* 13. 14. 15. *& ſeq.* & Statutum vocans nepotem 3
intelligitur de vero nepote deſcendenti, & non filio
fratris. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 278. *imò* 287.
num. 4. & in ſimili quod mater excluſa propter pa- 4
truum non intelligitur propter filios patrui *Honded.
dicto conſ.* 1. *per tot. Socin. Sen. conſ.* 9. *per tot. lib.* 3.
Socin. Jun. conſ. 13. *num.* 16. *lib.* 4. *& conſ.* 6. *num.* 10.
lib. 1. *Brun. de Stat. excluſ. fœmin. artic.* 12. *n.* 215.
& Statutum loquens de patruelibus non videtur ha- 5
bere locum in eorum filiis *Albert. Brun. dicto tract.
& artic.* 12. *num.* 209. *Honded. dicto conſ.* 1. *num.* 57.
quia ut dixi Statutum non debet extendi de uno ca-
ſu ad alium in præjudicium tertii.

Sed fortius argumentum, quod nos pro hac par- 6
te obſtringit eſt diſpoſitio Statuti *de extrinſ. intell.
prohib.* quod nobis prohibet quemlibet extraneum in-
tellectum, extenſionem, ſubauditionem, neque ex
identitate, neque paritate, neque majoritate ratio-
nis, ob id enim videmur ligati judaicè ſervare Sta-
tuta prout beſtiæ; quæ ſolum moventur ab his, quæ
vident, & nihil aliud comprehendunt, niſi quod ea-
rum ſenſibus patet, & oculis percipiunt, unde per
hoc ſimile Statutum minus etiam rigoroſum dixit
Michalor. de fratr. par. 3. *quæſt.* 16. *num.* 25. filios
fratris non venire ad excluſionem ſororum, neque
filios ſororum ad aliorum excluſionem ſub appella-
tione fratris, ſeu ſororis.

Tantò magis procedere videtur in noſtro caſu, dum 7
Statutum quando voluit vocare filios fratris eos vo-
cavit expreſsè, ut ſuprà in §. *Si cum dictis fratribus*
& in §. *Maſculus, & fœmina*, ibi *Sed omnia bona
prædicta pervenire debeant ad alios fratres, ſorores,
& eorum liberos*; ut in ſimili arguit *Socin. Sen. conſ.
9. lib.* 3. ubi quod ſi Statutum in una parte exclu- 8
dat matrem propter patruum, & filios ejus, ſi poſt-
ea excludit ſororem propter patruum, noluit filios
patrui excludere ſororem, quia quando voluit illud
dixit, & hanc opinionem tenet etiam *Socin. Jun.
conſ.* 100. *num.* 19. *lib.* 1.

Ultimò etiam facit magnum dubium conſideran-
do, quod Statutum noſtrum enarrando caſus ſuprà
expoſitos, videlicet ſucceſſionem fratris, ſororis, &
eorum liberorum, conſtituendo in iſtis novum or-
dinem ſuccedendi in bonis maternis, dixit expreſsè,
quod primò præferantur fratres utrinque conjuncti,
& eis non extantibus ſorores utrinque, omnibus
aliis reſpectivè excluſis, unde videtur etiam exclu-
ſos fuiſſe liberos omnes fratrum, & admiſſæ ſoro-
res, & per ea, quæ paulò ſupra diximus in præce-
denti quæſtione, nàm incluſio unius eſt excluſio to-
talis alterius. Hoc quidem argumentum ingenuè lo-
quendo mihi viſum fuit potentius, & præcipuum
ad reſolvendum pro ſororibus.

Attamen his non obſtantibus non potui ſubmitte- 9
re intellectum meum prædictæ opinioni ob magnam
improprietatem, & inveriſimilitudinem, quæ dare-
tur in hoc Statuto contemplante maſculinitatem in fi-
liis matris, ita quod voluerit filios fratris utrinque
conjuncti, & conjunctos, qui alias de jure communi
admitterentur cum ſororibus utrinque, excludi à ſuc-
ceſſione ad favorem prædictarum, id me perſuadere
nunquam potuit, nec poterit Statutum velle in ſub-
ſtantia excludere ſorores utrinque conjunctas propter

masculinitatem fratrum utrinque conjunctorum, quæ sorores cum eis admitterentur, & postea filios fratris utrinque masculos excludi à successione, qui alias de jure admitterentur, cum dictis sororibus utrinque non contemplata amplius illorum masculinitate, itaut potius masculinitas eis noceret, absurdissimum propterea esset si retorqueretur in eorum odium & fierent deterioris conditionis masculi quam fœminæ. *Ruin. cons.* 51. *num.* 10. *lib.* 3. *Gabriel. cons.* 20. *num.* 78. *vol.* 2. *Bosc. cons.* 343. *num.* 9.

10 In Statutis autem præferentibus in successione matris masculos fœminis, quod edita sint ob favorem masculinitatis tantum, non verò agnationis non controvertitur ab *Eruditissimo Rocc. disput.* 56. *num.* 42. in sequente *Mart. de success. legal. par.* 1. *quæst.* 5. *artic.* 3. *n.* 8. *& seq.* & in propioribus terminis Statuti præferentis fratres utrinque conjunctos sorori utrinque conjunctæ, quod sit factum favore masculinitatis idem *Marta de successión. legal. eod. loco proxime citato num. tamen* 14. *&* 15. reprobans decisio-
11 nem 74. Peregrin. ob agnationem fuisse factum Statutum volentis, immemoris ejus, quod contrarium firmavit in *cons.* 106. *num....vol.* 2. ad propositum nostræ intentionis præcisæ, sed tolerandus est, quia cum jam senesceret facile erat memoriam amisisse, ut bene inquit *Senec. lib.* 1. *contr.* 1. *in proœm.* Memoria est res ex omnibus partibus animi maximè delicata, & fragilis, in quam primum senectus incurrit, ideoque decisiones scriptas in decrepita ætate à Doctore parum momenti esse dicit ibi *Marta di-*
12 *cto tract. & loco*, unde cum Statutum hoc favore masculinitatis sit conditum, comprehendere debet filios fratris, & sub ejus vocabulo venire, secus quando est considerata agnatio, ut in casu agnationis resolvit *Marescot. var. lib.* 2. *cap.* 80. *num.* 9.

13 Ex magis communis opinio est, quod Statuta vocantia fratres ad successionem cum exclusione sororum, filius fratris per hanc dispositionem excludat sorores, quia filii fratris per subrogationem fiunt fratres, imò præsumitur eorum pater vivere, & sumere portionem sibi debitam, & filiis suis dividere, unde benè filius fratris venit ad excludendam sororem latè pro omnibus *Marescott.* post contrariam opinionem reprobatam concludit cum pluribus authoritatibus in *resolut.* 80. *num.* 7. *& seq. lib.* 2. *variar.* & hanc opinionem videtur tenere idem *Hondod. dicto cons.* 1. *numer.* 57. nobis ex adverso objectus, qui voluit quod Statutum vocans patruos non dicitur vocare filios patrui, in fratribus autem ipsemet fatetur hanc opinionem non esse tutam, ut eum sic explicat *Merlin. de legitim. lib.* 7. *titul.* 1. *quæst.* 17. *num.* 24. *vers. nec faciunt authoritates*, itaut sub appellatione fratris benè agnovit dictus Author venire fratris filios non obstantibus *Dec. cons.* 315. *num.* 4. *Imol. Bald. Alex. Barbat.* & ita firma-
14 vi supra in §. *non extantibus*, quibus addo alios eandem opinionem insequentes ex ea ratione, quod ingredientes filii fratrum in eorum patris locum dicuntur in eodem gradu, & loco propriè, ac verè adesse *Grat. discept.* 690. *n.* 28. *& optimè Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 17. *à num.* 24. *& seq.* quem sequutus fuit *Altograd. cons.* 58. *num.* 11. *lib.* 1. *Sabell. post summ. divers. tractatuum par.* 4. *cap.* 45. & idemmet *Michalor. de fratr. par.* 3. *cap.* 11. *n.* 168. in contrarium oppositus *in ead. parte cap.* 16. *n.* 25. tenuit quod filius fratris ad excludendum sorores est in pari gradu cum sorore, prout esset alter frater, qui eam excluderet, & denique quando considerata fuit aliqua ratio, vel agnationis, & sic etiam masculinitatis, ut in casu nostro, tunc filii fratris etiam sub vocabulo fratris excludunt fœminas per jus repræsentationis, ut per *Sabell. in verb. repræsentatio n.* 11.

15 Neque obstat Statutum nostrum *de extrins. intell.* prohibens omnem interpretationem, quia similia Statuta etiam recipiunt interpretationem passivam à jure, quæ nunquam videtur exclusa à Statutis, hæc interpretatio fratris, quæ contineat filios fratris, est interpretatio juris, quia de jure frater recipit hanc interpretationem, ut in terminis huic in simili Statuto respondet *Marescot. var. resol.* 80. *par.* 2. *n.* 13. 14. 15. 16. quem sequitur cum aliis pluribus *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 17. *num.* 25.

Secus autem filia ex fratre non ex deficientia ju- 16
ris repræsentationis, sed ex mente Statuti, quod consideravit masculinitatem, quam non potest habere fœmina quamvis patrem repræsentet *Gratian. discept.* 695. *num.* 12. *Marta vot. Pisan.* 47. *num.* 6. 7. *& vot.* 102. *num.* 3. *& seq.* & sic ex repræsentatione non admittitur filius masculus ex sorore in concursu patrui, vel ad aliorum exclusionem, quia non militat eadem ratio in filio fratris masculo *Gratian. discept. cap.* 15. *num.* 89. *& seq. Brun. de Stat. exclus. fœmin. artic.* 6. *n.* 89. *cum seq. & num.* 95. *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 17. *num.* 34.

Ad ea verò, quæ nobis objiciuntur videlicet quod Statutum in paragraphis præcedentibus dum voluit vocare filios fratris id omnino fecit, itaque si hic voluisset etiam expresse fecisset, & maximè, quando narrando successiones præordinatas enunciat expresse descendentes fratrum, & postea in dispositione solum vocat fratres, & non ejus descendentes prout distinctè narravit, & in puncto *Palm. Nep. alleg.* 89. *num.* 16.

Facilè respondetur, & multifariè, primò, quia hoc argumentum non est à Doctoribus reputatum magni momenti, ideoque parum nos moverè deberet ad firmandum contrarium, sine aliquibus aliis conjecturis, & argumentis *Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 380.

Secundò negatur absolutè quod hoc Statutum non 17
se explicaverit, ac expresse non vocaverit filios fratrum sub appellatione fratrum, ut superius probavi per rationes, ac authoritates paulò suprà adductas, igitur non nobis facit contrà prædicta regula, dummodo habemus intentionem statuentium in hoc Statuto, & expressam sub vocabulo fratris, & sub eadem ratione, ut in simili respondent *Dec. cons.* 11. *num.* 18. *& cons.* 14. *num.* 6. *Cyriac. controver.* 301. *n.* 42. *&* 43. *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 380. Nam statuentibus non prohibetur mentem suam explicare sub diversis verbis dummodo nobis eamdem eorum intentionem manifestent *Barbos. axiom.* 89. *n.* 8.

Tertiò, non officit quia sicut suprà statuentes vo- 18
luerunt vocare nedum filios, sed omnes descendentes fratrum, oportuit eos vocare per verbum diversum à fratre, scilicet per verbum liberos, & descendentes, quod non erat necessarium in hoc §. volente solum filios fratris, & non alios, & ita observavit Statutum nostrum.

SUMMARIUM.

1 *IN bonis maternis per nostrum Statutum prius succedere debent sorores, quam Pater salvo usufructu Patri sub num.* 16. 17.

2 *Verba enunciativa dicuntur ea, quæ sunt posita ad effectum dispositive inducenda.*

3 *Sò vinco vincentem te multo magis vincam te.*

4 *Notatur absurdum quod sequeretur non admissa intelligentia nostra data huic paragrapho.*

5 *Per Statutum antiquum in bonis maternis soror excludebat expresse Patrem, ac alios ascendentes.*

6 *Statutum antiquum deservit pro interpretatione moderni.*

7 *Nova leges declarantur per antiquas.*

8 *Et id procedit etiamsi essent omnino derogata.*

9 *Secus verò si Statutum novum, vel nova lex contrarium voluisse disponere cognosci possit., quia tunc Statutum vetus pro diversitate inducenda deservit.*

10 *Statutum vetus deservit pro declaratione moderni præcipuè si adducatur illud in eodem puncto controverso.*

11 *Posterius testamentum declaratur per anterius nulliter factum, vel revocatum, & n.* 13.

12 *Mens, & voluntas cognoscitur etiam ex actu nullo, ac irrito.*

14 *Testamentum revocatum non potest deservire pro interpretatione secundi.*

15 *Declara id non procedere quando primum Testamentum revocatum fuit per causam extrinsecam & non per mentem Testatoris aliter disponendi.*

16 *Item*

16 *Item quando secundum testamentum est dubium, semper interpretationem recipit à primo licèt revocato.*

17 *Pater, & soror defuncti debent succedere in capita secundum jus commune, quia est casus à nostro Statuto omissus contra num.20.*

18 *Casus omissus, sive mixtus remanet in dispositione juris.*

19 *Statutum loquens solum de fratribus, ac sororibus, an quis eorum ad successionem admitti debeat si Avus, vel Pater est in medio dicitur casus mixtus.*

20 *Inclusio unius est alterius exclusio.*

21 *Si in primo Testamento fiant plures conditiones, & postea diversa in secundo imponantur censentur prima sublata.*

22 *Quando legatum transfertur in eamdem personam simpliciter censentur exclusa prima qualitates.*

23 *Vel quando transfertur in diversam personam, tunc censetur exclusa prima.*

24 *Laudatur D. Julius Cæsar Baldissonus, quem Author summo amore prosequitur.*

25 *Dum habemus casum decisum quiescere debemus, & ulteriores rationes investigandæ non sunt.*

26 *Statutum intelligi debet ad literam.*

27 *Præcipuè vigore Statuti nostri de extrinsec. intell. prohib. per quod solum id quod oculis corporeis legitur attendi debet.*

28 *Nihil subaudiri debet in Statutis contrà mentem statuentium, sed præcisè eis inhærendum est.*

29 *Statutum disponens per verba universalia omnes casus comprehendit.*

30 *Statutariis qualitatibus verificatis habet locum dispositio statutaria.*

31 *Legem quærere, ubi ratio naturalis præcellit, hebetis intellectus est.*

32 *Rota non sequitur subtilitates juris, sed considerat bonum jus.*

33 *Non est sumenda interpretatio in Statutis, ex qua oriri possit correctio subitanea, vel repugnantia, & num. 34.*

34 *Dictiones* supraseriptis, eisdem, istis, hoc, illis, prædictis *sunt ad oculum demonstrativa, & repetitiva personarum, vel rerum.*

35 *In dubio verba potius accipi debent pro demonstrationis causa, quam taxationis, seu dispositivè posita.*

36 *Verba demonstratia nullum juris ministerium denotant, sed solum contingentiam facti, vel circumstantias.*

37 *Posteriora derogant prioribus.*

38 *Si remotior excludit aliquem, tanto fortiùs proximior ex regula si vinco vincentem &c.*

39 *Disposita sub unico verbo æqualiter determinari debent, prout determinatio respiciens plura determinabilia eodem modo determinat, & numer. 40. & 43.*

41 *Licèt unum ex determinatis sit altero favorabilius, vel ratio diversa militaret.*

42 *Unica oratio debet tota capi, & non in partes scindi.*

44 *Statutum licèt intelligi debeat ad literam, semper tamen intelligi debet, ne absurdum contineat.*

45 *Statutum si intelligeretur, quod frater consanguineus excludere deberet sororem utrinque conjunctam in bonis maternis, contineret iniquitatem.*

46 *Si interpretaretur Statutum quod voluerit præferre in bonis maternis fratres uterinos sorori utrinque conjuncta, Statutum redderetur inconveniens, & ineptum.*

47 *Statutum vetus licèt abrogatum deservit pro interpretatione, ac intelligentia moderni.*

48 *Appellatione fratris veniunt in Statutis filii fratrum, & num. 53.*

49 *Et appellatione sororis veniunt filia sororis.*

50 *Et hoc procedere etiam ad exclusionem agnatorum, & cum clausula inserta in Statuto* Omnibus aliis penitùs exclusis.

51 *Non est contra Statutum de extrinsec. intellect. Cæsareg. Tom. IV. si appellatione fratris, ac sororis eorum filios venire asseramus.*

52 *Doctori, qui fuit sibimet contrarius, non est credendum.*

ET EIS NON EXTANTIBUS SORORES) Aptè hic cadit celeberrima illa quæstio, an deficientibus fratribus utrinque conjunctis, & eorum filiis admitteretur soror utrinque conjuncta in bonis maternis ad successionem fratris præmortui, vel sororis præmortuæ existente adhuc patre defuncti fratris, seu sororis, an verò admitteretur etiam ad proprietatem solum pater, seu Avus exclusis sororibus prout admittitur supra in §. *quatenus verò*, & §. *non extantibus*.

Hic casus meo judicio indigeret levi indagatione, si ad veritatem, & mentem Statuti animum admoveremus; Verùm quia subtilis Doctorum argumentatio, & eorum ingenium à clientium instantiis sollicitatum sub spe pinguis successionis occasionem dubitandi in prædicto puncto satis dederit, ideò hæc quæstio celebris evasit, sed nos ad ejus resolutionem aggrediamur provinciam.

Pro re autem indubitabili teneo stante hac dispo- 1
sitione statutaria in bonis maternis præferri sorores etiam uterinas Patri, sive alio ascendenti paterno, statutum in hoc clarum est, nam post enarratos omnes ordines successionis supra dispositos circa successionem fratrum, sororum, & eorum descendentium disponit, quod in bonis maternis aliter observetur, & in istis primo præferantur fratres utrinque conjuncti, & eis non extantibus sorores exclusis omnibus aliis, & talis sensus patet ex ipsis verbis hujus paragraphi ibi *in omnibus casibus suprascriptis in quibus hæreditas defertur ad fratres, sorores, & ab eis descendentes* exponit quidem Statutum in istis verbis etiam vocationem sororum supra in §. *non extantibus* ordinatam, quæ propter illum paragraphum succedunt post patrem, seu avum, sed diversus hic instituitur modus, seu ordo succedendi in bonis maternis, nam in istis Statutum voluit præferri primò fratres, & posteà eis non extantibus sorores ad exclusionem patris, seu avi.

Tota difficultas adversariorum est in admittendo quod præsens §. procedat in principio per narrationem
simplicem, quam nullam penitùs invenio, nam verba 2
illa dicuntur verè enunciativa, quæ in dispositione posita secundum eorum sonum dispositionem aliquam non induunt, & sunt, vel emissa propter se, ut quando non determinantur ad aliud, nec respiciunt alium finem, quàm illuminandi orationem, & factum de quo agitur, vel emissa propter aliud (ut in nostro casu) videlicet quando proferuntur ad effectum alterius dispositionis, & non sunt principalia in oratione de qua agitur ad tradita per *Gen. de verb. enunciativ. lib. 1. q. 1. & 2. per tot. fol. 1. Altogr. cons. 28. n. 3. lib. 2. Prat. de ultim. volunt. lib. 2. interpret. 3. dub. 2. solut. 3. num. 18. fol. 156.*

Et cum igitur in nostro casu verba prædicta nostri §. *Omnibus*, sint exarata solùm ad effectum alterius dispositionis, quæ legitur in verbis *præferantur primo fratres &c.* & nihil de se ponant, non potest negari ea esse enunciativa, ad quod conferunt ea, quæ deducuntur infra sub *num. 35. & 36.* Et talis sensus huic Statuto negari non potest, quia sic argumentamur contrà adversarios, si Statutum voluit se referre ad casus suprè dispositos, & ordinatos pro successione fratrum, vel sororum, & ab eis descendentium, cum hi casus sint penitus distincti, ac separati, quia sorores non succedunt simul cum fratribus necesse est quod dividamus dispositionem, quæ consistit in illis verbis *præferantur primo fratres utrinque conjuncti*, & ista solùm adaptemus ad casum, in quo hæreditas ad fratres defertur, & ita facto resultaret solum prælatio fratrum utrinque conjunctorum fratribus consanguineis, ità ut non extantibus fratribus utrinque consanguinei admitterentur ad exclusionem sororum utrinque conjunctarum, ac fratrum uterinorum in bonis etiam maternis, quod pro maximo absurdo habent Doctores, ideoque ad illud tollendum in Statutis excludentibus fratres uterinos ad favorem consanguineorum interpretatur

statuentes nunquam id intelligere voluisse in bo-
nis maternis, *Cavaller. decis.* 50. *numer.* 2. *Mer-
lin. decis.* 564. *num.* 18. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.*
287. *numer.* 13. *Brun. ad Stat. exclus. fœmin. art.* 8.
quæst. 15. Aut discretivè dividere nolunt adversarii
dispositivam prædictam secundum casus prædictos re-
latos, sed totam ad singulos casus illam adaptare,
jam festum facio, quia tunc nostrum haberemus in-
tentum, nam adaptando totam dispositionem, quæ
consistit in eo; quod præferantur primo fratres utrin-
que conjuncti, & eis non extantibus sorores, ad
casum Statuti, in quo defertur hæreditas ad fratres,
certè, ita facto, non extantibus fratribus utrinque,
succedent sorores ad exclusionem patris.

Sed verè considerando, quod nec discretivè, nec
tota ad singulos casus, in quibus defertur hæredi-
tas ad fratres, sorores, & ab eis descendentes, dis-
positiva referri potest, non discretivè, ut suprà di-
xi, non tota ad singulos casus relatos, quia nullo
modo esset applicabilis ad casum, quo per Statutum
defertur hæreditas ad descendentes masculos ex fra-
tribus, vel ad sorores, nam in istis casibus non pos-
set dici, quod primò præferantur fratres utrinque
conjuncti, & eis non extantibus sorores utrinque,
ideoque debemus dicere, quod Statutum voluerit e-
narrare solùm casus successionis fratrum, sororum,
ac eorum descendentium, scilicet eorum ordinem,
quo sunt superius vocati, & postea illum inter eos
mutare, assignando novum in bonis maternis, ad
exclusionem omnium aliorum, qui inter fratres, ac
sorores, & eorum descendentes intermediabant, ac
præferebantur.

In omnem casum semper prævalere debent verba
dispositiva verbis narrativis, ac enunciativis, & om-
nibus aliis, dummodo clara sit ipsa dispositio, quæ
attendenda est ad exclusionem narrati, seu enuncia-
ti, ut in simili ratiocinatur *Rota par.* 13. *recent. de-
cis.* 465. *num.* 10. Dispositiva verba in nostro casu
clariora sunt luce meridiana, quia expressè legitur,
quod in bonis maternis præferantur primò fratres
utrinque, & eis non extantibus sorores, undè in
illis aliquod dubium insurgere nobis non potest.

Et quod omninò Statutum voluerit diversum or-
dinem succedendi in bonis maternis ad exclusionem
Patris, ac ascendentis, me fortiter persuadet illa con-
sideratio, cum qua video, quod in bonis maternis
soror utrinque, vel uterina excludit consanguineum,
quæ ob dispositionem præcedentem ejusdem Statuti
excludebatur ab eo, qui etiam Patrem excludit, si
ergo Statutum admisit uterinam in bonis maternis
excludendo consanguineum, non adstringimur dice-
re, quod etiam voluerit mutare ordinem successio-
nis filiæ respectu Patris in bonis maternis, per re-
3 gulam si vinco vincentem te multò magis vincam
te, ut in simili arguit *Medic. decis.* 77. *n.* 22. quod
argumentum habuerunt pro indissolubili Doctores
omnes.

4 Ulterius aliud inconveniens resultaret, si alter in-
tellectus à meo extraneus concederetur Statuto,
quod nullo modo tolerare possumus, dato videlicet
casu, quod Frater moriens relinqueret patrem, so-
rorem uterinam, seu utrinque conjunctam, & simul
fratrem consanguineum, quis enim succederet in bo-
nis maternis? Daretur quidem circulus vitiosus, si
Pater excluderet in bonis maternis sororem uterinam
seu utrinque ob dispositionem §. *quatenus vero*, Pa-
ter excluderetur à consanguineo, & consanguineus
à sorore, & in gyrum daretur exclusio ex ventre
ejusdem Statuti, & ejusdem dispositionis circulus in-
conveniens.

5 Ultimo denique, quod claudit os omnibus est Sta-
tutum antiquum *in eod. tit. de success.* §. *si vero non
extantibus* in quo expressè habetur dilucidatio hujus
dubii; disponit enim ibidem clarè, quod sorores
utrinque, vel uterinæ præferantur in bonis mater-
nis, patri, ac alio ascendenti, qui tamen succedere
debeat in usufructu tantum, & juxta huoc sensum
consuluit *Bosc. cons.* 23. *& cons.* 209. *num.* 1. & licèt
prædictum Statutum cassum, ac derogatum sit, ni-
6 hilominus nemo negat illud non esse validum ad ex-
plicandam mentem Statuti novi, & quidem melior
interpretatio haberi non potest, & magis vehemens
ad dissolvendam hanc dubietatem argumentum desumi
nequit, quàm à Statutis antiquis *l. non est novum
cum seq. ff. de leg. l.* 1. *C. de latin. libert. Armenzan.
in Statuto nostro decis.* 36. *n.* 12. *Handed. cons.* 1. *lib.* 1.
num. 35. *vers. septimo, & fortius, & num.* 62. *vers.
tollitur etiam*, omnino videndus, *Rot. post Pacif. de
Salvian. dec.* 249. *n.* 5. *Roman. cons.* 345. *num.* 21. ubi
plures textus ad propositum cumulat *Fontanell. de pact.
nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *par.* 3. *n.* 45. cum nova lex, seu 7
Statutum debeat intelligi, & distingui secundum le-
ges antiquas; Posteriores enim leges ad priores per-
tinent, ut per eas posteriores terminentur, ac sup-
pleantur, *Mascard. de general. Stat. interpr. concl.* 2.
num. 103. & hoc etiam militat quando Statutum 8
novum haberet expressas derogationes alterius Statu-
ti antiqui, quia si intellectus alicujus casus Statuti
novi esset dubius semper exclararetur ab antiquo in
illa dispositione dubia, benè *Handed. cons.* 1. *n.* 35.
vers. septimò, & fortius, & dicto n. 62. *vers. tollitur
etiam Mascard. d. loco n.* 105. *&* 106. ubi secus es- 9
set, si Statutum novum voluit expressè, & clarè
contrariare dispositioni antiquæ, tunc ista revocatio
magis urget, & magis deservire debet pro nova le-
ge ad inducendam diversitatem dispositionis ab an-
tiqua, ita *Roman. cons.* 57. *num.* 1. *& cons.* 322. *nu-
mer.* 2. *Tiraquell. de utroque retract. tit.* 1. §. 15. *gloss.*
2. *in fin.* & hæc est rationabilis distinctio, & *Mas-
card. dicta concl.* 2. *num.* 130.

Et tanto magis procedit hæc nostra conclusio quan- 10
do sumus in eadem materia, imò in eodem puncto
dispositionis statutariæ *Mascbard. de Statut. d. con-
clus.* 2. *num.* 129.

Tantique roboris est hæc interpretatio de una dis- 11
positione ad aliam posteà factam, ut etiam in ulti-
mis voluntatibus locum habet, & supremum argu-
mentorum locum obtinet, nam testamenta posterio-
ra ab anterioribus nulliter factis explicantur, & per
consequens mens Testatoris *Menoch. de præsumpt. lib.*
4. *præsumpt.* 15. *per tot. & præsumpt.* 176. *n.* 9. *Ma-
gon. dec. Flor.* 146. *n.* 27. *Altograd. cons.* 65. *n.* 124.
lib. 2. *Ricc. collectan.* 2097. & semper mens, seu vo- 12
luntas cognoscitur etiam ex actu nullo, ac irrito *l.
final. ff. de reb. dub. Curt. Jun. cons.* 134. *Rot. rec. decis.*
369. *nu.* 2. *par.* 1. *Mans. consult.* 481. *nu.* 18. *Merlin.
decis.* 447. *n.* 16. *Hunn. par.* 4. *tit.* 25. *de legat. c.* 4. *n.*
14. & benè *Altogr. cons.* 65. *n.* 25. *par.* 2. ubi Testa-
toris voluntas cognoscitur ex testamento nullo, &
ex hujusmodi testamentis cognoscitur filiam dotatam
fuisse ex bonis maternis, si Pater sic declaravit quam- 13
vis sint nulla, & revocata, quia voluntas ex eis sa-
tis colligitur *Menoch. lib* 3. *præsumpt.* 15. *n.* 24. *& de
arbitr. q.* 73. *lib.* 1. *Gratian. discept. c.* 890. *n.* 22. *&
c.* 504. *n.* 15. *Boer. decis.* 172.

Et licet quando primum Testamentum revocatur 14
per secundum videtur quod non potest ex testamen-
to præcedenti sumi interpretationem posterioris per
Rot. decis. 107. *num.* 7. *par.* 13. *& decis.* 257. *num.* 9.
par 5. *recent.*

Omisso quod istud non procedit quando revoca- 15
tio primi testamenti processerat ex aliquo accidenti
extrinseco eidem testamento, vel aliqua contingentia
inopinata à Testatore, ut si posthumus nascatur, vel
si aliquis ex institutis prædecesserit, vel simili acciden-
ti, quod Testatorem moverit ad revocandum, ut ei
iterum providere possit, & non præcisè ex mente ali-
ter disponendi à prima voluntate, tunc bene ex pri-
mo testamento arguitur præsumptivè ad secundi de-
clarationem, ut defendit *Cravet. cons.* 113. *in fin. &
Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 176. *n.* 9. *Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 20. *num.* 4. *Prat. de ultim. vol.
lib.* 1. *interpret.* 1. *dub.* 3. *num.* 54. *quem sequitur Cy-
riac. controv.* 96. *num.* 55. Respondetur enim, quod 16
quando illa dispositio secundi Testamenti in substan-
tia est eadem cum prima, videlicet, quod Testator
idem disposuisset in primo testamento, quàm in se-
cundo, & quod difficultas solum remaneat in aliquo
dubio non benè declarato, ac expresso in secundo te-
stamento, tunc secundum testamentum declaratur ex
primo, & hæc est satis rationabilis distinctio, quam
menti tenendam fore vos animadverto, quia præsu-
mitur vitio potius novi componentis, seu scriptoris,
vel reformantis alio mutato stylo, seu latinitatis themate

dubium

dubium factum fuisse, quam distinctionem elegantissimè largitur nobis *Cyriac. d. controv. 96. num. 56. sequens Menoch. lib. 4. præsumpt. 176. num. 9.* quorum Doctrinam non videntur improbare prædictæ Sacræ Rotæ Romanæ decisiones, sed tacitè ei adhærere.

Non obstat quod si iste meus intellectus admitteretur non leve resultaret inconveniens dum Statutum in §. *omnibus autem* voluit Patrem habere usumfructum fratribus magis prædilectis succedentibus, & illum non haberet sororibus minus dilectis succedentibus.

Respondetur autem sic, aut dicimus Statutum voluisse in §. *omnibus autem* concedere usumfructum Patri succedentibus fratribus in bonis aliundè, quàm ex matre acquisitis, & tunc argumentum non concludit, quia ad hoc, ut urgeret necesse esset, quod probaretur Patrem usumfructum habere in bonis maternis succedentibus fratribus in bonis maternis, aut dicimus, quod succedentibus fratribus utrinque conjunctis in bonis maternis adhuc usumfructum habere debeat Pater in dictis bonis ex eo, quia frater utrinque conjunctus enumeratur inter personas, quæ si succedunt, ususfructus ad Patrem spectare debet per dispositionem dicti §. *omnibus autem*, hoc enim casu etiam succedentibus sororibus idem ususfructus ad Patrem spectabit, quia cum sorores vocentur in bonis maternis antè §. *quatenus verò*, & ponantur quando succedunt in illis bonis in locum fratrum utrinque conjunctorum per substitutionem, eumdem ergo modum, ac onus injunctum fratribus utrinque conjunctis, nempè ipsam reservationem ususfructus Patri, vel aliis ascendentibus, habere sorores dicendum est, quia in Jure non est novum, quòd modus, seu conditio apposita in institutione censetur repetita in substitutione, ne minus dilecti censeantur melioris conditionis *Altograd. cons. 87. num. 17. & numer. 59. Menoch. cons. 215. num. 181. & 182. Peregrin. de fideicom. artic. 56. numer. 58. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 178. numer. 27. lib. 4.* Et quidem hæc interpretatio est æquissima, & mihi summùm placuit, ad cujus comprobationem etiam accumulatur prædictum Statutum antiquum in *tit. de succession. §. & si superfuerint*, quod succedentibus sororibus utrinque, vel fratribus uterinis, vel sororibus uterinis in istis bonis maternis voluit concedere usumfructum Patri, vel aliis ascendentibus, & ita super eo consuluit *Bosc. dicto cons. 23. & cons. 209. num. 1.* Quanta enim sit via interpretationis desumptæ à Statuto antiquo vidimus mox supra *numer. 5. 6. & seq.*

17 Neque saltem recurri posse dicebam ad casum mixtum, qui comprehendi non debeat sub hoc Statuto, ideoque saltem admitti debeant Pater, & so-
18 ror in capita prout de jure communi. Casus enim mixtus est ille, qui non est comprehensus, neque provisus à statuentibus, sed omissus remanet in dispositione juris *Altograd. cons. 64. par. 1. numer. 5. 6. 7. Hondèd. cons. 8. numer. 14. & 15. 16. & 17. & antea in cons. 1. numer. 23. & seqq.* & in terminis, quod in nostro casu sit casus omissus, sive mix-
19 tus non provisus, patet, quia Statutum providet solùm in successione bonorum maternorum in casibus, quibus essent fratres utrinque, vel sorores utrinque, & ab eis descendentes, fratres consanguinei, & fratres uterini, uterinæque sorores quibus extantibus disposuit, qui præferri debeant, & qui excludi, sed non providit, quando in medio adesset Pater, seu Avus in isto casu, si adesset Pater, sive Avus, diceretur semper casus mixtus, & omissus à Statuentibus, videtur in puncto *Mart. de successione quæst. 5. art. 4. par. 1. num. 8. 9.*

20 Nam hoc objectum cessare debet in casu nostri Statuti, in quo benè statuentes nedum tacite ob inclusionem primò fratrum utrinque conjunctorum, & postea sororum utrinque conjunctarum, quarum personarum inclusio est cæterarum aliarum exclusio, quod patens est præcipuè in Statutis de successionibus, per ea, quæ deduxi infrà *in §. 16. In omnibus verò casibus num. 5. 6.* verùm etiam expressè exclusionem fecerunt de patre, ac alio ascendente, ideoque benè consuluerunt casui existentiæ patris, probatur quia cum Statutum hic, ut dixi, prænarret ordinem, cum quo succedebant sorores, videlicet post deficientiam patris, & immediatè novum ordinem in bonis maternis instruat diversum à primo, scilicet quod præferantur omnibus prædictis exclusis primò fratres, & immediatè sorores, non potest concipi, quod sorores non excludant expressè patrem. Regula enim superius constituta, quòd primò succedant fratres, postea Pater, & eo non existente sorores, variata fuit in hoc paragrapho volente primò præferri post fratres sororem in bonis maternis, ergo quis non videt in hoc novo ordine diverso succedendi inducto patrem excludi voluisse statuentes à sororibus per earum novam inclusionem, seu prælationem noviter concessam sororibus in bonis maternis ad exclusionem omnium prædictorum inter quos est Pater, inclusio quidem unius est exclusio totalis alterius *Barbos. axiom. 121. Prat. de ultim. volunt. lib. 4. fol. mihi 448. num. 32.* & sic si in primo te- 21
stamento fiant plures conditiones, seu gravamina, & postea diversæ conditiones, & qualitates ponantur in secunda dispositione, censentur sublatæ primæ, ac exclusæ per diversitatem novarum inclusarum *Jo: de Anan. cons. 8. num. 5.* & pariter quando 22
legatum transfertur in eamdem personam simpliciter dicitur hæc nova dispositio exclusio primæ, ita ut amplius non censeantur replicatæ primæ qualitates, & conditiones, sive modi successionum, sed omninò specialiter exclusi *l. si tibi ff. de adim. legat. leg. alumnæ 30. eod. tit. & Bart. in dicta leg. si tibi Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 3. numer. 3. & in l. Cajo in princ. ff. de alim. & cibar. legat. Ruin. cons. 53. num. 7. lib. 2. & cons. 38. lib. 5. n. 16. Caphal. cons. 67. num. 11. lib. 1. Camarel. de leg. lib. 4. cap. 1. tertia causa quæst. 4. fol. mihi 478. n. 2. Galganet. de condit. & demonstrat. par. 2. cap. 1. quæst. 104. numer. 5.* vel si in diversam personam, quia 23
tunc omninò censetur exclusa prima legatarii *l. alumnæ de adim. leg.* quam reassumit *Angel. cons. 294. num. ... & in fin. Castrens. in cons. 140. col. 1. in fin. & cons. 326. num. 2. lib. 1. Alex. cons. 66. n. 4. lib. 3. Dec. cons. 190. num. 6. vers. tertio loco. Ruin. d. cons. 53. num. 7. lib. 2. & in cons. 38. num. 16. lib. 5. Caphal. cons. 67. num. 13. & 23. lib. 1. Mantic. de conjectur. ultim. vol. lib. 12. tit. 3. vers. tertio debet restringi*, & alios quos cumulavi in resolutione infrà ponenda post tractatum in *Intimeliens. fideicomm.*

Justà prædictam meam opinionem fuit decisum anno 1690. 27. Maji ab Eruditissimis DD. Hyacintho Maria Mayneno, ac Julio Cæsarè Baldissono (quem potissimum ob ejus virtutem, & summum ingenium multum amore prosequor, & charissimus mihi est) in causa compromissi ipsis demandati inter MM. Veronicam, & Jo: Baptistam Salutium Jugales ex una, & MM. Victorium, & Jo: Baptistam Cicalam ex altera super hæreditate q. MM. Caroli, & Annæ Mariæ de Casella in actis Antonii Mariæ Ronchi.

Item decisum fuit anteà de anno 1659. 10. Maji per Rotam nostram coram Præstantissimo D. Auditore Arrighino, cujus decisionem mox infrà registravi, licèt non omninò mihi plausibilis fuit, non quia in se non sit vera, ac opinionem bonis rationibus non firmet, sed quia per quamplura levissima fundamenta, quæ omitti poterant, multum se dilatavit, melius quidem est pauca, sed solida loqui, non multa malè, ut cecinit Ovidius

Facundus non est, qui multa, at qui benè dicit
Ut nec fœcundus, qui malè gignit ager.

Decisio D. Bonaventuræ Arrighini.

Levissima visa sunt Dominis fundamenta iterum excitata pro parte Curatoris constituti bonis, & hæreditati q. Sp. Dominici Godani ad impugnandam exequutionem contra eumdem expeditam ad instantiam M. Caroli Grimaldi Cebà q. M. Julii Cæsaris nomine M. Theodoræ ejus uxoris, & M. Franciscæ Olivæ q. Octavii filii Virginiæ alterius sororis hæredum ab intestato M. Ducatæ eorum matris, & ex forma Statuti eidem succedentium excluso patre superstite.

Non enim à vera literali, & genuina intelligentia dicti Statuti *de successione ab intestat. cap. 23. §. In omnibus autem casibus* juncto paragrapho sequenti, &

§. *Omnibus casibus suprascriptis lib.* 5. subtilis, & peregrina interpretatio potius Dominorum mentes avertere.

Nam Statutum in dictis paragraphis ita expressissimis verbis disponit *in omnibus autem casibus suprascriptis si Pater, Avus, vel Proavus paternus defuncti superessent, superius nominati succedant respective in proprietate, & dicti ascendentes in usufructu tantum. Ita tamen quod Pater excludat avum, & avus proavum* subdens *quatenus vero nulli ex suprascriptis nominatis quoad proprietatem adessent succedant dicti ascendentes etiam quoad proprietatem secundum gradus prærogativam, ut suprà,* & sequitur dictus §. *Omnibus casibus &c.* ubi *omnibus casibus suprascriptis, in quibus hæreditas defertur ad fratres, sorores, & ab eis descendentes respectu successionis in bonis maternis, etiam quod hæreditas materna fuisset adita, præferantur primo fratres utrinque conjuncti, & eis non extantibus sorores utrinque conjunctæ, quibus non extantibus admittantur fratres ex matre tantum, & eis deficientibus sorores ex matre tantum omnibus aliis prædictis respective exclusis.*

Nec turbat, quod ex ipsa officina videretur posse partem arma desumere ad offerendum hujus argumenti clypeo munitam, nempè cum in casu, de quo agitur, defecerint MM. Joseph, Joannes Baptista, & Horatius fratres, & filii dicti q. Dominici nullis aliis relictis fratribus, nec liberis, nec liberorum liberis superstitibus, sed M. tantum Theodora sorore utrinque conjuncta, & Magn. Francisco Uliva filio qu. M. Virginiæ alterius sororis utrinque pariter conjunctæ ac etiam superstite dicto Dominico Patre, ex hoc sequi, quod sicut sorores dispositionem dicti Statuti non sint per prius nominatæ ad successionem fratrum quamvis utrinque conjunctorum, ideò indistinctè debeat pater ex dicto Statuto indistinctè loquente admitti ad successionem ejus filiorum etiam in bonis maternis, exclusis sororibus, quod etiam procedere non solum quia priùs nihil fuit dictum in dicto Statuto de prælatione successionis sororis in bonis fraternis ad exclusionem Patris, sed etiam quia in paragrapho sequenti, nempè §. *Omnibus casibus suprascriptis* respectu successionis in bonis maternis præferuntur primi fratres utrinque conjuncti, & eis non existentibus sorores utrinque conjunctæ nullo de exclusione Patris sermone habito.

Quia arma ista non satis tutè tractata per partem contra ipsam validè retorquentur.

Et primo unico verbo respondetur Statutum in dicto §. *Omnibus casibus suprascriptis* mirabiliter decidere, quod in bonis maternis, si non adsunt fratres utrinque conjuncti præferantur sorores utrinque
25 conjunctæ, unde habemus casum a Statuto decisum cujus resolutioni quiescendum est *Magon. decis. Lucens.* 15. *num.* 10. & 216. *num.* 8. *Luchard. decis. crim. Lucens.* 27. *num.* 2. ad omnes altercationes removenda *Mer in. decis. Lucens.* 4. *num.* 1. per quem ulteriores rationes investigandæ non sunt *Rot. rec. par.* 4. *decis.* 414. *num.* 6.

26 Nec extraneo Statuti intellectui sophisticæ interpretationi, subaudition, ampliationi, vel restrictioni, & cuicumque argumento etiam ex identitate, vel majoritate rationis annuendum est, non solùm secundum terminos juris communis, ubi Statuta debent intelligi ad literam, & tantum disponere quantum verbis expressis loquuntur, & non ultrà *Magon. decis. Florent.* 15. *numer.* 15. neque esse licitum quidquam eis addere, vel minuere *Cyriac. controv.* 254. *num.* 62. *Merlin. decis. Lucens.* 34. *num.* 8. & 47. *num.* 2. *Fulgos. cons.* 214. *num.* 2. *Ancharan. cons.* 97. *num.* 2. & 147. *numer.* 2. *Barz. decis. Bononiens.* 97.
27 *num.* 10. 11. 12. & 98. *num.* 25. 26. 27. sed nostri Statuti *de extrins. intell. prohibit. lib.* 1. *cap.* 16. strictissimè in hac materia disponentis, quo stante alius intellectus tribui non potest, nisi ille qui oculis corporis legitur, non autem quod intellectu percipitur. *Mascard. in punct. Stat. Januen. ad general. Stat. interp. conclus.* 4. *num.* 102. & *seqq. ex cumulat. per Roland. cons.* 62. *vol.* 3. *num.* 36. 37. *ubi ex Soc. Jun. cons.* 16. *num.* 6. *vol.* 1. declarante dictum *Bart. in l. omnes populi in* 6. *quæst.* 1. *ff. de just. & jur.* volentis quod Statutum prohibens interpretationem dicatur tantum prohibere frivolam, dicit quod illud procedit quando Statutum simpliciter prohibet interpretationem secus quando ultrà procedit, ut intelligatur ad literam prout jacet *Chartar. decis.* 66. *numer.* 21. 23. quia tunc etiam legalis interpretatio dicitur sublata, & ratio est quia illud dicitur ad literam in Statuto comprehensum, quod legi potest, non quod per subauditionem additur juxtà *tex. in l.* 1. *ff. de his, quæ in testam. delent. Roland. dicto cons.* 62. *num.* 38. si itaque diceretur, quod sorores utrinque, vel ex matre conjunctæ post mortem fratris non admittantur ad bona materna, nisi quando Pater in medio non existit, subaudiretur Statuto, & ei daretur intellectus, qui in verbis non legitur contrà dictam dispositionem Statuti *de extrins. intell. prohibit.* ut pulchrè in similibus arguitur *Rot. par.* 1. *rec. decis.* 464. *num.* 12.

Omnemque dubietatis scrupulum removere advertebant DD. ex dicto Statuto sorores utrinque conjunctas præferente *omnibus casibus suprascriptis in quibus hæreditas defertur ad fratres, sorores, & ab eis descendentes*, quia non data hac prælatione, quan- 28
do Pater existit, necessariò sequeretur non dari omnibus casibus, sed in aliquibus tantum, & sic peculiariter restricta dispositione Statuti odiosissimè subaudiretur contrà purissimam Statuentium mentem, cui contrariari, & ipsorum verba offendere nefas est *in l. non dubium. C. de leg. & const. Princ. Gloss. in l. prospexit sub lit. h. vers. item nota quod non licet alicui ff. qui & à quibus manumiss.* Statutis enim quamvis duris diversimodè naturæ à nostro est punctualiter inhærendum *dicta l. prospexit eod. tit. Chartar. decis.* 77. *num.* 2. *Cyriac. controv.* 437. *num.* 35. *Ancharan. cons.* 147. *sub num.* 1. *vers. ergo verba Statuti, Rot. Bononiens. decis.* 66. *sub num.* 39. eademque 29
sub verborum universalitate loquentia, ut per hujusmodi sub universali affirmativa dictione *omnibus* clarissimè impræsentiarum disponit Statutum, singulos prænominatos casus includunt, nihilque excludunt, *l.* 1. *ff. de legat.* 1. *l. Julianus ff. de legat.* 3. *Chartar. decis.* 77. *num.* 19. *Rot. coram Pen. decis.* 811. *num.* 6. *coram S. M. Gregor. decis.* 315. *num.* 11. *Seraphin. decis.* 209. *num.* 2. etiam ea complectendo, quæ alias non venirent *Bart. in l. omnia privilegia C. de Epis. & Cleric. cum aliis relatis per Gratian. discept.* 752. *num.* 28. *Rot. coram dictis decis. coram Gregorio decis.* 315. *sub d. num.* 11. *coram Pen.* 811. *sub d. numer.* 6. *& coram Eminentiss. Ottobon. Roman. liberationis à molestiis decis.* 67. *num.* 3. *Oldrad. cons.* 322. *num.* 2.

Ii pariter animadversione digna existimaverunt verba illa *omnibus casibus suprascriptis in quibus hæreditas defertur ad fratres, sorores, & ab eis descendentes respectu successionis in bonis maternis etiam quando hæreditas fuisset adita*, non cadere sub perfecto orationis sensu, nec ab alio verbo determinari, quam subsequenti *præferantur*, à quo tota regitur, & determinatur antecedens oratio, ut per se patet, comprehendens tam fratres utrinque conjunctos, quam, eis non extantibus, sorores utrinque conjunctas, quæ propterea in bonis maternis sunt præferendæ omnibus casibus suprascriptis, ut in dicto §. *omnibus casibus* verb. *præferantur primo fratres utrinque conjuncti quibus non extantibus sorores utrinque conjunctæ*. Ideoque etiam existente Patre, vel ex paternis ascendentibus alio, iste est enim unus ex casibus suprascriptis, in quibus conceditur prælatio data delatione hæreditatis ad fratres, & sorores, ut, nisi adulteretur Statutum, clare constat, cum ea tamen limitatione, quam admittimus respectu successionis in bonis maternis, unde qualitatibus statuta- 30
riis in hoc casu verificatis Statutariam dispositionem suffragari est in jure vulgatum argumentum à contrario sensu *l.* 1. §. *toties ff. de damn. infect. Surd. decis.* 9. *n.* 3. & 256. *n.* 11. & 14. *Rot. rec. par.* 4. *dec.* 18. *num.* 2. *Ofasch. decis.* 59. *n.* 3. *Cavalcan. de brach. reg. fragm.* 3. *col.* 2. *in princ.* stantibus præterea postremis subsequentibus verbis *omnib. aliis prædictis respective exclusis* expressam importantibus eorum omnium exclusionem, per quorum existentiam impediretur prælatio in bonis maternis concessa sororibus in successione fratrum, & ita rotundis literis remanet decisus Statuti casus, ut in claris versantes majori explanatione, seu

futili

fuchi interpretatione non egeamus *l. ille, aut ille §. cum in verbis de legat.* 3. *Cyriac. controv.* 210. *numer.* 52. *Gabr. cons.* 183. *num.* 2. *lib.* 2. nec ullo le-
31 gum, aut juristarum præsidio, quia legem quærere ubi ratio naturalis præpellit hebetis intellectus infirmitas reputatur ex Aristotele, *Gomez var. tom.* 2. *c.* 10. *de individ. fol.* 224. *sub numer. pr. Curt. Jun. cons.* 53. *sub numer.* 12. *versic. præterea dicere solebat Aristoteles.*

Ponderabant insuper ad lumen veritatis eruendum quod verba illa *omnibus casibus suprascriptis, in quibus hereditas defertur ad fratres, sorores, & ab eis descendentes,* (& ex hac ponderatione ad trutinam reductum, motivum DD. ingeniosè informantium pro Sp. Godano quam leve, quia subtile, luce cla-
32 rius dignoscitur. Rota enim non sequitur subtilitates, in quas sæpissimè perniciosè erratur, ut inquit *Cels. J. C. in l. si servum* 91. *§. sequitur ff. de verb. oblig.* quem refert, & sequitur *Peregrin. decis.* 121. *sub num.* 2. *§. Insuper testator*, sed considerat bonum jus *Rot. recent. par.* 1. *decis.* 2. *num.* 5.) non esse apposita ad qualificandum, seu restringendum subsequentem dispositionem, nec ad aliquod juris ministerium denotandum, sed ad indicandos, & demonstrandos casus, in quibus sorores utrinqua conjunctæ fratres uterini, & sorores uterinæ debent præferri fratribus, & sororibus consanguineis in successione fratris; implicaret enim manifestam contradictionem, quod dicta verba denotarent juris ministerium, & qualificarent subsequentem dispositionem; Itaut fratres præferantur quando hæreditas ipsa ad sorores defertur, & quod dictis sororibus detur prælatio omnibus casibus suprascriptis, quia si prælatio eis non datur, nisi quando hæreditas ad sorores defertur stando dicta verba qualificativè, & dispositivè, esset impossibile, quod daretur omnibus casibus suprascriptis,
33 & omnibus alius prædictis respectivè exclusis, unde ad evitandam inductionem subitaneæ correctionis, & repugnantiæ in sermone contrà regulas juris prædicta procedere non est dicendum *l. non ad ea ff. de condit. & demonstr. Rot. Bonon. decis.* 150. *num.* 82. *Rot. coram Cavaler. decis.* 309. *sub numer.* 13. *&* 199. *numer.* 5. *coram Pen. decis.* 226. *sub numer.* 14. *& ibi add. coram Gregor. decis.* 295. *num.* 3. *Altegrad. cons.* 60. *num.* 13. *lib.* 1.

34 Nam dicta verba ad dictam contrarietatem evitandam cum verbis, & rationibus suprascriptis veniunt intelligenda; Itaut in casu nostro ratiocinatur *Rot. in Tirasonen. unionis coram Eminentiss. Ottobon. decis.* 44. *num.* 15. subdens *num.* 16. quamlibet interpretationem desumendam esse ad evitandam verborum contrarietatem in quacumque dispositione, idem *Merlin. in Melevit. seu Tranen. translationis pensionis decis.* 22. *num.* 26. *Surd. decis.* 322. *numer.* 16. *& coram Merlin. decis.* 237. *num.* 11. *&* 14.

Ad removendam itaque hujusmodi contradictionem indubitanter existimavimus dicta verba *omnibus casibus suprascriptis in quibus hæreditas defertur ad fratres, sorores &c.* stare enunciativè, narrativè, vel demonstrativè illorum casuum, in quibus conceditur prælatio personis ibi nominatis, non verò dispositivè, id enim evidentissimè suadet prima Dictio illa *suprascriptis* ad oculum demonstrativa, & repetitiva personarum, & rerum superiùs expressarum, ut in dictione *ejusdem* in pronomine *hoc*, *illius*, vel *ille*, & in dictione nostra *suprascriptis*, vel *prædictis*, quod est idem, vel *infrascriptis* decidit *Surd. decis.* 125. *numer.* 1. *Fusar. de substit. q.* 679. *n.* 7. *&* 8. *cum seqq.* pulchrè *Rot. in Teracin. fideicomm. de Pilariis coram*
35 *Eminentiss. Ottobon. dec.* 177. *n.* 4. Secundò dato, & numquam concesso, quod aliqua insurgeret dubietas circà intelligentiam dictorum verborum, an stent dispositivè, vel demonstrativè clarissima est juris conclusio, verba in dubio accipienda esse demonstrativè, quam dispositivè *ex tex. leg. final. §. Titia ff. de libert. legat. Bart. in l. centurio num.* 39. *ff. de vulgar. & ibi DD. communiter Gratian. discept.* 657. *nu.* 31. 32. 834. *num.* 22. 957. *num.* 28. 417. *num.* 12. *Altegr. cons.* 49. *sub num.* 66. *in fin. lib.* 1. *Rot. Januen. de mercat. decis.* 37. *num.* 3. *Rot. decis.* 442. *num.* 3. *par.* 1. *divers. rec. par.* 4. *decis.* 658. *sub num.* 7. *& par.* 7. *decis.* 76. *sub n.* 25. *& coram S. M. Gregor. dec.* 516. *n.* 8.

Est ergo concludendum hujusmodi verba, quæ sunt 36
apposita demonstrativè nullum juris ministerium denotare, sed solum facti contingentiam, & exprimere id, quod tacitè inest eodem prorsus modo, quo inest *Altegr. cons.* 53. *num.* 14. *lib.* 1. nullamque restrictionem operari *Mantic. dec.* 59. *num.* 30. sed solum effectum demonstrandi, idem *Altegr. cons.* 49. *sub numer.* 10. *eodem lib.* 1.

Et ex his ultimis verbis omninò claris *omnibus aliis prædictis respectivè exclusis*, quando aliqua adesset, omnis tolleretur dubitatio, quæ ex antecedentibus resultare posset, nam hæc verba uti ultimo loco po- 37
sita censerentur adjecta ad correctionem, & moderationem antecedentium, & tamquam posteriora, omniumque supradictorum expressè in Statuto nominatorum exclusiva, essent attendenda, ut magistralis est *tex. in l. lecta* 40. *ff. si certum petat. & l. pacta novissima* 12. *C. de Pact. & post Mantic. & Buratt. decidit Rot. in allegat. Tirasonen. unionis coram Eminentissimo Ottobono decis.* 177. *num.* 5. 37. *& in Landen. Pensionis decis.* 61. *num.* 9. Importantque determinationem juxtà terminos ejusdem limitationis idem *dicta Landen. pensionis decis.* 76. *num.* 7. & tamquam universalia ad aliquos tantùm in Statuto nominatos restringi non possunt, sed omnes comprehendunt, ut supra firmavi addo *Rot. coram Eminentiss. Ottobono Rom. fideicom. de maximis decis.* 97. *num.* 19. *cum seqq.*

Validantur prædicta ex eo, quod respectu descendentium à fratribus, & sororibus nulla distinctio fieri potest existentiæ, vel inexistentiæ Patris, vel avi paterni, quia prælatio quoad eos indistinctè conceditur sub his verbis in dicto §. ibi *& ab eis descendentes* in quibus includuntur tam descendentes a fratribus, quàm à sororibus, & tamen verius est, quod si adsunt descendentes masculi per masculinum sexum à fratribus etiam ex Patre tantum conjuncti, quamvis superstite aliquo ex ascendentibus, illi præferantur in successione Patri, ut in §. *& non extantibus fratribus*, ideò voluerunt statuentes hoc casu sororibus utrinque conjunctis, & fratribus, ac sororibus uterinis quoad bona materna competere adversùs dictos descendentes ex fratribus prælationem, quod non potest intelligi, nisi etiam existente aliquo ex ascendentibus paternis, quia aliàs non haberent prælationem prædictam, & per consequens magis est, quod debeat intelligi eamdem prælationem habere dictas sorores adversùs dictos ascendentes, quibus, ut dictum fuit ab eis descendentes præferuntur, nam si à dictis sororibus descendentes, qui 38
sunt matri nepotes, excludunt ab ejus hæreditate parentem, fortius illæ, quæ sunt tamquam filiæ ipsi matri proximiores *tex. in §. primo Instit. de grad. cognat. & in §. secundo gradus d. tit.* ex regula si vinco vincentem te multò magis vincam te *ex cap. in* 6. consuluit in similibus *Abb. cons.* 79. *sub n.* 6. *vers. nam isti.*

Sed ulterius fuit observatum (quod perfunctoriè in paragrapho *& pariter* animadversione dignum supra judicavi) Statutum in dicto §. *omnibus casibus suprascriptis* dum agit de succedendo fratri in bonis maternis præferre primo fratres utrinque conjunctos & eis non extantibus sorores utrinque conjunctas, & sic tam fratres, quàm sorores vocare sub uni- 39
ca periodo, & oratione regulata, ac determinata ab unico verbo *præferantur*, ut istis ferè terminis perpendit *Rot. coram Merlin. decis.* 564. *numer.* 4. *& latius in decis.* 47. *num.* 6. *inter impress. post repertor. Farinac. de ultim. volunt.* undè sorores, quæ sunt positæ in eadem oratione in qua ponuntur fratres non debent diverso jure censeri; Itaut fratres utrinque conjuncti dicantur vocati ad successionem alterius fratris in bonis maternis etiam existente Patre, & vocatio sororum non censeatur facta nisi quan- 40
dò Pater non adest contrà regulam, quod determinatio respiciens plura determinabilia omnia æqualiter determinare debet non autem diversimodè *l. jam hoc jure ff. de vulg. & Pupill. leg. quamvis Cod. de impub. & aliis substit. Rot. penes S. M. Gregor. decis.* 85. *n.* 19. *& decis.* 190. *num.* 2. *& junct. dec.* 361. *num.* 9. *par.* 1. *Menoch. cons.* 327. *n.* 63. *& cons.* 370. *num.* 25. *Surd. cons.* 150. *num.* 17. *usque ad numer.* 20.

41 ubi ampliat etiam si unum ex determinatis sit altero favorabilius *Gratian. discept. 940. sub numer. 23. plenè Barbos. tract. var. axiom. 69. num. 6.* & procedit etiam quando militaret diversa ratio, nam semper fieri debet eadem determinatio ubi plura ponuntur in eadem oratione, & sub eodem constructu verborum regulato ab eodem verbo, ut optimè tradit *Aret. in l. si Patri in princ. in verbo in eadem gloss. ff. de vulg. & pupill. egregiè Ruin. cons. 3. num. 20. vol. 2.*

Sed debent censeri vocatæ in eodem casu, in quo vocantur Fratres, his tamen deficientibus, & per consequens etiam patre superstite, procul dubio vocantur fratres, unica enim oratio perfecta, &
42 unico verborum vinculo copulata debet tota capi non autem in partes scindi, & dividi. *Boer. decis. 151. numer. 2. Rot. recent. par. 1. decis. 33. num. 11. & in allegat. decis. Merlin. 45. numer. 10. 11.* nec est dubium quod divideretur in plures casus diverso modo terminandos, si admitteretur, quod fratres succederent existente Patre, sorores verò non aliter, quod contra inconcussam juris rationem, permitti non debet. *Honded. cons. 4. sub numer. 13. vers. dispositio hæc statutaria lib. 2. Socin. Jun. cons. 51. numer. 9. lib. 4.* ubi inquit quod unica oratio diverso modo intelligi nequeat etiamsi considerari possit diversa ratio. *Ruin. cons. 162. n. 9. vol. 1. & dicto cons. 3. num. 2. vol. 2.* quem refert, & sequitur *Surd. cons.*
43 *31. num. 15.* in proposito casus nostri inquiens, quod substitutio sorores utrioque conjunctas, & sorores consanguineas sine aliqua distinctione debet omnes æqualiter determinare benè *Gratian. discept. 940. à num. 20. usque ad 25. cum seqq.*

Ex si aliter referendum esset Statutum, quod claræ veritatis, & æquitatis refulget speculum, turpissima iniquitatis obrueretur caligine contrà inviolabilem ejus mentem, & nitidissima verba, ac indè
44 manifesta emanarent absurda, quod quamvis Genuæ Statutum intelligi debeat prout litera jacet, debet tamen intelligi, ne absurdum contineat, & ne via malitiis, & calumniis aperiatur *Chartar. decis. 121. num. 15. Rot. Bononien. decis. 94. numer. 45. 46.*
45 quod contineret absurdum, & iniquitatem patet, nam soror utrinque conjuncta remaneret exclusa à successione Fratris in bonis maternis etiam non existente Patre, & succederent fratres consanguinei, quia si contingeret, quod frater decederet relictis fratribus consanguineis, & sorore utrinque conjuncta etiam non existente patre illa remaneret exclusa cum hæreditas ex dispositione Statuti in §. *si verò non extiterint* deferatur ad fratres consanguineos non autem ad sorores, & quamvis respectu illius matris fratres consanguinei sint omninò extranei, tamen sorores utrinque conjunctæ ab eis excluderentur in bonis propriæ matris, ut quasi in puncto ex *Castr. Corn. Brun. ad Statut. exclus. famin. Ladrr. Peregr. & Cavalier.* firmavit Rota *in dicta decis. Merlin. 564. num. 18. vers. id procedit.*

Aut volumus itaque (iteratis rationibus subdebant Domini) quod sorores utrinque conjunctæ præferantur eo tantum casu, quo hæreditas defertur ad sorores; itaut prælatio cadat tantummodò inter sorores consanguineas, sorores utrinque conjunctas, & sorores uterinas, aut volumus eas etiam esse præferendas, quando hæreditas defertur ad fratres consanguineos, nam si admittimus prælationem dari tantummodò in primo casu, Statutum fieret iniquum ex jam dictis, quia fratres consanguinei excluderent sorores utrinque conjunctas, & sorores uterinas in bonis maternis contrà dispositionem juris communis, & expressa Statuti verba, sed si dicimus prælationem dari sororibus, etiam quando hæreditas defertur ad fratres consanguineos, sumus in claris, quod quotiescumque agitur de succedendo fratri in bonis maternis, si non existant fratres utrinque conjuncti debent succedere sorores etiam ad exclusionem Patris, qui excluderetur per fratres consanguineos, quibus sorores in bonis maternis sunt præferendæ ex allegata suprascripta regula: Si vinco vincentem &c.

Et aliud sequeretur absurdum, ex quo Statutum redderetur ineptum, nam illud deferens hæreditatem fratribus consanguineis non habet locum in bonis maternis ad exclusionem fratris uterini *Rot. coram Card. Caval. dicta decis. 50. num. 2. & coram Merlin. dicta pariter decis. 564. numer. 18. vers. quibus etiam*, tum quià Statutum in allegato §. *omnibus casibus suprascriptis* expressè disponit, quod non existentibus fratribus, vel sororibus utrinque conjunctis, admittantur fratres uterini, undè isti essent 46
melioris conditionis, quàm sorores utrinque conjunctæ, quæ existente Patre non succederent in bonis maternis fratri defuncto, & tamen succederet frater uterinus post ipsas vocatus, quod non solum esset absurdum, & inconveniens, sed Statutum redderetur ineptum, ut eruditissimè ponderavit *Rot. in cit. decis. 564. coram Merlin. numer. 11. vers. ineptum, & num. 20. vers. in præsenti.*

Confirmantur tandem omnia deducta ad exclusionem patris in casu, de quo agitur ex antiquo Statuto *sub rubr. de successon. ab intest. in §. si verè non extantibus prædictis*, ubi clarissimis verbis datur prælatio sororibus utrinque conjunctis, & fratribus uterinis etiam existente Patre, avo, vel Proavo, quibus ususfructus tantummodò servatur, quod Statu- 47
tum licet sit abrogatum per Statuta moderna potest tamen allegari in argumentum ad intelligentiam, & declarationem novi Statuti de eadem materia disponentis *l. non est novum cum seqq. ff. de leg. Rot. post Pacific. de Salvian. decis. 249. numer. 5. Roman. cons. 345. num. 20. 21.* ubi quod quamvis lex nova habeat clausulam derogatoriam ad leges priores, tamen non derogatur quoniam posteriores à prioribus suppletionem, limitationemque recipiant, & est *gloss. singul. in Auth. de heredit. quæ ab intest. circa princ. verbo vacantibus*, de qua, ait ibi idem Rom. festum facere *Bart. in extravagant. ad reprimendum in gloss. super verbo non obstantibus*, & idem sentire *gloss. in l. ob æs alienum Cod. de Præd. minor. Barbat. cons. 88. sub num. 3. versic. sed primum, & versic. facit, dicta leg. non est novum idem Roman. cons. 57. num. 1. 2. 3. ibique add. litt. B. & 322. numer. 3. cum relat. per add. litt. B. sub dicto num. 2. & 399. numer. 10. 11.* & aliis locis, & cum Bartolo, Jasone, Alexandro, Decio, & Tiraquello, subampliat, & limitat conclusionem *Mascard. de gen. stat. interpretat. conclus. 2. n. 103. & signanter n. 105. & 106.*

Nec obstat gratuita partis assertio, quod non fuerit legitimè citatus curator dicti q. D. Sp. Godani, vel non fuerit ex parte M. Caroli, & litis consortium eorum sufficienter legitimata persona, quia ex revolutione Processus contraria nobis enituit probatio juxtà *vulgat. decis. caputaquens. 260. par. 2.* Et ita decisum acerrimè utraque parte informante, & in terminis Statuti veteris Genuæ consuluit *Bosc. cons. 23. per tot.* ubi latè.

FRATRES EX MATRE TANTUM: Sic et- 48
iam iisdem rationibus suprà modo expressis in verbo *præferantur primò fratres*, veniunt etiam filii hujusmodi fratrum, cum eadem argumenta, & rationes, ac authoritates hìc præcisè conferunt, itaque etiam è converso concludendum est in filiis sororum utrinque conjunctarum, qui etiam debent excludere hosce fratres ex matre tantum ex eisdemmet rationibus supra deductis, quia potissimum impossibile est Statutum voluisse præferri sorores utrinque conjunctas ad exclusionem fratrum ex matre tantum, propter considerationem duplicis vinculi, & noluisse filias dictarum sororum, quæ pariter habent, & retinent prædictam qualitatem vinculorum, amplius præferri dictis fratribus adinstar juris communis, 49
ut in terminis affirmant venire verè, ac propriè filios sororis admissæ à Statuto ex jure repræsentationis *Dec. cons. 299. numer. 5. vers. sed revocatur in dubium, & cons. 527. per tot. Alciat. cons. 12. col. 2. in secunda, & tertia responsione ad Axon. lib. 2. Alex. cons. 88. lib. 1. cons. 26. lib. 3. & cons. 36. n. 3. lib. 6. Corn. cons. 115. in secundo dubio lib. 2. cons. 82. eod. cons. 331. num. 20. Beroi cons. 149. num. 9. lib. 2. Brun. super Statut. quod stant. masc. art. 13. quæst. 4.*

Et in dubitabilioribus terminis concludit ad favo- 50
rem filiorum sororis admissæ ad exclusionem agnatorum, etiam cum clausula omnibus aliis exclusis, ut in casu nostro, quam agnationem in nostro casu non habemus cum agamus de exclusione fratris uterini exclusi

etiam

etiam de jure communi concludit inquam elegantissimè, & latissimè simul *Mercurial. Merlin. de legit, lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 17. *à n.* 51. cum pluribus sequentibus respondendo contrariis.

51 Nec obstat Statutum nostrum *de extrinsec. intel-*
lect. quia hæc interpretatio est propria, & juris pas-
sivà, ut dixi supra in verbo *præferantur primò fra-*
tres præsentis paragraghi, ad quem recurrite, licèt
contra hanc meam opinionem tenuit *Michalor. de*
fratrib. part. 3. *cap.* 17. *num.* 25. quia parum obesse
52 nobis potest, nam cum fuit sibimet contrarius in al-
tero capite, ut notavi suprà in dicto verbo *præfe-*
rantur primò, parum aut nihil ei credendum est *Surd.*
conf. 2. *num.* 49. ultra quàm quod ejus opinio non
esset ullo modo sequenda tanquam adversans nostræ
communiori, ut testatur idem Merlin. ac Alexander
supra à me relati, & plures ab eis cumulati.

Post hæc scripta inveni D. Palma, qui in *allegat.* 89. *numer.* 19. plures citat pro contraria, inter quos duas decisiones unam *Merlin. decis.* 526. *numer.* 4. alteram *decis.* 360. *num.* 22. *part.* 18. *recent.* per quas authoritates extra terminos nostri Statuti mihi hæsitandum dedit, dixi extrà terminos nostri Statuti propter absurda, quæ consideravimus, tam suprà in §. *non extantibus n.* 24. & 25. quàm in præsenti §. *verb. præferantur primo num.* 9. per quæ dubitari non potest in Statuto nostro quin filii fratres sub fratris appellatione veniant;

Attamen propter Doctores utroque in loco à me supra citatos, ac denuò revisos, & alios quos veritatis indagandæ causa reperivi meliorem, ac communiorem opinionem meam judicavi, & tu videbis, ad quem effectum modo illos per columnam transcribere volui, ut facilius tibi sit eos recognoscere, & sunt.

Bart. in l. liberorum ff. de verb. signific.
Alex. conf. 88. *num.* 4. *lib.* 2.
Gratian. discept. cap. 449. *num.* 13. & *in cap.* 890. *num.* 28.
Merlin. de legit. lib. 3. *tit.* 1. *q.* 17. *n.* 24.
Gabriel. conf. 1. *lib.* 2. *per tot.*
Marescott. var. resol. cap. 80. *lib.* 2. *per tot.*
Rot. Bononiens. decis. 150. *n.* 73.
Giurb. decis. 5. *num.* 25.
Bellon. de jur. accresc. libr. 3. *cap.* 9. *q.* 12. *n.* 14.
Robles de repræsentat. lib. 3. *cap.* 1.
Rot. Roman. successon. de Giron. 23. *Januarii* 1573. *coram Robusterio citata à Merlino.*
Michalor. de fratrib. part. 3. *cap.* 11. *num.* 168.
Sabell. in cap. 45. *post tom.* 4. *divers. tractat.*
Et in summa divers. tract. verb. repræsentatio n. 11.
D. Mans. in consult. 276. *num.* 16. qui in contrarium scripsit in eadem causa Statuti Pontremolensis contra *D. Palmam Nepot. in d. allegatione* 89.

Et hanc meam opinionem denique tenet, ac admisit *D. Joann. Torr. in quæst.* 45. *num.* 49. & *seq. part.* 2. *de majorat.* non obstante, quod ipse scripsit cum D. Palma Coadvocato contra D. Manzi, quia in eorum casu non poterat esse locus repræsentationi, quia filii fratres non concurrebant cum amita, sed cum filiis amitæ.

§. XVI.


IN omnibus verò casibus suprascriptis in quibus adessent ascendentes, vel descendentes, ex linea Patris defuncti admissi secundum ordines suprascriptos, Mater, & ascendentes ex linea materna successione etiam debita jure naturali excludantur, imò prædicti omnes, & singuli admissi, seu vocati respectivè ex forma præsentis capituli succedant omnibus aliis penitùs exclusis.

S U M M A R I U M.

1 *NOtatur contrarietas statuti de legat. cum præsenti §.*
2 *Referuntur concordationes diversæ super intelligentia dictorum Statutorum.*
3 *Affertur vera concordia.*
4 *Patruus per nostrum Statutum excludit à successione matrem defuncti, & 14.*
5 *In Statutis de successionibus quando vocati sunt aliqui ad successionem, omnes alii dicuntur exclusi, & num.* 6. *&* 7.
6 *Allegantur ad id punctuales Doctrinæ in nostris Statutis.*
8 *Statuta, quæ excludunt matrem à successione filii propter Patruos sunt rationabilia, quia sunt facta favore agnationis.*
9 *Licet etiam excluderet matrem à legitima.*
10 *Explicatur Statutum* de legat. in §. in omnibus verò casibus.
11 *Verba etiam excludantur ampliant, ac extendunt exclusionem.*
12 *Exceptio est exclusio à comprehensione regulæ.*
13 *Casus non exceptus relinquitur sub regula.*
15 *Reprobantur duæ decisiones Rotæ nostræ.*
16 *Reprobatur* Altograd. Jun. & *alia decis. Rotæ nostræ.*
17 *Exclusio certi generis personarum facta à Statuto non extenditur ad alias personas non expressas.*
18 *Statutum excludens matrem propter patrem non debet extendi ad fratrem consanguineum.*
19 *Mater non excluditur, nisi à personis expressis in Statuto.*
20 *Mater exclusa propter ascendentes, ac descendentes ex linea Patris non dicitur exclusa à Patruis, qui non sunt de illis.*
21 *In dubio semper ad favorem matris judicandum est, ne inclusa filii successione privetur.*

VEL DESCENDENTES EX LINEA PATRIS 1
DEFUNCTI: Hoc Statutum videbatur contra-
riare Statuto *de legat. fideicommiss.* & *falcid.* §. *in*
casibus verò Statuti ibi quantitas debita jure naturæ
dicta matri revertatur in omnem casum ad filios mas-
culos, seu descendentes ex masculis &c. nam hic in
præsenti paragrapho videtur Statutum exclusisse ma-
trem à successione, & legitima stantibus ascendenti-
bus, seu descendentibus ex linea Patris defuncti; in
illo autem paragrapho supponit, quod licet adsint fi-
lii ex linea Patris defuncti mater non excludatur à
legitima. Ridiculum autem esset si vellem enarrare 2
omnes insanias, & concordationes inanes, subaudi-
tiones etiam cum læsione literæ Statuti, quas aliàs
exposuerunt multi ex Doctoribus nostris super intel-
ligentia dictorum Statutorum. Alii enim dixerunt
præsens Statutum agere debere de successione univer-
sali, & illud sub *tit. de legat.* solùm de legitima.
Alii hoc Statutum disponere, quando mater transi-
verit ad secundas nuptias, & illud quando non; Alii
verò magis erroneè, quod statuentes erraverunt in
extendendo in hoc §. præsenti verbum *descendentes*,
quod non debebant ponere, sed fuit eorum error;
Ideòque non esse attendendum; Cæteri autem admi-
serunt contrarietatem, sed quia Statutum *de legat.* &
falcid. erat specialius ob mentionem quam faciebat *de*
Statut. de successión. esse illud attendendum per alle-
gata *à Brun. à Solo in compend. resolut. vers. Statutis*
duobus pag. 85. & sic legi plures nostrates non infe-
rioris notæ consuluisse, de quo maximè stupeo; Qui-
bus omnibus interpretationibus, vel alienis, vel im-
propriis, vel subauditis rejectis, penitusque reprobatis
nostrum intellectum exponimus, & literæ, & ratio-
ni consonum.

Sensus autem prædictorum Statutorum est sequens 3
videlicet quod hoc nostrum Statutum voluit exclude-
re à successione etiam debita jure naturæ matrem, &
ascendentes ex linea materna existentibus ascendenti-
bus, vel descendentibus defuncti ex linea paterna, ut
exemplo modo expono.



Ex hac specie vides, quod per nostrum Statutum Lucia non poterit habere legitimam propter existen-

tiam

tiam Petri patris Pauli, vel Josephi filii Pauli; nam defunctus habet ascendentem, vel descendentem ex linea paterna.

Casus verò alterius Statuti in §. *In casibus verò de legat. & falcid.* est diversus à præcedenti; nam Statutum voluit quod mater non existentibus ascendentibus, seu descendentibus defuncti succedat in legitima, quam restituere, vel reverti tamen debeat ad filios masculos, & ejus descendentes ipsius matris, qui essent, ut in præmissa facti specie Jacobus, & Sejus, qui sunt benè filii matris, non verò descendentes defuncti, sed ejus fratres, & hæc est sana vera accommodata interpretatio, quam post hæc scripta inveni etiam sequutam, ac observatam à DD. Flaminio Armenzano, & Antonio Beniellî J. C. celeberrimò, cujus felix memoria adhuc vivit ob ejus excellentiam juris in decidendo, quorum decisio est inter decisiones Genuæ coram Armenzano videlicet *decisio 3. num. 4. Beniell. cons. 13. num. 5.* & hanc quoque opinionem videtur tenuisse *Altograd. filius in controv. 21. num. 1. lib. 3.*

Æquivocus erat solùm in illo verbo *defuncti* postposito post verba *ex linea Patris* in hoc præsenti paragrapho, ibi *in quibus adessent ascendentes, vel descendentes ex linea patris defuncti*, dum præponi debebat ob majorem intelligentiam. Ex hoc enim solùm postponendo verbum *defuncti* verbo *Patris* Statutum dedit locum prædicto æquivoco, sed, ut dixit, hæc verba disjungendo, & componendo hunc sensum, in quibus adessent ascendentes, vel descendentes defuncti ex linea Patris, vel accipiendo ly *defuncti*, pro adjectivo Patris, & non substantivi, idest *del defonto*; Ecce quomodo resolutus est nodus, atque zifra, tam facilis studii, & hunc intellectum nobis patefacit Statutum antiquum, à quo dubia interpretatio erui potest ad claram; Statutum enim vetus *eod. tit. de success. §. item quod* disposuit in hæc verba *in quibus reperirentur Patrem avum, vel proavum; seu descendentes ex linea paterna superesse defunctis*, ex quibus patet, quod superexistentia descendentium immediata esse debet Defunctis. Ex his resoluta est hæc practica, quæ nobis in aliis casibus deservire debet, & ad hoc etiam faciunt tradita, seu à me scripta hic infra in verbo *ex linea Patris*, quæ precor considerari.

4 His igitur præmissis, & firmatis venio ad quæstionem, an Patruus defuncti excludere debeat matrem à successione, in hac parte plures Doctores scripserunt, sed non benè tetigerunt meo judicio veritatis præcordia, alii verò licèt realiter veritatem attigerunt per ea, quæ deducam, attamen eorum rationes non subsistunt, sed inter se oppugnant, ut videmus.

Ad resolutionem hujus casus cumulare debemus tres paragraphos Statutorum, videlicet §. *& in defectu prædictorum*, paragraphum de quo agimus, & §. *In casibus verò Statuti de legat. & falcidia*, qui in Statuto antiquo erat sub titulo *de successionibus ab intest. §. salvo quod*, quorum dispositionibus consideratis facilis fiet resolutio.

Disponit enim Statutum in primo §. *Et in defectu*, quod succedant patrui defuncto nepoti deficientibus illis, quibus primitùs vocavit.

In §. *in casibus verò Statuti de legat. & falcid.* qui antiquitus erat sub titulo *de successionib. ab intestat.* regulariter disponitur, quod *in omnibus casibus, in quibus non fuit facta mentio de matre in Statuto de successionib. ab intestat. succedat ipsa in legitima; Dummodo non transiverit ad secundas nuptias ante mortem filii.*

In hoc verò præsenti paragrapho limitatur prædicta dispositio posita in dicto Statuto *de legat. & falcid.* & voluit Statutum, quod si adessent ascendentes, vel descendentes ipsius defuncti etiam ab illa legitima excludatur mater, & ascendentes ex linea materna.

Igitur ex dispositione dictorum trium paragraphorum colligitur, & patet decisio nostri casus, videlicet in bonis defuncti priùs succedere debere patruos ad exclusionem matris, & ascendentium ex linea materna, quæ mater habere debeat legitimam taxatam à Statuto de legat. quia patruus non est de ascendente, neque descendente defuncti, ut excipit hic §. nostri Statuti.

Probatur hæc nostra conclusio, quam firmavimus
etiam argumentis, & authoritatibus, & diximus primò,
quod patrui in §. *& in defectu prædictorum*, clarè
vocati sunt post alios suprà defectos, ergo cum in- 5
cludantur patrui ad successionem defuncti, omnes alii
dicuntur exclusi, & sic etiam mater non inclusa per
*Bart. in l. 2. §. videndum num. 2. vers. quia fateor ff.
ad Tertull. Bald. in l. maximum vitium 4. numer. 3.
vers. ex primo ergo C. de liber. præter. & in l. quod
verò 13. num. 6. ff. de leg. Corn. cons. 276. num. 5.
lib. 4. Dec. cons. 71. num. 1. Bosc. cons. 184.* in casu 6
Statuti nostri *num. 8. vers. item quia*, & in hac ra-
tione benè dixit punctualiter in terminis nostri Sta-
tuti *Rot. coram Armenzan. decis. 2. numer. 4.* & per
ea, quæ latè deduxi de hac regula supra in paragra-
pho præcedenti; Indubitatum enim est, quod in suc- 7
cessionibus certo genere personarum incluso omnium
aliorum est exclusio per allegata à dicta *decis. 2. n. 5.
& Bosc. dicto cons. 184. num. 8. dicta vers. item quia in
successionibus.*

Neque implicat Statutum excludere propter patruos 8
à successione filii matrem suam, quia hæc Statuta
apud totam Italiam, & ferè Europam admissa sunt
propter favorem agnationis, quæ est principalis
intentio statuentium, ut latè probat dicta *decis. 2. à
num. 11. usque ad num. 15. coram Armenzan.* cui, &
authoritatibus ab eo cumulatis me remitto, ne jam
scriptum transcribam, ac etiam à legitima Boscus in 9
casu Statuti nostri *dicto cons. 184. n. 3. & seq.*

Oportet igitur hic probare, quod Patrui prædicti
modo excludantur à matre hoc non dicit hic para- 10
graphus, quia solum limitat regulam successionis ma-
tris super legitima constitutam in §. *in omnibus verò
casibus de legat. & falcid.* ubi ut dixi Statutum vo-
luit matrem habere legitimam in omnibus casibus, in
quibus non fuit facta mentio de ea in Statuto *de
successionib. ab intestat.* sed non tollit successionem
patruorum ob inclusionem matris.

Hæc enim exceptio, seu limitatio Statuti est cla-
rissima ex verbis hujus paragraphi, ibi *mater, &
ascendentes ex linea materna successione etiam debi-
ta jure naturæ excludantur*, sicuti enim mater in om-
nibus casibus excludebatur per Statutum à successio-
ne defuncti, attamen vigore Statuti *de falcid.* admis-
sa erat in omnibus dictis casibus ad ejus legitimam
taxatam à dicto Statuto *de falcid.* hic enim Statutum
de success. excipiendo voluit, quod stantibus descen-
dentibus, seu ascendentibus defuncti etiam excludatur
à legitima, ly verbum *etiam* stat ampliativè exclu- 11
sionis, quæ trahitur ad alium casum scilicet prædi-
ctæ existentiæ descendentium, seu ascendentium de-
functi *Barbos. diction. 112. n. 9. 10. 11. 12.*

Undè ex his etiam sic argumentari possumus ad
favorem patruorum, quod si Statutum *in tit. de le-
gat. & falcid. §. in omnibus verò casibus*, admisit ma-
trem ad legitimam, sive ad certam quantitatem pro
legitima ibi taxatam id arguit veram, ac expressam
exclusionem matris à successione universali ad favo-
rem respectivè vocatorum in Statuto *de successión. ab
intestat.* inter quos etiam reperiuntur patrui, ut in
§. *& in defectu prædictorum*, ista enim exceptio Sta-
tuti admittentis ad legitimam matrem significat, quod
illa sub Statuto *de successión.* excludebatur à totali
successione, & per consequens à legitima, aliàs inep-
ta fuisset hæc exceptio, seu provisio, quia exceptio 12
est quædam à comprehensione regulæ exclusio, cum
exceptio sit exclusio entis actualiter, vel potentialiter,
aliàs non esset exceptio, quia non reperitur privatio
privationis *l. si quis legaverit ff. de leg. 1.* sicut nec
acceptilatio acceptilationis *ff. de pact. l. si unus §. pa-
ctus facit ff. de vin. trit. & ol. leg. §. cui dulcia de pe-
nu. l. nam quod §. fin.* & quod notat *Dyn. in rubr.
de regul. jur. lib. 6.* quia casus non exceptuatus re- 13
linquitur sub regula, & exceptio magis firmat regu-
lam in omnibus casibus non exceptis *ff. de leg. 1. l.
titia textores ff. de fund. instruct. l. quæsitum, §. idem
respondit, ff. de leg. 1. l. in his, & not. per Doctores
C. de transf. l. actione, & per Bald. ff. si quis cau. l.
si eum §. qui injuriarum, Altograd. cons. 35. num. 19.
Paris. cons. 119. num. 3. Cyriac. controv. 196. n. 119.*

Vola

Vola differtat. 49. num. 67. & Rot. coram Sanctissimo Alex. VIII. decis. 44. numer. 8. 9. Statuto enim excipiente, quod mater habeat certam legitimam taxatam, clarum est quod ejus exclusio erat à totali successione, quæ erat regula suæ exclusionis.

24 Et hanc opinionem ad favorem patruorum contra matrem non solum tenuit *Rot. coram Armenz. dicta decis. 2. & 3. per totas*, sed etiam eadem Rota nostra, quæ est decisio supra registrata in calce §. *& in defectu prædictorum* 13. *verb. & Patrui defuncti num.* 54.

Sed ambo Rotæ inter alias rationes moventur ex sequenti, videlicet, quod mater stantibus patruis sit literaliter exclusa à præsenti paragrapho, & expressè, ac specialiter admissi patrui, quia cum Statutum in hoc paragrapho disponat, quod stantibus ascendentibus, vel descendentibus ex linea patris defuncti, mater etiam excludatur à successione debita jure naturali, imò prædicti omnes, & singuli admissi, & respectivè vocati succedant omnibus aliis penitus exclusis, ex quibus verbis dicta *decis. 2. à numer. 6. usque ad num. 56.* probare intendit totalem exclusionem matris, & specialem inclusionem patruorum ly *imò prædicti omnes, & singuli admissi*, inter quos sunt patrui, quia sunt de descendentibus ex linea patris, & ly *omnibus aliis penitus exclusis*, inter quos est etiam mater, quæ verba ob eorum respectivè generalitatem prædictos omnes includunt, & omnes alios excludunt, ut per dictam *decis. 2. num. 22.*

25 Verum enim verò fateor hanc rationem invalidam esse, nam prædictæ Rotæ nostræ erraverunt in supposito, crediderunt quidem Statutum in hoc paragrapho vocavisse ascendentes, & descendentes respectu ascendentium personæ defunctæ, inter quos descendentes venirent etiam patrui tanquam descendentes ab Avo personæ defunctæ à quo incipit linea contentiva patris.

Sed aliter sensit Statutum nostrum, dum vocaverit solùm ascendentes, & descendentes respectu personæ defunctæ, ut latè probavi suprà hic in principio harum annotationum hujus paragraphi ob concordiam paragraphorum ibi contrariorum *num. 3.* & quod admirationem parit illud est, quod etiam dicta *Rot. in sequenti tertia decisione num. 5.* prædictum meum intellectum admisit canendo palinodiam, & eumdemmet insequitur *Altograd. filius dicta controv. 22. num. 1. & 2. lib. 1.*

Quomodo ergo poterat prædicta Rota se fundare in prædicta ratione, quæ supponit id quod Statutum non dicit, neque potuit dicere ob vitandam contrarietatem, cum Statuto *de falcid.* Concludo igitur, quod per prædictam rationem, ac fundamentum, in quo etiam sibi contrariavit, Rota malè decidit, sed benè per alias rationes, & melius per eas, quæ hic observavi, si consideravisset.

26 Neque faciunt contra nos ea, quæ scripsit in simili casu Statuti nostri *Altograd. Joseph. controv. 22. part. 1. & Rot. nostra in Tabiens. successionis 1605. per dictum Altograd. relata in §. aut igitur usque ad §. aut pariter*, quæ moventur principaliter (omissis aliis levibus) ex duobus fundamentis, quæ tamen
27 non concludunt in nostro casu; Primum enim, quod
quando excludit Statutum certas personas non debet
extendi exclusio ad alias personas, itaut, si hic mater excludatur per ascendentes, & descendentes tantùm ex linea patris, non debeat excludi à patruis, qui non sunt de illis, nam Statutum non extenditur de casu ad casum, nec de persona ad personam *l. illa, & ibi Alex. num. 7. C. de collat. Jas. cons. 7. num. 14 Gabriel. comm. conclus. in tit. de Statut.* præcipuè cum habeamus Statutum tam rigorosum in *tit. de extrins. intellect.* jubens Statuta intelligi debere ad literam, & prout sonus verborum cantat, quo casu fortius, ac tenaciùs inhærendum est verbis *Curt. Jun.*
28 *cons. 6. num. 10. Paris. cons. 49. num. 90. lib. 3.* &
tam regulare est, quod Statutum excludens matrem propterpatrem non debet extendi ad fratrem consanguineum quamvis in gradu potiorem *Gabriel. cons.*
29 *14 num. 32. lib. 1.* & generaliter, quod mater non
excludatur nisi à personis expressis tradiderunt *Angel. cons. 210. Jas. cons. 150. num. 5. & seq. lib. 1. Dec. cons. 71. n. 2. Corn. cons. 89. lib. 1. Socin. Jun. cons. 1. num. 106. lib. 1. & Altograd. dicta controvers. 22. numer. 2. 3.*

Itaque concludendum esse in nostro casu, quod de- 20
ficientibus dictis ascendentibus, & descendentibus suprà à Statuto expressis debeat mater succedere, quia quando per Statutum aliquis superstitibus certis personis excluditur, eis non existentibus, vel non volentibus, si adessent, cessat exclusio *Gozadin. cons. 37. n. 7. & col. fin. vers. non obstat, Grat. cons. 26. n. 40. lib. 1. Socin. Jun. cons. 80. n. 6. lib. 2. Cephal. cons. 571. n. 57. lib. 4. & latè dictus Altograd. Joseph. dicta controv. 22. part. 1. n. 11.* nunc Statutum dicitur habere duo capita correlativa, unum inclusivum ascendentium, & descendentium ex linea patris, alterum exclusivum matris, undè cum caput inclusivum locum non habeat, debet etiam cessare caput exclusivum per *Dec. cons. 383. num. 4. vers. & quia, Merlin. de legitim. libr. 3. tit. 1. quæst. 2. numer. 64. allegatos ab eod. Altograd. dicta controvers. 22. numer. 4.*

Alterum fundamentum contrarium est videlicet, 21
quod quando dubia est exclusio matris semper ad ejus favorem decidere debemus, ne privetur à luctuosa filii successione *Marc. Medices. decis. sen. 78. n. 37. & Altograd. dicta controv. 22. n. 14.*

Hæc omnia penitus non intrant in casu nostro, licet vera sint in jure, vel potius militant cum supposito, quod hic mater sit exclusa à totali successione dumtaxat per descendentes, & ascendentes ex linea paterna, quod falsum est in nostris terminis, nam Statutum voluit hic solùm excludere matrem à legitima, ad quam admittebatur per Statutum *de legat.* propter descendentes, ascendentes ex linea paterna, unde prædicta argumenta contraria concludere possunt solùm in hac parte legitimæ, videlicet cessantibus ascendentibus, vel descendentibus non debet per alios mater à legitima excludi, sed non debemus inferri hæc ad successionem à qua, ut probavi suprà, exclusa est per patruos in §. *Et in defectu prædictorum*, prout hic idem paragraphus supponit exclusam, sed solum admissam ad legitimam vigore Statuti *de legat. & falcid.* à quà propter ascendentes, ac descendentes expressos eam privare etiam voluit Statutum hic.

Non obstat secundum fundamentum, scilicet quod mater non debeat abstineri à successione filii, quia id procedit in dubiosa statuentium dispositione, & in ambiguis Statuti, secus quando sunt expressa, & evidens pateat exclusio matris, quemadmodum satis probavimus mox suprà, & in hoc casu loquuntur adversi præcitati Doctores.

S U M M A R I U M.

1 *IDem importat ex linea patris, ac si dictum sit ex parte Patris.*

2 *Duobus modis accipitur linea Patris, una dicitur effectiva, altera contentiva.*

3 *Statuta loquentia simpliciter de linea Patris intelliguntur de linea contentiva ad favorem masculorum.*

4 *In hoc nostro Statuto linea Patris debet accipi pro effectiva tantum, & num. 6.*

6 *Reprobatur* Armenz. *& reprehenditur de contrarietate, ac inordinato scribendi modo.*

7 *Verbum* Descendentes *directum ad verbum* defuncti *comprehendit solum descendentes ab ipso defuncto tanquam principio.*

8 *Semper accipienda est illa interpretatio in Statutis, ne mater à sua legitima excludatur per transversales.*

9 *Statutum excludens matrem à successione, ac legitima propter ascendentes, ac descendentes ex linea Patris est rationabile, quia conditum est ad conservationem familiarum.*

10 *Et conformatur cum legibus 12. Tab. & juri Pretorio antique, per quod agnati admittebantur ad exclusionem matris.*

11 *Statutum excludens matrem à successione filii propter ascendentes ex parte patrie, vel avi non intelligitur exclusa avia paterna.*

12 *Si Statutum in successione filii præferat matri paren-*

parentes ex parte Patris, & Avi non dicitur præferre parentes ex parte Proavi.

1 EX LINEA PATRIS) Idem eſt, quod ſi ſit dictum ex parte Patris *Medic. decif. 77. num. 14. Honded. conſ. 4. num. 11. lib. 1. Crivell. decif. 109. ſub numer. 12. Rot. decif. 102. numer. 9. part. 7. recen-*
2 *tior.* Verum eſt quod linea Patris poteſt deſumi duobus modis, videlicet effectiva, & contentiva. Prima, quæ ſolùm comprehendit deſcendentes ab ipſo Patre, ſeu defuncto. Altera, quæ omnes deſcendentes complectitur ab aſcendentibus ipſius defuncti, & etiam tranſverſales. Hanc diſtinctionem ſequuti fuerunt, & admiſeront *Honded. conſ. 4. lib. 1. num. 22. De Luc. de lin. legal. art. 1. num. 31.* & alii adducti
3 per Rotam coram *Armenzan. decif. 2. n. 18.* & non nego, quod in Statutis ſimpliciter loquentibus de linea Patris maximè quando eſt favorabile pro maſculis ad excluſionem fœminarum, de linea contentiva, ſeu comprehenſiva intelligatur, ut benè adnotavit dictus *Honded. conſ. 4. dicto libr. 1. à num. 23. & ſeq. & dicta decif. 2. coram Armenzan. num. 19. & 20.*

4 Sed in caſu hujus noſtri Statuti linea Patris ſolùm debet accipi pro effectiva videlicet de deſcendentibus ipſius defuncti ob ſalvandam contrarietatem, quam adnotavi ſuprà in principio hujus paragrahi non obſtante *decif. 2. Armenzani à num. 18. & ſeqq.* tenente contrarium, qui tamen ipſemet in tertia deciſione ſuper eadem cauſa emanata *n. 5.* neſciendo ſe ſalvare à dicta contrarietate tenet meam opinionem ſcilicèt ſolùm eſſe intelligendum in Statuto noſtro de deſcendentibus defuncti, qua Doctrina agnita contrarium denuò concludit *ſub num. 6.* unde mihi per-
5 ſuadere poſſum, quod dictus author obdormitabat in extendendis dictis deciſionibus, ſed ut verè dicam; iſte author fuit beatus in paupertate ſpiritus, ut ex inordinato modo extendendi deciſiones facile eſt cuique dignoſcere, & de illius intellectus tenuitate fidem facit exagerando contra illas, tam malè, & confuſim traditas *D. Manſ. in conſult. 372. §. Poſtremò ſubjungit uſque ad fin.* cui ſe ſe accumulat *Bonden. collect. 47. num. 240. lib. 2.* ubi parvi faciendam eſſe illius doctrinam annotat.

6 Hanc eamdem meam opinionem videtur tenere in hoc paragrapho *Altograd. Junior. controv. 22. num. 1.* firmans quod Patruus non eſt de deſcendentibus defuncti, ergo dicendum eſt, quod ipſemet Altogradus cenſuit ſolùm intelligi debere de deſcendentibus defuncti, & ſic de linea effectiva, & non contentiva ſub qua Patruus aliter contineretur.

7 Et eò magis dicendum eſt in hoc noſtro paragrapho, quia verbum deſcendentes dirigitur ad perſonam defuncti, ut probavi ſupra in principio ejuſdem, quo caſu ſolùm intelligatur de deſcendentibus ipſius Defuncti tanquam Principis *Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. artic. 19. num. 41. per tot.*

8 Ulterius in noſtro Statuto ſumenda eſſet interpretatio illa, ne omnes tranſverſales ſuprà vocati à Statuto excluderent quoque à legitima matrem defuncti; nam ſatis eis favor eſt eſſe excluſam à ſucceſſione, quod eſſet multum contra juris regulas, & magis earumdem correctorium, quod minus fieri poſſit, advertendum eſt. Et minus eſſet odioſum admittendo ſolùm ad excluſionem matris aſcendentes, ac deſcendentes defuncti, & non tranſverſales *Medic. decif. Senenſ. 78. à num. 5. 6. 7. 8.*

9 MATER: Hoc Statutum licèt ſit derogatorium juris communis, ac eidem contrarium, attamen eſt rationabile ob rationem conſervandi familiam Patris, ac ejus aſcendentes, & deſcendentes maſculos cum honore, qui divitiarum præſidio deſtituti ſordeſcerent, ut benè advertit *Rot. decif. 353. num. 6. 7. 8.* coram Merlin. cum pluribus authoritatibus ab eo cumulatis, quos recenſere ſuperfluum reputo, & plenè in noſtro Statuto firmavit Rota noſtra coram *Armenzan. decif. 2. à n. 11. & uſque ad 16.*

10 Imò cum Statutum excludat matrem à ſucceſſione filiorum reducit ſucceſſionem ad primævam juris præcedentiam, ſecundum quam ſoli agnati admittebantur, & mater excludebatur *§. 1. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. §. 2. inſtit. ad Tertyllianum*; Ideoque hoc Statutum dicitur favorabile, & conforme juri Civili 12. Tabularum, & juri prætorio *Merlin. dicta dec. 553. num. 8. Prat. diſcept. for. cap. 12. n. 50. lib. 1. Guglielm. de Benedict. in cap. Rainutius verb. uxorem nomine part. 1. num. 25. & 26. de Teſtam. Cravet. conſ. 243. num. 5. Decian. conſ. 1. num. 318. lib. 1.*

Item ad cognitionem, non verò ad caſum Statuti noſtri, quodlibet Statutum anteponens matri in ſucceſſione filii omnes aſcendentes ex parte Patris, vel avi non dicitur anteponere aviam paternam in ſucceſſione defuncti *Mart. Medic. decif. ſen. 77. per tot.* 11
neque dicitur præferre parentes ex parte proavi, ſi Statutum præferat in ſucceſſione filii matri parentes ex parte patris, & avi idem *Medices dec. 78. per tot.* 12

S U M M A R I U M.

1 *Legitima matris vigore Statuti noſtri eſt etiam ea, quæ de jure communi matri deberetur.*
2 *Attamen per noſtrum Statutum legitima matris non poteſt excedere lib. 8000. licet de plurium filiorum morte ageretur.*
3 *Mater, ſi ab inteſtato non poteſt ſuccedere ex forma Statuti, nullam poteſt petere legitimam ob præteritionem de ea in teſtamento factam.*
4 *Solum illi præteriti, vel exheredati, qui ab inteſtato habent ſucceſſionem poſſunt querelam proponere contra teſtamentum.*
5 *Si mater ab inteſtato deberet ſuccedere ſaltem in legitima, caſu quo præteriretur, poteſt legitimam ſuam habere.*
6 *Quando cum matre adſunt fratres utrinque conjuncti, mater pro legitima habet ſolum portionem tertiæ partis hereditatis.*
7 *Secus ſi cum matre adeſſent fratres conſanguinei defuncti, quia tunc legitima matris eſt tertia totius.*
8 *Vigore Statuti noſtri conſanguinei æquiparantur fratribus utrinque conjunctis, ideoque exiſtentibus fratribus conſanguineis per noſtrum Statutum, mater habebit ſolum pro legitima portionem tertia totius.*
9 *Relatio fieri debet ad proximiores.*
10 *Dictio univerſalis* omnis *qualificatur, & reſtringitur ſecundum ſubjectum cui adhæret.*
11 *Declaratur clauſula* omnibus aliis penitus excluſis *remiſſive.*

ETIAM DEBITA JURE NATURALI) Ad hoc ut poſſitis intelligere à qua legitima excludatur hic mater, debetis ſcire quænam ſit legitima matris, & quota; Multi enim caſus diſtinguendi eſſent, ſed nos ſolum verſabimus circa illos magis accommodatos noſtro tractatui & Statutis noſtris, ne materiam involvamus ſuperfluis quæſtionibus, maximè cum habeamus in jure bonos, ac optimos tractatores de legitima, qui nil intactum reliquerunt, inter quos multum commendo Merlin. mercurialem, cui vos remitto.

Legitima autem ex noſtro Statuto *de legat. & falcid. §. in caſibus verè Statuti*, debetur ſolum matri, 1
quæ non tranſiverit ad ſecunda vota ante mortem filii, & ſit ea, quæ de jure communi matri deberetur, ſecùs verò ſi tranſiverit prout in *dicto cap. de legat. §. ſi verò.*

Verumtamen dicta legitima non poteſt umquam 2
excedere ſummam librarum 8000. ſive tractetur de ſucceſſione unius ex filiis, ſive plurium, ſeu eorumdem ſimul, ſive diverſis vicibus, nam Statutum pro certo conſtituit, quod in bonis omnium filiorum ſuorum mater non poſſit habere pluſquam 8000. libras, & cum hoc onere, quod dicta legitima poſtea revertatur ad alios filios maſculos, & ex eis deſcendentes, & his non extantibus ad filias de illo matrimonio, de quo filius defunctus erat.

Inſuper hæc omnia de matre dicta militant gradatim in avia, & abavia paterna quando mater non ſupereſſet.

Hac Statuti diſpoſitione præpoſita diſtinguendum eſt, an agimus ex teſtamento, vel ab inteſtato.

Si ex teſtamento, ſcilicet ſi eſſent inſtitutæ perſo- 3
næ à defuncto, quibus ſtantibus vigore Statuti noſtri

mater

mater non posset ab intestato succedere in legitima, vel quia essent institutæ de personis, de quibus loquitur hic præsens paragraphus, vel mater transiverit ad secundas nuptias, ut in §. *in omnibus verò de legat.* suprà exposito, tunc mater nullam haberet legitimam in bonis filii, quia ab intestato de jure Statuti nostri non succederet, ratio autem est, quia solùm debetur legitima ei, qui ab intestato deberet succedere, & hæreditas deberetur; & si ab intestato illam habere non potest, tantò minùs contra testamentum, quia major favor est testati, quàm intestati, ut benè in casu isto nostri Statuti licet antiqui, sed non dissimilis in hoc à moderno consuluit doctissimus *Bartholom. Bosc. cons.* 22. *num.* 2. *Rot. cor. Penna decis.* 162. *num.* 13. 14. *Bosc.* hic citatus sequutus in puncto nostrum Statut. de legat. à *Belmont. decis.* 77. *num.* 17. *Peregr. cons.* 80. *num.* 37. & 44. *lib.* 1. *Mangill. de imput. quæst.* 7. *n.* 10. *Bald. cons.* 39. *lib.* 5. *Altograd. cons.* 57. *num.* 28. & 29. *lib.* 1. *De Luc. de legitim. disc.* 11. *sub num.* 9. *Mans. consult.* 677. *numer.* 4. & 5. Nam solùm præteriti, vel exhæredati, qui ab intestato habent successionem possunt querelam proponere contra testamentum *Bart. in l. Gallus §. & quid si tantum n.* 7. 8. *Alex. ibi n.* 15. 16. *ff. de liber. & posthum. Alex. cons.* 131. *num.* 12. *lib.* 1. Undè cum mater non habeat successionem, seu legitimam ab intestato non potest illam prætendere etiam contrà testamentum filii. *Mans. consultat.* 676. *num.* 23.

5 Verumtamen si essemus in casu quo succederet ab intestato mater vel in legitima à Statuto concessa, vel in successione totali, si non adessent personæ à Statuto nostro prædilectæ, tunc mater benè poterit habere, ac prætendere suam legitimam in bonis filii defuncti de jure communi sibi competentem, ut etiam hoc modo discurrit *Bosc. dicto cons.* 22. *num.* 2. *vers. verumtamen*, & id est indubitatum.

Si verò agimus ab intestato in casibus in quibus legitima per Statutum nostrum matri ab intestato
6 deberetur, tunc distinguendi sunt duo casus; Primò si defunctus filius haberet fratres utrinque conjunctos, tunc mater solùm haberet illam portionem, quam haberet ab intestato cum dictis ejus filiis, scilicet portionem tertiæ partis totius hæreditatis, & non tertiæ totius hæreditatis, quam haberet, si non adessent prædicti Fratres *Alex. in l. plena* 34. *§. si duobus*, & ante eum *Bald.* ibi reprobans *Butrigar. n.* 2. *vers. deinde formande de leg.* 1. *Bald. in Auth. novissima num.* 12. *C. de inoffic. Testam. & cons.* 350. *num.* 2. *lib.* 4. latè *Gabriel. cons.* 94. *num.* 20. 21. *lib.* 1. *Rot. Rom. divers. decis.* 421. *num.* 1. *part.* 4. *& per tot. & Mercurial. Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *q.* 7. *n.* 24. *Fachin. controv. Jur. cap.* 29. *lib.* 4. Ratio autem est, quia fratres utrinque conjuncti succedendo actu ab intestato faciunt numerum ad diminuendam legitimam matri, & solùm fratres exhæredati, seu præteriti non faciunt numerum ad diminuendam legitimam matri, quia habentur pro mortuis, & non habentur in consideratione; Itaut tota tertia totius hæreditatis deberetur matri, ut probat opinionem Butrigarii insequens *Merlin. de legit. dicto loco num.* 11, *vers. secunda ratio.*

7 Alter casus est videlicet si defunctus filius haberet solùm fratres consanguineos, qui cum matre non succedunt, ut fratres utrinque, sive eorum filii, sed ab ea excluduntur ab intestato *Auth. defuncto Cod. ad Tertullian.* De jure communi casus est planus, nam certum est, quod legitima matris erit, & est tertia totius, & non portio portionis, quia ut dixi, illi qui non admittuntur ad successionem ab intestato non faciunt partem ad diminuendam legitimam matri, sed habentur pro mortuis *Oldrad. cons.* 123. *num.* 3. quem sequitur *Merlin. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 7. *n.* 18. quia paria sunt non exi-
8 stere, ac existere, & non succedere *Marescot. lib.* 1. *var. cap.* 10. *n.* 13. Stante verò nostro Statuto excludente matrem etiam per consanguineos fratres, & æquiparante consanguineos utrinque conjunctis, utrum legitima matris debeat esse portio tertiæ portionis, vel tertia totius hæreditatis, & videtur quod debeat esse tertia totius etiam stante nostro Statuto exclusivo fœminarum, quia Statutum *de legat. & falcid.* concedit, & assignat matri legitimam, quæ de jure ei deberetur, sed de jure communi stantibus fratribus consanguinei, qui ab intestato cum ea non succedunt, & per consequens non faciunt partem, haberet tertiam totius, ergo debet habere tertiam totius, argumentum hoc literaliter videtur concludere ad favorem matris, sed si attendamus mentem Statuti non ita esse intelligendum. Nam Statutum benè voluit legitimam dare matri in ea quantitate, quæ deberetur ei de jure, sed attendere debemus ordinem succedendi ab intestato ab eodem Statuto ordinatum, ad hoc ut taxare debeamus ipsam legitimam. Statutum enim nostrum exclusivum fœminarum, & admittens ad successionem fratris simul utrinque, & consanguineos, videtur in illis abstulisse rationem, & considerationem cognationis inter fratres; Ideoque per Statutum videtur cessare dispositio *Auth. defuncto* admittente solùm utrinque fratres cum matre, hoc ordine mutato à Statuto tam fratres utrinque, quàm consanguinei ab intestato succedunt, & sine ulla differentia. Ergo debent facere partem ad diminuendam legitimam matri, quia semper advertendum est quod Statutum benè assignavit matri legitimam de jure, scilicet circa quantitatem, sed in illa calculanda attendi debet ordo intestati à Statuto præfixus, & sic ad meam opinionem faciunt tradita per *Merlin. dicto lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 20. 21. 22. quia semper legitima est prætaxanda juxta moderationem successionis ab intestato dictus *Author lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 1. *num.* 17. *Altograd. Pater cons.* 87. *num.* 38. & *cons.* 91. *num.* 25. *lib.* 1. & *filius controv.* 48. *n.* 77. *Rot. dec.* 687. *n.* 6. *part.* 3. *rec.*

IMO PRÆDICTI OMNES: scilicet ascendentes,
seu descendentes effectivi ipsius defuncti, quia relatio 9
fieri debet ad proximiores *Bich decis.* 337. *numer.* 7.
Merlin. decis. 41. *num.* 1. & non ad omnes alios su- 10
prà vocatos, sive transversales. Neque obstat verbum universale *omnes*, quia qualificatur, ac restringitur secundum illud subjectum, cui inhæret, ut si legaverim vinum Græcum, & dulcia omnia, intelligitur de omnibus dulcibus, quæ sunt potionis, & non etiam dulcia, quæ potionis non sunt sic est *text. in l. final. §. cui dulcia ff. de tritico vin. ol. legat. & ibi gloss. in verb. collatione* & faciunt multi contextus *l. in provinciali* 3. *§. final. juncta l. de Pupillo ff. de novi operis Nunciat. l. generali* 32. *§. uxori ff. de usufruct. legat. cap. ad nostram* 21. *de Jur. jurand. & perbellè tradit gloss. in l.* 3. *C. sine consu, vel reliquis* ibi cum dico omnis homo diligit filium suum refertur ad habentes filios, & illud omnis homo videt, quod ipse videt refertur ad videntes, sic omnis homo timet, in mari subauditur qui navigant. Item mulier præfertur omnibus creditoribus, verùm talibus qualis est ipsa idest hypothecam tacitam non etiam expressam habentibus, & facit etiam *Gloss. in cap. Judices* 1. *quæst.* 1. *in verb. bona.*

OMNIBUS ALIIS PENITUS EXCLUSIS: Has 11
dictiones latè explicaverunt DD. Ariotus Benielli, & Flaminius Armenzanus in eorum decisione, quæ est coram *dicto Armenzan. decis.* 2. *num.* 26. & *seqq.* & *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 17. *à num.* 50. *cum pluribus seqq.*

---

§. XVII.

QUibus omnibus deficientibus succedat agnatus masculus proximior defuncto intestato usque in quartum gradum inclusivè.

S U M M A R I U M.

1 *MAter per Statutum nostrum videtur excludere agnatos usque in quartum gradum, contra num.* 5. *& seq.*

2 *Ablativi absoluti prolati à Statuentibus dispositionem, & vocationem inducunt omnium in ablativo positorum.*

3 *In dubio ad favorem matris judicandum est, ne excludatur à successione filii.*

4 *Ad evitandum inconveniens relatio debet fieri ad omnes tam dispositivè vocatos, quam simpliciter nominatos.*

5 *Agna-*

5 *Agnati usque in quartum gradum per nostrum Statutum excludunt matrem à successione. Et reprobatur Altograd. Junior contrarium asserens,*

6 *Relatio debet fieri solùm ad vocatos dispositivè tantùm, & non ad nominatos.*

7 *Statuta, quæ favore agnatorum excludunt matrem sunt aqua, ac rationabilia.*

8 *Laudatur Ariotus Benielli.*

9 *Adducitur Doctrina Bosc. tanquam punctualis.*

10 *Proximior agnatus dicitur ille, quem nemo antecedit.*

OCcurrit hic subitò celebris illa quæstio, an mater, vel ascendentes materni nominata, seu nominati in paragrapho præcedenti, non verò vocati ad aliquam successionem præferantur istis agnatis us-
1 que in quartum gradum inclusivè. Super hac quæstione scribens in principio ad favorem matris persuasus fui in sequendo doctrinam punctualissimam *Joseph. Altograd. controv. 22. num. 10. lib. 1. & Rota nostra decisionem in Tabiens. success. ann.* 1605. quam habeo manuscriptam, & est eadem quæ citatur à *dicto Altograd. in dicto loco*, utramque Doctrinam factam in terminis hujus nostri Statuti, per quas authoritates terminantes stabilitum satis mihi esse proponebam, quod in istis verbis conditionalibus *quibus omnibus deficientibus*, etiam comprehenderetur mater, aliique materni ascendentes suprà nominati.

2 Quo stante negare non poteram, quod isti ablativi absoluti, qui prolati sunt à statuentibus, qui possunt disponere, dispositionem non inducant, & vocationem importent omnium in dictis ablativis positorum *l. fideicommisso §. cum esse de leg. 3. l. in ratione §. tametsi ad l. falcid. & notat Bart. de condit. & deb. l. à Testatore de contra tab. l. 1. §. quidem filium, & ad Tertullianum l. 2. §. videndum, Bellon. de jur. accresc. cap. 9. quæst. 12. numer. 105. & seq. & Bald. C. de lib. præterit. l. maximum vitium in princ.* textus & DD. inducti in similibus terminis Statuti nostri à *Bosc. cons.* 261. *num.* 2.

3 Ulterius cum adesset dubia exclusio matris, semper in dubio esset admittenda, & pro ea semper judicandum *l. final. C. de instit. & substit. Bald. cons. 141. lib. 3. & cons. 339. lib. 4. Gozzadin. cons. 35. num. 13. Curt. Jun. cons. 134. n. 6.* ubi de communi, *& cons. 176. num. 10. Caphal. cons. 210. numer. 38. & cons. 416. num. 43. Honded. cons. 1. num. 40. lib. 1. Borgnin. decis. 13. num. 83. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 275. num. 24. Ludovis. decis. 495. in fin. Mart. Medir. dicta decis. 78. num.* 37. ne mater privaretur de luctuosa filii successione.

4 Et quod magis me in hac opinione confirmabat illud erat quod ad tollendum hoc absurdum, ac inconveniens satis erat posse nos hanc relationem procedentem à dictis verbis *quibus omnibus* referre facere etiam ad matrem licet solum in paragrapho præcedenti nominatam tantùm exclusivè, & non verò vocatam, conferunt ea, quæ diai suprà in *tract. de decret. à Senat. impetr. §. 7. n. 28. & 29. quibus addo D. Mans. consult. 358. num. 22. & Rot. decis. 536. n. 3. part. 4. recent.* & secundum hanc meam opinionem decisum fuit anno 1698. à Rot. Januen. in Causa M. Gherardi Spinulæ cum &c. eum patrocinante D. Carolo Mascardi, & sic tenet *Belmont. decis. 77. num.* 29.

Re tamen sub mente iterum revoluta, & ad novam trutinam revocata contrarium firmare decrevi,
5 & recedere à doctrina prædicti Altograd. & Rotæ nostræ cum earum rationes locum vindicare non possunt in casu hujus Statuti, ex quo, si attentè perpenditur, apparet, quod in istis ablativis noluerunt unquam comprehendere matrem vel ejus ascendentes.

6 Et primò, quia relatio concepta ly sub verbis *quibus omnibus* generaliter fit solùm ad personas dispositivè vocatas in præcedenti dispositione, & non ad nominatas *argum. l. nam quod liquide §. fin. ff. de penu. legat. Bart. in l. fin. §. fin. ff. de liber. leg. Rum. cons. 181. n. 3. lib. 2. Jacob. Cancer. var. resol. cap. 1. num. 96. de substit. D. Joann. Torr. de Majorat. q. 36. n. 40. part. 2.* & latè *Torr. variar. quæst. lib. 1. fol. 413. num.* 18.

Corroboratur hæc conclusio ab ipsismet verbis Statuti ly *quibus omnibus deficientibus*, quæ non possunt locum habere nisi referantur ad illos, qui apti sunt deficere secundum terminos prædicti Statuti, quod cum de matre dici non possit, quia non fuit ante vocata, proinde venire ea non potest sub relatione istius ablativi absoluti.

Et talem fuisse mentem statuentium dignoscitur ex tota serie hujus capituli de successionibus, ut in §. *non extantibus autem aliquibus*, & præcipuè in §. *& in defectu prædictorum*, ubi expressè apparet, quod statuentes in istis ablativis absolutis solùm comprehendere voluerint personas superiùs vocatas, ibi *ultrà superius vocatos*, sic igitur hic solum ablativum absolutum importare dicere debemus solùm superiùs vocatos dispositivè prout in aliis ablativis se statuentes declaraverunt.

Tanto magis, quia id in hoc Statuto palpamus, nam in §. *in omnibus autem casibus*, in quo licet vocatus fuerit Pater, vel ascendentes paterni ad usumfructum, attamen in §. *quatenus verò*, expressè disponere voluerunt statuentes, quod non extantibus superius nominatis ad proprietatem, ipse Pater, vel ascendentes paterni succedant in ipso proprietate, quam expressam vocationrm poterant relinquere. Dum isti Pater, & ascendentes nedum anteà nominati, sed etiam vocati ad usumfructum poterant comprehendi sub ablativo absoluto §. *non extantibus autem aliquibus ex supascriptis*, immediatè sequenti. Ergo evidenter patet, quod qui dispositivè non fuerint vocati ad successionem, ac hæreditatem non veniunt in hoc nostro Statuto sub ablativis absolutis, & hoc argumentum robur magnum mihi videtur habere.

Ad id enim quod ea adverso objicitur super inconvenientia, ac irrationabilitate Statuti, quæ ut fie-
ri possit evitanda est, respondetur quod similia Sta- 7
tuta, quæ facta fuerunt favore agnationis contra matrem non uti odio ejusdem, sed uti quia ea non potest servare agnationem defuncti, sunt omninò justa, æqua rationabilia *Rot. decis. 438. num. 69. usque
ad 101. part. 4. recent. tom. 2.* & plenè firmavit super 8
nostro Statuto Ariotus Benielli J. C. meritissimus, & magni nortinis *decis. 2. num. 14. inter decisiones Genuens. Armenzani num.* 11. dicit quod hujusmodi Statuta vigent ferè per totam Italiam *Rot. dec. 53. n. 7. vers. secunda ratio part. 3. rec. & dicta decis. 438. n. 95. & seq. à num. 101. part. 4. rec. tom. 2. & decis. 342. num. 8. part. 12. recent.* & per ea, quæ allegavi suprà in §. 16. *In omnibus vero num.* 8.

Ideoque nihil absurdi, vel irrationabilitatis admittitur, si relatio de verbis *quibus omnibus*, fiat solùm ad vocatos ad quos solùm de jure fieri debet, ut probavi suprà, & non ad matrem nominatam exclusivè, & ad effectum solùm eam magis excludendi scilicet à legitima ad favorem descendentium, ac ascendentium ex linea paterna.

Ulterius hanc meam opinionem in puncto nostri 9
Statuti tenuit *Bosc. cons. 184. in princ. vers. & est indubitabile*, licèt iste author consuluit super Statuto nostro antiquo, quod verè nihil officit, quin ejus opinio, & dictum non habeat locum in recenti, primò quia circa hanc dispositionem scilicèt circa exclusionem matris, & aviæ maternæ, & inclusionem agnatorum per modernum Statutum nihil immutatum fuit, sed eamdem dispositionem retinoit, ut idem observavit prædicta Rota nostra in *decis. 2. num. 34. §. ex quibus patet*.

Et quidem si legatur Statutum antiquum; idem prorsus dubium dabatur prout in moderno quia in illo in §. *ita quod pro prædictis cap. 14. lib. 2. de succession. ab intest.* excludebatur antea mater, ac ascendentes materni etiam à legitima ad favorem ascendentium, vel descendentium ex linea paterna, & sic priùs erat etiam nominata mater, ac ejus ascendentes, & postea in §. *quibus omnibus deficientibus*, vocabatur agnatus proximior usque in quartum gradum, undè ex prævia matris nominatione exclusivè facta, & in subsequenti ablativo absoluto posito in dicto §. *quibus omnibus deficientibus*, idem insurgebat dubium, an sub isto ablativo mater, & ascendentes ex linea materna superiùs exclusivè vocati comprehenderentur per dictionem adeò universalem *quibus omnibus*;

igitur

igitur benè videmus quod authoritas *Boſch. in dicto conſ.* 148. punctualiter allegari poteſt ad hoc noſtrum modernum Statutum, & hæc ſufficiant.

10 AGNATUS MASCULUS PROXIMIOR: Proximior dicitur ille agnatus, quem nemo antecedit *l. proximus l. proximi l. in vulgari ff. de verb. ſignific. Petr. de Ancharan. conſ.* 94. *col.* 2. *Port. Imol. conſ.* 55. *num.* 57. *Roland. à Val. conſ.* 38. *num.* 9. *lib.* 4. *Altograd. conſ.* 47. *lib.* 2. & benè agnoſces ex modò infra ſcribendis.

S U M M A R I U M.

1 *De jure communi in ſucceſſionibus gradus computandi ſunt ſecundum calculationem juris civilis.*

2 *Eamdem regulam ſervari in ſtatibus Eccleſiaſticis, quia computatio juris Canonici inducta fuit propter matrimoniales cauſas.*

3 *Oſtenditur modus computandi gradus ſecundum jus Civile.*

4 *In ſucceſſionibus computandi ſunt gradus per noſtrum Statutum ſecundum jus Canonicum.*

5 *Secundum jus Canonicum computatis gradibus admittitur ad ſucceſſionem, tam ille, qui cum defuncto eſt in quarto, & quinto gradu, quàm ille, qui eſt in quinto.*

6 *Item, tam ille, qui cum defuncto eſt proximior de jure canonico, ac civili, quàm qui eſt ſolùm de jure Canonico.*

7 *Subtilitates in jure attendenda non ſunt, ſed rejicienda.*

8 *Computatio graduum debet fieri ſecundum jus civile, non obſtante Statuto noſtro, quando agemus de teſtata ſucceſſione.*

9 *Contrà.*

10 *Statutum ſi omiſiſſet verbum* incluſivè *idem dicendum eſſet quia dictio* uſque *ſtat ſemper incluſivè.*

USQUE IN QUARTUM GRADUM INCLUSIVE) Quomodo iſti gradus computan-
1 di ſint inſurgit dubium in hoc noſtro Statuto, de jure verò communi res eſt plana, nam in ſucceſſionibus ſemper calculatio facienda eſt ſecundum computationem juris civilis *Honded. conſ.* 4. *num.* 4. *lib.* 1. *Boſc. conſ.* 184. *num.* 1. *Bart. & Bald. in l. ſi avia C. de ſucceſſ. edict. Brun. de Stat. excluſ. fæmin. artic.* 5.
2 *quæſt.* 11. *num.* 19. & etiam in Terris Eccleſiæ, dum ſolùm computatio juris Canonici inducta eſt propter cauſas matrimoniales *Surd. conſ.* 5. *numer.* 20. *&* 21. *Oinot. inſtitut. tit. de nupt. in princip. numer.* 10.
3 *&* 11. *& in rubr. de arbor. Canonica numer.* 1. Itaut unaquæque perſona facit gradum, & conſtituit unam cellulam, undè ad cognoſcendum quoto gradu diſtent duo collaterales, incipiendum eſt ab uno, & aſcendendum uſque ad ſtipitem communem, deinde deſcendendum ex alia parte uſque ad illam perſonam, quam ſcire volumus eſſe diſtantem, & quot erunt perſonæ intermediæ enumeratæ, dempto ſemper ſtipite, tot erunt gradus *l. Juriſconſultus §. ſunt, & ex lateribus de grad. affin. §. fin. inſtit. de grad. cognat. & ibi Aretin. Piccard. in dictis inſtit. in princ. num.* 10. *Surd. conſ.* 5. *num.* 22. *& ſeqq. Oinot. inſtit. de nupt. in princip. rubr. de arb. civil. num.* 1. 2. 3. *& in rubr. de arb. Canon. num.* 6. *& ego inſtit. de nupt.*

4 Contrarium verò tenendum eſt in noſtro Statuto ob ejus diſpoſitionem expreſſam *ſub tit. de jur. reddend.* ubi ordinat, quod quando in Statutis tractatur de aliquo gradu agnationis, conſanguinitatis, ac affinitatis intelligatur ſecundum jus canonicum, videlicet ſecundum computationem juris Canonici, & quando extat ſimile Statutum, quod nullo modo ſit attendenda computatio juris Civilis in ſucceſſionibus *Cyriac. controv. forenſ. controv.* 386. *n.* 36. *Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 2. *quæſt.* 4. *artic.* 6. *n.* 33. *& ſeqq. Honded. conſ.* 4. *numer.* 99. & latè *Altograd. Pater conſ.* 46. *num.* 37. *& conſ.* 47. *numer.* 2. *lib.* 2. Et in præciſis terminis Statuti noſtri licèt antiqui, ſed in hac parte huic recenti conformi advertit *Boſc. conſ.*
5 184. *num.* 1. *verſ. veruntamen*; Et ſic tam admittitur ille ad ſucceſſionem, qui cum defuncto eſt in quarto, & quinto gradu conjunctus, ſimul cum illo, qui eſt in quinto, quia hoc non facit mixturam gradus, ut benè, latiſſimèque tuetur *Altograd. conſ.* 46. *num.* 35. *& conſ.* 47. *num.* 18. *& ſeqq. lib.* 2. Igi- 6
tur in ſubſtantia ſimul admittitur ad ſucceſſionem ſtante præſenti Statuto, tam ille, qui eſt proximior de jure canonico, quàm ille qui eſt proximior de jure canonico, & jure civili *Rot. Lucenſ. in deciſ. poſt Altograd. conſ. tom.* 2. ubi latiſſime quia iſtud vinculum civile non attenditur, quando ſola facienda eſt computatio ſecundum jus canonicum *Honded. conſ.* 4. *num.* 99. *lib.* 1. plenoque calamo eruditiſſimè probat reprobato Andreolo in hoc omnino aberrante *controv.* 168. ac aliis, concludit pro hac opinione *Altograd. in dictis conſ.* 46. *num.* 18. 19. *&* 20. *& conſ.* 47. *num.* 53. 54. 55. *lib.* 2. ad quos vos remitto ne ſupervacaneam repetam lectionem. Si tamen ſucceſſio devolvi deberet ad unum tantum, tunc attendi deberet duplicitas vinculi, nempe de jure canonico, & civili, ita *Altograd.* dictis *conſ.* 46. *&* 47. *lib.* 2. *& Rot. Lucenſ. poſt Altograd. conſ. in nov. editione.*

Neque prætermittere volui argumentum, quod ſubtiles deducunt ingeniorum eorum acumen potius oſtentantes, quàm verè ſentientes, admittunt enim in noſtro Statuto, quod in ſucceſſionibus attendi debeat jus canonicum circa gradus computationem, ſed cum ipſummet jus canonicum diſponat, quod attendi debeat in ſucceſſionibus jus civile *cap. ad ſedem* 35. *quæſt.* 5. *Mynſinger. §. hactenus numer.* 4. *Juſtit. de grad. cognat. Mareſcot. var. lib.* 2. *cap.* 80. *num.* 23. Ergo etiam ſtante Statuto ſemper in ſucceſſionibus eſſet attendendum jus civile circa gradus agnationis, ſeu cognationis.

Hæc argumenti reſolutio aptius ſpectaret ad Dialecticos, qui delectantur ſophiſmatibus, quam ad nos Juriſconſultos, qui mentem ſolum conſideramus diſponentium; ideòque in jure ſanctiſſimè cautum eſt 7
quod Judices præſertim à nimia ſubtilitate, nè jura partium ſubvertantur, abhorreant, eamque rejiciant, quia ſæpè veritatem obumbrat *Fontanell. deciſ.* 470. *n.* 10. 11. *& ſeq.* attamen reſolvamus argumentum; ut dicunt Logici in forma: Statutum noſtrum non diſponit, quod in caſibus in quibus caderet computatio graduum, attendenda ſit diſpoſitio juris canonici, nam benè concluderet argumentum prædictum, quia cum canones diſponant in ſucceſſionibus attendi computationem civilem, attendendum certè eſſet civile computum graduum, ſed ſtatuentes noſtri diſpoſuerunt, quod gradus in omni caſu numerentur ſecundum jus canonicum, ergo argumentum non concludit, quia Statutum refert ſe ad numerationem factam à Jure canonico non verò ad diſpoſitionem factam ab eo ſuper caſibus, in quibus caderet computatio, & ex his deſtruitur ſubtilitas argumenti, ſeu potius ſophiſma prædictum concludens ſolùm in apparentia, quod nos puerile appellamus.

Prædicta omnia non procedunt in paragrapho ſequenti *num.* 28. 29. ut ibi dicam, quia in computatione graduum eſſet ibi attendendum jus civile, nam Statutum cum ad jus ſe remittat, & vocet illum, ſeu illam ad quem de jure ſucceſſio devolvitur, attendendus eſt gradus juris civilis, ſi ſuccedere debet ille, qui de jure communi ſuccedit, & ſic etiam Statutum noſtrum procedit in ſucceſſionibus ab inteſtato, ſecùs ſi ageretur de ſucceſſionibus teſtati, nam tunc computatio fieri ſecundum jus commune debe- 8
bit, ut tradunt *Caſtrenſ. Brun.* allegati ab *Altograd. Sen. conſ.* 46. *num.* 8. *lib.* 2. *& Andreol. in controv. forenſ.* 138. *num.* 11. corruptè allegatus ab eodem Altogrado pro *controv.* 168.

Sed tu tene contrarium per late deducta ab eodem *Altograd. dicto conſ.* 46. *num.* 28. *& conſ.* 47. *nu-* 9
mer. 5. *& Peregrin. conſ.* 147. *num.* 6. *lib.* 5. *Socin. Sen. conſ.* 51. *n.* 28. *& ſeqq. lib.* 4. *Menoch. conſ.* 198. *n.* 14. ratio autem eſt, quia præſumitur teſtatorem ſe conformare voluiſſe cum Statuto, & ad hoc conferunt etiam ea, quæ dixi ſupra in §. *Maſculus, vel fæmina in verb. in bonis paternis, maternis, & aſcendentium num.* 10. *& ſeq.*

A D.

A D D I T I O

Ad num. 1.

10 Si fuisset omissum hoc verbum *inclusive* idem dicendum esset, quia dictio *usque* stat semper inclusivè, scilicet includeret etiam quartum gradum, *Christin. decis. Belgic. vol. 6. decis. 61. num. 9. to. 11.* sed optime fuit per Statutum provisum ad tollendum omne dubium, per ea quæ ponit ibidem *Christin. & Peramut. in conflict. doctor. ad cons. 1. Perni fol. mihi 162. vers. insuper eum.*

---

§. XVIII.

ET ipsis omnibus deficientibus succedat ille, vel illa, ad quem hæreditas, seu successio de jure communi defertur.

S U M M A R I U M.

1 *LAudatur D. Bottinus.*
2 *Agnati, vel cognati succedunt usque in decimum gradum.*
3 *Deficientibus prædictis agnatis, & cognatis succedit vir uxori, & è converso.*
4 *In defectu viri, vel uxoris succedit Collegium de quo est defunctus.*
5 *His omnibus deficientibus succedit Fiscus.*
6 *Ablativum:* Quibus omnibus deficientibus *importat conditionem.*
7 *In hoc loco Statuti sine ulla controversia dictio* vel *stat pro conjunctiva.*
8 *Statutum relativum ad jus commune est verè Statutum, ac propriè.*

DE jure communi antiquo quomodo succedebant
1 agnati, & cognati usque in quem gradum vi-
de D. Bottinum virum eruditissimum, ac J. C. do-
ctissimum hoc loco num. 1. ubi diversitatem graduum
inter agnatos, & cognatos assignat. Primi enim us-
què ad decimum gradum succedebant, isti ad sex-
2 tum. Hodie tamen tam agnati, quàm cognati suc-
cedunt usque in decimum gradum, quia sublata est
differentia inter hæc vincula, ut probat ibidem Dominus
meus, & dixi suprà in §. *Et in defectu prædictorum*,
reprobata opinione eorum, qui tenent usque in in-
3 finitum succedere transversales; Deficientibus autem
agnatis, & cognatis usque in decimum gradum vir
succedit uxori, & è conversò per bonorum posses-
sionem unde vir, & uxor *Oinot. instit. de hæredit.*
quæ ab intestat. defer. in rubr. de success. inter virum,
4 *& uxorem, & D. Bottinus d. loco num. 2.* & deficien-
tibus conjugibus succedit ad exclusionem Fisci Col-
legium, & sic Doctori defuncto succederet Collegium
Doctorum, vel universitas *Carpan. ad Stat. Mediol.*
cap. 299. num. 12. part. 1. vel collegium artis defunctæ
personæ *Bart. in l. 6. de injusto ac irrit. testam. §. ejus*
qui, & ibid. add. lit. B. & alii qui antè fiscum ad-
5 mittuntur, ut firmat *D. Bottinus sub num. 3.* & istis
omnibus deficientibus succedit fiscus *Oinot. dictis in-*
stitut. de hæredit. quæ ab intestat. deferunt. rubr. de
success. Fisci.
6 QUIBUS OMNIBUS DEFICIENTIBUS) In
terminis hujus Statuti, quod sint isti ablativi abso-
luti conditionem importantes stat *Altograd. Sen. cons.*
60. num. 45. lib. 2.

SUCCEDAT ILLE, VEL ILLA) Satis tractatum fuit suprà in §. *Et in defectu prædictorum*, ac aliis locis an hæc dictio *vel* sit in statutis successionem agentibus alternativa, aut conjunctiva, & benè concludimus illam pro conjunctiva accipi debere per authoritates, doctrinas, argumenta ibi latè exposita.

7 Advertendum insuper est, quod Altogradus, licèt suprà in dictis locis tamquam opinionem contrariam ponens reprobatus fuit, hoc loco ipsemet confitetur stare pro conjunctiva, ut in ejus *cons. 60. num. 41. & 45. tom. 2.* ubi simul admittit fœminam cum masculo, ex eo quia successio debet regulari secundum jus commune, quod hanc differentia nullo modo considerat.

DE JURE COMMUNI) Nil dubium quod hoc
Statutum sit relativum ad jus commune, ut præse-
fert idem *Altograd. dicto cons. 60. tom. 2. numer. 45.*
Ideòque esse illud quærendum pro agnoscenda dispo- 8
sitione, & licèt sit relativum ad jus commune, at-
tamen est verè Statutum, & municipalis dispositio,
ut latè probavi supra in §. *Matri decedenti in prin-*
cip. quibus addo *Bosc. in cons. 77. num. 3. vers. Item*
ibi: *Item quia capitulum referens jus commune videtur uti jure communi cum sua causa, suisque intellectibus, cum jus commune sit ratione originis, & observantia, licet translatum sit in figuram Statutorum, & illud quod Statutum formaliter non dicit possumus dicere ratione materiæ, quæ nobis præstat causam interpretandi*, hucusque optimè Boscus, & ita fere his verbis dicit *Mascard. de gener. Stat. interpr. conclus. 10. num. 29.* ex qua punctuali doctrina benè etiam infero, ut pariter supra latè probavi in dicto §. *Matri decedenti*, quod quando Statutum refert jus commune, refert non solùm leges, seu constitutiones corporis juris civilis, sed omnes intellectus, ac interpretationes, quas cumulaverunt Doctores, ac Jurisconsulti tractantes, consulentes, ac decidentes super eisdem legibus.

S U M M A R I U M.

1 *PRoponitur dubium, an in Statuto se referente ad jus commune comprehendantur Clerici, ac personæ Ecclesiasticæ, adeout illæ vigore Statuti succedere possint una cum laicis, vel istos excludere.*
2 *Statutum relativum ad jus commune dicitur specialiter de casibus personis etiam Ecclesiasticis providere.*
3 *Statutum relativum ad jus commune est speciale, & specialiter providet super casu à jure communi determinato.*
4 *Expressio, quæ fit per relationem dicitur specialis, vera, ac propria.*
5 *Renunciatio facta à filio legitime sua est specialis, ac expressa.*
6 *Testamentum factum per relationem ad scripturam, in qua est scriptus hæres valet.*
7 *Existentia personæ non vocatæ à Statuto facit devolvere successionem ad jus commune.*
8 *Statutum relativum ad jus commune est Statutum mixtum de jure communi, ac municipali.*
9 *In Statuto relativo ad jus commune non comprehenduntur personæ Ecclesiasticæ, ideoque ad successionem veniunt solùm personæ laicæ.*
10 *Statutum relativum juris communis continet expressè, ac specialiter casus juris communis, & num. 11.*
12 *Explicatur Statutum de privileg. Clericor.*
13 *Filii Ecclesiastici ad successionem parentum suorum de jure admittuntur cum aliis fatribus.*
14 *Item omnes collaterales Ecclesiastici ad successionem collateralium admittuntur cum aliis transversalibus in eodem gradu existentibus.*
15 *Sub unica ratione veniunt exprese omnes casus eidem rationi adaptabiles.*
16 *Quod procedit etiam in Statutis, quorum litera pracisè servanda est.*
17 *Explicatur Statututum nostrum* de extrins. intell. prohib. *quod ex identitate rationis non possit extendi de casu ad casum, quomodo istud procedat.*
18 *Expressa per relationem non sunt propriè, ac verè expressa per referentem.*
19 *Præcipuè quando Statutum requirit exprimi pro forma.*
20 *Explicatur Statutum de privileg. Cleric. in verb.* Quæ specialiter de talibus personis per Statuta provisa fuerint.
21 *Dispositio generalis non trahitur ad eas personas, seu casus, de quibus specialiter disposuerunt statuentes, & 22.*
23 *Relatio debet fieri ad eas personas, de quibus principaliter Statutum agit.*
24 *Et ad subjectam materiam.*

25 *Et*

25 *Et solùm ad illas personas, quæ habent qualitatem ad Statutum adaptabilem.*
26 *In successionibus attenditur solùm proximitas succedendi, & non sanguinis.*
27 *Clausula* nec alio modo *nullum alium casum comprehendit, quàm expressum.*
28 *Cum Statutum se referat ad jus commune, sola dispositio juris communis est attendenda.*
29 *Item omnes qualitates juris communis.*
30 *Summè laudatur Petrus Franciscus Serra.*

SUCCESSIO DEFERTUR) Cui deferatur, videndum est jus commune, ut dixi mox supra, ad 1 quod se refert Statutum. Attamen silere non possum altam quæstionem, quæ super hoc Statuto insurrexit inter Nobiles potentes super cujusdam Testamento, qui suos hæredes instituit illum, seu illos, qui per dispositionem nostri Statuti Genuæ *de success. ab intest.* debebunt succedere, vel vocabuntur à dicto Statuto ad successionem hæreditariam bonorum dicti Testatoris, post cujus mortem repertæ fuerunt ejus sorores Moniales Professæ in celebribus Monasteriis hujus Almæ Civitatis, quæ adiverunt prædictam hæreditatem tanquam proximiores ad exclusionem aliorum remotiorum, & ultrà quartum gradum existentium, qui contendunt successionem sibi deberi ex paragrapho præsenti.

Pendet adhuc prædicta causa, ejusque determinatio, nos verò pro nostro munere intactam relinquere non debemus; Ideoque eam tractabimus, ut infrà; Habet enim hic casus specialis hinc inde argumenta, ut videbimus, unde me diu ancipitem tenuit præcipuè super lectura tot scriptorum, ac consultationum hinc inde proditarum ab Eruditissimis, ac Ingeniosissimis viris non solùm hujus Patriæ, sed etiam exteris, quorum ingenia ex utraque parte satis experta fuere in hoc certamine, sed nos veritatem amantes restringemus quæstionem ad solidiora argumenta, omissis his, quæ solum pro acumine excitata fuerunt, demumque concludemus re discussa ad cujus favorem prædicta successio devolvenda erit.

Studium totum in hac controversia stat in interpretanda mente Statuti nostri *de success. ab intestat.* ad quod se retulit testator. Indubitata enim conclusio est ut latè suprà firmavimus in principio hujus Statuti, & in rubrica, quod Statutum generaliter non comprehendit Clericos. Et in specie hoc de successionibus, licèt Statutum sit favorabile, quo tamen de jure non negavi Clericos posse uti, sed de jure nostro municipali res est plana, quod neque Clerici possint uti nostris Statutis favorabilibus ob expressam prohibitionem eis factam sub Statuto *de Privilegiis Cler.* quod satis suprà explicavi cum authoritatibus punctualibus *in princ. rubr.* hujus Statuti ad satietatem.

Quibus stantibus, & pro veris agnitis à RR. Monialibus vocationem suam eruere ipsæ volunt à præsenti paragrapho, de quo agimus, ubi referendo successionem ad jus commune videtur eas esse admissas, cum de jure communi succedant sorores etiam moniales exclusis omnibus aliis agnatis, seu cognatis; Ideòque de earum vocatione expresè agit hic paragraphus, & videtur non posse hæsitari cum literaliter pateat ex verbis Statuti relativis dicti juris communis, in quo reperiuntur vocatæ.

Secundò firmant earum vocationem ex dispositione Statuti *de Privileg. Clericor.* ubi quamvis prohibeantur personæ Ecclesiasticæ uti Statutis, attamen quando de illis Statutum specialiter disponeret, tunc valeret dispositio, & earum provisio, cùm itaque hic specialiter disponatur in hoc præsenti Statuto de personis Ecclesiasticis per relationem ad jus commune, in quo nominatim leguntur, ergo attendenda est earum provisio, & non cavillanda.

2 Et pro corroboratione prædictæ opinionis, scilicet quod relatio ad dictum jus commune faciat de dictis personis Ecclesiasticis specialem provisionem adducunt in puncto authoritatem *Rota Romana decis.* 106. *num.* 7. *part.* 9. *recent.* ubi verba illa *succeda il più prossimo secondo la legge comune* operantur propriam, ac individuam expressionem omnium casuum, qui in corpore juris continentur, cui opinioni etiam prodest *D. Manz. consultat.* 469. *num.* 10. *lib.* 5. firmans stante Statuto, quod non extantibus personis suprà expressis Jure Romano successio deferatur, fratrem uterinum de jure ad fratris successionem vocatum haberi, perinde, ac si à Statuto esset expresè invitatus, insuper etiam addo in terminis magis terminantibus *Riminald. Sen. cons.* 737. *à n.* 27. *cum seqq.* ubi stante Statuto Ferrariæ, sive constitutionibus du- 3 calibus disponentibus, quod ad Statuta Ferrariæ recurratur, quando specialiter non esset provisum per Statuta Argentæ, & cum inveniretur unum Statutum Argentæ se referens in casu successionis sororum in bonis fratrum, ad jus commune, hoc non obstante prædictus author concludit hoc Statutum simpliciter relativum ad jus commune esse speciale, & specialiter providere super illo casu à jure communi relato, quia specialiter relatum est in referente, ne sit locus recurrere Statutis Ferrariæ, item in simili casu concludit *Borgnin. decis.* 13. *n.* 11. *&* 15. 16. *&* 21. *part.* 3. *& decis.* 12. *num.* 12. *ead. part.* 3.

Et generaliter quod expressio, quæ fit per relatio- 4 nem dicatur specialis, vera, & propria *Bald. cons.* 112. *num.* 1. *lib.* 5. *Merlin. decis.* 571. *num.* 6. 7. & individua *decis.* 583. *num.* 5. *coram ead. Menoch. cons.* 164. *num.* 31. *cons.* 287. *num.* 28. specialis *Rot. decis.* 557. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 1. *dec.* 515. *num.* 43. *part.* 5. *tom.* 2. *recent. Paris. cons.* 97. *Barzia decis.* 99. *num.* 34. *Merlin. Hispan. Primogen. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 11. *Rot. decis.* 1. *num.* 74. *& decis.* 358. *num.* 36. *part.* 10. *& decis.* 162. *num.* 10. *part.* 11. *& decis.* 310. *n.* 30. *part.* 6. ubi quod relatio ad antiquas investituras infert individuam relatæ feudalitatis repetitionem, *& dec.* 536. *num.* 73. *part.* 14. *recent. & decis.* 281. *num.* 15. *&* 16. *ead. part.* 14. ubi quod in referente est propriè, & non per fictionem relatum. *Priol. decis.* 439. *n.* 7. 8. & quod virtus relationis importat specialem vocationem, ac si expressim fuerint relata in referente nominata *Rot. decis.* 87. *num.* 5. *part.* 15. & literaliter expressa *decis.* 135. *num.* 3. *part.* 18. & relatio æquipollet expressæ nominationi factæ *Mart. decis.* 336. *n.* 3. *Rot. dec.* 58. *n.* 15. *part.* 16. *Mazaned. dec.* 881. *n.* 4. & quod verè propriè, ac expresè sit in referente *Bald. cons.* 212. *n.* 1. *Decian. cons.* 128. *n.* 8. *lib.* 3. *Dec. cons.* 647. *n.* 2. *&* 3.

Et ad hoc propositum facit illa quæstio, an filius acceptando legata facta à Patre in testamento cum onere renunciationis legitimæ sibi præjudicet non obstantibus *l. si quando §. fin. C. de inoff. testam. & l. fin. ubi gloss. C. de negot. gest. l. fin. ubi gloss. in verb. specialiter ff. quod cum eo* requirentibus specialem, ac expressam renunciationem, sed per relationem factam 5 à filio ad testamentum dicitur specialis, ac expressa renunciatio, & sic non potest ampliùs petere supplementum legitimæ, ita firmat *Dec. cons.* 687. & hanc opinionem contra additionantem Decii tenentem contrariam probat *Gratian. cap.* 983. *num.* 3. 4. 5. *Bald. in l.* 1. *col. pen. vers. sed pone C. de Jur. Fisci Curt. Jun. cons.* 159. *Socin. Jun. cons.* 122. *vol.* 1. *Paris. cons.* 9. *vol.* 3. *Peregrin. de fideicom.* qui de communi & veriori testatur *artic.* 36. *num.* 62. *post medium vers. mihi autem considerato Eugen. cons.* 37. *n.* 8. 9. & pulcherrimè *Pedroch. cons.* 6. *n.* 41. qui innumeros laudat *Surd. cons.* 357. *num.* 32. *Riminald. Sen. cons.* 243. *num.* 24. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 56. *num.* 8.

Et sic valet testamentum per relationem ad scriptu- 6 ram, in quo est scriptus hæres non obstante *l. hæredes palam ff. de Testam.* requirente expressam nominationem à Testatore *Mantic. de conject. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 11. *Carocc. decis.* 51. *num.* 2. *Medic. dec.* 97. *n.* 23. *Amat. decis.* 15. *num.* 31. *Mart. decis.* 190. *Calvin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 200. *per tot. De Luc. de Testament. disc.* 1. *num.* 3. *& disc.* 2. *num.* 1. ubi attestatur de sensu continuo Rotæ Romanæ, ut idem firmat *Papa Alex.* 8. *decis.* 181. *num.* 8.

Ex his igitur latè deductis infertur, quod cum hic paragraphus noster se referat ad jus commune, ideoque illi, qui succedunt de jure communi, in quo adsunt specialiter personæ Ecclesiasticæ sunt specialiter in hoc paragrapho nominatæ. Itaut habeat locum *Stat. de Privileg. Cleric.* quod attendatur provisio personarum Ecclesiasticarum, ubi de eis facta est specialis provisio, & per consequens admittendæ sunt sorores tanquam specialiter vocatæ à Statuto.

Insuper considerabatur ad favorem sororum monialium, licet non possent dici specialiter comprehensæ in hoc paragrapho ob deficientiam virtutis relationis, quod ipsæ nihilominus admitti debeant, quia
7 cum in jure communi sint proximiores personæ, quibus jus commune defert successionem, & sic operantur, quod Statutum vocans illum, vel illam ad quem de jure defertur successio, verificari non possit in laicis agnatis, seu cognatis remotioribus, quibus de jure numquam potest deferri successio ob earum existentiam, quæ à jure admittuntur ad exclusionem omnium aliorum remotiorum, & hoc probatur ex decisionibus *Rot. Rom dec. 59. part. 1. & 43. part. 7. rec.*

8 Ultimò denique quod cum hic paragraphus non sit verè Statutum, quia est relativum ad jus commune, ideòque partim est jus commune, & partim Statutum, ideòque dicitur casus mixtus, unde infertur quod dictæ moniales possunt eo uti, quia probibitio in Statuto *de Privil. Cler.* respicit solum Statuta simplicia, & non Statuta mixta, & sic ex hoc Statuto tanquam mixto non prohibito Ecclesiasticis possunt venire ad prædictam successionem *Bald. de rescript. c. 1. n. 31. Felin. d. cap. 10. n. 16.* & in terminis Statuti relativi ad successionem juris communis *Beroy cons. 65. part. 2. per tot.*

Hæc itaque sunt quæ ad favorem Monialium sororum solidè excogitari possunt.

9 Attamen his maturè perpensis, & consideratis contrariam sententiam contra eas tenendam fore sentio, & successionem illam deberi ad alios cognatos remotiores ex rationibus modo extendendis, & principaliter quia statuentes noluerint comprehendere in hoc Statuto, seu paragrapho personas Ecclesiasticas, ut de natura Statutorum est, sed solum providere de subditis, & non de illis, quæ eorum jurisdictionem non profitentur. Igitur primum nostrum fundamentum erit firmare hunc paragraphum esse verè Statutum, & municipalem dispositionem, sub qua comitteri non possint personæ non subditæ.

Et pro probatione hujusmodi assumpti satis conclusum est supra in §. *Matri decedenti in princip. & in hoc eod. §. in verb. de jure communi num.....* ubi latè firmavimus quod Statutum disponens idem quod jus commune, vel ad illud se referens sit verè Statutum per authoritates ibi lato calamo adductas, & congestas omninò videndas.

Neque obstare potest, si replicetur, quod prædictæ authoritates videantur loqui in Statutis disponentibus idem, quod jus commune, non verò in simpliciter ad illud referentibus, quia stante præmissa conclusio-
10 ne ex adverso objecta, quod relatum dicatur expressè verè, propriè, ac specialiter esse in referente, prout literaliter, & per extensum legerentur casus juris communis in Statuto, dicere debemus, quod militent prædictæ Doctrinæ in nostro Statuto; ubi per hanc relationem disponit idem, quod jus commune non minus si non per relationem, sed per extensum illud disponeret, & hoc argumento in terminis Statuti relativi ad jus commune utitur punctualiter *Borgnin. dec. 12. n. 12. & dec. 13. n. 11. 15. 16. & 21.* & pariter *Riminald. Sen.* scribens contrarium in eadem caussa in qua scripsit *Beroi* nobis in hoc puncto objectus scilicet in *cons. 737. n. 5. 6.* junctis *numeris* 27. 28. 29. in quibus respondet objecto Statuti relativi, quod sit mixtum, quia est eadem ratio disponere idem cum jure communi per expressam dispositionem conformem illi, quàm per relativum ad illud.

Cui etiam intellectui favet *Barthol. Bosc. cons. 77. n. 7. allegatus hic suprà in verb. de jur. comm.* ubi dicit quod paragraphus Statuti relativi ad jus commune transfert materiam juris communis in figuram Statutorum.

11 Et in puncto etiam videntur favere decisiones *Rota Romanæ decis. 22. num. 2. & 3. & decis. 106. num. 1. part. 9. recent.* ubi stante Statuto disponente, quod successio deferatur ad eos, quibus debita est de jure communi, quod dicatur Statutum, & non jus commune, aliter oporteret recurrere ad Statutum Civitatis Dominantis, cujus dispositio sic cantabat: In defectu Statutorum locorum recurri debeat ad Statutum illius, unde cum prædictum Statutum relativum ad jus commune esset verè Statutum, non aderat necessitas recurrendi ad Statutum Civitatis Dominantis, ita punctualiter concludunt prædictæ Rotæ Romanæ decisiones.

Et multis rationibus corroboratur hoc argumentum, nam si Statutum Genuæ se referret in aliqua parte ad Statutum Mutinæ, istud Statutum diceretur Mutinense, aut Genuense, vel partim Mutinense, vel Genuense, hoc esset maximus error mentis humanæ: Ergo esset verè, ac propriè Statutum Genuense disponens idem cum jure Mutinensi per relationem.

Secundò diximus, quod testamentum relativum ad scripturam aliquam dicitur verè testamentum, ut paulò supra scripsimus, nam idem est disponere expressè, quod illa scriptura loquitur, ac disponere per relationem ad illam, & sic etiam si testator diceret *faccio miei heredi quelli, che ab intestato mi devono succedere*, quis ambigit non esse hoc testamentum, & nemo audebit dicere esse partim testamentum, & partim non, quia partim mori testatum, & partim intestatum Testatorem admitteret cum monstruositate à jure intolerabili, & similia vide supra quæ attuli in dicto allegato §. *Matri decedenti.*

Igitur stat pro inconcusso, quod Statutum relativum ad jus commune sit verè, ac propriè Statutum: hoc firmato patet argumentum fortissimum ad favorem cognatorum remotiorum, nam Statutum solùm providere censetur, & solùm comprehendere personas subditas, & non subditas, seu Ecclesiasticas, ut naturam Statutorum esse docui abundanter suprà in principio hujus rubricæ, ad quam vos remitto, & talis etiam fuit expressa voluntas statuentium, ut co- 12
gnoscitur ex dispositione Statuti *de Privileg. Cleric.* non providere super Personis Ecclesiasticis, ibi *quæ ratione cujusvis professionis, & Religionis non essent supposita jurisdictioni Magistratuum ordinariorum Reipublicæ*, & ob id voluit eos prohibere successivè à Statutis, ibi *judicentur secundum Jura Romana, & non secundum formam Statutorum*, quam similem prohibitionem stante prædicta pariter simili ratione prænarrata Statuti eleganter docet *Riminald. Sen. cons. 263. à n. 39. ad n. 42.* quod Statutum voluerit privare personas Ecclesiasticas indistinctè à quocumque Statuto, vel favorabili, vel non, & ejus auxilio, seu protectione, ut idem firmat in nostro Statuto punctualiter *Mascard. de Statut. interpret. conclus. 1. num. 194. juncto num. 250. & Franciscus de Aretiis in cons. 45.*

Neque obstant postrema verba Statuti *de Privil. Cleric.* ibi *tamen salvis, & firmis manentibus, quæ specialiter de talibus personis per Statuta provisa fuerint*, unde ex his colligitur, quod non obstante prohibitione facta personis Ecclesiasticis non utendi eorum statutis, statuentes voluerunt tamen, quæ quod, specialiter de eis per Statuta provisa fuerint firma maneant; unde, si hic per relationem ad jus commune, in quo specialiter vocatæ etiam sunt personæ Ecclesiasticæ, providetur de hisce sororibus monialibus, hæc provisio ad favorem earum est attendenda.

Respondebatur enim ad hoc objectum primò, quod 13
in nulla lege juris communis vocantur specialiter personæ Ecclesiasticæ ad successionem collateralium præter *l. Deo nobis §. hoc etiam C. de Episc. & Cler.* ubi loquitur de successione filiorum ad parentum successionem tantùm; unde concluditur, quod sicut in Jure communi non est facta specialis mentio de personis Ecclesiasticis ad successionem collateralium, non potest esse specialis provisio in Statuto se ad illud referente.

Verùm, ut ingenuitatem meam semper fatear, hoc argumentum est magni faciendum ob subtilitatem, & perspicacitatem, sed non benè resolvit objectum, quia insubsistens est, nam Statutum, quando se refert ad jus commune non refert se solùm ad leges juris Civilis Romanorum, sed etiam ad omnes interpretationes, intellectus, declarationes, ampliationes Doctorum, ut probavi latè suprà in §. *Matri decedenti* in verbo *prout de Jure communi*, & hic supra in verbo *de Jure communi*, undè stantibus tot 14
Doctoribus, qui per rationem illius *l. Deo nobis*, voluerunt, & vocaverunt specialiter ad successionem collateralium personas Ecclesiasticas, ut expressè dicit *Bart. in dict. l. Deo nobis §. hoc etiam, & in ejus summario, & gloss. in dicto §. hoc etiam, & in §. nullam Bottler. de success. ab intest. Theor. 12. cap. 1. num. 8.*

n. 8. 9. 10. *Marth. de success. leg. part.* 3. *q.* 13. *art.*1.
n. 5. *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *q.* 44. *n.*42. *Nicol.*
de Ubald. de success. ab intestat. part. 2. *n.* 5. *Barr. de*
success. lib. 18. *tit.* 6. *n.* 1. videtur specialiter jus com-
mune loqui de personis Ecclesiasticis.

15 Item si consideramus *l. Deo nobis dicto* §. *hoc etiam*,
ejus ratio est, *quod nullo* (sunt expressa verba tex-
tus) *quod nullo eis impedimento ex sanctimoniali con-*
versatione generando, quæ continet in se ex mente
ipsorum statuentium, & non per extensionem, nec
ampliationem, expresse omnes alios casus successio-
num adaptabiles ipsi rationi, sicut genus omnes spe-
cies *Cravett. cons.* 183. *num.* 3. *vers. alibi sentit*, &
Fusar. de substit. q. 678. *n.* 7. *Redenasc. cons.* 36. *n.*35.
& 56. *Buratt. decis.* 253. *à num.* 4. *ad num.* 9. *Mart.*
de success. leg. part. 3. *q.* 4. *artic.* 5. *num.* 33. & 34.
Mascardus de interpret. Stat. conclus. 5. *n.* 27. & 28.
16 & *conclus.* 4. *num.* 104. 105. & 106. qui loquitur in
Statuto prohibente omnem intellectum extrinsecum,
ac literam omninò servari debere jubente.

Neque obstare potest Statutum nostrum *de extrin-*
sec. intellect. probib. ubi disponitur expressis verbis,
quod nec arguere, nec subaudire, nec ampliare, nec
restringere ex identitate rationis possint Statuta, quod
si id fieret in dicta *l. Deo nobis* relata per Statutum
fieri per consequens intelligeretur ex identitate ratio-
nis ampliatio in ipso Statuto referente.

Quia respondetur (præter quàmquod dictæ am-
pliationes, & extensiones recipiuntur à Statutis, quan-
do se referunt ad jus commune, ut dixi mox suprà
17 *num.* 13. *vers. verum ut*) respondetur inquam, quod
prædictum Statutum nostrum voluerit solum prohi-
bere argumentationem, subauditionem, ampliatio-
nem, restrictionem, quæ fiunt ex similitudine ra-
tionis, vel ex identitate rationis præsumptæ, quæ
per intellectum fieri debet, secus verò quando ratio
fuerit expressa, ac generalis, scilicet, quod ex illa
concipi possit, vel per aliquam demonstrationem sta-
tuentium mentem fuisse extendendi casum, seu per-
sonam ad alios, sive ad alias, & non restringendi
suam dispositionem ad casum, seu personam nomi-
natam *Mart. de success. legal. part.* 3. *quæst.* 9. *art.* 1.
sub num. 6. *Decian. cons.* 43. *num.* 20. *vol.* 22. *Torr.*
de Majorat. quæst. 46. *num.*45. & per ea, quæ benè
consideravit *Redenasc. cons.* 40. *à num.* 35. *vers. hinc*
tutissima, *per tot. num.* 37. qui eodem modo respon-
det in Statuto huic nostro simili, quod tale cogno-
scitur *à num.* 18. *vers. & maximè*, ratio enim pa-
tens est, quia si Statutum prohibet solùm argumen-
tationem, subauditionem, ampliationem, & restrictio-
nem ex identitate rationis, hæc dari non possunt in
Statutis, in quibus expressa ratio, ac generalis po-
sita fuit, quia in eis nulla fit extensio, ampliatio,
subauditio vel argumentatio; Sed omnes casus sub il-
la ratione comprehenduntur ex mente ipsissima sta-
tuentium per Doctores suprà relatos, quibus addo
Cancer. var. cap. 8. *n.* 13. 14. 15. *tom.* 1. *Altegr. Sen.*
cons. 58. *num.* 58. & 59. ubi dicit, quod tunc Statuen-
tes assumunt occasionem ex casu particulari, vel per-
sona ponendi rationem universalem, ideoque ratio
expressa disponit de lege, non lex de ratione, cujus
dictum meretur applausum.

18 Secundò, principaliter respondendo negatur, quod
expressa per relationem sint specialiter expressa, sal-
tem propriè, & non fictè, ut requirit Statutum no-
strum *de extrins. intell. probibit.* quam opinionem
tradunt *Aretin. in l. pluribus ff. de verb. obligat. nu-*
mer. 1. *Tiraquell. de leg. connub. l.* 16. *gloss.* 7. *n.* 195.
Gratian. discept. 28. *num.* 33. *Gips. ad Capyc. Latro*
observ. 67. *num.* 8. *Manfrell. observ.* 67. *num.* 2. *in di-*
cta observ. Carol. Ant. de Luc. ad de Franch. observ.
592. *num.* 4. & quod si à lege specialis mentio ali-
cujus rei exigatur non sufficiat mentio per relatio-
nem tradit *Afflict. decis.* 220. *num.* 15. *vers. nec ob-*
stat, & *num.* 16. *Vallasc. de emphyt. quæst.* 11. *num.*8.
Carpan. ad Stat. cap. 455. *n.* 30. & quando requiri-
tur derogatio specialis non sufficit relatio ad aliud
Privilegium derogationis. *Capyc. Latro decis.* 67. *nu-*
mer. 16. *Castill. decis.* 39. *num.* 3. & in Statuto requi-
rente expressionem specialem, maximè stante alio
Statuto, quod debeant intelligi ad literam omnia
Statuta, & propriè, non sufficit relatio, quia non

est expressio propria *Jos. Altegrad. controv.* 48. *n.* 82.

Et hæc magis procedunt, & sine dubio, quando 19
lex, seu Statutum exigit aliquid exprimi pro forma,
Angel. in l. prima ff. de lib. & Posth. n. 1. 2. 3. *Grat.*
respons. 28. *n.* 5. *lib.* 1. *Jas. in l. Gallus* §. *idem creden-*
dum n. 17. *ff. de lib. & Posth. Osasc. dec.* 528. *n.* 15.
Carpan. ad Stat. 455. *n.* 30. *Gratian. discept.* 973. *n.*11.
Venturin. cons. 1. *n.* 14. & videtur satis Statutum no-
strum *de Privil. Cleric.* pro forma requiri specialita-
tem per illa verba *nec aliter nec alio modo*, ut probat
Osasc. decis. 166. *num.* 13. & *Rot. decis.* 619. *num.* 2.
part. 1. *recent. decis.* 73. *num.* 14. *part.* 5.

Sed verè in hac parte Statuti nostri considerandum 20
est, quod Statutum non requirit specialem nomina-
tionem Clericorum, sive eorum qualitatem exprimi,
sed specialiter providere de illis, ut in simili ratioci-
natur *Rot. Rom. in dec.* 348. *n.* 21. 22. *part.* 4. *tom.* 2.
undè videmus, quod verbum *specialiter* cadit super
provisione, & non super persona Clerici, quod mul-
tum diversum est, unde stantibus punctualibus Do-
ctrinis ex adverso suprà à me deductis certè, ac in-
genuè opinarer satis specialem provisionem factam
fuisse de, & circa personas Ecclesiasticas per relatio-
nem prædicti Statuti ad jus commune, in quo etiam
legitur provisio de dictis personis, & sic magis esset
opinio consona juri municipali, & rationi.

Sed nos dicimus hanc conclusionem ad favorem
Monialium licet concessam nihil eis prodesse, quia
relatio Statuti non fuerit, neque ea censenda est fa-
cta ad personas Ecclesiasticas, licet in jure communi
adsint, quia mens statuentium, ut dixi à principio,
non est providendi Ecclesiasticis, & non subditis,
ideoque solùm de subditis intelligenda est relatio se-
cundum naturam Statutorum.

Et hoc etiam probatur ex forma servata ab ipso
Statuto *de success.* ubi continuando ordinem suæ suc-
cessionis dixit denique *succedat ille*, *vel illa ad quem*
hereditas de jure communi defertur, certè, ac indubi-
tatè hæc continuatio debet esse de eisdem qualitati-
bus personarum, propter quas Statutum voluit à prin-
cipio providere scilicet de laicis sibi subditis, & num-
quam de aliis, si velimus accommodare æqualiter om-
nes partes Statuti, & non inducere difformitatem,
ac monstruositatem, quæ esset, si admitteremus in
hoc paragrapho hunc sensum, videlicet deficientibus
omnibus descendentibus, ascendentibus, fratribus, so-
roribus, matre, ac agnatis laicis succedant descenden-
tes Ecclesiastici, ascendentes Ecclesiastici fratres, soro-
res, agnati Ecclesiastici, maximè quando de istis est 21
facta specialis mentio in alio loco, propter quam non
debemus amplius dicere statuentes voluisse hic denuò
eos comprehendere sub generali dispositione relativa
ad omnes in jure communi vocatos, inter quos li-
cèt aliàs dicerentur comprehensi *Altegrad. Sen. cons.*
89. *n.* 13. *part.* 2. *Cravet. cons.* 808. *n.* 4. *Becc. cons.* 101.
n. 19. *lib.* 1. *Dec. cons.* 362. *Cardin. Cerr. dec.* 30. *n.* 8.
& *Doctissimus Rocca Isclanus Episcop. cap.* 20. *n.* 21. &
cap. 528. *num.* 37. *cap.* 190. *num.* 48. & *cap.* 166. *nu-*
mer. 7. 8. Item verba quamvis universalia non con- 22
tinent eas dispositiones, de quibus discretivè providit
Statutum in alia parte *Cas. Afflict. controv.* 31. *nu-*
mer. 35. & 37. *Rocca dicto cap.* 190. *num.* 46. licet es-
sent apta eas comprehendere *Ruin. cons.* 131. *num.* 4.
lib. 2. *Corn. cons.* 90. *n.* 6. & *seq. lib.* 3. quod tamen 23
absurdum evitamus, si continuamus solam vocatio-
nem, & faciamus solum relationem ad laicos in jure
communi comprehensos, ut mens Statuti præmissa
est; Nam relatio solùm fieri debet ad eas personas de
quibus principaliter agit Statutum ad tradita per *Bart.*
in l. fin. §. *Titia ff. de liber. leg. Ruin. cons.* 131. *n.* 2.
Merlin. dec. 263. *n.* 8. & secundùm subjectam mate- 24
riam *Rot. dec.* 16. *n.* 13. & *dec.* 81. *n.* 8. *part.* 18. *rec.*
Pacion. resol. 198. *n.* 46. & solùm ad illas personas,
quæ habent qualitatem, quæ ad Statutum adaptatur,
& secundum ejus mentem per celebrem *Text. in l.*
Plautius ff. de aur. & arg. leg. & *in l.* 1. §. *per procu-*
ratorem ff. de acquir. possession. Surd. cons. 220. cum
aliis quos sequitur *Rot. part.* 3. *rec. decis.* 238. *num.*4.
& 5. & *part.* 9. *decis.* 469. *num.* 26.

Et eò magis nos persuadet mentem Statuti fuisse
providendi de suis laicis, & se referendi solum ad
laicos in jure communi vocatos ex eo, quia Statutum

nostrum in paragrapho sequenti voluit, quod omnes de quibus inquitur hoc Statutum intelligantur, & esse debeant de legitimo, & vero matrimonio nati, & non aliter, si ad successionem admitti debent, quæ qualitas in personis Ecclesiasticis non videtur volita à Statuto dum eis assignavit liberam successionem secundum jus Romanorum, undè dicta relatio restringi debet ad personas laicales, ne velimus dicere quod Statutum hic requirere voluit hanc necessitatem veræ legitimationis etiam in personis Ecclesiasticis contra libertatem Ecclesiasticam, aut saltem invitilem eam fateri, dum etiam personæ Ecclesiasticæ legitimatæ tantùm, & non natæ ex vero matrimonio poterunt habere eamdem successionem ex dicto altero Statuto *de Privileg. Cleric.*

Neque obstat si dicatur, quod sequens §. *Omnes, & singulæ* Statuti nostri non debeat referri ad præsens paragraphum, quia darentur plura absurda, nam ista qualitas requireretur etiam in viro, muliere, & fisco, quia respondetur, quod solùm relatio debet fieri ad materiam proportionabilem, & ad personas, & modos proportionabiles, ut latè tradit *Tusch. conclus.* 915. *lit. P. per tot.* & per consequens non debet fieri ad hasce personas, sed ad alios cognatos, qui insunt sub hoc paragrapho qui proportionabiliter possunt recipere hanc qualitatem, & melius dixi infrà in paragraho sequenti *vers. repetitum in qualibet parte ejusdem Statuti.*

Neque obstant ex adverso *Rotæ dec.* 59. *part.* 1. & 43. *part.* 7. *rec.* cum quarum authoritate prætenditur probare, quod licèt Moniales prædictæ non sint specialiter nominatæ in hoc paragrapho, saltem uti primum gradum succedendi occupantes de jure communi impediunt, ne alii cognati remotiores succedere possint, ideoque reducere faciant casum ad casum intestati, ex qua ipsæ solum succedere debebunt.

Quia respondetur nihil penitus ad nos facere prædictas decisiones dum loquuntur in causis successionis defuncti intestati, & maturæ casus omissi à Statuto, ob quam reducitur successio ad juris communis formam, secundum quam regulatur successio ad bona intestati, & ne admittuntur solum proximiores, casus autem primæ *decisionis* 59. *part.* 1. *rec.* nobis objectæ erat in Statuto, in quo mater excludebatur ab agnatis usque in quartum gradum, & stante Patruo Claustrali, qui non poterat frui dicto Statuto successio reducebatur ad jus commune, secundum quod mater proximior succedebat. Alter casus *dec.* 43. *part.* 7. *rec.* erat quod cum reperiebatur soror defuncti cum patruo, & matre in casu Statuti, in quo excludebatur mater à conjunctis masculis, ex linea paterna, tunc quia iste casus erat à Statuto omissus successio pariter reducebatur ad intestatam juris communis formam, secundum quam mater omnes excludebat.

Sed nos agimus in successione testati vocando eos, quos vocat Statutum *de success. ab intest.* undè solum illi, quos Statutum vocat admittuntur non obstante, quòd in jure communi sint alii proximiores

26 sanguinis, qui non vocantur, nam in hujusmodi successionibus attenduur proximioritas gradus respectu successionis vocatorum, & non sanguinis. Itaut licet filius, ac filia sint in pari gradu respectu sanguinis, si tamen, ex forma Statuti vocatur filius, & non filia, filius diceretur in primo gradu respectu successionis, & filia in secundo *Fusar. de substit. q.* 357. *n.* 3. *Milanens. dec.* 8. *n.* 227. *Alderin. cons.* 32. *n.* 15.

Et sic etiam in casu dictarum decisionum si testator vocavisset ad successionem quos vocabat Statutum *de success. ab intest.* debebatur tunc regulari successio secundum Statutum prout disposuisset Testator, & non secundum jus commune: Ideoque succederet agnatus ad exclusionem matris non obstante patruo non considerato à Statuto quia tunc non potuisset stante dispositione testatoris reducere successionem ad formam juris communis omissa dispositione municipali.

Neque tandem obesse potest tertium fundamentum allatum supra ad favorem Monialium scilicet quod non obstante aliqua nominatione in hoc paragrapho de earum personis possint dicto Statuto uti, cum id non prohibeatur à Statuto *de privileg. Cleric.* sub quo solum exclusa fuere Statuta simplicia, & non alia, quæ mixtam continent dispositionem juris communis, & Statuti, prout est illud relativum ad jus commune per authoritatem Bald. suprà citati.

Tribus modis respondetur huic objecto, primò negamus absolutè esse hoc Statutum mixtum, sed simplex, ut probavimus latè suprà, undè cessat subito motivum prædictum.

Secundò, adhuc, si esset mixtum non possent eo uti, quia etiam à mixto excluduntur, & solùm eis intacta sunt jura Romana, & nihil aliud, quam illa conceduntur per verba expressa Statuti *de privileg. Cleric.* ibi *lites Ecclesiasticorum, & eorum causa cognoscantur secundum Jura Romana, & non secundum formam Statutorum, nec alio modo*, quæ verba adeò 27 præcisa sunt, ut non patiantur aliam dispositionem, & non accipiunt ullum alium casum, quàm expressum, sed solùm ad illum restringuntur. *Menoch. cons.* 369. *num.* 25. 26. *Alex. cons.* 3. *lib.* 1. *num.* 4. & *Rot. decis.* 619. *part.* 1. *recent. Gratian. disceptat. Forens. cap.* 748. *num.* 12. 13. *Venturin. cons.* 11. *numer.* 230. *Gebb. consult.* 48. *num.* 19. *consule.* 121. *num.* 23. *consule.* 140. *num.* 25.

Tertiò ex abundanti dicimus in omnem casum personas Ecclesiasticas in nostra specie uti non posse hoc Statuto ex dispositione contraria Testatoris, nam testator vocavit illum, aut illos, qui per dispositionem nostri Statuti *de success.* debebunt succedere, & vocabuntur, quæ verba requirunt certam & dispositivam vocationem à Statuto, quæ nullo modo verificari posset de Clericis, qui non sunt vocati à Statuto licet possent eo uti, ut firmavimus suprà *in princip. Rubr. hujus tit. num.* 11.

Revertamur ad aliam quæstionem videlicet quomodo connumerandi sint in hoc Statuto gradus; Tetigi suprà hanc quæstionem in paragrapho præcedenti, & decidi secundum jus civile, & non secundum jus canonicum non obstante Statuto *de jur. redd.* graduum computationem juxta decretorum connumerationem ordinante, ratio autem nostra est in prom- 28 ptu, nam hic Statutum se refert ad dispositionem juris communis, undè dispositio juris communis est servanda, & ea inquirenda, ut ad hoc Statutum notavit *Altegrad. cons.* 60. *num.* 45. *tom.* 2. & *in simili Riminald. Sen. cons.* 737. *num.* 28. *Borgnin. decis.* 12. *n.* 12. & *dec.* 13. *n.* 16. *part.* 3. & sic si attendenda est dispositio juris communis relati debet succedere ille, cui jus commune defert successionem, aliter si diversa fieret computatio, ille successor numquam erit, cui jus commune defert successionem; Quia quando 29 Statutum se refert ad successionem juris communis debent attendi omnes qualitates juris communis, quæ expressæ dicuntur in Statuto, ut ferè in terminis scripsit *Riminald. Sen. dicto cons.* 737. *numer.* 28. & *seqq. Borgnin. dicta decis.* 12. *n.* 12. & *decis.* 13. *n.* 16. *part.* 3. & generaliter statut in omnibus relato *Rota decis.* 47. *numer.* 5. & *decis.* 61. *numer.* 1. *part.* 9. *rec.* & *decis.* 264. *numer.* 8. *part.* 13. & *decis.* 261. *numer.* 15. & 16. *part.* 14. *recentior. Altegrad. Sen. cons.* 6. *lib.* 1. *n.* 22. *Urceol. consult.* 47. *n.* 4. Juxta hanc meam sententiam fuit etiam decisum anno 1647. à 30 Petro Francisco Serta insigni Jurisconsulto cujus memoriam uti Oraculum Genuæ veneramur in causa vertente inter Vincentium Chigixolam, & D. Gasparem Insulam Bonam, sive illius Fideicommissarios in actis Jo: Baptistæ Compiani Notarii. Neque officit prædictum Statutum *de jur. redd.* nam illud haberet locum si Statutum nominaret gradus, sed hic nullos gradus nominat, sed personas, illum, vel illam ad quem de jure communi defertur hæreditas.

Secundò regula Statuti cessat ubi aliter Statutum expressè in alio casu disponit, ut hic per relationem ad jus commune, quod attendi debet cum omnibus qualitatibus.

§. XIX.

OMnes, & singulæ dispositiones præsentis Statuti, & cujuslibet partis ejus intelligantur de natis de legitimo, & vero matrimonio, & non aliter, quod intelligatur repetitum in qualibet parte ejusdem Statuti.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 CLausula Omnes, & singulæ *refert omnes, & quascumque particulas Statuti supra expositas.*

2 *Filius naturalis tantùm non excludit vigore Statuti fœminas.*

3 *Appellatione liberorum in Statutis non veniunt naturales tantùm.*

4 *Quia Statutum exclusivum fœminarum est conditum favore agnationis, idcoque naturales tantum non veniunt.*

5 *Filius natus ex matrimonio putativo est legitimus, ac naturalis, & venit in Statuto exclusivo fœminarum.*

6 *Item legitimatus per subsequens matrimonium.*

7 *Legitimatus per rescriptum Principis venit in Statuto exclusivo fœminarum, & eas excludit illius vigore.*

8 *Tantò magis si in rescripto legitimationis adsit clausula* perinde, ac si esset de legitimo matrimonio.

9 *Adoptivi non veniunt in Statutis exclusivis fœminarum.*

10 *Appellatione filiorum natorum ex legitimo matrimonio nullo modo veniunt legitimati per rescriptum.*

11 *Si tamen esset dictum legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, excluderentur legitimati per rescriptum, secus legitimati per subsequens matrimonium.*

12 *Reprobantur D. Mans. & Mart. tenentes contrarium.*

13 *Sub appellatione filiorum natorum ex legitimo matrimonio veniunt solùm, qui verè legitimi nati sunt, & non per subsequens matrimonium legitimati.*

14 *Contrarium firmatur.*

15 *Et veniunt etiam illi, qui nati sunt ex matrimonio putativo.*

16 *Si adessent conjectura, per quas solùm verè legitimi nati vocarentur, tunc per subsequens matrimonium legitimati non venirent.*

17 *In nostro Statuto de successionibus legitimati per subsequens matrimonium non possunt venire, quia dictum fuit ex vero, & legitimo matrimonio, & non aliter.*

18 *Refellitur singularis opinio Lupi contrarium asserentis.*

19 *Clausula* non aliter *posita post vocationem natorum ex vero matrimonio excludit legitimatos per subsequens, & omnes alios.*

20 *Ex duobus filiis, quorum primus natus ex Concubina, uxore legitima effecta post dissolutum alterum legitimum matrimonium viri, secundus natus ex matrimonio legitimo; quis eorum in primogenitura succedere debeat? an scilicet primus legitimatus per subsequens post dissolutum alterum legitimum matrimonium, vel secundus.*

21 *Testator invitans legitimos naturales, natos & procreatos de legitimo matrimonio, & non aliter, etiam legitimati per subsequens matrimonium invitati censentur.*

1 OMNES, ET SINGULÆ) Habet hæc clausula vim referendi præcisè omnes particulas Statuti, & nullam intactam reliquit de expressis suprà *Osast. decis.* 90. *n.* 4. *Bich. decis.* 52. *n.* 41.

INTELLIGANTUR: De successione naturalium non est hic locus noster tractandi, nam ista materia cadit aptè sub Statuto proximè sequenti *tit. de successoribus naturalium*; Ideòque eam hic omitto, videamus igitur quos voluit iste paragraphus statutarius excludere, dum voluit, & vocavit solùm omnes successores natos de legitimo, & vero matrimonio.

2 Conclusio generalis est, quod simplex naturalis non
excludat fœminam legitimam, & naturalem vigore
Statuti exclusivi, *Brun. ad Stat. exclus. art.* 12. *n.* 30.
& seqq. Carpan. ad hoc Stat. cap. 278. *n.* 54. *Bostiler.*
cap. 1. *Theor.* 7. *n.* 9. *Knipsciltd. de fideicommiss. cap.* 8.
3 *n.* 317. *Rot. cor. Royas dec.* 316. *n.* 21. & 22. Et ratio
est, quia Statutum non intendit efficere capaces eos

Cæsareg. Tom. IV.

masculos, qui de jure sunt incapaces succedendi, præterea in legis dispositione appellatione filiorum non
veniunt naturales, quando repugnat sub certa materia legis ratio, & mens, *Barbos. appell.* 99. *n.* 42. &
seq. prout repugnat in naturalibus, nam ratio, & 4
mens Statuti sit favor agnatorum, quæ non potest
verificari in illis, qui carent jure agnationis, ut distinguit, & firmat dicta *Rot. Rom. cor. Royas d. decis.*
316. *n.* 21. *Lup. de illegit. Comment.* 1. §. 2. *n.* 5. & §. 3.
n. 24. *Marcian. cons.* 5. *n.* 191. & *seq. lib.* 1.

Filius autem natus ex matrimonio putativo solemniter contracto, cum bona fide conjugum, seu alterius eorum, ignorato impedimento dirimente est legitimus, licèt ex post facto impedimentum fuerit detectum, & sic tanquam legitimus, & naturalis includitur in Statuto exclusivo fœminarum, *Mart. de success. part.* 1. *art.* 7. *n.* 18. *Boss. de matrim. cap.* 8. §. 52. *n.* 54. *Castill. controv. lib.* 2. *cap.* 11. *Rot. rec. dec.* 200. *n.* 51. & *dec.* 201. *n.* 5. & *seq.* & *decis.* 264. *n.* 1. *part.* 5. & *decis.* 273. *n.* 3. *part.* 6. 5

Legitimatus quoque per subsequens matrimonium trahitur retrò ad tempus conceptionis, seu nativitatis, prout ei magis expedit, quo inter parentes potuisset esse legitimum matrimonium *Cod. tanta qui fil. sint legit. l. nuper C. de nat. lib. auth. de Incest. §. fin. Cost. de retrotract. cas.* 32. *in cap.* 8. *num.* 3. & *seq. Boss. de matrimon. cap.* 10. *num.* 364. *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 7. *num.* 1. & *seq.* & *num.* 20. & *seq. Rot. recent. decis.* 430. *num.* 3. & *seq. part.* 5. *tom.* 2. & sic eum antecedenti tempore fingantur esse legitimi, & naturales, (nam fictio potestate legis, ita operatur moraliter quoad juris effectus sicut veritas phycè in *casu vero*) hæsitari non potest, quin excludant fœminas vigore Statuti exclusivi *Bottiler. de success. cap.* 1. *Theorem.* 9. *per tot. Altograd. cons.* 93. *num.* 58. *lib.* 2. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 278. *num.* 55. *Merlin. de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 7. *n.* 5. *Knipsciltd. de fideicomm. cap.* 8. *n.* 344. *Provenzal. ad consuetud. si quis observ.* 10. *n.* 6. *Trentacinq. var. lib.* 1. *resolut.* 1. *n.* 29. *de legitimat.* 6

Legitimatus per rescriptum Principis ex communiori sententia, & veriori in Statuto exclusivo excludit fœminam. *Lup. de illegitim. tom.* 3. §. 1. *n.* 75. *Gobb. de success. observ.* 13. *Rocc. cap.* 8. ubi late *Barr. de success. lib.* 18. *tit. quomod. liber. succed. n.* 26. *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 20. *n.* 16. *Thomas de legit. tit.* 14. *cap.* 6. *n.* 31. *Mart. de success. part.* 1. *q.* 18. *artic.* 8. *n.* 9. *cum seq. Capyc. Latr. dec.* 166. *n.* 119. & *Rota cor. Bich. dec.* 52. *n.* 1. *Barzius dec.* 91. *n.* 4. *Rot. dec.* 379. *n.* 1. *part.* 13. *rec.* Ratio autem principalis est, quia in istis etiam pari modo conservatur agnatio, finis contemplatus à Statuto. 7

Tantò magis, si in rescripto legitimationis esset clausula *perinde ac si essent de legitimo matrimonio nati*, quia tunc etiamsi Statutum vocaret de legitimo matrimonio natos, sub quo non venirent hujusmodi legitimati, tunc legitimatus veniret, & excluderet fœminam per illam clausulæ vim à Principe appositæ in decreto, qui æquiparavit omninò legitimè natos ex matrimonio legitimatis modo prædicto, cum clausula prædicta, ita tenuerunt in casu *Menoch. cons.* 687. referens sæpius fuisse sic judicatum *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 278. *n.* 61. *Giovagnon. cons.* 59. *num.* 49. *Rocc. cap.* 8. ubi late *Andreol. controv.* 277. *num.* 40. & *seq. Merlin. decis.* 832. *Mart. de success. part.* 1. *quæst.* 18. *art.* 6. *n.* 2. & *art.* 8. *n.* 16. & *art.* 9. *n.* 5. *Altograd. cons.* 93. *n.* 17. & 18. *part.* 2. Ratio autem principalis est, quia princeps potest derogare prædictæ legi, & admittere facere hujusmodi legitimatos *Andreol. dicta controv.* 277. *num.* 42. & *Mart. loc. supra citatis*, quibus addo Decium *cons.* 623. *à num.* 4. *cum seqq.* & *Rot. decis.* 379. *num.* 11. *part.* 13. *recent.* 8

De adoptivo vix loquor, cum dubium non sit, quod filia ab eo non excludatur, quia Statutum intelligit de filio vero, ac per naturam, & generationem facto, non autem de ficto, & civili, quia est per artem, ut est adoptivus *l. filio* 27. *ff. de lib. & Posth. Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 278. & *cap.* 270. *num.* 80. *part.* 2. *Fenzon. ad Stat. Urb. cap.* 141. *n.* 47. *Mart. de success. legal. part.* 2. *quæst.* 19. *art.* 1. *numer.* 11. 12. *Rot. divers. decis.* 425. *num.* 3. *part.* 4. 9

Masc. de Stat. conclus. 10. *num.* 12. Tum etiam, quia nostrum Statutum loquitur etiam de descendentibus, & ita non convenit adoptivo per dictos authores.

Hæc prædicta omnia procedunt generaliter in casibus suis, sed per Statutum nostrum diverso modo concludendum est, nam ejus verba omnino expressa volunt dumtaxat filios, & masculos legitimos, & naturales ex vero & legitimo matrimonio natos, non verò, qui fictè, & per modum fictum fiunt legitimi, & naturales, sed, qui nascuntur verè legitimi, & naturales simul.

Et certè hoc nostrum modernum Statutum fuit satis oculare in adjungendo verbum *vero*, quod non erat in Statuto antiquo, nam si solum dixisset de natis, & de legitimo matrimonio, vel filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis magna adesset disputatio, quæ distinctione, ac resolutione sequenti indigeret.

10 . Aut tunc ageremus de legitimatis per rescriptum, certè verior opinio, & magis communior est, quod appellatione natorum ex legitimo matrimonio nullo modo venirent legitimati per rescriptum *Barbat. cons.* 27. *lib.* 1. *Vegg. cons.* 55. *n.* 15. *Gail. observ.* 140. *n.* 15. *Rustic. de lib. in condit. posit. lib.* 3. *cap.* 3. *Urceol. consult.* 57. *n.* 11. & 43. *Dec. cons.* 52. *n.* 3. & *cons.* 155. *n.* 4. *cons.* 284. *num.* 9. 10. *Rot. part.* 13. *decis.* 379. *n.* 10. *Socin. Jun. cons.* 77. *num.* 14. *lib.* 3. *Paris. cons.* 12. *n.* 146. *lib.* 1. *Lafred. cons.* 1. *num.* 49. *Marescot. var. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 12. *Bursat. cons.* 390. *num.* 49. & 50. *Alba cons.* 257. *Menoch. cons.* 173. *n.* 71. *Boer. decis.* 123. *Guid. Pap. decis.* 482. & hanc opinionem *Covar. in quarta* 2. *part. cap.* 8. §. 2. *n.* 30. *Decian. respons.* 33. *n.* 13. *Trentacinq. de substitut. part.* 4. *cap.* 7. *n.* 41. & *seqq. Mangill. de Imputat. quæst.* 68. *num.* 15. & cum hac opinione ferè omnes concordant Doctores, ut agnoscunt *Altograd. cons* 93. *à num.* 60. *tom.* 2. & *Mans. consult.* 124. *num.* 35. 36. & *seqq.* licèt contrarii inter se in legitimatis per subsequens matrimonium.

11 Tantò magis si esset dictum legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, quia tunc solum excluderentur legitimati, per rescriptum, & non legitimati per subsequens matrimonium, ut benè firmat *Altograd. cons.* 93. *numer.* 60. *vers. sed ratio hæc nihili est*, quem sequitur *Urceol. dicta consultat.* 57. *num.* 29. *Racc. cap.* 8. ubi late *num.* 25. *Mart. de success. part.* 1. *quæst.* 18. *Artic.* 9. *num.* 27. *Noguerol. allegat.* 23. *num.* 36. *Bellon. cons.* 34. *num.* 22. & plures ab istis allegati, eorumque ratio est, quia hæc geminatio apposita fuisse præsumitur solùm ad excludendos legitimatos per rescriptum, qui secus venirent sub verbis legitimis, & naturalibus, ut etiam firmat *Rota part.* 13. *recentior. decis.* 379. *numer.* 1.

12 Non obstante assertione *Marta de success. part.* 1. *quæst.* 18. *artic.* 9. *num.* 8. & *D. Mans. consult.* 124. & 125. *per tot.* tenentium contrarium, & teneri docentium.

13 Major enim difficultas est, si sub appellatione natorum ex legitimo matrimonio, vel legitimorum, ac naturalium natorum ex legitimo matrimonio veniant per subsequens matrimonium legitimati; vide *Gobb. de Jur. intestata success. observat.* 13. In duas partes scissæ sunt opiniones Doctorum: Plures tenuerunt, quod non veniant, quia verbum *natis*, & dictio de important legitimationem habitam à nativitate, & immediatè à matrimonio, ut per *Marth. de success. part.* 1. *quæst.* 18. *art.* 9. *num.* 8. latissimè *Rustic. ad l. cum avus lib.* 2. *cap.* 16. *à numer.* 184. *Rot. decis.* 767. *part.* 14. & *decis.* 535. *num.* 74. *part. ead. Ger. Spin. cons.* 40. *n.* 7. *Castill. lib.* 5. *controv.* 31. ubi latissimè & plenissimè *Fajard. post alleg. Fiscal. in parvo tract. de legitim. per subsequens matrimonium à num.* 262. *usque ad* 307. & vide quæ dixit ibi *Fajard. in additione*. *Caron. resol.* 212. *n.* 1. & *seq. Bellon. cons.* 34. *n.* 30. *Molin. de Hispan. Primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 31. *Peregrin. de fideicomm. art.* 24. *n.* 36. & 37. *Trentacinq. de substitut. part.* 4. *cap.* 7. *n.* 53. *Fusar. cons.* 102. *n.* 1. *Donat. Anton. Marin. lib.* 1. *resol.* 226. *num.* 4. *Fachin. controv. Juris lib.* 4. *cap.* 54. *in princip. Coarlin. controvers.* 111. *numer.* 8. & *ultimo loco Dom. Mans. consultat.* 124. *per tot.* & decisum per Rotam relatam à dicto *Dom. Mans. in ordine consultat.* 125. *per tot.*

Contrariam verò sententiam, & in jure veriorem, 14 communiorem, ac æquiorem sequuti fuerunt, & in primi sequuntur *Bursat. cons.* 18. *num.* 11. *usque ad* 19. *lib.* 1. *Ludovic. cons.* 24. *per tot.* latissimè *Palm. allegat.* 213. *per totam de Luc. ad Marin. resolut.* 226. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 798. *n.* 8. & 43. & *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 81. *n.* 4. *Molina de Hispanis Primog. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 10. ubi testatur fuisse judicatum in Supremo Castellæ Senatu *Gratian. discept.* 468. *numer.* 33. *Marescot. var. resol. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 45. & *seq. Giovagnon. cons.* 59. *num.* 66. & *cons.* 60. ubi inquit hanc opinionem esse ubique locorum receptam *Michaler. de fratribus part.* 3. *cap.* 24. *sub numer.* 24. *vers. verum. Surd. cons.* 213. *num.* 17. 18. & 19. *Hodiern. ad Surd. decis.* 319. *num.* 5. ubi adhæret huic sententiæ tamquam ultimo loco relatæ *Marc. vot.* 93. *Bellon. cons.* 34. *num.* 29. *Carpan. ad Statut. Mediolan. part.* 1. *cap.* 414. *numer.* 47. & 89. ubi testatur in Senatu decisum *Castill. controvers. lib.* 5. *cap.* 75. *per tot.* & *cap.* 195. *num.* 35. *Fusissime Noguerol. allegat.* 23. *num.* 13. & *seqq. Rot. coram Royas decis.* 209. *numer.* 18. *reperita in recentior. decis.* 190. *num.* 29. & 30. *part.* 9. *tom.* 1. & *Rota post Salgad. labyrint. credit. decis.* 83. *num.* 16. latissimè, & pleno calamo *Altograd. cons.* 93. *per tot. lib.* 2. ubi respondet omnibus contrariis Doctoribus, & in quibus terminis loquantur specialiter docet *Andreol. controvers.* 302. *numer.* 5. ubi cumulat centum quadraginta Doctores, qui ex professo hanc opinionem defendunt, *Constantin. ad Stat. Urb. tom.* 2. *de Stat. exclus. fœmin. annot.* 39. *num.* 157. & *seq.* ubi me citato hanc opinionem tenet latissimè; hanc eamdem fovet *Palm. allegat.* 213. *per tot. Racc. Episc. cap.* 8. *per tot. Bertachin. vot.* 120. *Fajard. in tract. de legitim. per subsequens à num.* 262. *usque ad* 307. tenet contra legitimatos, sed in addit. ad eumdem tractatum videtur mutare opinionem ex authoritatibus modernis, & tandem *Urceol. consultat.* 57. *numer.* 27. & 28. qui totidem ferè authoribus eamdem opinionem tuetur; & juxta eam judicatum fuisse refert reprobatis contrariis *sub numer.* 1. descriptis, & ratio ab eo adducta, & à dictis *Altograd. Noguerol. Surd. dicto cons.* 211. *num.* 20. ac aliis est, quia isti per præsumptionem juris, ac interpretationem passivam, quam hæc verba accipere debent à jure sunt verè legitimi, & naturales, nati ex legitimo matrimonio per vim tanti Sacramenti, quod sequitur; unde ex harum sententiarum differentia diversitatem considera inter legitimatos per subsequens matrimonium, & per rescriptum Principis, nam illa per subsequens matrimonium est majoris potentiæ, favoris, ac firmitatis, ut per *Altograd. dicto cons.* 93. *numer.* 48. & *seq. lib.* 2. *Surd. cons.* 213. *num.* 17. ac *Urceol. consultat.* 55. *numer.* 43. qui utraque parte informante ita resolutum fuisse refert, & in terminis Statutorum *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 414. *num.* 47. & 89. *part.* 1. *Jas. in l. cum acutissimi C. de Fideicommiss. num.* 5. licèt contrarium tenuit in *l. si quis pro emptore num.* 284. *ff. de Usucapion.* quia ibidem etiam addens *lit. B.* tenet pro nostra communissima opinione, & in isto loco eum reprobavit *Gail. observ.* 14. *num.* 1. *Menoch. cons.* 227. *à numer.* 40. *ad* 48. *vol.* 3. *Boer. decis.* 159. *num.* 5. *Altiat. de verb. signific. lib.* 3. *num.* 13. *Peregrin. cons.* 8. *numer.* . . . . *vol.* 2. *Dec. cons.* 155. *num.* 4. & pro omnibus *Lup. de illegit. comm.* 4. §. 3. *num.* 4. 5. 6. 7. *Surd. cons.* 213. *num.* 20. Et sic tantò magis illi, 15 qui nascuntur sub matrimonio putativo *Marescot. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 8. & *seqq. Castill. quotid. controvers. cap.* 11. *à num.* 12. & *seqq. Altograd. cons.* 93. *tom.* 2. *numer.* 57. *vers. partis comm. opinion.*

Igitur ex his latè firmatis patet hanc ultimam opinionem esse veriorem, & communiorem, quamvis ex alia parte non defecerint plures, & plures Doctores, qui contrariam amplexi fuerunt, moti solùm ex argumento, quod in dispositionibus Testatoris, & Statuti verba debent accipi in sensu vero, & secundum usum loquendi, quod argumentum in casu nostro non habet locum, ut benè considerant prædicti nostri authores, & in specie *Altograd. dicto cons.* 93. *tom.* 2. & *Urceol. dicta consultat.* 57.

Nam

Nam subsequens matrimonium operatur retrotractionem, quæ habet vim relationis, per quam verè, & propriè dicitur relatum in referente, non obstante Statuto exigente expressionem, & specialitatem, ut dixi suprà latissimè in paragrapho præcedenti. Item quia, ut dixi, verba Statuti debent recipere interpretationem passivam, quæ nunquam per statuentes intelligitur rejecta.

16 Adverte verò, quod hæc procedunt, dummodo præter verba prædicta non adessent aliquæ conjecturæ, quæ nos inducerent ad credendum testatorem, seu statuentes voluisse considerare solùm illos verè natos ex matrimonio legitimo, & non legitimatos per subsequens, quod observavit in hac parte *Rot. relata per Mans. in consult.* 125. *à num.* 36. *& seqq. De Luc. de fideicom. disc.* 222. Neque veniunt nati ex legitimo matrimonio, sed concepti de legitimo matrimonio, quando adsunt conjecturæ *De Luc. d. disc.* 222. *de fideicom.*

17 In nostro autem Statuto cessans prædicta omnia, & omnem dubietatem nobis abstulerunt verba *de natis de vero, & legitimo matrimonio, & non aliter*, quando enim in dispositione adest verbum *ex vero matrimonio*; tunc importat veritatem ejusdem, & nullam juris præsumptionem, atque neque per subsequens matrimonium legitimati admittuntur, ut tenent expressè *Bursatt. conf.* 390. *num.* 50. *vers. tertiò constat*, *Thesaur. decis.* 196. *num.* 4. *Ciarlin. controv. forens. cap.* 111. *num.* 3. *Paschal. de Patr. potest. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 62. *in fin. Rot. Rom. coram Farin. Posthum. decis.* 645. *par.* 2. *num.* 2. *& decis.* 645. *par.* 4. *recent. num.* 1. *Merlin. tract. de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quest.* 7. *num.* 12. & huic opinioni consentit *Altogr. dicto conf.* 93. *num.* 51. *tom.* 2. *Fusar. quæst.* 408. *num.* 55. *Peregr. de Fideicomm. artic.* 24. *num.* 46. *in fin. Rustic. de condit. & demonstrat. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 184. & hanc meam opinionem in simili omnino statuto latè tenet *Constantin. ad Statut. Urb. tom.* 2. *de spurior. legitim. annot.* 38. *art.* 1. *num.* 18. *& annot.* 39. *num.* 160. *de Statut. exclus. fœmin. tom.* 2. Contrà *Palm. alleg.* 213. *num.* 14 *cum seqq. & Rocca cap.* 8. *nu.* 31.
18 *&* 32. & ex his nihil officere nobis in hoc casu Statuti nostri opinionem singularem Lupi *de illegitim. comm.* 4. §. 3. *num.* 16. tenentis contrarium.

19 Item ad majorem intelligentiam, & declarationem statuentes nostri posuerunt hanc clausulam *non aliter*, quæ importat præcisam mentem statuentium volendi solum legitimos, & naturales verè natos, non alios, vel per subsequens matrimonium, vel ex putativo, vel minus per rescriptum, ut testantur *Peregrin. de fideicom. dicto artic.* 24. *num.* 46. *& in ejus decision.* 107. *num.* 3. *Thesaur. decis.* 196. *num.* 4. & ibi Gaspar ejus filius addens, quam distinctionem approbare videtur *Altogr. dicto conf.* 93. *tom.* 2. *n.* 60. *quasi in fine*; *& Paul. Leon. conf.* 10. *Mans. consult.* 125. *num.* 37. *par.* 2. Nihil obstante singulari opinione *Lup. de illegitim. dicto loco scilicet comm.* 4. §. 3. *num* 15. quia ex istis verbis Statuti nostri nimis colligitur mens statuentium voluisse solùm veros legitimos, ac naturales natos ex vero matrimonio, & non per subsequens.

Et ita judicatum fuit anno 1647. die 10. Octobris ab Illustrissimis DD. Protectoribus S. Ædis Sancti Georgii inter Georgium Justinianum q. Simonis ex una, & Jo: Baptistam, & Justinianum fratres Justinianos ex altera, ut in foliario M. Oberti Mutii Cancellarii car. 308. in Archivio Cancellariorum.

ADDITIO.

Super hoc nostro Statuto vide *Marcian. conf.* 1. *sub num.* 204. *vers. denique* citatum à *Gob. de success. observat.* 13. *num.* 19. *in fin.*

20 Quid dicendum in casu quo filius natus esset ex aliqua concubina, & postea ex alio matrimonio cum alia fœmina contracto nascatur filius legitimus & naturalis ex eodem matrimonio, & successive dissoluto hoc matrimonio, vir contrahat cum prima concubina secundum matrimonium, & sic legitimetur per subsequens primus filius, quid dicendum igitur in hoc casu, si quæreretur an quis ex dictis filiis succedere debeat in aliqua primogenitura, scilicet an primus legitimatus per subsequens post dissolutum primum matrimonium; an secundus natus ex secundo matrimonio, vide *de Luc. ad Marin. resol.* 226. *num.* 8. *cum seq. lib.* 1. *Fajard. in tract. de legitimat. per subsequens matrimon. num.* 234. *& in addition. ibid.* & hic notandum est, quod Filii effecti legitimi in radice matrimonii, vel nati ex matrimonio putativo comprehenduntur in vocatione filiorum natorum ex legitimo matrimonio, & plura ad hanc materiam vide *Fajard. in tractatulo de legitimat. per subsequens matrimon. à num.* 307. *post allegat. Fiscales*, *& ibi in sua addit.*

In casu quo Testator invitavit legitimos natura- 21
les natos & procreatos de legitimo matrimonio, & non aliter, veniunt etiam legitimati per subsequens matrimonium, late *Rocc. Episc. dict. cap.* 8. *num.* 30. *cum seq.* sed vide *de Luc. de Fideicommiss. disc.* 224. *& Bich. decis.* 101. *num.* 14. *cum seq.*

SUMMARIUM.

1 *Legitimationis naturalis qualitas attenditur de tempore nativitatis, & non conceptionis.*

2 *Natus sub vero, ac legitimo matrimonio censetur, propriè, ac legitime natus, licet sub legitimo matrimonio non fuit conceptus.*

Contrarium num. 7.

3 *Relatio qualitatis debet semper fieri ad ea, quæ possunt illam recipere; secus ad ea, quibus illa non convenit, nec esset proportionabilis, & congrua, & num.* 6. *&* 8.

4 *Clausula non refertur ad ea, quibus ratio specialis assignari potest, per quam non debeat referri.*

5 *Collegium, fiscus, & similes non sunt propriè personæ, ideoque Statutum de successionibus de illis non loquitur, & num.* 9.

DE NATIS) Quid dicendum in hoc Statuto si 1
de tempore nativitatis conjuges essent sub legitimo, & vero matrimonio, sed filius conceptus fuerit antè contractum matrimonium, respondeo, quod cum Statutum respexerit solùm tempus nativitatis, & de eo solùm loquatur non includere tempus conceptionis, & ita statuit etiam expressè Justinianus *Auth. quibus modis natural. efficiant. sui §. si quis igitur dotalia vers. cum enim dubitatur*, *l. nuper vers. est multò magis de natural. liber.* & sic consideravit nostrum Statutum cum solum respexit tempus nativitatis, ideoque, si de eo tempore nascatur de legitimo matrimonio, tantum sufficit, licèt non sit conceptus, quia verè, & propriè tunc negari non potest, quin sit natus de vero, ac legitimo matrimonio *Cort. Jun. in tract. feud.* 3. *par. sub vers. expeditam num.* 23. late *Rocc. Episc. cap.* 8. *fere per tot. Gabriel. conclus.* 1. *numer.* 23. *lib.* 6. *de legitimat. Bosc. conf.* 216. *num.* 1. *vers. sed glossa Bernardi Alex. conf.* 5. *num.* 3. *in fin. vol.* 7. *& bene Cardinal. Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 12. *num.* 26. &
pro indubitato de quo non debeat fieri controversia, 2
cum verè, & propriissime sit natus de vero, & legitimo matrimonio tradunt *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 81. *num.* 27. *Ludovic. Molin. de Hispan. Primogen. lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 10. & quod sit vana disputatio *Jo: Baptista Lup. de illegitim. comm.* 4. §. 3. *num.* 13. *vers. unde surrexit alia*, *& vers. sequenti ibi*, quæ opinio vana redditur cum liquidò constat verè nasci ex legitimo matrimonio, quam etiam admittit *Mans. consult.* 124. *num.* 13.

REPETITUM IN QUALIBET PARTE EJUSDEM STATUTI: Et sic etiam intelligitur hæc dispositio repetita in paragrapho præcedenti *& ipsis omnibus* hujus Statuti, sed posset ex hac intellecta repetitione in dicta parte nasci sequens absurdum, videlicet, quia cum Statutum ibi vocat omnes illos, quos jus commune admittit ad successionem, certè veniunt in illa parte vocati etiam maritus, uxor, collegium, tutor, universitas, fiscus *Carpan. ad Stat. Medial. cap.* 299. *num.* 12. qui per hanc dispositionem habere debere videntur qualitatem legitimitatis habitæ etiam à nativitate.

3 Sed breviter reſpondetur, quod hæc repetitio hujus diſpoſitinnis in illa parte Statuti debebit ſolùm teferri ad illas perſonas, quæ poſſunt recipere ſano modo, & proportionabili illam qualitatem, ooo verò prædicti hic expreſſi, qui ſunt perſonæ fictæ, & non ſunt proportionabiles ad recipiendam illam qualitatem, nam relatio quamvis generalis ſolùm debet fieri ad materiam proportionabilem, & ad modos, & perſonas quibus cooveniunt ſano intellectu qualitates relatæ, ut latè docet *Thuſc. concluſ. 915. lit. P. per tot. l. 1. in fin. C. de liber. præterit. Cephal. conſ. 117. n. 4. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. artic. 16. n. 39. Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 151. inſpect. 2. n. 46.*
4 *fol. 380. Gabriel. de clauſ. concluſ. 9. n. 16.* necad omnia præcedentia refertur relatio, ſeu qualitas, quando ſpecialis ratio aſſignari poteſt, ut ad unum caſum, & oon ad alium referatur *Bart. in l. talis ſcriptura §. fin. de leg. 1. Caſtr. l. 1. C. de liber. præter. Socin. Jun. conſ. 158. n. 49. lib. 2. & conſ. 160. n. 61. dicto libro, Palm. allegat. 47. num. 10. 11. 12. & alleg. 50. n. 34. 35. & ſeq.* vel quando ſequeretur aliquod abſonum, & abſurdum *Scayn. latè in deciſ. Bonon. 81. n. 13. & 14. Pariſ. conſ. 79. col. 5. vol. 2. Grat. conſ. 112. col. 3. vol. 3. & Socin. Jun. conſ. 160. n. 61. lib. 2.*

5 Item, quia Statutum, quando loquitur de legitimè natis, videlicet de perſonis natis, non loquitur de perſonis fictis, quia tutor, fiſcus, collegium &c. non oaſcitur, ſed de veris: Ideoque illis non poſſunt adaptari prædicta verba *Bald. in l. Lucius ff. de legat. 2. Rot. dec. 134. n. 7. & 10.* quia dicuntur perſonæ fictæ, & civiles, non naturales, prout repræſentant illud munus, vel corpus, latè *Fuſar. de ſubſtit. q. 429. à n. 38. cum ſeqq.* & oon veniunt io Statutis. *Maſcard. de general. Stat. interpret. concluſ. 4. n. 9. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 5. n. 46. lib. 1.*

Et pro totali declaratiooe attende, quod hic Statutum dicit, quod præſens diſpoſitio intelligatur repetita in qualibet parte hujus Statuti, & ſic facit operationem ſuam hic paragraphus in paragrapho præcedenti *& ipſis omnibus*, ſi dictam diſpoſitionem in eo repetamus, & ita ſufficit ad ſalvandum ſuum effectum, ſed poſtea non debemus dicere, quod omnes de jure vocati per hanc diſpoſitionem debeant eſſe
6 verè legitimi, & naturales, quia Statutum noſtrum non adſtriogit fieri hanc relationem ad omnes ideoque en caſu debemus admittere ſolum illos, quibus aptè, & convenienter ſine impropietate, & ſtulta relatione accommodatur illa qualitas, nam generalitas Statuti ſemper reſtringitur ad id, quod rationis eſt. *Maſc. de Statut. concluſ. 5. n. 79.*

ADDITIO

Ad num. 1.

7 Non ſufficit eſſe natos de legitimo matrimonio, ſed oportet eſſe etiam de legitimo matrimonio cooceptos, ſi adeſſent conjecture *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 222. & diſc. 224.* Optime *Bich. deciſ. 101. n. 14. & ſeq. ubi* etiam de verbo *generatio*.

Ad num. 3.

8 Relatio intelligitur eorum, quæ non repugnant actui referenti, & reſtringitur, ut oon operetur contra diſpoſita in referente, ſed tantùm quoad ea ibi non expreſſa, ut evitetur repugnantia, *Ceſar Afflict. cap. 31. n. 34. & 37.*

Ad num. 5.

9 Statutum diſponens per verba perſonalia, ſcilicet *Si quis* non comprehendit Collegium; & hujuſmodi, *Rot. Flor. deciſ. 36. numer. 29. poſt. Girond. de Gabell.*

---

§. XX.

INteſtati intelliguntur, non ſolùm, qui Teſtamentum non fecerint, ſed qui non habent factionem teſtamenti, vel qui feciſſent Teſtamentum non validum, vel quorum hæreditas ex teſtamento etiam valido adita non fuerit.

SUMMARIUM.

1 *INteſtati pluribus modis dicuntur, & quales ſint hic enumerantur.*
2 *Inteſtatus in Statutis accipitur ſolùm quoad effectum.*
3 *Inteſtabiles in Statutis de ſucceſſion. ab inteſt. non veniunt.*
4 *Contra.*

CErtè omnes dicuntur inteſtati, qui cum poſſunt 1
teſtamentum facere teſtati ono ſunt, vel qui feciſſeot teſtamentum ooo validum, vel quorum hæreditas ex teſtamento etiam valido adita noo fuerit, aut idem teſtamentum, quod fecerant ruptum, irritumve factum eſt, aut per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, aut per querelam inofficioſi teſtamenti reſciſſum eſt, ita apertè *Text. in princip. inſtit. de heredit. quæ ab inteſtat. deferunt.* ibi *Oinot. in princ. à n. 14. & ſeqq.* & hic benè explicat D. meus Bottinus io ſuis Collation. ad noſtrum Statutum, quia ver- 2
bum *inteſtatus* ſemper accipitur cum effectu, præcipuè io Statutis, & ille attenditur, ut benè explicat *Brun. de Statut. fœmin. excluſ. artic. 8. q. 10. & 11. Bald. conſ. 246. num. 4. lib. 1.*

SED QUI NON HABENT FACTIONEM TESTAMENTI: Videbatur quod inteſtabiles, ut pupil- 3
lus, demens, Prodigus non debeant io Statutis venire cum verè, & propriè non ſint inteſtati, & hanc opinionem docuerunt quamplures Doctores *Alex. conſ. 153. n. 6. lib. 7.* ubi teſtatur de communi *Roman. conſ. 32. Hended. conſ. 5. n. 50. & n. 56. lib. 1. Surd. conſ. 257. n. 20. Tort. ad Stat. Pap. Stat. 97. Redenaſc. conſ. 43. n. 8. Brun. de Statut. excluſiv. fœmin. art. 8. q. 11.*

Attamen contraria ſententia in praxi apud omnes 4
ſervatur, tum ex ratione, quia ſuper hujuſmodi Statuti reſpicientibus non qualitatem perſonæ decedentis, ſed ipſum actum ſuccedendi, tum ex uſu ſolito ita loquendi in Statutis, ac diſpoſitionibus, & hanc firmaverunt *Gratian. cap. 309. n. 28. Socin. Jun. conſ. 28. n. 5. lib. 3.* ubi affirmat, quod eſt mera ſubtilitas contrarium dicere *Fachin. controv. lib. 4. cap. 74. Gabriel. concluſ. 1. de Stat. & ita Card. de Luc. diſc. 7. n. 5. de ſucceſſ. Bald. conſ. 108. lib. 2.* & ſic examinando ad partes cum authoritatibus innumerabilibus pro tali opinione canendo palinodiam concludit idem *Redenaſc. conſ. 23. per tot. & conſ. 24. pariter per tot.* Et vide ea, quæ dixi ſuprà in principio hujus Statuti verbo *Inteſtato decedenti*.

Et ſic de jure procedit, quod qui oon habent factionem teſtameoti inteſtati dicuntur prout oſtendit dictus Dominus meus Bottinus hoc loco *verſ. planè qui non habent in ſuis collationib. Pontific. & Cæſar. Jur.* Et hæc ad honorem Omnipotentis Dei Trini, & unius, ac Beatiſſimæ ſemper Virgiois Mariæ, totiuſque Curiæ Cœleſtis, & SS. Joſephi, & Laurentii meorum Protectorum, quos in articulo mortis meæ adeſſe, & aſtare ex corde nunc, ac humiliter exoro.

F I N I S.

RESO-

RESOLUTIONES
JOSEPHI LAURENTII MARIÆ
DE CASAREGIS
J. C. GENUENSIS COLLEGIATI,

QUÆ AD MATERIAM, SEU INTERPRETATIONEM STATUTORUM nostrorum, ac aliarum CIVITATUM multùm conferunt;

Denuò in lucem edita cum Additionibus, &c.



RESOLUTIONES
JOSEPHI LAURENTII MARIÆ
DE CASAREGIS
J. C. GENUENSIS COLLEGIATI.

ARGUMENTUM.

AN successio passiva Clericorum locum habeat in Statuto nostro *de successionibus ab intestato*. Latè discutitur materia.

SUMMARIUM.

1 F*Acti series.*
2 *De Jure Canonico Clerico decedenti succedunt consanguinei.*
3 *Appellatione consanguineorum veniunt etiam fœminæ.*
4 *Statutum ex defectu potestatis, quam voluntatis non comprehendit Clericos.*
5 *Statutum laicale contrarium Ecclesiasticæ libertati auferens ea, quæ de jure communi habent Clerici, nullius roboris est.*
6 *Statuta in personam concepta Clericos non ligant, neque forenses.*
7 *Statutum nostrum de successіon. conceptum est in personam.*
8 *Idem argumentum procedit in causa testati, quam intestati.*
9 *Statutum si prohiberet, ne pro eorum arbitrio Clerici disponere possint, esset nullum.*
10 *Statutum generaliter loquens non comprehendit Clericos.*
11 *Statutum procedens per verba præceptiva, ac prohibitiva non comprehendit Clericos.*
12 *Successio debet esse reciproca, itaut ei, qui succedit, succedi possit.*
13 *Clericus vigore Statuti nostri de successіon. non potest succedere, ita ei secundum illud succedi non potest.*
14 *Statutum nostrum de successіon. ab intest. non est factum favore agnationis, sed favore certorum graduum, quia frater excluditur per filiam.*
15 *Verbum* succedat *est præceptivum, ideoque Clericum non comprehendit, licet sit favorabile.*
16 *Si Statutum nostrum vocat ad intestati successionem liberes masculos non potest habere locum in passiva successione Clerici, qui filios habere non potest.*
17 *Adducuntur punctuales Doctores, asserentes Statutum de successionibus ab intest. non habere locum in successione passiva Clerici.*
18 *Contrarium firmatur.*
19 *In Statuto de successionib. ab intest. considerantur persona succedentium, & non persona Clerici defuncti.*
20 *Statutum favorabile, quod non arctat, neque est præceptivum, comprehendit Clericos.*
21 *Clericus decedens ab intestato censetur vocare eos, quos vocat lex Patriæ suæ.*
22 *Statutum potest habilitare, vel inhabilitare subditos etiam respectu bonorum, quæ alibi sita sunt.*
23 *Statutum potest disponere de bonis sibi suppositis, licet non sit subditus ei, de cujus hereditate agitur.*
24 *Si Statutum respicit publicum commodum, & non sit arctativum comprehendit quoque hereditatem Clerici.*
25 *Statutum, ne monialis, vel monachus succedat, est validum, quia factum est favore publico.*
26 *Statutum præcipiens ne bona in forenses alienentur, comprehendit etiam patrimonialia bona Clerici.*
27 *Statutum imponens privationem hereditatis filiis familias nubentibus sine consensu Patris, bene valet.*
28 *Res Clericorum extrahi tentatæ contra prohibitionem extractionis annonæ cadunt in commissum.*
29 *Declaratur* Surd. in cons. 2. & cons. 301.
30 *Statutum, quando disponit de bonis, ac hereditate non dicitur conceptum in personam, licèt in personam loquatur, sed reale, secus vero quando personam habilitaret, vel inhabilitaret.*
31 *Bona patrimonialia Clericorum sunt mere laicalia, & subjecta jurisdictioni Principis sæcularis.*
32 *Bona patrimonialia Clerici eo defuncto desinunt esse immunitate privilegiata, & sequuntur conditionem heredis, & num. 34.*
33 *Hereditas repræsentat in omnibus personam defuncti, secus in iis, quæ requirunt factum hominis.*
35 *Ex gratia inductum fuit, ut quis post mortem disponere possit de rebus suis, cum de illo tempore res amplius non sunt in ejus dominio.*
36 *Intestatus decedens tacitè videtur vocare illos, quos lex, aut Statutum vocat ad successionem, & num. 40.*
37 *Hereditati jacenti Clerici delata laicis non datur curator coram Ecclesiastico, & num. 39.*
38 *Statutum quando est favorabile, nempe conditum ad conservanda bona in familia, & agnatione comprehendit etiam hereditatem Clerici.*
39 *Licèt Statutum in omni casu non præferat masculos fœminis, attamen in illis, in quibus illos præferat, dici non potest, quin non sit factum favore agnationis, & num. 49.*
41 *Clerici non minus appetunt familiæ conservationem, quàm laici, & 43.*

42 *Statutum servari debet tanquam jus commune.*
43 *Legibus, & non exemplis judicandum est.*
44 *Super Statutis controversis observantia multùm attendenda est pro eorum declaratione.*
45 *Respondetur contrariis argumentis.*
46 *Deficientibus legitimis hæredibus succedit Clerico Ecclesia, & non fiscus.*
47 *Secus in stabilibus.*
48 *Testator in dubio præsumitur se conformare voluisse cum dispositione juris.*
49 *Statutum exclusivum fœminarum propter masculos est favorabile, quia odium capitis exclusivi non consideratur.*
50 *Statutum de successionibus ab intestato, licet loquatur cum supposito, quod filios habere possit intestatus, nihilominus comprehendit infantes, tanto magis Clericos.*
51 *Statutum disponens circa bona, licet loquatur in personam, est reale.*
52 *Bona quæ provenerunt Clerico ex beneficio Ecclesiastico non subjacent Statuto de succession. ab intest. sicuti cætera bona patrimonialia.*
53 *Licet Genuæ Clerici possint de istis bonis disponere ex conventione inita cum Camera Apostolica.*
54 *Appellatione proximiorum veniunt masculi, & fœminæ.*
55 *Præsumitur Clericus beneficiatus omnes fructus beneficii in alimenta consumpsisse.*
56 *Beneficiati non tenentur se alere ex bonis patrimonialibus, sed possunt hoc facere ex bonis Ecclesiasticis.*
57 *Quando conditio non facit sententiam incertam, neque sententiæ adversatur, tunc pro conditione habenda non est.*

RESOLUTIO I.

Clavarens. Passivæ successionis.

1 Utores, & Curatores respectivè pro tempore filiorum q. Jo: Antonii Fenogetti, unà cum Petro Francisco altero ex dictis filiis jam pubere, præmissa aditione legitima, petierant eumdem Petrum Franciscum insolidum admitti ad hæreditatem q. R. Jo: Andreæ ejus Patrui ab intestato defuncti ad formam Statuti *de mandat. & licent.* pro bonis defuncti concedendis, cum nullus adesset hæres masculus, præter eum, in gradu succedendi eidem q. R. Jo: Andreæ attenta dispositione Statuti *de successionibus ab intest.*

At mox comparentes sorores, ac neptes, unà cum nepotibus ex altera sorore ejusdem R. Defuncti dixerunt se quoque hæreditatem prædictam adivisse, ac instabant ad eam pariter admitti in stirpes, tanquam existentes in pari, seu respectu sororum in proximiori utique gradu dicto q. R. Jo: Andreæ, neque posse, subdebant, uti fœminas, aut ex fœminis descendentes excludi à dicta hæreditate, ad quam utpote quæ sit Clerici, remoto Statuto succeditur secundum dispositionem juris communis.

Et quidem ad favorem agnatarum fœminarum plura non mediocriter videbantur urgere.

2 Primò, quod de Jure Canonico, Clerico decedenti ab intestato, in bonis, de quibus potest testari, debent succedere consanguinei, & si non habet consanguineos succedit Ecclesia *cap. 1. ubi Abbas in princ. de success. ab intest. cap. quicumque 12. quæst. 5. §. si quis autem Episcopus Auth. de Ecclesiast. tit. coll. 9.*
3 Appellatione autem consanguineorum in materia successibili propriè veniunt etiam fœminæ *Peregrin. de fideicomm. artic. 22. num. 24. Fusar. quæst. 364. numer. 9. Augustinus Barbos. tract. var. de appell. appellat. 57. num. 5.* & alii per eum allegati, cum igitur de successione personæ Ecclesiasticæ habeamus in puncto textus, & claram dispositionem Juris Canonici, non est ulterius quærendum.

4 Secundò, quod Statuta laicorum non possunt comprehendere personas, nec bona Clericorum vulgatis juribus, & quidem non tantum ex defectu potestatis, quàm voluntatis, cum nemo in dubio dicatur voluisse comprehendere eos, de quibus expressè disponere non potest *Surd. cons. 2. num. 14. Gratian. discept. forens. cap. 709. num. 20. Duard. in Bulla Cœna Domini can. 15. quæst. 20. num. 87.* Aliàs hujusmo- 5
di Statutum tamquam Ecclesiasticæ libertati contrarium, auferensque à Clericis ea, quæ ipsis competunt de jure communi, nullius prorsus roboris esset juxtà *tex. in l. 1. in fin. ff. de Tut. & curat. dat. ab his l. etiam de tutel. & concordant. & ex c. cum terra 14. de elect. & ibi gloss. Butr. Imol. & Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constit. Riminal. Sen. cons. 268. num. 23. Surd. decis. 20. num. 10. & 11. Fachin. controv. Jur. lib. 12. cap. 29. & Maschard. de generali Statut. interpret. conclus. 1. num. 43.* ubi plures alios allegans ita in nostra regione bis judicatum fuisse testatur, comprobavit in ejus eleganti juris allegatione egregius, & oculatissimus fœminarum advocatus D. Benedictus Maschius, quibus additur *Grammat. decis. 100. num. 7.* ubi quod nec, si pro bono publico esset conditum Statutum, Clericos, aut eorum bona comprehendere posset, & ratio est quia omnis potestas statuendi à jurisdictione regolatur, & proinde omnes leges *C. tit. de Sanct. Eccles.* quæ sunt inductæ etiam ad favorem Clericorum sunt nullæ.

Tertiò, urgere videbatur, quod Statuta, quæ concepta sunt in personam haud ligent non subditos 6
l. 1. in fin. ff. de tut. & curat. dat. ab his, & sic non ligant forensem etiam pro bonis in territorio statuentium sitis, quia bona veniunt accessoriè ad personas nec bonorum ratione potest fundari jurisdictio, ac potestas statuendi in non subditos, ut notat *Cyn. in l. 1. C. ubi pot. curat.* & in puncto, quod Statutum conceptum in personam principaliter non adstringat Clericos, aliosque, qui suæ jurisdictioni non subjacent, eleganter deducebat idem M. pro fœminis advocatus ex *Bart. in l. cunctos populos num. 24. & seq. C. de summ. Trinit. & fid. Cath. Petrus de Bellapertic. in §. plebiscitum Instit. de jur. nat. gent. & civil. Imol. in cap. quod Clerici in 3. de for. compet. Ruin. cons. 195. num. 4. lib. 4. Surd. dicta decis. 20. numer. 12. ac aliis;* Statutum nostrum *de successionn. ab* 7
intest. in personam conceptum esse demonstrant ad oculos verba ibi *Intestato decedenti succedant &c.* ut in puncto decidit *Imol. in dicto cap. quod Clericus de for. competen.* & Clericus quoad forum pro forense habetur, cum non minus dici debeat non subditus, quàm forensis; Ergo nec Clerici successio passiva à Statuto comprehenditur, & ita videtur argumentari *Ruin. in dicto cons. 195. num. 4. lib. 4.*

Quartò, quia idem judicium fit de causa testati, 8
ac intestati *l. causa cognita ff. de vulgar. & pupill. l. precibus C. de inoff. donat. l. 1. §. 1. de bon. possess. circa tabul.* sed Statutum nostrum *de testam. & ultim. volunt.* neque Clericos, neque eorum testamenta 9
comprehendit, quinimò non valeret, si prohiberet ne pro eorum arbitrio Clerici disponerent de rebus suis, tam in masculos, quàm in fœminas, ut probat *Mart. de jurisdict. par. 2. quæst. 5. num. 13. & 14.* & etiam si generaliter esset conditum personas cleri- 10
corum non comprehenderet cum in specie eas comprehendere non possit, ut ille dicit, ac tradit *Hondod. cons. 3. num. 17. idem Mart. in summ. success. legal. par. 1. artic. 13. num. 13.* & præsertim quia di- 11
ctum Statutum in pluribus præcipiendo, vetando, ac prohibendo procedit, quo casu non comprehendere clericos concludunt *Abbas in cap. Ecclesia Sancta Maria 10. num. 25. de constit.* cui subscribunt *Barbat. cons. 50. lib. 3. Thesaur. in quæst. 2. sub numer. 7. lib. 2. & ipse Mart. Medic. decis. 53. num. 17.* in qua aliàs contrarium statuit, ergo neque Statutum *de success. ab intest.* eos comprehendere potest.

Quintò, quia successio debet esse reciproca, ut 12
quemadmodum quis succedit, ita, & ei succedatur, & succedi possit *l. nam, & si parentibus ff. de inoff. testam.* At clericus in hoc Dominio non auditur secundum dispositionem Statuti, sed secundum Jura Romana, & tam in procedendo, quàm in judicando usque adeo, quod licet beneficium utendi Statutis quandoque Clericis indulgeatur, tamen semper illud Statutum *de success. ab intest.* excluditur: Ergo 13
sicut

sicut clericus in activa ejus successione non excludit fœminam, ita nec ista ab illius passiva successione arceri debet, quia quotiescumque clericus activè frui non potest Statuto, nec ejus dispositioni passivè subjectus dici potest, juxtà doctrinam *Bald. in l. omni novatione 6. num.* 10. *C. de Sacros. Eccles. & repet. in l.* 1. *num.* 9. *C. de contrah. empt. Socin. Sen. in cons.* 97. *num.* 3. *lib.* 1. & alios quos recenset *Surd. dicta decis.* 20. *num.* 2. *& Adrian. Negusan. quæst.* 133. *n.* 19. *& quæst.* 145. *num.* 30.

14 Sextò, quia Doctores contrariam amplectentes opinionem se fundant principaliter, quod Statutum exclusivum fœminarum sit favorabile, ac conditum pro conservandis agnationibus, sed id de Statuto Genuæ non potest dici, cum potius appareat factum favore cæterorum graduum personarum, ex quo frater excluditur per filiam à successione fratris, si enim esset factum favore agnationis, excluderet etiam neptem ex filia *Menoch. cons.* 95. *num.* 86. *&* 96. *Grat. dicto cons.* 20. *lib.* 1. *num.* 13. *&* 14. *Dec. cons.* 287. *col.* 5. *Caball. cons.* 128. *num.* 150. *& seq. lib.* 2. ubi allegat eumdem *Grat. dicto cons.* 20. Ergo in nostro casu hujusmodi cessat fundamentum.

15 Septimo, urget quod Statutum nostrum loquitur præceptivè, ibi in principio *intestato decedenti succedat*, quo casu DD. etiam contrariæ sententiæ dicunt clericum non comprehendi, licèt esset favorabile *dictus Martius Medices d. decis.* 53. *num.* 13. *&* 17. *Bursat. dicto cons.* 93. *num.* 4. *&* 22. *Thesaur. d. qu.* 2. *ex Barbat. cons.* 50. *col.* 2. *lib* 3.

16 Octavo, quia cum Statutum vocet ad successionem intestati solos masculos liberos descendentes non potest verificari in clericis, qui non possunt habere filios de legitimo matrimonio, ut requirit Statutum in paragrapho penultimo: Ergo, ubi non verificatur Statuti suppositum, neque obtinet sibi locum illius dispositio vulgatis juribus, ut in hisce nostris terminis tradunt *Signorol. de Homod. in cons.* 101. *in fin. & Brun. de Stat. fœmin. exclus. artic.* 8. *num.* 47.

Nec obstare videbatur, quod aliquando contingat aliquos Sacerdotes habere filios de legitimo matrimonio progenitos antequam fierent clerici, quia hoc dicebatur evenire ex accidenti, sicut etiam accidere potest moniali, & monacho, si fortè essent conjugati antè monachationem, non tamen indè sequitur eos uti Monachum, & Monialem posse habere filios legitimos, & cum hæc sint de raro contingentibus, leges ad ea non adaptantur.

Nonò, quia sicut, cum Statutum dixit *intestato decedenti, sive mascula, sive fœmina*, etiam addidisset, *sive clerico, sive laico*, non valeret ex quo laici, ut suprà dictum fuit, nullam jurisdictionem habent in clericos, ita non poterit substineri, si dicantur tacitè comprehensi, quo casu oportet in Statuto subintelligi verba illa, *sive laico, sive clerico*, & haberi pro expressis.

17 Decimò, tandem urgere videbantur authoritates DD. insignium, qui negativam hanc sententiam firmaverunt, Imolæ nempè omnium Coryphæi in *in c. quod clericis de for. competent. Guglielm. de Benedict. in c. Raimut. vers. duas habens filias num.* 143. *de testam. Dec. in cap. Ecclesia Sancta Maria num.* 218. *de constit.* cum aliis quos allegat *Maschard. de gener. Stat. interpret. concl.* 1. *num.* 43. *Fachin. controv. jur. lib.* 12. *cap.* 29. *Mart. de success. par.* 1. *quæst.* 13. *artic.* 13. *numer.* 2. *Bellet. disquis. cleric. tit. de exempt. cleric. à Stat. laicali* §. 4. *num.* 24. *& Surd. decis.* 20. *num.* 7. *Carol. de Grass. de effect. cleric. effect.* 2. *numer.* 275.

18 Placuit tamen his non obstantibus, & aliis, quæ copiosè sanè non minus, quàm subtiliter pro mulieribus deducta fuerunt, sententiæ, quæ maribus favet in judicando subscribere; Declarando scilicet hæreditatem dicti q. R. Jo. Andreæ delatam esse in solidum dicto Petro Francisco illius ex fratre nepoti exclusis cæteris omnibus agnatis fœminis, vel ex fœminis descendentibus ad formam Statuti *de succession. ab intest.* deductis tamen bonis, quæ eidem q. R. Jo: Andreæ obvenissent ab aliquo beneficio Ecclesiastico, quæ tamen superfuissent ab illius alimentis necessariis pro ejus statu, qualitate, & dignitate, ad quæ dictum fuit debere succedere in stirpes agnatos, tam masculos, quàm fœminas ejusdem gradus, si quæ obvenisse, & superfuisse, ut suprà intra dies 30. probatum fuerit. Et quidem ex infrascriptis potissimum fundamentis, & rationibus.

Primò, quòd in Statuto *de success. ab intest.* con- 19
siderantur personæ succedentium non autem persona clerici defuncti, ut tradunt eleganter *Thesaur. quæst. forens. quæst.* 2. *&* 4. *num.* 20. *lib.* 2. *Peregr. cons.* 90. *num.* 25. *lib.* 1. *& decis.* 117. *num.* 12. *Rot. Roman. divers. decis.* 295. *num.* 6. 9. 10. *lib.* 1. *& decis.* 304. *par.* 1. ac decisum refert *Christophorus Mart. Medic. decis. sen.* 53. *n.* 19. *ac per tot. Surd.* (qui recessit à decis. 20. ubi contrarium tenuit) *cons.* 360. *lib.* 4. & secundum ipsum fuit judicatum teste *Thesaur. dicta quæst.* 4. ad etiam tradita per *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 19. *Caval. decis.* 33 *par.* 3. *num.* 15. *& decis.* 20. *lib.* 4. *num.* 4. *Grass. de effect. cleric. effect.* 2. *num.* 276. *Tort. ad Stat. Pap. in civil. stat.* 95. *Mangil. de imput. & detract. quæst.* 56. *num.* 34.

Nec officere visum fuit, quod successor, & ille cui succeditur sint inter se correlativi, ac unus non possit considerari sine altero. Quia non indè rectè infertur, quod statuentes non potuerint disponere super personis successorum sibi subjectis, ut scilicet potiùs hoc quam illo modo, & ordine succedant; Attenditur enim in Statutis id quod principaliter est in intentione statuentium, ut in terminis nostris tradunt *Cancer. var. resolut. par.* 1. *cap.* 24. *num.* 11. *Medices dicta decis.* 53. *num.* 11. *Thesaur. dicta qu.* 2.
num. 7. Nam non ex eo, quod prohibitum sit fœ- 20
minis extantibus masculis ab intestato succedere, inhibitum dici potest clericis, pro libito de rebus suis disponere in quemvis, quia Statutum hujusmodi casu non jubet, non arctat personam Clericorum, quo casu Statuta comprehendere etiam clericos docent *Bart. in l. cunctos populos C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. & Merlin. dicta quæst.* 19. *numer.* 7. pluries in hanc sententiam adducens *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 23. 191. 192. *Cost. de port. rat. quæst.* 103. *num.* 23. 24. *Tort. dicta rubr.* 95. *à numer.* 87. *usque ad* 120.

Undè regula correlativorum, ut scilicet prohibi- 21
tum uni, dicatur prohibitum & alteri, non applicatur nostris terminis, ubi clericus non prohibetur disponere de rebus suis, prout sibi libet. Quinimò ab intestato decedendo censetur vocare ipsemet (ut mox dicetur) ad ejus hæreditatem eos, quos pro familiæ conservatione, & bono publico lex suæ patriæ vocat. Et ideo non est trahendum ad prohibitionem id, quod sua spontè sibi eligit. Sed dicendum est Statutum operari secundum illius voluntatem *Rot. Rom. dicta decis.* 295.

Minus obstare potest, quod qui succedit hæreditati clerici non dicitur venire ad illam simpliciter sum-
ptam, sed prout est clerici; Quia cum Statutum si- 22
ne difficultate inter sibi subditos possit pro arbitrio disponere habilitando, vel inhabilitando eos etiam respectu bonorum, quæ alibi sunt sita *Salycet. in dicta l. cunctos popolos vers. si autem C. de summ. Trinit. Jason. cons.* 80. *num.* 11. 12. *lib.* 3. *Socin. cons.* 36.
num. 23. Idem poterit longè fortiùs, & nemo hoc 23
impugnat, respectu bonorum statuentibus suppositorum, prout sunt bona clericorum post ejus mortem ut infrà dicetur, licèt non sit subditus is, de cujus hæreditate agitur *Rot. Rom. dicta decis.* 295. *num.* 6. *&* 304. *par.* 1. dicens, quod masculus subditus excludit fœminam subditam, etiamsi tractetur de hæreditate forensis, & est communiter recepta, ut testatur *Gasp. Ant. Thesaur. dicta quæst.* 4. *num.* 2. *&* 3. *Merlin. dicto tract. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 18. *n.* 58. quos pro multis allegare sufficiat.

Secunda ratio decidendi ea fuit, quod Statutum 24
nostrum *de success. ab intest.* disponit circa bona temporalia clericorum, ac respicit justam vivendi rationem pro tali approbatam in ipsius Reipublicæ conservationem. Quapropter cum subjectum illius sit quid reale, & publicum commodum concurrat, nec (ut suprà dictum est) directè opponatur immunitati clericorum, ejusve dispositio sit generalis non prohibitiva, aut arctativa, nulla subest ratio, quin sibi locum non obtineat etiam in hæreditate clerici, ut ex *Merlin.* & copiosè per eum citatis *in dicto tract.*

de

de legitim. lib. 3. *tit.* 1. *quaest.* 19. *num.* 7. probavimus, quibus additur *Rot. Senens. apud Medic. dicta decis.* 53. *numer.* 19. *junctis numer.* 22. *ac* 23. *cum seq.* Sic
25 Statutum oe monialis, seu monachus succedat, quamvis aliàs nequeat complecti personas Ecclesiasticas. Tamen quia disponit super bonis, & factum est favore publico validum esse nemo adhuc dubitavit. Sic pa-
26 riter aliud Statutum, ne immobilia alienentur in forenses, quod utique est in fortioribus terminis, comprehendit etiam bona patrimonialia clericorum *Balb. de praescript. par.* 5. *quaest. princ. num.* 2. *Carroc. cons.* 127. *num.* 6. *Gyps. in addit. ad decis. Bonon.* 133. *vers. sed in aliquibus*, ea solum ratione, quia disponit super re statuentibus subjecta.

Nec est considerabilis restrictio libertatis alienandi rem suam in forenses, cum inter subditos possit pro libito eam exercere, neque sit id principale in intentione statuentium, quae non est directa ad personas sed ad res oe in extraneos devenient *Federic. de Sen. cons.* 85. *vol. pen. vers. non obstat. Surd. cons.* 2. *n.* 40. neque enim ita est immunitati clericorum inhaerendum ut bonum Reipublicae regimen negligatur, vel offendatur.

27 Sic rursus Statutum quod imponeret poenam privationis haereditatis paternae filiisfamilias nubentibus sine consensu patris licèt videatur contrarium libertati matrimonii sustinetur, quia praeponderat intentio principalis, quae movit statuentes, nimirum, ut reprimantur mali mores, nec disponit super matrimonii substantia, sed de re statuentibus supposita; *Cancer. dicto cap.* 24. *num.* 6. *Vasquez. de success. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 628. *Borell. in summ. decis. p.* 3. *c.* 1. *num.* 292. *Peregr. cons.* 6. *num.* 4. *lib.* 2. *ad Stat. Urb. tit. de Stat. Urb. praescript. gloss.* 19. *num.* 208.

28 Sic denique cadunt in commissum res clericorum extrahi tentatae contrà prohibitionem extractionis annonae, ex quo ob bonum Reipublicae, & salutem condita dicitur *Mauson. de contraban.*

29 Nec obstare visus fuit *Surd. in cons.* 2. *num.* 32. *& seq.* dum contrà *Bart. in d. l. cunctos populos* negat statuta ligare clericos etiam qood honesta de causa condita fuerint, ac generalia sint, nec de clericis mentionem faciant, & in *cons.* 301. *num.* 24. duo ait quod si Statutum laicorum ligaret clericos etiamsi foret eis favorabile plus obesset jurisdictionem exercendo in illos, quam prodesset, loquitur enim Surd. in dictis locis de Statuto arctante personam, jubendo, aut prohibendo, & quando in eo clerici sunt nominati, ut fatetur *num.* 25. *vers. quinto*, & *n.* 33. *ac* 34. *junct. fin. d. cons.* 2. Secus ubi de bonis agitur, nec de Ecclesiasticis mentionem faciat, ut videre est penes eumdem *Surd. d. cons.* 301. *num.* 66. & tradit eleganter *Gyps. in addit. ad decis. Bonon.* 133. *vers. sed in aliquibus*, & *Medices dicta decis.* 53. *num.* 40.

30 Non refragatur praedictis licèt dici posset verba nostri Statuti concepta esse in rem, sed in personam, quia ad cognoscendum utrum Statuta sint personalia, vel realia, seu potius utrum disponant de bonis, vel arctent personas clericorum, non attenditur quomodo verba sint concepta, cum haec distinctio sit magis verbalis, quàm essentialis, nec lex sit imposita verbis ad tradita per *Thesaur. d. q.* 2. *lib.* 2. *num.* 7. & *Medic. dicta decis.* 53. *num.* 23. & ante eos per *Bosc. cons.* 269. *num.* 2. Attenditur autem, ut supra resolutum fuit, quaenam fuerit principalis intentio statuentium, utrum scilicet directa ad personas, vel res, & in hoc secundo casu licèt expressè personas nominaret, non proindè Statutum dici posset personale, quia personae non considerantur de per se, sed in consequentiam rerum, ut latè per eumdem *Thesaur. & Medic. in locis mox laudatis*, & *Surd. cons.* 343. *num.* 9. 10. *post Natt. cons.* 148. *in primo dubio*: Dicitur autem Statutum in personam, quando personae ipsae habilitantur, vel inhabilitantur, arctantur, vel coercentur aliquid facere, vel non, aliàs quomodocumque demum sit conceptum semper de bonis censetur disponere *Surd. ubi suprà*, *Rot. dicta decis.* 295. *num.* 10. 11. *par.* 1. *divers. Mar. Amon. var. resol. lib.* 2. *resol.* 59. *cas.* 10. *Cyriac. controv. jur.* 177. *num.* 45.

31 Tertia est ratio, quia bona patrimonialia clericorum sunt merè laicalia, & subjecta jurisdictioni Principis saecularis, clerici enim in iis non gaudent privilegiis Ecclesiae extrà casus à jure expressos *Balb. de praescript. p.* 1. *p.* 5. *princ. quaest.* 5. *num.* 2. *Gyps. in addit. ad decis. Bonon.* 133. *vers. sed in aliquibus. Odd. apud Flav. Tort. ad Stat. Pap. Tomat. de collect. Paris. Surd. Carroc.* & alii quamplures congesti per *Mart. Medic. dicta decis.* 53. *num.* 19. 20. Quod usque adeò receptum est in Dominio hujus Serenissimae Reipublicae, ut quotidiè super bonis patrimonialibus clericorum tamquam laicalibus imponantur collectae (avariae materna lingua vocantur) tam ordinariae, quàm extraordinariae prout collectantur caetera omnia bona laicorum, quo casu, ut inquit Thesaurus Statutum laicorum, maximè coram Judice laico servandum erit absque eo quod dicatur ponere falcem in messem alienam cum disponat de re sibi subjecta.

Quarta est quia in omnem casum Statutum no- 32
strum disponit de bonis eo tempore, quo desierunt esse clerici nimirum post mortem illius, quo casu esto etiam millies quod eo vivente ex persona ipsius essent aliquo privilegio vallatae, illud cessat, cum mors omnia solvat §. *deinceps in auth. de nupt. leg. Paulus respondit* 89. §. 1. *ff. de acquir. hered.* & in terminis, quod bona quae vivo clerico erant affecta aliquo privilegio eo defuncto desinunt Ecclesiastica dici, & sequuntur conditionem haeredis *Guid. Pap. quaest.* 261. *Petr. Gregor. in syntagm. univers. jur. lib.* 46. *cap.* 3. *num.* 8. Undè possunt statuentes eò fortiùs absque difficultate disponere de eis, quo magis tunc temporis absque difficultate eorum jurisdictioni subsunt ad tradita per *Barb. c. quod clericis de for. competent. Gabriel. Saray in addit. ad Mathes. sing.* 110. *num.* 86. *Brun. de Stat. faemin. exclus. artic.* 8. *num.* 4. *Burs. cons.* 93. *num.* 36. *vol.* 1. *Surd. dicto cons.* 560. *num.* 11. & post praedictos, & alios, quos plena mano congerit *Martius Medices dicta decis.* 53. *num.* 5. & 6. qui dicit quod eo tempore successio defertur masculis, & aufertur foeminis, quo clericus jam mortuus est, quapropter cum agatur tantum de bonis haereditatis ad laicos pervenientis non potest ullo pacto dici, quod fiat praejudicium ipsi clerico jam defuncto per *Gloss. in l. illa institutio ff. de hered. instituend.* cui sanè rationi observat non fuisse per *Surd. in dicta decis.* 20. responsum etiamque *num.* 9. subdit à nemine fuisse evacuatam.

Praedictis autem parum obesse visum fuit quod eo momento, quo defertur haereditas, bona adhuc dicantur esse in dominio clerici quasi non sit diversum momentum, sive instans, quo clericus decedit, ab eo quo defertur ejus haereditas, quia verius est inesse temporis prioritatem inter obitum defuncti, & successionem haeredis, prout patet ad sensum, non enim huic defertur haereditas, nisi ille penitus defunctus sit, quo casu Dominium rerum à moriente discedit, ut probat apertè *tex. in l. si ege* 10. §. 1. *ff. de jur. dot.* & *tex. in l. si quis presbyter. C. de Episc. & Cleric.* Quatenus utitur verbo praeteriti temporis denotante in defuncto eodem momento ejus obitus Dominium extinctum fuisse ibi *bona, quae ad ipsum pertinuerunt*.

Nec vis facienda est in verbis Statuti ibi *intestate decedenti*, dum utitur participio praesentis temporis, quasi dispositionem suam conferat in ipso ultimo vitae spiritu intestati. Quia satis ex contextu ejusdem Statuti constat considerasse intestatum tempore, quo jam defunctus est; subdit enim ibidem paulò post ibidem Statutum *Etiamsi adessent filiae faemina, vel ejus descendentes ex ipso defuncto*, rursus *Et tota haereditas dicti intestati deferatur*, cum autem haereditas viventis non detur *l.* 1. *ubi gloss. in princ. ff. de hered. vel act. vend.* Utique patet Statutum non considerasse intestatum adhuc viventem, qui neque posset adhuc dici intestatus hujusmodi casu, sed post mortem, ut verba illa in §. 3. *Si ex defuncto non aderunt masculi*, ubi reassumit ea, quae praemisit in principio, planum faciunt.

Ulterius non esset novus loquendi modus apud eximios DD. ut praesens tempus accipiatur pro praeterito, sic enim omissis Grammaticis, qui antiptesym figuram vocant genus illud sermonis, habetur *in l. de submersis verb. nudantur C. de naufrag. lib.* 11.

sic

sic in l. si cum dies in princ. ibi finiretur ubi gloss. de recept. arbitr.

33 Nec pluris valere potuit ad evertendum assumptum prædictum toties allegata à Dominis informantibus pro fœminis conclusio illa, quod hæreditas jacens, penes quam rerum Dominiom est, personam Clerici repræsentat, & illius vicem substinere dicitur *leg. hereditas 34. ff. de acquir. rerum Domin. l. non minus 31. ff. de heredib. instit.* cum aliis adductis per *Barth. de Bosc. cons. 269. num. 2. vers. tertio non obstat*, qua supposita conclusione Dominium rerum à defuncto omninò abdicatum non censetur; Hæreditatem enim jacentem repræsentare defunctum verum est in plerisque, non autem in omnibus, ut dicunt expresse *tex. in l. hereditas 64. ff. de acquir. rerum Domin. & §. primo Instit. de stipulat. servor.* In his scilicet, quæ non requirunt factum hominis conclusio prædicta procedit *Bosch. dicto suo eleganti cons. 269. dicto vers. tertio non obstat.* Nec hunc sensum, ut defunctus fingatur vivus, & Dominus, quoad hæres adeat, quia id fingere lex ipsa non potest ex quo impossibile est quod mortuus vivat, & Dominus sit. Jura autem non fingunt super impossibili natura, ut docet *Bart. in l. si quis pro empt. ff. de usucap.* quem DD. sequuntur teste *Muff. ibid. num.* 145. Sed lex, ne aliqua pereant, & sit cui quæratur collegit in unum omnia jura per defunctum relicta, & huic collecto cumulo jurium suspensorum, qui appellatur hæreditas, dedit virtutem quærendi ad beneficium hæredis venturi, exclusis tamen iis, quæ factum personæ requirunt, ut sunt *tex. express. in dicta l. hereditas 61. ff. de acquir. rer. Domin. leg. usufructus 26. ff. de stipul. servor.* Non enim quæritur defuncto, quia est impossibile, ut dictum est, non hæredi, qui nondum est, sed hæreditati: Idest juri suspensivo expectanti unam personam per aditionem. Hæres enim quandocumque adierit fingitur retrò adivisse *l. heres quandocumque ff. de acquir. heredit. l. si ex re 28. §. fin. ff. de stipul. servor. Bosc. d. cons. 269. ibidem.*

34 Non est igitur verum, quod antè hæreditatem aditam Statutum dicatur disponere de rebus non suppositis ejus jurisdictioni ex eo, quod fuit Clericus, qui decessit, quia bona, & jura defuncti per mortem, quæ omnia solvit desinunt esse Clerici, sicut, & cujuscumque defuncti etiam laici, quod planum est per *tex. in l. nihil aliud ff. de verb. signif.* ubi dicitur quod hæreditas est successio in universum jus, quod defunctus habuit, ut doceremur illud amplius non haberi per defunctum, & Dominium omninò à moriente sejungi, licèt hæreditas ipsa Domina in plerisque appelletur dicto §. 1. *Instit. de stipulat. servor.*

Secundò planum etiam id facit *tex. in leg. si quis presbyter. C. de Episcop. & Cleric.* ibi *bona que ad eum pertinuerunt*, quod verbum præteriti temporis utique demonstrat amplius non esse clerici.

Tertiò tandem convincitur ex *tex. in l. 1. si ego 10. §. ff. de Jur. dot.* ubi *J. C.* rationem teddens quare extinguatur donatio inter vivos facta à defuncto sub conditione nuptiarum, quæ conditio post illius obitum purificetur, eam dicit, quia Dominium per mortem à donatore discedit, & ad hæredem transmittitur.

35 Quod usque adeò verum est, ut (quicquid dicat Viglius in contrarium) cuilibet disponere de rebus suis post ejus mortem fuerit tantum ex gratia permissum *Menoch. cons. 275. num. 48.* Aliàs enim non posset super illis imponere legem, & conditionem eo tempore, quo suæ amplius futuræ non sunt, cum nihil referat aliquid fieri tempore habili, vel inhabili, si effectus illius conferatur in tempus inhabile *l. 1. §. quod sponsa C. de donat.* Undè non facta dispositione, & sic non utendo gratia concessa dicere non possumus, quod defunctus post mortem adhuc sit Dominus, nec lex aliqua reperitur quæ hoc innuat.

Cæterum in nostris terminis res clara est, quia nedum prætenditur bona post mortem clerici fingi in ejus dominio, sed etiam fingi eodem munita privilegio clericali, ac subsint statuto laicorum, quæ omnia aliena sunt à juris regulis; Prima quod mors omnia solvit, secunda quod bona privilegio vallata concernente personam possessoris, ea sublata privilegium amittunt, tertia quod clerici extrà casus in jure expressos nullum habent privilegium in temporalibus bonis, quarta, quod duo specialia non possunt esse in eodem subjecto.

Si ergo Statutum nostrum principaliter de rebus disponit, non autem de personis decedentium, ut suprà ostensum fuit, & disponit eo tempore, quo non amplius sunt in defuncti Dominio, sequitur concludenter, ut etiam bona, & hæreditas, quæ fuerunt clerici ab illo comprehendantur, nec aliquo pacto exempta dici possint.

Et quamvis ex prædictis satis appareat quomodo procedat conclusio, quod hæreditas jacens repræsentat defunctum, tamen animadvertebant ulterius, quod res hæreditariæ antè aditam hæreditatem in nullius bonis sunt, ita verbis expressis dictante *tex. in l. 1. ff. de rer. divis.* Nec propterea resultant considerata à Magnifico pro fœminis Advocato absurda, nimirum, quod si hoc verum esset, fierent occupantis aut non magis propinquorum defuncti, quàm extraneorum, quia lex, & Statutum id opportunè præcavens expresse disponit eas deferri descendentibus, & consanguineis, quos præsumitur Testator præ cæteris dilexisse, quosque verosimiliter vocasset, si testamentum fecisset *arg. l. cum avus de condit. & demonstr. l. acutissimum de fid. comm.*

Qua propter dicitur quod intestatus decedens tacitè videtur ordinare id quod lex ipsa, aut Statutum disponit de ejus successione, ut ex *Bald. in cons. 121. num. 2. lib. 4. Curt. Jun. cons. 4. num. 4. vers. eamdem opinionem, Natt. cons. 216. num. 10. Mantic. de conject. ultimar. volunt. lib. 7. tit. 7. num. 14. Peregr. de fideicomm. art. 25. num. 15. Joseph. de Rustic. d. lib. 2. cap. 3. num. 5. & lib. 6. cap. 8. num. 23. Marin. reso. 88. numer. 4. Cancer. var. resolut. cap. 8. numer. 221. tom. 1.* 36

Patet etiam ex prædictis, quod non obstaret licet hæreditati jacenti clerici personis laicis delatæ dandus esset curator coram Judice Ecclesiastico, ut dictum fuit pro parte mulierum probari per *Carleval. de Judic. lib. 1. disputat. 2. à num. 322.* quamvis id non sit ita planum, quod decidi contrarium non possit per doctrinam *Guid. Pap. decis. 261. & Petr. Gregor. in syntagmat. univ. Jur. lib. 46. cap. 3. num. 8.* ubi habetur, quod bona sequuntur conditionem illius, cui sunt destinata. 37

Quinta decidendi ratio fuit, quia eò magis Statutum comprehendere debet hæreditatem clerici, quo favorabile est, nempè conditum ad conservanda bona in familia, & agnatione. *Rot. Rom. decis. 563. numer. 2. in recent. Thesaur. decis. 375. num. 52. Medic. allegata decis. 53. num. 10. 11. & seq. Joseph. de Rustic. dicto tract. de lib. in condit. posit. lib. 2. cap. 2. n. 7. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de Statut. concl. 1. num. 1. vers. minor probatur latissime Cavagn. ad decret. 73. Montisferrati §. 1. quest. 1. & 2. per tot.* sunt etiam pro hac opinione *dec. Rot. 104. p. 1. recent. & decis. 644. num. 2. in 2. par. rec.* per quam revocata fuit *decis. ejusdem Rot. 780.* ubi conclusum fuerat hujusmodi Statutum odiosum esse, & sic tandem argumentati sunt *Merlin. d. tract. de legitim. lib. 3. tit. 1. quest. 19. Caval. decis. 33. par. 3. nu. 15. & decis. 20. n. 4. lib. 4. Grass. de effect. cleric. effect. 2. num. 276. Tort. ad Stat. Pap. in civil. Stat. 95.* inferendo quoque ex conservatione familiarum ipsius Reipublicæ conservationem per *tex. in leg. 1. §. sed & si ferens vers. publice enim interest ff. de ventr. inspic.* 38

Nec in consideratione habitum fuit, quod Statutum aliquo casu vocet fœminas, nimirum filias antè patruos, quia ex hoc non desinit esse conditum favore agnationis in casibus in quibus masculi sunt prælati fœminis. *Socin. Jun. cons. 23. num.... vol. 1. & cons. 53. vol. 2. Gratian. cons. 26. col. 7. vol. 2.* ex *Molin. de Hispan. primogen. cap. 5. numer. 50.* tradit *Fusar. quest. 499. num. 24.* 39

Sicut nec attendenda fuit consideratio deducta ex eo quod clerici non gaudent hoc Statuto in eorum successione activa, in qua favor consistit; undè inferebatur eosdem neque volentes illo ligari posse.

Quia cum superius probatum fuerit Statutum considerare

fideraffe dumtaxat perfonas fuccedentium, ac difponere de rebus, quæ non funt exempta à jurifdictione laicali, & in omnem cafum tempore, quo non amplius funt fub Dominio inteftati defuncti, utique jam patet objectum undequaque ceffare; non enim agitur de favore, vel præjudicio clericorum, neque de eifdem, volentibus, aut nolentibus Statuto fubjiciendia, fed an hæreditas ac bona, quæ fuerunt clerici poftquam fine teftamento obiverunt fubjacent difpofitioni Statuti *de fucceff. ab inteft.* & inter varias rationes, ac folida fundamenta, quæ ftant pro affirmativa, hæc etiam quod Statutum fit favorabile, concernatque publicam utilitatem fuperaddita fuit.

Cæterum fi aliquo pacto poffet argumentum prædictum de fucceffione reciproca locum fibi vendicare in hifce terminis, quod negatur. Illud tamen, ut inferiùs dicetur in refponfione ad contraria, procedit affirmativè, non autem negativè. *Lap. alleg.* 101. *num.* 22. aliàs valeret argumentum, fœmina non fuccedit cum mafculo, ergo nec ei fucceditur, & Statutum in ejus hæreditate locum non habere malè concluderet.

40 *Sexta*, quia cum Statuto concurrit etiam voluntas ipfiufmet Clerici (ut fuprà attigimus) qui dum inteftatus deceffit, & teftando potuiffet de bonis fuis difponere pro libito, cenfetur ad ejus hæreditatem invitare eos, quos lex fuæ Patriæ vocat, & velle id quod Statuta volunt *Peregr. de fideicomm. artic.* 25. *num.* 15. *Joseph. de Rusticis dicto lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. & *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 23. *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 6. *tit.* 7. *per tot.* Et hoc, etiamfi fimus in perfonis Statuto noftro fuppofitis *Rot. dicta dec.* 295. & 304. *par. pr. diverf.* ut de clerico tradit *Pic. in l. Titia §. Titia cum nuberet num.* 78. Et de Principe, qui Statuto non ligatur *Vafq. quaft. Illuftr. controv. c.* 45. *num.* 16. 17. Præfertim fi mafculos pro familiæ confervatione, ac bono publico, ut fuprà de noftro Statuto conclufum fuit, Statutum vocet *DD. in l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* quo cafu etiam quod præceptivè procederet, faltem ex dictamine rationis ligari Clericos admittit *Surd. d. conf.* 301.

Et eò magis clericorum voluntatem non contrariam, fed conformem ftatutis præfumere debemus,
41 quo non minus eos appetere familiæ propriæ confervationem, quam laici in dies experimur, ac tradit *Surd. d. conf.* 760. *num.* 10. *Medic. dicta dec.* 53. *num.* 13. Accedat denique quod licèt fucceffio Clericorum regulari deberet à jure communi, ut pro par-
42 te mulierum prætenditur, cum Statutum jus commune in regione ubi viget appelletur, ex quo idem jus civile mandat Statuta pro jure obfervari *l. omnes populi ff. de juft. & jur. Honded. conf.* 13. *numer.* 131. *lib.* 1. *Surd. conf.* 8. *num.* 14. *conf.* 110. *n.* 12. & 343. *num.* 7. *Jaf. conf.* 149. *numer.* 14. 17. 18. *lib.* 2. Adhuc non poterit evitari difpofitio Statuti vigentis tempore mortis defuncti, regulare enim eft leges pofteriores prioribus derogare.

At fi fortè dicatur cum *Mantic. in lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 20. *de conject. ultim. volunt.* quod eatenùs clericus præfumitur fe eum Statutis conformare, quatenus illis vivens ufus fuerit; Præfto erit refponfio, quia prætterquamquod omnes Clerici paffim in Dominio Genuenfi Statutis laicorum utuntur ex privilegio, quod perquàm facillimè illis impertitur, nec vis tota argumenti poteft refidere in negatione aliquot cafuum, qui in dicto privilegio jufta, ac rationabili de caufa excipiuntur, cum cæteris omnibus plenè utantur; adhuc fi daretur, quod Clerici noftris Statutis non uterentur, non proindè jure inferri poffet, quod non præfumatur eorum voluntas fe conformare cum difpofitione Statuti *de fucceffion.*
43 *ab inteft.* cum hæc præfumptio fit fundata in propriamet eorum appetentia confervationis agnationis, & fuæ familiæ. *Surd. d. conf.* 560. *num.* 10. & *DD. in l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* ad quam omninò refpicit (ut dictum fuit) Statutum prædictum, & hinc fit, ut fuprà pariter animadverfum fuit ex *Rot. in dicta decif.* 295. & 304. quod eadem præfumptio procedit, licèt fimus in perfonis Statuto non fubjectis.

Nec relevans vifum fuit, quod ratione motivorum opponebatur M. Advocato dicti mafculi, neutiquè conjecturas habere dumtaxat locum in teftamento, non in fucceffione ab inteftato, quo cafu attenditur lex fola, feu Statutum, non autem voluntas defuncti, quamvis de ea conftaret evidenter, aut per teftes, aut per teftamentum invalidum; Quia, prout eleganter refpondebatur per dictum M. Advocatum, nulla fubeft differentia in indaganda voluntate teftati, ac inteftati, quod fi non attenditur voluntas inteftati minus legitimè declarata, id tamen provenit, quia non eft, nec cenfetur ejus voluntas, ut per *l. cum Syllanianum C. de iis quibus ut indign. l. heredes §. ultimo ff. de Teftam. §. ex eo autem folo Inftit. quib. mod. teftam. infirm.* probat *poft Alex. in l.* 2. *num.* 22. *C. de bon. poffeff. Mantic. dicto tract. de conject. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 2. Secùs autem eft, ubi voluntas etiam ex conjecturis colligitur.

Et hæc ex abundanti, & ad ornatum hujus celeberrimæ quæftionis dicta fint; Quatuor enim primæ ex enucleatis rationibus decidendi nullum amplius ambigendi locum pro parte mafculinæ prolis reliquiffe vifum fuit; Addita præfertim pro coronide obfervantia interpretativa maribus favente cum cafus aliàs evenerunt hic Genuæ, fic enim decifum fuit anno 1626. per M. Egregiumque J. C. Jo: Baptiftam Cafanovam, uti arbitrum, & arbitratorem inter Antonium Antonellum Procuratorem Pellegrinæ Barbambeæ, & Bernardum ejus fratrem, fic per M. Afdrubalem Bixxari Priorem Rotæ Civilis temordicùs hinc indè difcuffa anno 1636. in caufa Michaelis Blancherti revocata fententia M. Vicarii Clavari, fic denuo in eadem caufa per Illuftriffimum, integerrimumque J. U. D. Opicium Spinulam Judicem fecundæ inftantiæ, fic denique per Magn. Rotam Civilem in folemni, ac diutius agitata caufa fucceffionis q. R. Canonici Draghi: Undè patet hæc exempla fuiffe adeò frequentia, ac uniformia, prout requiri dicebatur ex parte mulierum, ut ex illis haud temerè concludi poffit inductam fuiffe obfervantiam interpretativam.

Et licèt, ut opponebatur, non exemplia, fed legibus fore judicandum, planum fit apud omnes, neque quod Romæ actum fit, fed potius, quod agi, fierique debebat infpiciendum effe probat *Menoch. in præfat. lib.* 1. *præfumpt. num.* 22. Tamen quando quæ- 44
ftio tantùm controvertitur fuper obfervantia Statuti exprefsè præcipientis id, quod quæritur, exempla illa habentur pro declaratione, quæ defumitur femper ex obfervantia fubfequuta, quæ dicitur regina omnium interpretationum *Surd. conf.* 362. *n.* 10. & *conf.* 224. *num.* 7. ac idem operatur, quod lex fcripta ex traditis *per Fontanell. decif. Cath.* 37. *num.* 9. & *Rot. decif.* 446. *apud Ludovif.*

Nec obftare cenfuimus enunciata exempla, feu ut vocantur præjudicia, de quibus teftatur *Mafcard. in tract. de gener. Stat. interpret.* tum quia ea non habentur præ manibus, ficut è contrà habentur ea, quæ maribus favent; Undè minimè perpendi poffunt quomodò adaptentur ad terminos præfentis noftræ quæftionis, & à quonam Jurifperito provenerint; Tum etiam quia illis non obftantibus toties, ut fuprà relatum eft, contrarium decifum, ac judicatum fuit in hac Civitate dominante ab eximiis, ftrenuifque Jurifconfultis; Quapropter cum numero, authoritate, ac tempore præjudicia, quæ ftant pro maribus præponderent duobus illis, de quibus fit tantum fides per Mafchard. nemo inficiabitur (fi modò aliquam vim habere debent in Judiciis) illa, non hæc fequenda fuiffe.

Conftat ex prædictis jam opus non effe latiùs infiftere in folutione contrariorum, cum faltem ea, quæ prima fronte rem dubiam facere videbantur penitus convulfa remaneant, tamen, ut omnia eodem quo objecta fuere, ordine percurrantur, illa figillatim reaffumere non pigebit.

Non obftat igitur primum, in quo dicebatur ex- 45
peditum effe de Jure Canonico, ut ad hæreditatem clerici inteftati fuccedant confanguinei, quorum appellatione veniunt etiam fœminæ, & in defectu confanguineorum Ecclefia.

Quia refpondetur eofdem dari de Jure Canonico fucceffores clericis, qui dantur de Jure Civili, ut in dicta *Auth. de Ecclef. titul. collat.* 9. §. *fi quis autem*

Epifco-

Episcopus, *& leg. si quis presbyter. Cod. de Episc. & Cleric.* ad quod Jus Canonicum se refert in materia successionis *gloss. in dicto cap. 1. de success. ab intest. verb. tradantur Specul. eod. tit. per tot.* Et licèt de jure civili etiam fœminæ admittantur ad successionem intestati *leg. maximum vitium de lib. prater.* Attamen aliud suggerente Statuto hoc attendendum esse per fundamenta, ac rationes latè jam enucleatas probatum fuit, nec ex eo, quod jus commune contrarium statuat, inferri potest Statutum attendi non debere in successione clerici, cum hoc sit decidere per idem, quod quæritur.

Minùs obstat si replicetur, quod saltem ex quo deficientibus hæredibus legitimis succedit Ecclesia, inferri debet, quod bona clerici, eo mortuo adhuc dicuntur Ecclesiastica, & sic de eis non potuisse Statutum quidquam disponere, quia si hæc illatio vera esset, semper Ecclesia succederet etiam propinquis existentibus, cum de bonis Ecclesiasticis ne quidem testari clericus permittatur, sed tantum abest, quod dicta *l. si quis Presbiter.* 20. *C. de Episc. & Cleric.* probet bona clericorum post eorum mortem adhuc Ecclesiastica dici, ut quinimò sicut jam observatum fuit probat totum contrarium, dum ibi dicitur *bona, quæ ad Clerici pertinuerunt*, per verbum præteriti temporis, retorquetur ergo argumentum eodem assumpto, si clerico succedunt hæredes legitimi in bonis, quæ ad eum pertinuerunt, jure non possunt
46 Ecclesiastica dici; Quod vero Ecclesia succedat deficientibus propinquis non fiscus, ut disponitur in dicta *l. si quis Presbiter*; Id fuit de jure positivo inducto ab Imperatoribus Theodosio, & Valentiniano, confirmatumque per *Justinianum in dicta Auth. de Eccles. tit. §. si quis autem Episcopus*, eodem sanè motu pietatis, quo Magnus Constantinus olim toti Italiæ, Insulisque adjacentibus cesserat ad favorem
47 Ecclesiæ. Quinimò nec est ita undequaque tutum, quod Ecclesia succedat Clerico deficientibus legitimis hæredibus, saltem in stabilibus, ac aliis, quæ illius intuitu quæsita dici non possunt *Oldrad. cons.* 17. *& Peregr. de Jure Fisci lib. 4. tit. 3. de bon. vacant. num.* 10. *vers. attende*, ubi ad favorem Fisci Cameralis urbis Paduæ decisum refert.

Non obstant secundum, & tertium, in quibus dicebatur Statutum nostrum *de success. ab intest.* tum ex potestatis, tum ex voluntatis defectu nequaquam comprehendere posse personas, aut bona Clericorum quia satis superque illis occursum fuit, dum dicebatur Statutum respicere principaliter ad personas succedentium, ac disponere circà bona merè laicalia statuentibus prorsùs subjecta, ac tempore, quo non amplius sunt clerici, factumque id esse pro bono publico, nec aliquo pacto Immunitati Ecclesiasticæ adversari, cum non arctet, vel prohibeat, habilitet, vel inhabilitet clericos, & quod dumtaxat fuit principale in intentione statuentium attendi debere.

Non obstat quartum de causa testati, ad causam intestati, quia respondetur hoc argumenti genus hic
48 locum non habere, quandoquidem si argumentari licet quoad interpretandam scriptam voluntatem Testatoris, quæ aliquo pacto dubia apparet. Regulatur enim tali casu à causa intestati, quia præsumitur testatorem se voluisse conformare cum dispositione juris, si modò diversitas rationis aliud non suadeat, ut tradit *Everard. in Topic. Jur. per tex. quos citat*, *& Rot. decis.* 295. *par.* 1. *divers.*

At è contrà non rectè infertur Statutum non potest prohibere clericis, ne disponant pro libito de rebus suis in quemcumque, tam masculum, quàm fœminam, ergo nec disponere potest, ut ad eorum hæreditatem, quatenus intestati decedant, succedant soli masculi exclusis fœminis; In primo enim casu Statutum loquitur expressè de clericis, vel saltem est præceptivum, & coarctativum, & per consequens contrà libertatem Ecclesiasticam, ut agnoscit idemmet Magnificus pro fœminis Advocatus in quarto ex fundamentis allatis pro opinione, quam eleganter quidem, ac satis doctè conatur defendere in dicta luculenta, & copiosa ejus juris allegatione *vers. at qui palam*, utpotè quod restringit liberam eorum facultatem, ne disponant pro libito de rebus suis; In casu autem intestati Statutum non jubet, non arctat, nec quidquam operatur, in quo libertas clerici patiatur detrimentum; Imò potius voluntas clerici adesse dicitur cum semper præsumatur (ut ostensum fuit) conformis juribus vigentibus in loco ejus originis, nec desinit esse Civis suæ Civitatis, sed in omnem casum disponit de bonis tempore, quo amplius non sunt clericorum, ac in subditos jurisdictionem exercet.

Non obstat quintum de successione reciproca, ut scilicet dum clerici in activa successione excluduntur à beneficio Statuti, nec passivæ eorum successiones ab illo regulari possunt. Ex doctrina enim *Lapi in laudata allegatione* 101. *num.* 22. constat argumentum hoc tantummodo affirmativè concludere non verò negativè, aliàs neque hæreditas fœminæ, quæ extantibus masculis non succedit, à Statuto comprehenderetur: Præterea non procedit argumentum per diversitatem rationis in utroque casu; Successiones enim clericorum activæ à Statuto non regulantur, quia, ut proximè suprà dictum est, Statutum tali casu procedit in pluribus percipiendo, vetando, ac prohibendo, nam, & in aliquibus generaret præjudicium ipsismet clericis, ut puta quando clericus nepos defuncti ex filia præmortua excluderetur à filio defuncti, secus autem est in nostro casu, ergo corruit argumentum.

Sextum objectum deductum ex eo, quod non vi- 49
detur nostrum Statutum conditum favore agnationis, cum Patruus excludatur à nepte, prorsus ablatum remanet per ea, quæ fuerunt suprà considerata in quinta ex rationibus decidendi, dum dicebatur non ideò minùs desinere Statutum conditum esse favore agnationis in casibus in quibus masculi sunt prælati fœminis ex *Molin. Fusar. Socin. Grat.* & aliis ibi congestis præsertim *decis. Rot.* 644. *par.* 2. *recent.* Licèt enim in capite exclusivo, & eo considerato dumtaxat odiosum videatur, & in inclusivo favorabile, veriùs tamen esse concluditur dici favorabile, nam aliqualis illa odii consideratio non attenditur *Cravett. cons.* 118. *num.* 9. 10. *Medic. dicta decis.* 53. *num.* 13.

Septimo, quoque ubi opponebatur nostrum Statutum loqui præceptivè, plenè responsum fuit perlatè firmata in secunda, & quarta ex iisdemmet rationibus decidendi, cæterum non est verum, quod sit præceptivum, nec ex parte vocati, qui posset non succedere, si nollet nec ex parte defuncti, qui sicut dum vivebat non fuit prohibitus de rebus suis pro libito disponere, ita ad eumdem jam mortuum referre præceptum planè ridiculum foret.

Non obstat octavum, quod scilicet dum Statutum vocat masculos liberos ex legitimo connubio descendentes, minimè potest comprehendere clericos, quibus justæ nuptiæ interdicuntur; Licèt enim clerici sacris ordinibus initiati matrimonium contrahere non possint, sæpè tamen contingit plures clericos effectos post matrimonium, relinquere filios legitimos, ac naturales, aliosque clericos retentu habitu, tonsura, ac privilegiis ex legitima uxore filios habere, nec replicetur his casibus per accidens, ac de raro contingentibus Statutum non adaptari, quia data instantia, ex qua non abesse potentiam constat, cadit argumentum; Præsertim cum non ita de raro hæc fiant, nam plures ex clericis progeniti legitimi, ac naturales possent hic Genuæ, & in toto Dominio indicari.

Cæterum non admittitur argumentum procedere, 50
aliàs enim pupillus infans, cæterique omnes, qui nequeunt, aut ex inhabilitate naturæ, aut ex accidenti liberos procreare non comprehenderentur à Statuto, cum tamen contrarium probatur per *Thesaur. instar omnium lib. 2. quæst. 18. per tot.* Dicendum est igitur, ut respondebat idem Magnificus pro parte maris Advocatus, quod Statutum generalem præscribens succedendi methodum, ubi adsunt liberi, liberos vocat, iis non extantibus fratres, & sic deinceps, sed non minùs operatur ad beneficium fratris, ex quo defunctus non habeat, vel numquam habuerit liberos.

Ad nonum latissima patet ex suprascriptis responsio, licèt enim Statutum post illa verba *Intestato decedenti*, subderet expressè *sive laico*, *sive clerico* non 51
ideò minus validum foret, cum propterea non esset

rarnùs reale, ac disponens circa bona prorsùs subjecta statuentium jurisdictioni, ad quæ principalis eorum intentio est directa, ut tones conclusum fuis, præsertim ex *Thesaur. dicta quæst. 2. lib. 2. num.....* & *dec. 295. n. 10. 11. par. 1. diverf. Surd. dicto conf.* 343. & aliis ulterius tollitur etiam objectum per regulam *l. expressa de reg. Jur.* ubi expressa aliquando nocent, secus non expressa, & potissimum, ubi agitur de annullatione actus.

Authoritates denique Doctorum, qui pro fœminis contrà Statuti dispositionem allegabantur, nullo pacto urgere posse haud temerè ex prædictis infertur, quamvis majoris, aut ponderis, aut numeri illæ essent (ut jactare non desinunt contrariam sententiam profitentes) cum apertissimis juribus, ac solidioribus fundamentis isthæc nostra firmetur opinio; Attamen adhuc ea illorum jactatio evanescit; In Confesso enim est omnes contrariæ sententiæ DD. ut observat *Thesaur. dicta quæst.* 2. ab uno pendere. Imola, qui malè inducens de casu Statuti pœnalis loquentis in personam arctantis modum testandi, & sic contrà personam Ecclesiasticam ad casum Statuti *de success. ab intest.* nihil concludit, vel saltem pendere ab Alex. & Ruin. Imolæ sequelis, qui insuper eo in errore fuerunt, ut existimaverint successionem non subditi etiam pro bonis Statuto suppositis inter subditos à Statuto non determinati, cujus contrarium suprà *num....* vel ipsiusmet Rotæ Romanæ authoritate ostensum fuit.

Cæterum si in cathalogum redigantur DD. qui sententiam, quæ Statuto nostro non derogat, fuerunt professi, ut quamplures enumerat *Mart. Medic. dicta decis. 53. numer......* frequentioribus, ac gravioribus profectò suffragiis defensata hæc materia reperiretur, satis nihilominus esse visum fuit Rotæ Romanæ, Senatui Pedemontano, Rotæ Senensi, ac propiùs in terminis Rotæ nostræ Genuensi Classicis, ac planè Sacris Tribunalibus adhærere; Quæ utique præjudicia pensitatis eorum rationibus, si veritatem amamus, Judicibus normam quamdam præscribere videntur, *quam ultraque citraque*, ut cecinit ille, *nequit consistere rectum*; Quare nec mirum si ut suprà præmissum est secundum ea decisum per nos fuit, & ità quoque decisum refert *Molfes. ad consuetud. Neapol. par. 2. de personis quæst. 7. numer. 13. Peregrin. decis. 217. num. 12.* qui tamen loquitur in hæreditate forensis, sed eadem videtur ratio militare.

52 Exclusa tamen fuerunt bona, quæ obvenissent dicto q. R. Jo: Andreæ ab aliquo beneficio Ecclesiastico, quia ista dicuntur Ecclesiastica, & proindè non subjacent, ut cætera jurisdictioni Statuti, sed subjecta sunt spolio de Jure Canonico. *Thesaur. d. q. 2. n. 19. circa finem. Merlin. d. q. 19. num. 18.*

53 Nec obstare visum fuit quod ex parte dicti masculi allegabatur, nempè quod cum ex conventione inita cum Camera Apostolica Clerus Genuæ habeat facultatem de eis testandi; Ideò bona etiam Ecclesiastica tamquam patrimonialia dijudicantur, & portio illa, quæ seclusa dicta coeventione posset prætendi spectare Cameræ Apostolicæ, spectat iisdemmet hæredibus, quibus spectant cætera bona Clericorum.

Quia contrarium concludunt etiam in istis terminis DD. ipsi, qui pro maribus scripserunt, ut videre est apud *Thesaur. & Merlin.* ubi proximè suprà, & tradit *Bursat. cons. 93. sub num. 10. Mart. Medic. dicta decis. 53. numer. 7. & 19. Saraji in dicta addit.*
54 *post sing. Marthes. num. 106.* Accedat quod in liberatione spolii ex conventione inita cum Camera Apostolica expresè disponitur à Summo Pontifice, quod ea bona debeant applicari proximioribus ipsius clerici, sub quo nomine tamquam communi masculis, & fœminis hæc veniunt etiam ex propria verborum significatione. *Gabriel. de verb. signif. concl. 6. num. 4. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 2. Dec. in l. fœmina num. 125. ff. de reg. Jur. Barbos. de appellat. verb. appellat. 229. num. 3.* ubi quamplures allegat, & denique *Fusar. de substit. quæst. 366. numer. 2. & sequentib.*

55 Additum tamen fuit, si superfuissent ab alimentis necessariis dicti q. nostri Clerici pro ejus statu, qualitate, & dignitate, semper enim præsumendum venit, quod clericus fructus beneficii in alimenta con-
sumpserit *Grat. cap. 381. num. 3.* cum non teneantur 56
Beneficiati se alere ex bonis patrimonialibus, vel personarum intuitu elargitis, sed possunt hoc facere ex bonis Ecclesiasticis, & iis est trita regula, altari inserviens de eo vivere debet *c. cum secundum de preb.* reservando sibi, & posteris patrimonialia, ac cætera bona non Ecclesiastica *Innoc. cap. cum Episcopus de Prabend. Socin. cons. 91. num. 3. latè Surd. de alim. tit. 9. par. 12.* ubi *à numer. 11. usque ad 21.* probat quod præsumitur clericus habere bona utriusque generis alimenta, & alia sibi necessaria percepisse ex Ecclesiasticis.

Verùm, ne prædictæ sententiæ effectus protraheretur solitis Reorum dilationibus in infinitum prævia dicta plenaria, ac diffinitiva decisione super proposita quæstione juris, utrum scilicet in successione dicti q. R. Andreæ attendi deberet jus commune, vel Statutum, super qua lis fuerat contestata, assignatum fuit certum tempus, intrà quod emergens quæstio facti, nimirum, an in hæreditate dicti clerici adsint, & supersint aliqua bona eidem obventa ab aliquo beneficio Ecclesiastico diffiniri debeat, nec retardare debuit ejus prolationem dubium, quin posset dici concepta sub conditione intrinseca de futuro, quo casu si omninò inutilis sit sententia, invalida dicitur. *Scacc. de sentent. & re judic. gloss. 14. quæst. 14. num. 12. & 32.*

Tota enim quæstio juris, quæ proposita, & super qua lis contestata fuit (ut dictum est) plenè diffinita remaneat, undè seclusa appellatione ulterius de ea non esset quærendum, nec nova sententia egeret, & ideò jure potuit emergens quæstio facti ad futuras probationes, & liquidationem reservari. *Scacc. eodem tract. dicta gloss. 14. quæst. 14. num. 53. 55. junctas præcedentibus num. 45. 46. & seqq.* Quando autem 57
conditio non facit sententiam incertam, nec aufert decisionem rei in controversiam deductæ, tunc non reputatur conditio, aut saltem non adversatur sententiæ, sic videmus quotidiè reum condemnari ad rem incertam, & illiquidam reservata liquidatione facienda in alio judicio, seu in executione sententiæ, *Scacc. ibid. quæst. 15. num. 21. & 25.* Sic quando petitio continet, ut aliquis condemnetur ad rationem reddendam sufficit quod ad hoc condemnetur circà ea tantummodò, quæ ad ejus manus pervenerunt, factaque exindè liquidatione Judex certam feret sententiam. Sic denique orta controversia super validitate donationis Judex potest proferre sententiam, ut bona donata spectant ad donatarium, quatenus ex liquidatione facienda appareat bona donata non excessisse unciam bonorum donantis, idem *Scacc. dicta quæst. 14. num. 55.* Et ita.

Jo: Dominicus de Casaregis.

Juxta prædictam decisionem Genitoris mei decisum fuit à Commissario Massæ inter Liviam matrem, & Antonium filium de Castellanis.

Item à Prætore Arculæ inter Franciscum Ugolinum q. Simonis, & Thomasinam Domenichinam, & Catharinam sorores, & filias q. Jo: Ugolini super hæreditate fratris eorumdem Simonis, ac Joannis anno 1624. die 30. Julii.

A M. Georgio Cesis Priore Rotæ Civilis anno 1627. die 26. Aprilis Judice appellationis à dicto Prætore Arculæ in actis D. Jo: Francisci Cavatiæ Notarii.

A M. Asdrubale Bizarri Priore pariter Rotæ Civilis nostræ Judice appellationis die 8. Julii 1632. in causa successionis q. R. Petri Francisci Blanchetti in actis Petri Mathiæ Rubini ad favorem Michaelis, & Turrini Blanchettorum.

Item à M. Opitio Spinula Judice appellationis tertiæ instantiæ dictæ causæ contrà Susanoam, & Minettam de Blanchettis anno 1635. die 1. Martii in actis ejusdem Notarii.

A M. Hieronymo Bargalio Judice appellationis tertiæ instantiæ à sententia Genitoris mei, quam ille confirmavit contrà sententiam Prioris Rotæ in actis D. Francisci Bagnasci die 10. Julii anno 1660.

A M. Hieronymo Rodino Judice delegato ad referendum in causa hæreditatis Rev. Vincentii Tiscorniæ anno 1662. die 20. Maii.

Per Rev. Jo: Campionum, & M. Bargalium

Judices

Judices Compromissarios in causa hæreditatis R. Nicolai Acubi q. Landi in actis D. Hieronymi Scotti Notarii anno 1662. die 6. Septembris.

Super hac quæstione vide ea, quæ latè deduxi suprà in *Stat. de success. ab intest. ad rubr. numer. 16. & sequent.*

A D D I T I O

Ad num. 37.

58 Vida *Altimar. de nullit. rubr. 11. quæst. 4. num. 154. usque ad* 160. ubi curator Clerico dari debet à Judice laico quando litigatur coram Judice laico, & alias declarationes vide penes eum authorem late super hac materia. *Vide Rovit. decis. 58. & ibi add.* Hæreditati tamen vacanti Clerici curator debet dari à Judice laico, *Rob. de confus. jur. cap. 3. numer. 152. Fajard. alleg. fiscal. par. 2. alleg. 45. per tot.*

A R G U M E N T U M.

AN, & quando per adhæsionem factam appellationi licèt limitatæ intelligatur etiam appellatum per adhærentem, & tractatur successivè de separatione, individuitate, ac connexione Capitulorum. Materia subtilis, ac utilissima.

S U M M A R I U M.

1 *FActi series.*
2 *Appellatio etiam sine ministerio adhæsionis remanet communis appellato per l. ampliorem.*
3 *Secus quando appellatio esset limitatè interposita ab appellante.*
4 *Limitata causa effectum producere debet limitatum.*
5 *Appellatio licèt limitatè interposita fit communis appellato, quando iste adhæsit appellationi intra dies 10. hoc etiam in capitulis separatis.*
6 *In Regno Franciæ sublata est dispositio l. ampliorem C. de appellation.*
7 *Adhæsio infra 10. dies, ac appellatio à pari procedunt.*
8 *Si utraque pars appellaverit, & una deficiat postea in prosequutione suæ appellationis potest se juvare prosequutione alterius partis, & numer. 10.*
9 *Æquior opinio in judicando sequenda est, licèt altera sit communior.*
11 *Reprobantur Costa, & Rice.*
12 *Appellatio in connexis remanet communis appellato sine ministerio adhæsionis.*
13 *Conciliantur, & declarantur Costa, & Riccius in contrarium allati.*
14 *Reprobatur Rugginell. & reprehenditur ab Amat.*
15 *Adhæsio debet Judici intimari prout appellatio, & quomodo procedat declaratur numeris sequentibus 16. 17. & 19.*
18 *Numquam appellari potest limitatè, quando sententia Judicis expressè in capitula non divisit, & si appellabitur limitatè, adhuc appellatio in totum remanebit communis appellato, & num. 21.*
19 *Quando capita sunt connexa, appellatio sine adhæsione est communis appellato, licèt limitatè fuerit interposita.*
20 *Quando capita sententiæ dependent ab uno articulo sunt individua.*
21 *Item quando proveniunt ab eadem causa.*
22 *Secus quando ex diversis causis summa petita processerit.*

R E S O L U T I O II.

Albinganensis appellationis,

Pro M. JO. AUGUSTINO ODDO.

INter alios articulos plenè discussos præsens hic 1
mordicus examinandus remansit in causa vertente inter Magn. Jo: Augustinum Oddum, & DD. Scottos utrosque Albinganenses, utrum appellatio ab istis limitatè interposita in punctis, & partibus effecta fuerit communis dicto Magnific. Oddo appellato per ejus adhæsionem in actis factam intra terminum ad appellandum à Statuto nostro præfixum.

Videbatur enim non existere communem dictam
appellationem, quia solùm ipso jure etiam sine mini- 2
sterio aliquo adhæsionis remanet communis illa appellatio, quæ fuit simpliciter interposita ab appellante, ut est *Tex. in leg. ampliorem Cod. de appell. & ibi gloss. ac omnes scribentes, Rota coram Ludovis. decis. 581. numer. 6. Amat. resolut. 9. numer. 10. & 11. Dec. cap. si duobus de appellat. numer. 61. Joan. Anton. ab Eccles. observat. 24. numer. 5. in titol. de appellation.* Idem dicendum in laudo arbitrorum, *Canter. var. lib. 3. cap. 17. num. 78. & pluribus seqq.*
Secus verò quando appellatio esset limitatè interposi- 3
ta in punctis, & partibus contrà appellantem, eo enim casu non potest aliquo modo juvare appellatum in aliis capitulis separatis, ac distinctis *Gloss. in verb. Judicatis leg. ampliorem Cod. de appellat. Franch. de appellation. in cap. si duobus numer. 9. Ofasch. decis. 142. numer. 27. Abb. in cap. cum Joannes 10. à numer. 17. vers. Ego limitarem de fid. Instrument. Joffred. decis. 458. Gratian. cap. 1. numer. 16. usque ad 19. & in ejus decis. 83. numer. 6. & ibi Scopp.* ratio est, quia ubi non est appellatio, ea non potest esse communis, neque particularis, cum non entis nullæ sunt qualitates. *Scact. de appellat. quæst. 17. limit. 21. numer. 20. Marcian. disput. 16. numer. 5. & seqq. & Hodiern ad decis. 143. Surdi numer. 3.* Item quia 4
limitata causa effectum producere debet limitatum. *Ludovis. decis. 223. & 552. lit. A. Ruginell. de appellation §. 6. gloss. 1. cap 1. numer. 4. 5. & sequent. Lancellot. de attentat. appellat. pendent. cap. 12. numer. 9. par. 2.* Ideoque neque adhæsio facta ab appellato appellationi potest extendere subjectum, cui ipsa adhæsio inhæret, & per consequens non potest ampliare appellationem ad altera capitula non appellata, quia actus adhæsionis solùm potest assentiri appellationi existenti, non equidem appellationi inexistenti in alteris capitibus ex deficientia subjecti, cui inhærere possit. *Scact. de appellat. quæst. 17. limit. 1. numer. 54. & limit. 21. numer. 20. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 12. numer. 9. Stopp. ad decis. Gratian. observat. 23. numer. 27. Marcian. disput. 16. num. 3. Rot. Lucen. inter recoll. à D. Palma Jun. decis. 68. num. 2. tom. 1.*

His tamen nihil obstantibus, pro veritate indubitabili tenendum est in nostro casu fuisse, & esse communem appellationem, quia prædicta in contrarium adducta procedunt solùm, quando appellatio fuit limitatè interposita, & non fuit facta adhæsio saltem
intra tempus ad appellandum ab ipso appellato, sed 5
in nostro casu, qui appellatus adhæsit intra tempus legitimum ad appellandum, quo poterat verè, ac principaliter appellare, tunc illa adhæsio induit naturam principalis appellationis hoc mirabili privilegio, ut adhærens juvari possit ipsamet appellatione appellantis sine alia operatione, quemadmodum si appellatio esset ipso jure communis in omnibus capitulis sententiæ utrique parti, tradidit in puncto *Pasteb. cons. 96. §. ibi ergo*, quia ut adhæsio facta in tempore ad appellandum non sit inutilis, & aliquid operetur dicere debemus, quod tunc prosit in separatis, maximè quando expressè in adhæsione id dictum fuit cujus occasione facta fuit adhæsio, prout ipsemet Oddus protestatus fuit se adhærere ob alia capitula sibi perniciosa, & non appellata. Eamdem pariter opinionem, & Doctorem sequitur *Lancellot. de attent. cap. 12. limitat. 44. numer. 3. in fin.*

in fin. ibi nisi appellatus adhæserit appellationi adversarii infrà 10. dies datos ad appellandum, quia hoc casu etiam in separatis juvabitur appellatione adversarii, ita *Peregr. in cons.* 18. *numer.* 19. *in fin. tom.* 3. *Magon. decis. Lucens. decis.* 9. *Peguer. decis.* 187. *numer.* 5. & *decis.* 194. *numer.* 20. & *decis.* 46. *Senatus Dola coram Grivell. cum suis additionibus*, ubi in substantia determinat, quod adhærens intra
6 decem dies potest uti, ac juvari appellatione appellantis licèt in toto Regno Franciæ nemo ob constitutiones Regias potest appellatione partis juvari etiam in terminis *l. ampliorem* nisi ipsemet appellatus expressè appellaverit *Rebuff. ad constit. Regias de appellat. tom.* 3. *in præfat. num.* 25. & *Boer. decis.* 73. *num.* 7. *Scacc. de appellat. quæst.* 17. *limit.* 1. *num.* 53. & *Hodiern. ad Surd. decis.* 143. *num.* 8. *vers. tamen*
7 quia adhæsio intra 10. dies, & appellatio in effectu à pari procedunt, & unum, & idem in effectu reputantur *Guidopap. decis.* 436. *num.* 87. *Fontanell. decis.* 413. *num.* 13. *Rot. inter recoll. a D. Palma Jun. dict. decis.* 68. *num.* 6. *tom.* 1. *Altograd. decis.* 55. *numer.* 30. Nam per adhæsionem prædictam adhærens utendo appellatione appellantis potest à Judice *ad quem* reformari facere alia capitula distincta, ac non appellata, prout si adhærens solemniter appellavisset, & appellationem prosequutus fuisset, ideoque cum parem sortiatur effectum adhæsio, ac appellatio, æqualis censenda est; In nihilo refragante doctrina *Rotæ Florentinæ decis.* 55. *coram Magon.* quinimo allegari poterat ad nostrum intentum, quia in casu dictæ Rotæ adhæsio non poterat hunc effectum producere, ex eo quod fuerat per adhærentem interposita prius, ac prosequuta formalis appellatio, quæ in desertionem abiit, ideirco *sub num.* 28. concludit Rota quod si nuncians adhærere solum intendebat, non debebat vim facere, & se fundare in appellatione, prout fecit solvendo datium, & illam prosequendo, & sibi imputet si adhæsionis remedio neglecto, ad appellationis viam convolavit, quæ sibi parum feliciter successit, & ideo ad refugium adhæsionis eidem non datur amplius regressus, & melius se explicat *ead. Rot. sub numer.* 21. ubi fere his verbis dicit quod cum appellatus habeat duo remedia, appellationis scilicet, ac adhæsionis, & appellaverit ac adhæserit, cum fecerit has duas appellationes, prima appellatio valida fuit, & omnia devolvit, secunda facta virtute adhæsionis fuit inutilis, quia non invenit quod devolvere posset, nam cum prima appellatio fuit valida, ea sola fuit in prosequutione, & desertione.

Quibus etiam pro majori corroboratione addebam *Eminentiss. Cardin. de Luc. de Judic. disc.* 37. *numer.* 71. quo loco testatur de continua praxi S. Rotæ Romanæ tenentis hanc opinionem, neque immorantis in hisce superstitionibus, vel subtilitatibus, an adhæsio facta fuerit intrà tempora, vel appellatio interposita sit simpliciter, vel in partibus odiosis tantum, sed commendabiliter veritatis, ac Justitiæ substantiam attendit. Ideoque si de justitia videatur, quod suppl[illegible]tioni locus esse debeat, tunc rectè Judex appella[illegible]tis id faciet, secundum quam magnorum Tribunalium opinionem semper judicandum esse testatur *Sylv. Nuptial. in verb. in dubio judicandum ampliat.* 4. quem sequitur *de Franch. decis.* 238. *num.* 3.

8 Ex prædictis Doctrinis inferebam etiam, quod si utraque pars limitatè appellaverit seorsum in capitulis separatis, & posteà una deficiat in prosequutione appellationis suæ, nihil hoc ei officere amplius potest, quia per ejus appellationem jam interpositam fuit judicium denuò unitum, ac commune prout erat in prima instantia. Itaut si unus ex appellantibus prosequatur suam appellationem, videlicet committere eam faciat, instantiam conservet, alter appellans potest pro substinenda sua ipsius uti appellatione adversarii, ac illa juvari, & id nobis satis probant *Lancellot. Pascib.* ac alii suprà citati, dum affirmant adhæsionem simul, & semel factam intra tempus habere vim solemnis appellationis, & hujusmodi adhærentes uti posse, ac juvari appellatione adversarii, in capitulis distinctis.

Sed neque in hoc casu indigemus argumentis, ac inductionibus, quia *Dec. in cap. si duobus de appellat. sub numer.* 54. *usque ad num.* 59. *vers. retenta tamen opinione ante numer.* 63. tractat in puncto hanc eamdem quæstionem, & concludit, quod non obstante utraque appellatione interposita à partibus in capitulis separatis, ac diversis unica appellatio sufficiat, & alteri prosit, quia statim per utrumque actum appellationis denuò unitur judicium prout erat in prima instantia. Itaut si unus ex appellantibus prosequatur, & unus deficiat in appellatione, iste poterit juvari in suis capitulis appellatione adversa.

Huic Decii opinioni, quamquam ipse confitetur habere aliquos Canonistas in hoc contrarios, quos tamen ille rationibus refellit, & quoque ego paucissimos inveni, subscripsit *Tondut. de Præventian. cap.* 13. *par.* 1. *num.* 17. & 18. & tamquam æquiorem, ut ille refert, in praxi servatam fuisse vidit per quadraginta annos in Avenionensi Provincia, eamque sequutus fuit *Scacc. quæst.* 17. *limit.* 21. *toto numer.* 28. & *quæst.* 10. *artic.* 2. *in fin.* saltem 9
verò tamquam æquiorem in judicando amplectendam fore juxtà tradita per *DD. in leg. placuit, ubi Castrens. Cod. de Judic.* & *in leg. si tibi ff. si cert. petat.* ubi in dubio semper æquior opinio prævalere debet, quod extenditur etiamsi contraria sententia esset communior, & frequentiori numero Doctorum recepta, ut tradunt *Honded. cons.* 59. *num.* 67. *lib.* 1. *Caphal. cons.* 93. *numer.* 6. *lib.* 1. *Altograd. sen. cons.* 56. *numer.* 14. 45. *tom.* 1. *Decian. inter consilia Port. cons.* 42. *num.* 10. *Lancellott. Gall. cons.* 122. *numer.* 10. haud secus sensit *Rot. decis.* 193. *num.* 96. *par.* 7. *recent.* & *Altogr. Jun. controv.* 63. *numer.* 68. *lib.* 2. *Rot. par.* 15. *recent. decis.* 22. *num.* 11. & *decis.* 141. *num.* 3. *Rot. Lucens. inter recoll. a Dom. Palma tom.* 1. *decis.* 69. *numer.* 26. *Morets. discept. cap.* 29. *num.* 13. & *seq.*

Et in terminis etiam quod quando aliquis se ap- 10
pellavit possit nihilominus uti, ac juvari appellatione adversarii, & ejus commissione, licèt limitatè in partibus interposita, secus verò quando ille non appellavisset docuit *Bursatt. cons.* 145. *num.* 25. *lib.* 2. ibi quod altera pars non potest juvari commissione, neque appellatione appellantis interposita in partibus contra se, nisi altera pars ipsamet appellavisset, idem dicit *Quintill. Mandos. in form. commiss. appellat.* 17. *cap. in parte, & partibus vers. idem Abbas Fol. mihi* 89. ibi, quod si victor vult consequi reformationem sententiæ ex appellatione adversarii interposita in partibus, oportet victorem appellare. *Abbas in cap. cum Joannes de Fid. instrument. num.* 17. *in fin.* & perbellè *Marcian. disput.* 16. *num.* 7. *vers. ad finem*, ibi, ad finem igitur ut in omnibus alteri parti prodesse valeat appellatio necesse est, ut etiam altera pars appellet. Igitur concludendum est quod per adhæsionem intra tempus legitimum factam ad appellandum, vel appellationem interpositam ab altera parte potest ista sine alia operatione uti, ac juvare appellatione adversarii, licet ab eo interposita in partibus, ac punctis sibi tantùm odiosis, quia per adhæsionem prædictam appellati, vel ejus appellationem veram, denuo unitur causa, & fit denuo unicum judicium, & per consequens omnia inter partes evadunt communia, & invicem juvant prout in prima instantia.

Obstare tamen videntur prædictis authoritates *Co-* 11
stæ in remed. 56. & *Ricc. collectan.* 1467. ubi dicunt quod adhæsio non potest fieri ab appellato appellationi limitatæ, & interpositæ in punctis, & partibus, & idem confirmat *Reginell. de appellation.* §. 6. *gloss.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. *vers. ad id vero*, ubi respondendo *Surd.* ausus est dicere oscitanter, & ex suo proprio marte, quod omnes conveniunt, ut in articulis separatis adhæsio fieri nequeat. Ideoque si adhæsio appellationi limitatæ fieri nequeat, falsum omninò est, quòd appellatio limitata reddi possit communis appellato in articulis separatis per adhæsionem.

Nullam in primis vim contra nos faciunt prædicti authores Costa, & Riccius ex adverso objecti,

quia

quia eorum Doctrina falsissima est. Quinque enim requisita pro facienda adhæsione necessaria cumulant ipsi, quorum duo sunt hæc, videlicet, quod adhæsio ab appellato fiat intra tempus dierum decem ad appellandum, & quod appellatio partis, cui fit adhæsio non sit limitata, sed simplex, & quis non videt hæc esse contraria, quia simul haberi non possunt? nam si agamus de appellatione simplici, tunc indubitatum est, illam esse appellato ipso jure communem sine ulla adhæsione per *Tex. apertum in l. ampliorem C. de appellation. & ibi Doctores, & quos allegavi suprà in princip. num......* vel si de appellatione limitata in casu tamen, quod omnia sententiæ capita sint connexa, & tunc non solum adhæsio potest fieri extrà tempus decem dierum, & in
12 omni tempore, sed pariter appellatio remanet communis in aliis capitulis connexis appellato sine aliquo adhæsionis ministerio, ut probavi latè suprà, & affirmat pro conclusione textuali *Amat. resol. 9. numer. 4. & 10. Dec. in cap. si duobus numer. 54. de appellation. Vincent. de Franch. decis. 467. num...... Surd. decis.* 143. *Scopp. ad decis. Gratian. observ.* 23. *numer. 2. & 4. Cancer. cap. 17. numer. 63. Hodiern. ad Surd. decis.* 143. *Jo: Anton. ad Eccles. observat. 24. num. 5. & seq. de appellation. Peguer. decis. 194. num.* 20.

Ulterius esset omninò superfluum hoc remedium adhæsionis, quia in nulla appellatione penitus juvaret, non in simplici, quia ista est ipso jure communis, non in limitata, dum tamen omnia capitula sententiæ sint connexa, quia pariter est communis sine adhæsione in omnibus aliis capitulis separatis. Ergo si adhæsio non potest habere locum in appellatione interposita in partibus, in casu, quo capitula sententiæ essent distincta, esset omninò superflua, & inutilis.

Secundò observavi, quod nemo ex Doctoribus cumulatis à dictis Costa, & Riccio ad requisitum appellationis simplicis, & non limitatæ, illud probat. Imò omnes loquuntur de adhæsione facta extrà tempus decem dierum appellationi limitatæ, quo tempore pro indubitato ego pariter teneo adhæsionem fieri non posse, nisi simplici appellationi, & in his terminis loquuntur, & intelligi debent prout punctualiter docet *Paseth. cons. 96. vers. tertia ratio.*

13 Ad conciliandum tamen prædictorum authorum doctrinam dixi quod prædicta requisita ab eis conjunctim allata pro adhæsione debent accipi in terminis suis habilibus, ea dividendo secundum diversas species adhæsionis, & appropriando solùm illa requisita illi adhæsioni, cum qua compatibilia sunt, videlicet modò adhæsioni faciendæ extra tempus decem dierum requiritur appellatio simplex, quia limitatæ appellationi factæ in capitulis separatis non potest extra tempus adhærere, modo adhæsioni limitatæ appellationi faciendæ, & tunc hæc adhæsio fieri debet intrà decem dies, quia post decem dies est omninò superflua, neque absolutè debet accipi pro quacumque adhæsione.

Sed in omnem casum opinio dictorum authorum esset sine ratione, & oppugnaret primæ meæ opinioni majori Doctorum numero, & classe confirmatæ.

14 Neque ultimo Rombum facit authoritas Ruginell. ex se solo affirmantis, quod omnes conveniant, quod in capitulis separatis non possit fieri adhæsio. Fuit enim hoc somnium, vel phantasia corrupta prædicti authoris, nam omnes è contrà conveniunt, quod in capitulis separatis illa concedatur, ut per *Lancellot. Paseth. Peregrin. Peguer. Cardinal. de Luc. Grivell. Magon.* pro hac opinione relatos, imò illa locum solum habere potest in capitulis separatis, nam in aliis appellationum speciebus, ut vidimus, remanet superflua, & per consequens benè *Amat. dicta resol. 9. num.* 17. reprehendit Ruginell. affirmando non esse verum, quod omnes conveniant in capitibus separatis non dari adhæsionem, sed esse ejus prætextum pro indebitè respondendo Surdi authoritati.

15 Remanet adhuc in hoc puncto major difficultas, quod adhæsio facta à M. meo cliente nondum fuit intimata Judici *à quo* prout servatur in solemnibus appellationibus, quarum adinstar regulatur adhæsio, ita videntur sensisse *Rot. decis. 5. alias* 225. *de sentent. excommunic. in novis Hartaman. decis. 3. de appellat. relat. Ricc. collectan. jam allegata vers. quinto requiritur, Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 12. num. 7. 8.*

Respondetur primo, quod hujusmodi Doctrinæ 16
loquuntur in terminis à nostris diversis, videlicet tertii adhærentis ad appellationem alterius pro suo interesse, non verò unius colligantis appellati adhærentis, prout nos sumus, quam differentiam notat *Amat. resol. 9. num.* 17. ideoque tamquam distinctæ à nostra specie nihil contrarium statuere possunt, quia in terminis nostræ opinionis, videlicet colligantis appellati, pro certo habemus non esse necessariam hanc intimationem, nam *Paseth. dicto cons. 96. §. secunda ratio vers. quia si quando* ab aliis tamquam Antesignanus sequutus expressè dicit, quod sicuti adhærens potest uti, ac juvare appellatione partis in capitibus connexis ab ea non appellatis, quo casu nemo negat non esse necessariam nedum intimationem, sed neque adhæsionem, eo modo, & forma adhærens infrà tempora potest uti, ac juvare appellatione limitata appellantis in capitibus distinctis, ac sibi contrariis.

At dato, numquam vero concesso, quod autho- 17
ritates prædictæ nobis in contrarium adductæ loquerentur de colligante appellato adhærente appellationi suæ adversarii, & non tertii adhærentis pro suo interesse, in quibus terminis loquitur *Rot. lucens. in dicta decis. 68. num. 6. tom. 1. inter recoll. à D. Palm. Nepot.* nihilominus retorquentur eædemmet contra partem cum magistrali distinctione *Gloss. cap. ut circa in verb. adherentes de election. in 6.* à qua Doctrina contraria emanavit, & ejus fautores ad eam se omninò referunt.

Decidit enim ibidem Glossa tertium adhærentem pro suo interesse obligatum esse ad jurandum, & ratificandum intra decem dies appellationem interpositam à principali appellante, & observandum omnes eas solemnitates, quas observare debet principalis appellans, si vult adhærens prosequi appellationem in casu, quo principalis appellans eam deseruisset, & in his terminis benè loquuntur Doctores, quia etiam adhærens debebit intimare Judici *à quo* suam adhæsionem, prout principalis appellans suam appellationem.

Contrarium tamen determinat Gloss. in casu, quo appellans principalis prosequeretur, vel prosequutus fuisset ipsam appellationem, tunc enim adhærens penitus liber esset ab hujusmodi solemnitatibus, & requisitis, valens eo modo uti, ac juvare appellatione principalis appellantis, & per consequens omnibus illius solemnitatibus, ac requisitis ab eo observatis, sunt ipsamet verba glossæ hæc infrascripta *adherentes*, attentè, *adherentes debent servare hanc constitutionem, ut principales, aliàs non audirentur, adherentes verò quando appellans prosequeretur negotium ad hoc non tenentur, nec sit tutum, nec honestum cogi multitudinem ad jurandum, illo vero defuncto, vel prosequi omittente, si ipsi prosequi volunt, benè jurabunt, & specificabunt.*

Itaque concludimus in nostro casu non fuisse adstrictum M. Oddum adhærentem observare aliquem solemnitatis actum, & per consequens intimationem prætensam, quia utebatur, ac juvabat appellatione sui adversarii, qui eam semper prosequutus fuit; ut supra firmavimus *num. 5. 6. & 7.* Prædicta tamen circa virtutem adhæsionis firmata procedere tantum advertere debemus pro æquivoco à Curia evitando in iis appellationibus, pro quibus non solvitur Gabella, secus in illis pro quibus ea solvitur quemadmodum in nostra Curia pro appellationibus à sententiis Rotalibus, quia cum per limitate appellantem solvatur Gabella pro ea tantum parte à se appellata, adhærens nisi etiam pro aliis partibus sibi contrariis Gabellam solverit, non potest se juvare appellatione adversarii, ex traditis per *Zutar. decis. Luc. 34. num. 7.*

Addebam ultimo ad favorem M. Oddi, quod 18
primus Judex non divisit expressè per capitula sepa-

tata suam sententiam, videlicet expresè condemnando, & expresè absolvendo, sed solùm condemnavit DD. Scottos ad interesse ad rationem trium pro centenario, non expresè absolvendo eos à superflori petito, hoc enim casu licet Rei appellaverint limitatè, & in partibus, per quod aliàs operaretur limitationem solum in capitulis appellatis, attamen tota causa dicitur devoluta, & totum negotium ad novum Judicem, quia nihil operatur limitatio appellationis à sententia non condemnante, ac absolvente simul expressim per capitula separata respectivè reum, & actorem *Amat. resol. 9. num. 4. vers. quod non, Marcian. disput. 16. num. 20. addent ad Franch. decis. 467. num. 3. vers. ad doctrinas in contrarium, Hodiern. ad decis. 143. Surd. num. 6. Rot. decis. 283. num. 20. par. 9. tom. 1. rec.*

19 Huc usque omnia adducta fuere cum supposito, quod adessent capitula separata, sed verè sumus in capitulo unico, vel saltem in connexis, ideoque M. Oddus poterat uti appellatione Dominorum de Scottis, quamvis illam proposuerant limitatè, & in partibus dumtaxat contrà se per *l. ampliorem Cod. de appellat. ibique gloss. & Doctores omnes Dec. in cap. si duobus num. 54. de appellat. Salit. in l. ampliorem num.....Vincent. de Franch. decis. 467. Surd. decis. 143. Amat. resol. 9. numer. 4. Lancellot. de attentat. cap. 12. par. 2. limitat. 44. num. 1. & seqq. Scopp. ad decis. Gratian. observat. 23. num. 34.* nam connexa capitula unum, & idem reputantur, hoc enim casu haud refragante, quod appellatio interposita sit in partibus ex capite connexitatis totum dicitur devolutum. *Canber. cap. 17. num. 63. Hodiern. ad Surd. decis. 143. Jo: Anton. ab Eccles. observat. 24. de appellationibus*;

20 Individuum, vel connexum fuisse caput in nostro casu probatur primo, quia id quod petebatur dependebat ab uno articulo: Individuo, videlicet, si Pupillus petat decem à curatore ratione malæ administrationis, tunc licèt Judex condemnet curatorem in quinque, & in aliis quinque absolvat, nihilominus si Tutor, vel Pupillus appellet solum in partibus contrà se, devolvitur totum negotium, & tota causa, quia hæc decem dependent ab articulo malæ administrationis super quo Judex debet semper cognoscere, ideoque dicitur hoc caput individuum, vel connexum. *Dec. in cap. si duobus num. 56. de appellat.* mirè *Bart. cons. 150. in princ.* quem explicat *De Luc. ad decis. de Franch. 467. num. 3. §. minus obstat. Amat. resol. 9. n. 19.* Ita ipse concludebam in mea specie, & à fortiori, quia M. Oddus non petiit certam summam pro suo interesse, sed simpliciter interesse ratione damni emergentis, & lucri cessantis, quod passus fuit, ideoque totum negotium pendebat ab uno articulo, quod erat individuum, scilicet à cognitione prædicti damni, & lucri, nam interesse est accessio sortis ratione ejus, quod amisimus, vel lucrari non potuimus adversarii culpa *Leotard. q. 71. num. 3. l. si commissa 13. ff. rem rat. haber. ibi in tantum competit actio in quantum inter fuit, idest in quantum mihi abest, quantumque lucrari potui*, & sic taxatio interesse advertebam est consequutiva ad damnum, & in tantum primas Judex condemnavit DD. Scottos ad solum tres pro singulo centenario, quia existimavit damnum emergens, & lucrum cessans non excessisse hanc summam, & si ab hac taxatione limitatè appellaverunt DD. de Scottis potest Judex *ad quem*, si verè cognoverit M. Oddum majus passum fuisse damnum, vel minus respectivè diminuere, vel augere interesse, licet ipse non appellaverit, quia hæc calculatio semper dependet ab illo primo articulo, qui devolvi necessariò debet ad Judicem *ad quem*, ut rectè judicare possit, ideoque totum negotium devolvitur, & tota causa, ex traditis per *Dec. in cap. si duobus numer. 56. de appellation.*

21 Secundò probatur individuitas, vel connexitas, quia interesse petitum emanabat ab eadem causa, & sic quando summa in libello postulata procedit ex una, ac eadem causa, licet Judex eam dividat partim reum condemnando, & partim absolvendo, tunc capitula dicuntur individua, ac connexa. Itaut si reus appellet in partibus contrà se tantum, nihilominùs tota causa dicitur devoluta ad Judicem *ad quem* pro communi affirmant *Franch. in cap. si duobus col. 3. de appellat. Dec. dicto cap. num. 54. Amat. resolut. 9. num. 11. Specul. in tit. de appellat. §. 1. numer. 13. Surd. decis. 143. num. 4. & ibi Hodiern. numer. 6. Boer. decis. 73. numer. 6. Bart. cons. 150. in princ. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 21. num. 25. Gratian. discept. Forens. cap. 1. num. 3. & 4. Cyriac. controvers. 655. num. 2. Riminald. Sen. cons. 99. à numer. 66. usque ad fin. lib. 1. Cancer. var. cap. 17. numer. 65. & num. 100. par. 4. Hieronym. Gabriel. cons. 56. vol. 1. per tot. Rot. decis. 688. par. 3. rec. num. 5. & 6. & optimè Rot. decis. 283. à num. 18. 19. 20. & seq. par. 9. tom. 1.* ubi quod non consideratur materia divisibilis in libello petita, sed forma sive actio, quæ indivisibilis est, quia est eadem.

Neque obstare possunt ex adverso citati authores scilicet *Scopp. observ. 23. num. 40. 41. De Luc. ad decis. de Franch. decis. 467. num. 3. versic. contrarium, Marcian. disput. 16. a. 13. Lanar. cons. 33. num. 19. & 20.* quia loquuntur in capitulo divisibili videlicet quando adsit summa petita unico capitulo, sed producta ex diversis causis, seu fontibus, ut etiam declarat *Cancer. var. cap. 17. num. 65. par. 3.* quia tunc si judex partim condemnet, & partim absolvat potest in odiosis reclamare, & in parte favorabili sententia amplecti, itaut tota causa dici non possit devoluta, sed tantum pars à qua fuit appellatum, & sic debent intelligi, aliter opponerentur communissimæ opinioni supra expositæ, tantòque magis id nobis persuadere debemus, quia Hodiern. à dicto Scopp. reprobatus tamquam contrariam substinens opinionem loquitur in casu unius summæ unico capitulo cumulatæ, productæ tamen ex diversis causis si perpendas dictum *Hodiernum sub num. 5.* 22

Et juxtà prædicta fuit decisum per binas conformes ann. 1693. & 1694. in actis Notarii Jo: Augustini Savignoni à MM. Jo: Bartholomæo Pasquerio, & Jo: Baptista Follià post acerrimam hinc inde discussionem.

ARGUMENTUM.

QUæ sint interloquutoriæ habentes vim definitivæ, & de earum vi, an ab istis appellari possit vigore Statuti nostri prohibentis ab interloquutoriis appellationem. Explicatur Statutum *de caus. ordinar. §. in quibus §. declarato, & §. probationes.*

SUMMARIUM.

1 *Facti series.*

2 *Appellatione definitiva veniunt etiam interloquutoria habentes vim definitiva, & ab istis appellari potest, ac si essent definitiva vigore Statuti, & num. 4.*

3 *Statutum prohibens appellationem ab interloquutoria non censetur prohibuisse appellationem ab ea habente vim definitiva.*

5 *In Statutis nostris æquiparatur definitiva interloquutoriæ mixtæ.*

6 *Si non fuit appellatum à definitiva potest appellari à sententia relevantis declarativa.*

7 *A denegatione, vel admissione relevantis datur appellatio, quia habet hæc interloquutoria vim definitiva.*

8 *Quando discretivè Statutum loquitur de definitivis, ac mixtis, tunc interloquutoria mixta non comprehenduntur sub definitivis.*

9 *Interloquutoria, quæ occludit defensionis, ac probationis viam habet vim definitiva.*

10 *Ad arbitrium Judicis remittitur, an interloquutoria habeat vim definitiva, vel non.*

11 *Quando fieri potest debemus decidere quæstionem cum doctrinis terminantibus, & non per generales conclusiones.*

12 *Si Judex pronunciaverit probationes non esse admittendas, hæc interloquutoria vim definitiva habet, & num. 25.*

13 *Et ab hujusmodi sententia appellari potest.*

14 *Item*

14 *Item appellari poteſt ab interloquutoria prohibente teſtes non eſſe redigendos.*

15 *Interloquutoria declarans fuiſſe elapſum terminum probatorium eſt mixta, & ab iſta datur appellatio.*

16 *Tempus, quod numquam cepit nondum poteſt dici finitum.*

17 *Terminus probatorius per noſtrum Statutum de cauſ. ordin. incipit à die pronunciationis ſuper dilatoriis, ſi fuerint appoſita, aliàs à die primi precepti, vel à die electionis Notarii confidentis, quando ſuſpectus allegatus fuit.*

18 *Dilatoria allegari poſſunt in prima comparitione Rei.*

19 *Reus poteſt hanc comparitionem arbitrio ſuo dilatare, ne in mora ab Actore ponatur.*

20 *Lex quamvis irrationabilis, dummodo clara ſit, ſervanda eſt.*

21 *De gravamine interloqutariarum permiſſum eſt cognoſcere in appellatione à definitiva.*

22 *In judicio poſſeſſorio gravamen interloqutariarum eſt reparabile in appellatione, vel in judicio petitorio ad libitum gravati.*

23 *Interloquutoria declarans terminum probatorium elapſum habet vim definitiva.*

24 *Reus vigore Statuti noſtri de cauſ. ordin. poteſt quandocumque comparere ad opponendas dilatorias.*

R E S O L U T I O III.

Januenſis appellationis

Ad intelligentiam Statuti noſtri de cauſis ordinariis.

Pro Patre meo amatiſſimo, &c.

1 POſtquam D. Maria Magdalena Natta ſuo, & nomine ejus ſororis in judicio ordinario moto ad formam Statuti noſtri *de cauſ. ordinar.* adverſus M. Jo: Dominicum patrem meum coram Illuſtriſſimis Supremis Syndicatoribus pervenerit quaſi ad ſignaturam proceſſus, videlicet ad concludendum in cauſa, comparuit in actis dictus Genitor meus, & in iſta ſua prima compatitione oppoſuit dilatorias judiciales, nempè incompetentiam Judicis, & illegitimationem actricis, quas verò Illuſtriſſimus Magiſtratus pronunciavit non fuiſſe attendendas tanquam factas poſt terminum probatorium à Statuto aſſignatum, ideoque non eſſe amplius aptas ad retractandum, & diſſolvendum proceſſum, jam constructum.

Ab iſta enim pronunciatione appellationem interpoſuit dictus Magn. Jo: Dominicus ad Sereniſſimum Senatum noſtrum, ad quem hujuſmodi appellationes devolvuntur, ut ſæpius judicatum fuit, & coram eo duo fuerunt diſputata, primum videlicet, an à prædicta interloquutoria potuerit appellari, ſecundum data appellatione, an verè terminus probatorius expiraverit, & per conſequens non eſſe, neque fuiſſe locum opponendi dictas dilatorias, ſaltem ad reſolvendum proceſſum jam conſtructum, ſuper quibus Sereniſſimus Senatus, ut ejus mos eſt, commiſit cognitionem M. Julio Cæſari Baldiſſono reſponſuro quænam ſint partes ejuſdem Sereniſſimi Senatus in pronunciando.

Habui enim conſtantiſſimè pro genitore meo amatiſſimo utrumque articulum, & principaliter ſuper præjudiciali appellationis allegabam illam dari in no-
2 ſtro caſu, quia licet Statutum noſtrum *de appellat.* ſolum eam admittat à ſententiis definitivis, attamen in Statutis ſub appellatione definitivarum comprehenduntur ſententiæ interloquutoriæ mixtæ, habentes ſcilicet vim definitivæ, & pari paſſu ambulant juxta communiſſimam opinionem, ita ut inter Doctores nullum diſcrimen aſſignatur niſi in nomine, & ſignanter *Bald. in leg. majoribus Cod. de his quibus ut indigni. Alex. conſ.* 182. *numer.* 1. *lib.* 1. *Gabriel. conſ.* 192. *lib.* 2. *Marant. par.* 6. *verſ. & demum fertur num.* 26. *&* 42. *Theſaur. deciſ.* 122. *numer.* 9. *&* 13. *Papienſ. in forma libell. action. real. verſ. per veſtram definitivam ſententiam, & ibi add. fol.*154. *verb. definitivam. Scacc. de appellat. q.* 17. *limit.* 17. *numer.* 127. *&* 371. *& quæſt.* 4. *num.* 56. *Ridulphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *numer.* 308. *Scop. ad Gratian. deciſ.* 33. *numer.* 12. *poſt Peguer. deciſ.* 197. *numer.* 6. *lib.* 1. cum innumeris ferè à prædictis cumulatis.

Per quæ regulam generalem ſtatuerunt Doctores 3
omnes, quod Statutum prohibens appellationem ab interloquutoria non intelligatur unquam loquutum fuiſſe de ea habente vim definitivæ, quia iſta venit ſub appellatione definitivarum *Bald. in leg.* 9. *ff. qui ſatiſdar. dicuntur num.* 6. *& ſeq. Scacc. de appellation. quæſt.* 17. *limit.* 47. *num.* 84. *Felin. in rubr. de ſentent. & re judic. numer.* 3. *uſque ad finem. Franc. de Aret. conſ.* 20. *num.* 2. *& ſeq. Laufrer. concluſ.* 433. *& ſeq. Peguer. deciſ.* 195. *numer.* 8. *Ruginell. de appellation. §.* 1. *cap.* 1. *numer.* 12. *Rot. deciſ.* 658. *par.* 3. *rec. numer.* 2. & in proprioribus terminis Statuti noſtri *Fenzon. ad Stat. Urb. cap.* 173. *numer.* 8. *Tort. ad Stat. Pap. ſtat.* 1. *in civilibus num.* 744. *&* 745. *fol.* 206. *Ruin. conſ.* 78. *num.* 4. *lib.* 5. *Carpan. ad Stat.*
Mediol. cap. 41. *lib.* 1. quæ omnia habent locum, 4
& applicantur etiam alteri Statuto noſtro de meliorationibus in illis caſibus, in quibus conceditur melioratio à ſententiis definitivis, nam poterit etiam meliorari interloquutoria habens vim definitivæ, quæ nullo modo differentiatur, niſi in mero nomine à definitiva, ut diximus præcipuè per *Felin. in rubr. de ſent. & re judic. num.* 3. *& Rot. dicta deciſ.* 658. *num.* 2. *par.* 3. *recent.*

Fortius ergo dicendum eſt ob diſpoſitionem Statuti noſtri *de melior. ſentent. §. intra tempus, & de*
impenſ. lit. reſic. in princip. in quibus expreſsè æqui- 5
parantur ſententiæ habentes vim definitivæ ipſiſmet definitivis, imò ob dictionem, *ſeu*, quæ eumdem ſignificatum utrique tribuit excludendo inter eas per modum declarationis diverſitatem, eumdemque effectum æquè ipſis ampliat juxtà tradita per *Barboſ. de dicta diction. ſeu* 363. *Seraphin. deciſ.* 393. *num.* 8. *Amoſtaz. de cauſis piis tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 19.

Et hinc anno 1646. deciſum fuit in cauſa M. Fabricii Pallavicini, contra M. Bartholomeum Maynerium per Illuſtriſſimos Supremos Syndicatores, qui pronunciaverunt inſtantiam peremptam, eamque meliotaverunt dicentes eam durare.

Iterumque 1637. per eoſdem idem declaratum in cauſa M. Aſcanii Criſpi contrà Principem Maſſæ.

Ac anno 1640. idem per eumdem Illuſtriſſimum Magiſtratum de Voto M. Bartholomæi Maynerii in cauſa M. Portiæ Vaccà.

Et prius anno 1606. 18. Octobris idem obtinuit Antonius Maria Pucius in cauſa inter Marcum Antonium de Turri reum, & Stephanum Frugonum in actis Jo: Baptiſtæ Bacigalupi.

Nec non anno 1671. de menſe Junii in cauſa examinis teſtium ad æternam memoriam, in qua Prior Rotæ noſtræ pronunciavit non eſſe procedendum ad dictum examen, à qua pronunciatione fuit conceſſa appellatio in contradictorio judicio; & in terminis noſtri Statuti latè *Beniell. conſ.* 53.

Ac denique M. Carolus Maſcardus, dum erat à Secretis Sereniſſimi Senatus in cauſa q. Dom. Caroli Bonfilii contrà Hieronymum Spontonum, qui obtinuerat pronunciari per M. Jo: Felicem Foſſam de Voto M. Jo: Baptiſtæ Griræ relevans non fuiſſe reportatum per prædictum D. Bonfilium, à qua interloquutoria is appellaverat, & patrocinante D.
patre meo impetravit appellationem à Sereniſſimo 6
Senatu committi, quia in caſu quo non fuit appellatum à definitiva admittitur appellatio ab interloquutoria declarativa relevantis quod operatur ſicut definitiva. *Scaccia de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 4. *ſub numer.* 60. *verſ. quid dicendum*, & generaliter à quacumque declaratione dari appellationem, eſt *Rot. Rom. in deciſ.* 100. *numer.* 3. *&* 31. *in fin. par.* 1. *diverſ.* & in puncto quod à denegatione admiſſionis, ſive à rejectione exceptionis relevantis, ex qua gravamen irreparabile redditur, admittitur appellatio tradit *Ridulphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 328. *& ſeq. Cenſal. dec.* 77. *n.* 21. & magis individualiter,

liter, quod si quis non appellet à sententia intra decem dies, sed putat eam revocari, & judex loco eam revocandi confirmat, poterit appellare post illos ab hujusmodi sententia primæ confirmatoria, habetur apud *Guid. Pap. tract. de appellat. quæst.* 108. *per Doctrinam Innoc. cap.* 3. *de nov. oper. nunciat. & seq. Lancellott. tract. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 136.

Non obstat enim quod ex adverso replicetur nempe prædicta non procedere, quando Statutum discretivè loquutum fuit de mixtis interloquutoriis, ac sententiis definitivis, ut videtur in nostro Statuto *de meliorand. sentent. §. intra tempus*, ubi loquitur de sententiis definitivis, & §. *ab interloquutoriis*, ubi loquitur de interloquutoriis meris, sive mixtis, &
8 sic considerans distinctè, & discretivè definitivas à mixtis sub verbo definitivarum Statutum non comprehendit mixtas, sed restringitur dispositio ad definitivas *Alber. tract. Statut. lib.* 1. *quæst.* 20. *Alex. cons. ultim. num.* 1. *&* 9. *lib.* 4. *Carpan. ad Stat. Mediol. in prælud. num.* 228.

Hoc equidem non procedit in facto, quia Statutum nostrum nullam discretivam loquutionem servavit in sententiis definitivis ab eis habentibus vim definitivæ, imò contrarium habemus, ut observavi mox suprà num. 5.

9 Remanet modò videre, an interloquutoria, de qua agimus, sit mixta scilicet habens vim definitivæ, & pro indubitato affirmandum esse censeo, dum omninò occlusit M. Reo omnes defensiones, ac probationes eò quia Magistratus Illustrissimus declaravit fuisse elapsum terminum probatorium, ideoque solùm Reus expectare coactus fuit condemnationem super instrumento ab actrice contrà eum producto, quare in effectu operatur præjudicium tanquam definitiva *Marant. in suo specul. aur. p.* 6. *vers. & demum fertur sententia in tertia parte act.* 1. *num.* 42. *fol. mihi* 399. vel saltem quando interloquutoria est magni præjudicii, quod negari non potest in nostro casu *Marant. dicto loco num.* 11. *Caball. cas.* 159. *num.* 34. *& seq. Ridulphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *nu-*
10 *mer.* 309. *vers. secundo.* Et hoc relinquitur arbitrio recti Judicis, cùm jure decidi regulariter non potest quæ sit mixta, vel mera interloquutoria, cum ex contingentiis in facto resolvi debeat *Corn. cons.* 33. *num.* 3.

11 Sed parùm immorari debemus in his generalibus conclusionibus, quando possumus decidere quæstionem cum Doctrinis terminantibus quoad exclusionem aliarum solum in regula insistentium, ut admonuit *Quezad. in suis differt. differt.* 14. *num.* 3.

12 Et primò illa interloquutoria habet vim definitivæ quando Judex pronunciavit non esse admittendas aliquas probationes, sine quibus producens non poterit obtinere *Marant. dicto loco citat. num.* 44. *Ridulphin. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 310. *Gratian. cap.* 77. *numer.* 11. *Surd. decis.* 36. *Valasc. consult.* 47. *numer.* 7. *tom.* 1. quanto magis in casu nostro, ubi non solum aliquas negavit probationes Illustrissimus Magistratus prædictus, sed omnes, & quascumque, & hoc procedit sine dubio, quando hæc interloquutoria rejectionis probationum facta est post litem contestatam, vel in medio causæ, ut in casu nostro præciso, secus antè litem contestatam *Cartar. decis.* 27. *num.* 32. quem sequitur *Petr. super rit. magn. Cur. rit.* 127. *num.* 8. *Gratian. cap.* 26. *num.* 11.

13 Et sic posse appellari à pronunciatione rejectionis probationum non obstante Statuto prohibente appellationem, quia sine probationibus non potest reportari justa sententia, & ex quo non potest reparari gravamen in definitiva dixit *Gratian. dicto cap.* 76. *num.* 11. *& seq. & in cap.* 74. *num.* 14. *&* 15. quia hæc interloquutoria continet gravamen, & absorbet jus partis, vel parit præjudicium in negotio principali, quam conclusionem in iisdem terminis amplexus fuit *Senat. Pedemont. apud Osasc. decis.* 25. *numer.* 14. Nam hæc pronunciatio super rejectione probationum affert tale præjudicium, quod nequit reparari in sententia definitiva.

Sed melius eamdem sententiam retulit *Giurb. decis.* 56. *num.* 8. *& seq.* dicens quod quia hujusmodi interloquutoriæ afferunt præjudicium grave, dicuntur habere vim definitivæ, & ab eis posse appellari non obstante quocumque Statuto, & in numeris pluribus sequentibus ampliat hanc conclusionem in casibus nostro dubitabilioribus.

Per quæ etiam concludit *Surd. decis.* 36. quod ab 14
interloquutoria prohibente testes non esse in actis redigendos potest appellari, quamvis adsit Statutum vetans appellationem ab interloquutoria.

In terminis denique terminantibus, scilicet quan- 15
do Judex pronunciavit elapsum fuisse terminum probatorium ab ista interloquutoria posse appellari procul dubio consuluit *Natt. cons.* 172. *in princ. & numer.* 1. 2. *& seq.* ubi dicit ex eo quia potestas rejecerit capitula probatoria producta per Catheinam intulit gravamen irreparabile post definitivam, quia aufert defensionem, quæ consistit in probationibus. Ergo licuit appellare non obstante Statuto appellationem ab interloquutoria prohibente, & in pari casu respondit *Corn. cons.* 35. *in princ. & num.* 1. *& seq.*

Firmato hoc puncto appellationis procedere debemus ad merita dictæ interloquutoriæ, nempe an verè terminus probationis elapsus fuerit. Hoc dubium resolvitur ex litera ipsius Statuti, nisi eam negare velimus. Oportet enim prius ostendere principium prædicti termini, ut cognosci possit ejus finis, nam tempus quod non cœperit dici nondum poterit fini- 16
tum. *Bosc. cons.* 24. *ante num.* 3.

Quemadmodum est in nostro casu, quia Statu- 17
tum nostrum *de caus. ordin. §. in quibus* assignat pro termino probatorio dies 30. incipiendos à die primi præcepti cum hac exceptione, quod si fuerint oppositæ dilatoriæ incompetentiæ Magistratus, & illegitimationis personæ non incipiat dictus terminus, nisi à prononciatione super prædictis, ut in terminis dixit *Rot. nostra de mercatura decis.* 127. *num.* 2. *&* 7. & ita si allegatus fuerit notarius suspectus, nisi à die electionis notarii confidentis, ut in §. *declarato quod ut*.

Has enim dilatorias jussit dictum Statutum no- 18
strum §. *oppositiones autem* fieri in prima comparitione saltem post electionem prædicti Notarii confidentis, vel desistentiæ.

Igitur ex his clarè apparet, quod si Pater meus 19
reus conventus in prima comparitione opposuerit prædictas dilatorias, eas in tempore opposuit, & sic nondum terminus dierum 30. inceperat, sed omninò incipere debebat à die pronunciationis super illis, ut punctualiter in simili Statuto decidit *Fontanell. decis.* 17. *num.* 4. *& decis.* 21. *num.* 4. *&* 8. *lib.* 1. *Atcas. de Ripoll. var. resol. cap.* 2. *de recusat. omn. Judic. num.* 211.

Neque obstat quod Pater meus amantissimus dilataverit comparitionem suam usque ad signaturam totius processus, quia cum Statutum non disponat quando hanc comparitionem debeat facere reus, poterit eam quandocumque facere, cum in hoc utatur jure suo, & per mille annos poterit eam differre, ut in terminis respondit idem *Fontanell. dicta decis.* 20. *num.* 2. Imo eidem actrici imputari debet hæc dilatio, quia procedere debebat post tres citationes emissas reo non comparenti per Statutum *de contumacibus*, quo ei consultum est, & sic de jure, vel melius faciendo assignare terminum dicto reo ab Illustrissimo Magistratu ad comparendum intra tot dies, quibus elapsis, & non comparente habebitur, & declarabitur pro comparso, quam cautelam edocet idem *Fontanell. in dicta decis.* 20. *num.* 7.

Quibus remediis attentis cessabat alterum, & omne motivum inconvenientis, quod videbatur intolerabile, nempe quod per nostrum Statutum fuisset omninò in facultate rei protrahendi processum, quam- 20
diù voluerit, & in omnem casum ista lex licet haberet aliquid irrationabilitatis, attamen dummodo sit clara servanda est, & solum ad majus consilium Reipublicæ nostræ spectat illam moderari, vel revocare *De Luc. de judic. disc.* 35. *& de dot. in supplem. disc.* 196. *num.* 6.

V O T U M

M. Julii Cesaris Baldissoni in predicta causa à Serenissimo Senatu approbatum.

Obsequendo jussionibus Serenissimarum DD. Vestrarum in causa appellationis interpositæ per M. Joann. Dominicum de Casaregis à Pronuncia Illustrissimorum DD. Supremorum Sindicatorum lata die 13. & melioratione diei 20. Novembris proximè præteriti anni 1693. in causa contra eum mota per Mariam Magdalenam Nattam nominibus, in qua dixerunt *oppositiones dilatoriarum non esse attendendas eò quia fuerint facta elapso termino probatorio.*

Refero partes VV. DD. Serenissimarum esse in pronunciando, prout quantum in me est, Christi nomine invocato pronuncio non esse locum dictæ appellationi.

21 Motus quia de gravamine interlocutoriarum permissum est cognoscere in appellatione à deffinitiva *Stat. lib. 3. cap. 3. §. fin. sub rubr. de appellat. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. sub num. 39. vers. quinta via*; ideo in judicio possessorio permittenda
22 non est appellatio interponi ab Interlocutoria etiam gravaminis per subsecuturam deffinitivam irreparabilis in prima instantia, sed rejiciendum est ad suæ reparationis locum, idest ad Judicium, vel secundæ Instantiæ, vel ad Judicium petitorium ad libitum gravati *Scacc. loc. citat. vers. quinta via juncto numer. 32. usque ad 36. inclusivè*, ubi latè, junctis iis, quæ notat *Berous cons. 103. sub num. 11. vers. tamen in casu lib. 3.*

Nec enim ego negaverim ad Serenissimas DD. VV. regulariter devolvi appellationes à placitis Illustrissimi Magistratus DD. Supremorum, id enim admitto postquam re sæpiùs à Serenissimis DD. VV. plenè discussa, & aliquando etiam in judiciis excessus stabilitum est devolvi taliter ut nefas mihi esset refricare, & quæ aliquando deducebam antè repetitas decisiones Serenissimi Senatus.

Sic etiam admitto (quod solidè ad literam Statuti inhærens firmabat dictus M. Joann. Dominicus) in judicio ordinario possessorio contra se ut suprà moto coram præfato Illustrissimo Magistratu non potuisse decurtari sibi, aut auferri terminum probatorium per pronunciam prædictam eo prætextu, quod ipse nimis serò opposuisset dilatorias post jam pro-
23 lapsum terminum ipsum, per quam pronunciam sublato termino probationis agitur de gravamine illato per pronunciam habentem vim deffinitivæ *Natt. cons. 172. tom. 1.* ex quo dicitur auferre defensiones *Corn. cons. 35. num. 3.* sic de pronuncia super processu faciendo, vel non *Felin. in rubr. de sentent. & re judicat. numer. 9. 15. fol. 78. tom. 3. Ridulphin. in prax. part. prima cap. 13. sub num. 309. vers. deci-*
24 *mo*; Nam satis tempestivè dilatorias oppositas esse censui quoties in prima Comparitione oppositæ sunt; Nimis enim urget in hoc litera Statuti *lib. 2. cap. 2. sub rubr. de caus. ord. §. in quibus, & §. oppositiones*, juncto alio Statuto *lib. 1. cap. 16. de extr. Intell. prohibit. in princip.* Nec admittenda esse puto è contra argumenta in contrarium cogitata à viris optimis in eorum relationibus præbitis dicto Illustrissimo Magistratui. Nam ea credo aliena à litera Statuti, ut in simili decidit *Fontanell. decis. 17. sub num. 4. vers. & cum Constitutio, & decis. 20. num. 8. lib. 1.*

Hæc autem non probant faciendam esse hoc loci reparationem gravamini, sed alio loco omnino reparandum esse; Nempè in appellatione à definitiva Sententia ejusdem possessorii, aut in petitorio, ut dicebam.

Quæ omnia, ut subjecta esse debent, ita obsequenter subjicio prudentissimæ, rectissimæque censuræ.

DD. VV. Serenisf.

Hac die 5. Novembris 1694.

1694. die. 10. Novembris.

Aperiatur Votum prædictum, & tradatur copia partibus per Serenissimum Senatum ad calculos &c.

18. Dicti.

Fuit approbatum omnibus concurrentibus in numero undecimo.

Anfranus,

A D D I T I O

Ad num. 12.

Interloquutoria, per quam perimitur totum Judicium, habet vim diffinitivæ, *Palm. Nep. alleg. 192. num. 15.* 25

A R G U M E N T U M.

INstantia debet incipi à die purgatæ contumaciæ, & non à die pronunciationis super dilatoriis, si intentatum fuit Statutum *de contumac.* & quando intentatum istud dicatur, & non Statutum *de caus. ordinar.* Explicantur Statuta *de caus. ordinar. & de contumac.*

S U M M A R I U M.

1 F*Orma Statuti* de contumac. *non habet locum quando agitur contra contumacem non ad sententiam definitivam, sed ad effectum immittendi in possessionem.*
2 *Facti series.*
3 *Notariis electis à Judice ob calculandum tempus instantia ex consuetudine Genua plena fides habetur, nisi manifestus error appareat.*
4 *Pracipuè quando calculatio facta fuit per calculatores à Judice, sive a parte nominatos.*
5 *In praparatoriis non dicitur inceptum judicium praparatum.*
6 *Concordantur Statuta* de contumac. & de caus. ordinar.
7 *In Statutis non datur prius, neque posterius, sed attenditur ordo intellectus.*
8 *Pars una Statuti semper refertur ad alteram, etiamsi nulla facta fuerit expressio.*
9 *Dictio* semper *omne tempus, omnesque casus comprehendit.*
10 *Explicatur* §. sanè de contumac.
11 *Terminus Statuti non currit impedito facto, & dilatione adversarii.*
12 *Casus omissus à Statuto relinquitur dispositioni juris communis.*
13 *De jure dilatio ad probandum non assignatur à Judice, nisi post contestationem litis.*
14 *Terminus nondum inceptus currere nunquam potuit.*

R E S O L U T I O IV.

HAbemus Statutum *de caus. ordinar. in cap. 2. §. in quibus quidem, & §. declarato lib. 2.* disponens terminum probatorium initium sumere à die primi præcepti, vel (ubi fuisset notarius suspectus allegatus) à die provisionis Notarii confidentis, seu desistentiæ à suspicione, vel à die qua fuit pronunciatum super competentia Judicis, & legitimatione personarum, si hujusmodi dilatoriæ fuissent oppositæ in prima compartitione, ut dixi latiùs in resolutione 3.

Habemus pariter aliud Statutum *de contumac. cap. 17. in princip. & §. si verò citatus eod. lib.* cavens *quod si conventus existens in Civitate, vel Suburbiis coram Magistratu Dominii, qui citatus fuerit ter personaliter, vel saltem semel personaliter, & bis ad domum sua solita habitationis, & non responderit in aliis causa &c. sit contumax, & condemnetur in contumaciam*, vel similiter §. *si verò. Si citatus ut suprà, & responsionem ad merita causa non fecerit, licèt vel suspectum Notarium allegaverit, [illegible] juraverit, vel Judicis incompetentiam, aut persona adversarii illegitimationem opposuerit, & [illegible] facta provisione super hujusmodi [illegible] semel personaliter ad respondendum [illegible] responderit, condemnetur [illegible] in omnibus, ut suprà, non [illegible] comparitionibus.*

Quod sanè Statutum, [illegible] condemnandum [illegible] cum, quando per [illegible] tumacem ad [illegible]

tra eum uti contumacem ad effectum se immittendi in possessionem tantum bonorum rei conventi affirmavit pro certo noster *Bosc. in cons.* 545. *num.6.* quia tunc, dicit ille, sufficit observare dispositionem §. *Contrahentes cap. Romana de for. compet. in 6.* aliter immiscendo dictum §. *Contrahentes* cum Statuto *de contumac.* esset imbrattare rem, & se ipsum non intelligere.

Hisce in Jure ex Statuti censura positis. Habemus in facto.

2 Quod Titius proposita coram Judice actione personali contra Cajum impetravit primum præceptum ad respondendum petitioni, eoque exequuto, reus allegavit in termino cadentis citationis, scilicet die 5. Maji anni 1682. suspicionem actuarii, cumque post sex dies, scilicet 11. dicti fuisset facta provisio Notarii confidentis, transmissum fuit secundum præceptum ad respondendum petitioni, & quidem explicitè pro secundo præcepto quod exequutum fuit die 15. ejusdem mensis.

Verùm quia eodem die fuerant oppositæ incompetentia Judicis, & illegitimatio personarum, & die 27. facta pronunciatio super dictis dilatoriis, ideo die 9. Junii impetratum, & exequutum fuit tertium præceptum ad idem cum expressis verbis *pro tertio peremptoriè*, & die sequenti responsum per reum petitioni, sive meritis.

Cum autem essemus in calculo ferendæ sententiæ fuit per reum opposita peremptio instantiæ, commissoque illius calculo Notario actuario, retulit is *instantiam durare* quia terminus probatorius (à cujus fine initium sumit instantia) incæpit post tertium præceptum ad formam Statuti *de contumac.* per responsionem ad merita factam die 10. Junii, & sic compertum fuit propter additiones, & prorogationes in ejusdem actuarii relatione enunciatas nedum non esse peremptam instantiam, sed duraturam fore ad 26. Septembris anni 1686.

Huic relationi non acquiescens reus petiit illius revisionem, eaque commissa alteri Notario, qui in sua relatione (præmissis nonnullis ex fundamentis hinc inde coram se deductis) conclusit tandem se *non recedere à relatione actuarii, & hanc litem fuisse captam, & prosequutam ad formam Statuti de contumac. & sic, attento illius progressu, non licuisse ab ea recedere, & aliam eligere nempè formam de caus. ordin. nisi purificatis extremis dicti Statuti de contumac. alioquì terminus probatorius staret in pendenti, nempè utrum incipere deberet ad formam Statuti de caus. ordin. vel de contumac. Addito quod tria præcepta præsertim cum verbis pro secundo, & pro tertio peremptoriè fuissent frustatoria, neque convenientia judicio ordinato secundum formam Statuti de caus. ordin. nil relevante quod dictum ultimum præceptum fuerit conceptum ad respondendum petitioni, & non ad respondendum meritis, tum quia ista verba sunt synonima, tum etiam quia merita continentur in petitione præsertim propter verba adjuncta, scilicet pro tertio peremptoriè convenientia tantummodo formæ Statuti de contumac.*

Et hæc fuit relationis summa Notarii revisoris sequentis, & confirmantis in substantia relationem actuarii.

Nam articulus, utrum reus fuerit nec ne contumax, & contumaciam purgaverit per ejus responsionem factam sine sententia contumaciali, quem reliquit decisioni Præstantissimi Commissarii, nihil referebat ad rem, & ad præsentem quæstionem.

His ita se habentibus Præstantissimus D. Commissarius pronunciavit, salva cognitione, juxta relationem Notarii revisoris, sed die 4. dicti pronunciando super reservatis declaravit terminum probatorium incæpisse ad formam Statuti *de caus. ordin.*

Juxtà quod Statutum cursus illius habuisset initium 28. Maji 1682. quia die 27. antecedenti fuerat pronunciatum super dilatoriis, & sic idem terminus de mente partis expirasset die 26. Junii, quia additio dierum 10. facta à Serenissimo Senatu sub 30. dicti invenisset terminum probatorium ante tres dies jam peremptum.

Cum è contra quatenus idem terminus probatorium suum iniisset principium ad formam Statuti *de contumac.* ut verum est, *in §. sane semper intellecto*, scilicet post tertium præceptum à die purgatæ contumaciæ per responsionem factam à reo idem terminus durasset per totam diem 10. Julii, & per consequens tempus instantiæ superabundasset juxta relationem utriusque Notarii.

Quamobrem hujusmodi pronunciatio D. Commissarii fuisset in melioratione reformanda, sive melioranda, & pronunciandum instantiam durare, quod solùm erat in quæstione, & in relatione revisoris, & quidem nedum ex fundamentis allegatis ab eodem Notario, sed etiam quia non videtur licuisse recedere à relatione amborum, quibus ritè, & rectè electis à Judice ad ineundum calculum instantiæ de generali consuetudine Genuæ integra fides præstatur, ut in simili dixit Rota nostra *de mercat. decis.* 141. *in princip.* & de jure (nisi de manifesto errore solius computationis plenè dicatur) semper standum est *Bart. in l.* 2. *C. de jur. fisci lib.* 10. *vers. aut quod revocat. col. fin.* Præsertim quando calculatio facta fuit per calculatores à Judice, sive à parte nominatos, qui à pari procedunt *Soff. dec.*38. *n.*6. Quod fortius recipiendum erat in eo, quod per Notarium revisorem non fuerat remissum Præstantissimi Commissarii decisioni, nam disertis verbis idem revisor sequutus fuit relationem actuarii, & M. Commissarius interloquutus fuit juxtà relationem, quæ sanè interloquutio transitum fecerat in rem judicatam. 3 4

Secundò beneficio Statuti *de contumac.* quilibet uti potest in quocumque judicio tanquam quodam præparatorio ad illud, & optima planè ratione in praxi observanda, nam actor hoc pacto, vel per contumaciam rei relevari posset ab onere dispendiosæ litis, sive saltem ab onere probandi, vel cogitur reus statim respondere petitioni, unde lis brevior evadit, alioquin cum Statutum *de caus. ordin.* disponat terminum probatorium incipere post pronunciationem super dilatoriis opponendis in prima comparitione rei (ut dixi in præcedenti Resolut. 3.) posset is differendo ejus comparitionem, & sic dilatoriarum oppositionem prætendere quod terminus probatorius non antea fuerit inceptus.

Cùm autem in præparatoriis non dicatur cæptum judicium præparatum. *Leo. de præparat. part.* 1. *præparat.* 2. *num.* 46. & 48. neque propter præparatoria res desinat esse integra idem *præparat.* 6. *num.* 2. Ideo nullo pacto potuit incipere terminus probatorius ad formam Statuti *de caus. ordin.* Cum primum debeat desinere causa præparatoria, antequam initium sumat causa præparata, nativitas enim unius pendet à fine alterius, considerantur namque unum judicium, ut priùs, & alterum uti posterius, quia diversus ordo datus à Statuto in utroque impedit concursum utriusque, & illa separat, oportuit ergo evacuare judicium contumaciæ, aut per responsionem rei (nam huc collimant tria præcepta) aut per sententiam, antequam aperiretur locus judicio ordinario, & per consequens absonum planè esset quod incæperit terminus probatorius, nisi citato per tres vices reo juxta Statutum *de contumac.* ibi enim trinæ citationes operantur effectum unius, adeo quod una deficiente, aut deficiente citatione ad respondendum meritis post pronunciationem super dilatoriis non diceretur citatus reus. 5

Esset ergo maximum absurdum, & repugnantia semper evitanda intellectu Statutorum, quod terminus probatorius lapsus esset ante citationem partis in judicio contumaciali intentato, & sic antè cæptum judicium ordinarium, nisi dicere velimus hæc duo statuta esse incompatibilia, & unius observantiam impedire alterum, vel Statutum *de contumac.* non esse exercibile ad praxim, aut quod favore actoris fuit introductum in odium retorqueri posse contra notorias juris regulas, inter quas ea quoque ponderatur quod Statuta ejusdem loci ad concordiam reduci debent etiam per subauditionem *Masc. de general. Statut. interpret. conclus.* 12. *num.* 11.

Verùm his adhuc omnibus præteritis, (licèt maximi ponderis illa sint) subdo denique nos esse in apertissimo & literali casu legis, nam quoad initium termini probatorii penitus discrepans, & incompatibilis est dispositio Statuti *de caus. ordin.* cum Statuto *de contumac.* in illo enim decernitur quod, si 6

fuerint

fuerint oppositæ dilatoriæ, incipiat dictus terminus à die, qua fuerit super eisdem pronunciatum. In isto autem disponitur, quod comparente citato, & opponente dilatorias, factaque provisione super illis, adhuc citetur ipse reus ad respondendum meritis, etenim noluerunt statuentes quoad Statutum *de contumac.* nondum haberi reum pro citato non obstante primo, vel secundo præcepto, nisi sibi novissimo hoc transmisso post interloquutoriam super dilatoriis, quomodo ergo, nondum reo citato ad merita potest dici, vel concipi terminum probatorium initium, & finem habuisse, & per consequens judicium evanuisse?

Calculus igitur termini probatorii rectè initus fuit ab utroque Notario juxtà dispositionem Statuti *de contumac. in §. sanè* à die purgatæ contumaciæ per responsionem rei, nihil refragante quod idem Paragraphus positus sit post §. *condemnatus* loquentem de modo purgandi contumaciam post sententiam contumacialem, quasi sequens §. *sanè* percutiat solùm hujusmodi casum, neque referendus sit etiam ad casum, quo reus purgasset ante condemnationem contumaciam.

7 Primò, quia in hujusmodi dispositionibus, & Statutis non datur prius, neque posterius, sed attendi-tur ordo intellectus non scripturæ, neque literæ. *Bart. in l. cum pater §. fidei ff. de leg. 2.* quem sequitur *Seraphin. decis. 24. n. 2.*

8 Secundò, quia pars una Statuti semper refertur ad alteram etiamsi nulla facta fuerit expressio, vel repetitio, ut docuit de hujusmodi Statutorum materia benemeritus *Alderan. Mascard. de gener. Statut. interpret. conclus. 2. num. 112. Rot. nostra decis. 5. n. 11. apud Cartar.*

Tertiò, quia dispositio dicti §. *sanè* non eget glossa, neque ulla extrinseca interpretatione, disertissimis enim verbis se refert ad omnes ejusdem tituli partes, & casus, ibi *sanè semper intellecto, quod si purgans contumaciam responderit, terminus probatorius*
9 *incipiat à die purgata contumacia*, ut nulla cavillatione declinari valeat ponderata particula *semper*, quæ cum generalis sit, omne tempus, omnesque casus comprehendere debet *Barbos. axiom. 197. numer. 4. & De Luc. de lin. legal. artic. 12. num. 29. & 40.*

Quarto, quia cum statuentes disposuissent quando terminus incipere deberet, ubi reus respondisset cum oppositione dilatoriarum in dicto §. *si verò citatus*, utique conveniens, & necesse fuit, ut disponeret etiam circa inchoationem ejusdem termini in casu, quo reus responderet sine dilatoriis.

10 Neque digna est Almæ Rotæ, sed indecora amplissimis viris in ea tunc residentibus videtur replicatio quod idem §. *sanè* non loquatur absolutè, sed solùm ubi reus purgat contumaciam per responsionem absque dilatoriarum exceptionibus; Unde haud temerè suspicor ne ab ipsis MM. Auditoribus inconsultis præcipitanter exciderit, vel, illis non animadvertentibus, subdolè ab eo, cui fortè munus respondendi incubuit id suggestum fuerit, nimis enim crassa & à cordati cujusvis viri judicio aliena est hujusmodi replicatio, nam, ea data, alterum de duobus dicendum esset, nempè, quod ubi reus purgans contumaciam opponeret dilatorias unà cum responsione, causa agenda foret in sensu partis, absque termino probatorio; quod asset de directo contra idem Statutum in præcedenti §. *condemnatus* jubens audiri denuo jura partium, & permittens reo facere quascumque oppositiones, quas facere potuisset, *si in termino præcepti, seu præceptorum antea factorum comparuisset*, si verò dictas exceptiones non opponeret, puta quia jam ante sententiam contumacialem eas opposuisset, ut in casu nostro, idem terminus ante purgationem contumaciæ expirasset, & per consequens ante cæptum judicium contra apertissimam dispositionem dicti Statuti in §. *si vero citatus*, & in dicto §. *condemnatus* quod scilicet hujusmodi exceptiones non habeantur in consideratione ante responsionem ad merita quoad evitandam contumaciam, sivè ante illius purgationem, clausula enim in dicto §. *sanè ibi absque oppositione, seu exceptione dilatoriarum* apposita fuit ad indicandum, quod nolebant legum latores derogare dispositioni Statuti, quod ubi unà cum responsione fuissent oppositæ dilatoriæ, terminus incipere debeat post pronunciationem super eisdem exceptionibus, ne facto adversarii in perniciem actoris tempus consumeretur, ut mox dicetur.

Verùm quicquid sit de hoc, planè in casu nostro reus respondit absque dilatoriis, unde tantò magis etiam secundum adversam partem intrat dispositio dicti §. *sanè*.

Et longè fortiùs convincitur dictum §. *sanè* percutere casum, quo reus non expectata condemnatione purgat contumaciam per responsionem ad merita post præceptum sibi transmissum, facta provisione super dilatoriis juxta formam dicti §. *si verò citatus*, considerando, quod sententia contumacialis non facit, sed declarat reum contumacem, vel uti jam contumacem illum condemnat juxta petita tamquam fictè confessum, ad quod alludit Statutum ipsum *in princip.* ibi (*si non responderit in actis causæ per se, vel per procuratorem suum legitimum sit contumax.*)

His accedat, quod terminus Statuti non currit 11
impedito facto, & dilatione adversarii, ut disputato articulo ad partes firmavit Rota nostra penes *Cartar. decis. 121. numer. 6. & 15.* ubi concludit quod non obstante Statuto jubente intelligi debere, ut litera jacet semper recipienda sunt, ne contineant absurdum, & ne calumniis litigantium via aperiatur, prout aperiretur si intentato Statutum *de contumac.* interea, quod citatur, reus curreret, ac laberetur terminus probatorius sub fide dicti Statuti.

Accedat secundo prædicta fortiùs recipienda esse quatenus casus præsens, nimirùm ubi reus distulit respondere meritis per tertium præceptum considerare-
tur tamquam casus, si non omninò diversus à Sta- 12
tuto *de caus. ordinar.* saltem tamquam mixtus, & sic à Statuto omissus, & per consequens relictus dispositioni juris communis *l. si cum dotem in princip. ff. solut. matrimon.* & ibi DD. & post eos *Mart.*
Medic. exam. 24. numer. 1. quo jure dilatio ad pro- 13
bandum numquam assignatur à Judice, nisi post contestationem litis, quia priùs probationes non permit-
tuntur *toto tit. ut lite non contest.* Unde terminus 14
antea non inceptus currere non potuit. *Bosc. cons. 24. num. 2. in fin.*

A R G U M E N T U M.

SEntentia revisionalis facit conformitatem cum prima sententia, cui revisio concessa fuit, adeout stante tali conformitate non possit amplius appellari ad formam Statuti nostri *de appellat.*

S U M M A R I U M.

1 F*Acti series.*
2 *Revisio appellationi æquiparatur, & easdem effectus parit, nisi expresse in jure aliter decretum fuerit.*
3 *A sententia revisionali conformi cum prima sententia, quam revideri per Principem permissum fuit, non potest dari appellatio.*
4 *Revisio revisionis non conceditur.*
5 *Duæ sententiæ conformes faciunt per Statutum nostrum rem judicatam, & ideo habentur tanquam tres conformes de jure.*

R E S O L U T I O V.

Januens. conformitatis.

IL Sign. Rodrigo Barros gli anni trascorsi otten- 1
ne da questo Serenissimo Trono revisione di una Sentenza, la quale fece passaggio *in judicatum* per ommissione dell'appellazione. Essa sentenza, ò parte fu confermata dal Giudice revisore, e perciò in parte pure restò conforme alla prima del Giudice *à quo*.

Si ricerca in questi termini se possa dalla seconda sentenza revisionale appellarsi il Signor Rodrigo.

lo

Io infrascritto ricercato io senso di verità del mio parere ho risposto animosamente per la negativa, appoggiato primieramente sulla disposizione del nostro Statuto *nel tit. de appellat. §. quacumque appellationes*, nel quale viene inviolabilmente proibita l'appellazione da due sentenze conformi, o da quelle parti, ove è la conformità in sostanza, *itaut cuilibet appellationi sit finis impositus*.

Nè si deve far punto sulla varietà de giudicj, o sieno di prima instanza, o di appellazione, revisione, o ricorso, basta che si ritruovi fra queste due sentenze la detta conformità, e così indistintamente dobbiamo ricevere le parole del nostro Gius municipale in termini generali, come furono proferite, ivi *quacumque appellationes quomodolibet concessæ intelligantur concessa quousque sint duæ sententiæ conformes in substantia, quibus extantibus in totum, seu pro parte ea, in qua essent conformes in substantia cuilibet appellationi sit finis impositus*, se non vogliamo trasgredire alle principali regole dell'Imperatore osservate dalla *Rota nella decis. 54. part. 9. num. 2. recent.* e *Sord. nel consigl. 352. num. 19.* e dove la legge non distingue non dobbiamo noi farlo per la regola nella *l. non distinguimus 37. de recept. arbitr. e Conciol. all'allegaz. 81. num. 29.*

2 La ragione fondamentale di ciò non è altro, che la revisione, o ricorso succede in vece dell'appellazione rimedio ordinario, e tanto è vero ciò, che la revisione si chiama da Dottori appellazione straordinaria, e tutto ciò, che si ammette, e discorre ne termini di quella, viene concesso, e praticato in questa. In somma non vi si ritrova differenza alcuna se non quelle, che specialmente sono espresse dalle leggi, e così senza contrasto insegnano *Scacc. de appellat. quæst. 19. remed. 3. sub numer. 24. Cefal. cons. 180. Mastrill. decis. 39. num. 9. part. 1. Pereir. de revis. cap. 9. num. 1. & cap. 94. ferè per tot. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 1. quæst. 70. num. 55. Seraph. nella decis. 495. num. 4. & seq. Rebuff. nel suo tratt. de supplicat. in præfat. numer. 95. Amat. nella resolut. 6. num. 22.* e tanto vi è la conformità trà di esse, che l'appellazione si dice revisione, o supplicazione ordinaria *Pereir. de revis. al detto cap. 9. num. 8. Roland. cons. 94. numer. 11.* e subentra in luogo, e diffetto dell'appellazione. *Cost. de remed. subsid. remed. 23. Pereir. de man. reg. part. 2. cap. 37. num. 37. Figuerea de jur. adherend. cap. 54. num. 1.* dove riporta un'infinità de seguaci.

3 Di più aggiongo in specie la *decis. 66. di Giurb.* per essere puntuale al caso nostro, dove cercandosi se si potesse dimandar revisione doppo di averla un'altra volta ottenuta, nella quale aveva il vinto di nuovo soccombito, conchiude affirmativamente, perchè nel suo caso secondo il Gius commune si esigeva la conformità di tre sentenze per non poter più appellare, provocare, o supplicare; Il contrario sarebbe (secondo detto Autore al num. 6.) se dalla precedente sentenza fosse stato appellato, e confermata nella seconda instanza, e poi dimandata la revisione, nel quale judicio revisionale se avesse di nuovo il revisionario patito la medema soccombenza, in questo caso non sarebbe più luogo a dimandar revisione, perchè vi sarebbero trè conformi, lo stesso stabilisce *Covarr. nelle sue practicab. quæst. al cap. 25. numer. 6.* e *Amat. nella resoluz. 6. numer. 17. 18. 19.*

4 In ogni caso il Rodrigo non doveva semplicemente appellarsi dalla sentenza revisionale confermatoria della prima, perchè non poteva farlo in alcun modo in questo giudicio straordinario, ma di nuovo dimandarne la seconda revisione, la quale non gli sarebbe stata concessa per l'ostacolo *della l. si quis adversus C. de prec. impér. offer.* ivi, *victusque defuerit nullam habebit licentiam super ead. causa iterum supplicandi*, e così vogliono tutti li Dottori, li quali espressamente dicono, che se nel giudicio revisionale un'altra volta soccomba il reo, non può più dimandar la seconda revisione, o supplicazione, la quale non sarebbe necessaria, se si potesse semplicemente appellare, accordano *Giurb. nella detta decis. 66. num. 1. Amat. nella resol. 6. num. 1. Berlic. conclus. 6. num. 12. 13. e 14.* ove *revisio revisionis non conceditur, quod verum est in eo, qui jam revisionem petiit, impetravit, & succubuit*, *Vallasc. nella dotissima consult. 51. num. 49.* ove *censetur enim litigator importunus, & indignus, quod bis in idipsum gratia iteretur*, *Pereir. de revis. cap. 98. num. 1. e 2. Mart. Mut. decis. 17. num. 1.* così ha deciso il Senato di Granata appresso il *Larrea nella decis. 39. num. 3.* dove anco dice, che se quantunque il Giudice ammettesse la seconda revisione, la sentenza proferita in questo secondo giudicio revisionale sarebbe del tutto, *& ipso jure nulla*. Non potendolo fare il Principe, o il Papa fra li termini di Giustizia, cioè di autorità ordinaria *cap. tua nobis de appellat. Marches. de commiss. fol. 355. num. 1. 2. 3. Amat. resolut. 6. num. 4.* se non della dispotica, e assoluta *Innoc. in cap. cum suam de appellat. Amat. dicta resol. 6. num. 5. e 6.*

Li quali Dottori parlano anco in caso di sentenza revisionale confermatoria di una sola Sentenza passata *in judicatum*, e rinforzano l'argomento quando con la sentenza revisionale si ritrovassero tre conformi, *nam à tribus conformibus nulla datur appellatio, supplicatio, vel revisio*, *Amat. nella resolut. 6. numer. 8. Surd. per tutto il suo elegante consigl. 277. il quale al num. 16. e 17.* dice, che siccome per disposizione delle leggi communi viene proibito l'appellazione, o sia qualunque ricorso, o di revisione, o supplicazione contra tre conformi per tutto il *tit. del Cod. ne lic. in ead. caus. tertiò provoc. Amat. nella resolut. 6. num. 2. e 3. e Giurb. nella replicata dec. 66. num. 6.* Così ancora quando vi fosse lo Statuto, che 5
la proibisce da due solamente, perchè tutto ciò, che si dispone *de jure* nelle tre Sentenze conformi si ammette indubitatamente nelle due Statutarie, perchè la seconda si reputa come terza, e opera in se il medemo effetto, così fin'ora discorre *Surd. nel detto consigl. 277. alli citati numeri 17. e 18. e consigl. 102. num. 15.* à cui fanno compagnia *Pereir. de revis. cap. 27. num. 12. e Covar. al detto cap. 25. num. 8. e Ursill. in verb. appellatio conclus. 128. num. 376.* ne quali precisi termini ritrovandosi devo conchiudere non potersi in alcun modo appellare detto Sign. Rodrigo, com'egli pretendeva.

E così &c.

Giuseppe Maria Casaregi.

Concurro in Sententiam Doctissimi Domini mei argumentis per eum optimè adductis, & quia si quis vellet recedere ab opinione tam benè firmata, & non ponere in computo conformium numerum omnium Sententiarum statim separaret judicium revisionis à primis judiciis, qua segregatione facta extincta esset cum primis judiciis omnis appellabilitas causæ, quam appellabilitatem semel amissam nunquam causa recuperare posset, quanquam ad revisionem reducta, id enim non redintegraret causam ad appellationem, ut decisum habemus apud *Giurb. decis. 35. n. 7. & seq.*

Julius Cæsar Baldisonus J. C.

Ho coltivato sempre lo stesso parere, nel caso, e questione del presente Consiglio sostenuto opportunamente con leggi, con sodezza di ragioni, e puntuali autorità dal Consultatore, se non m'inganna la paterna affezzione, il che non credo, perchè ventidue anni prima ch'io fossi Padre fu predominante nel mio intelletto la propria opinione, come ho accennato, in teorica, e in prattica, onde ne ottenni in fatto nelli precisi termini, e impedii come Avvocato l'appellazione, ch'il M. Girolamo Calvi l'anno 1674. dinanzi il Serenissimo Senato tentava dalla Sentenza contro di lui pronunciata dall'Illustrissimo Sign. Eugenio Durazzo Giudice delegato à favore della Sign. Anna Benedetta Vedova del q. Illustrissimo, ed Eccellentissimo Vincenzo Montebruno deputata per li di lei figliuoli, ed allora dal M. Domenico Chiesa Giudice pur delegato in giudicio revisorio confermata.

Le ragioni, e motivi non furono dissimili dalle proposte nel premesso Consulto, benchè non così abbondanti essendo ora senza dubbio meglio arricchite da ponderabilissime riflessioni, e autorità terminanti, e particolarmente del Senato di Messina nella dec. 66.

apprel-

appreſſo Mario Giuſtba, onde ſiccome eſſe mi ſtabiliſcono per ſempre con ſenſo di verità nel mio antico aſſonto, maggiore altresì agevolezza in impetrare l'intento, cioè l'eſcluſione della detta appellazione, del mio principale averei allora incontrata.

Soggiungo ſolamente *Rovit. alla prammatic.* 38. *de offic. Procur. Caſ.* dove dottamente *dal numer.* 6. dichiara che nel Giudicio di reclamazione, o reviſione, *licet non dicatur per unicam ſententiam finem accepiſſe litem, & controverſiam, ſecus utique per ſecundam inſtantiam confirmatam, tum per reclamationem, ſive ſupplicationem ſit redacta ad terminos litis conteſtata prout per appellationem, cui recurſus omnino equiparatur niſi in caſibus expreſſis ibid. num.* 9. 11. 18.

Anzi è tanto remoto, che dalla Sentenza confirmata nella reviſione ſi permetta l'appellazione, che ſarebbe più facile ottenerla da due Sentenze di Giudici ordinarj, e pedanei, perchè in giudicio di reviſione impetrato dalla Maeſtà del Principe, ovvero dal di lui Supremo Tribunale, dalli quali per la ſomma Eccellenza loro indegno ſarebbe il ſottommettere, e umiliare le loro ſentenze, o delli loro delegati ad altri Giudici, e perciò fu ſempre praticato il ricorſo, e le Suppliche alli medemi, e li loro reſcritti ſi chiamano di Grazia non mai contra il decoro loro di Giuſtizia *Rovit. nel luogo accennato numer.* 13. *& ſequent.* e di qui è, ch' il noſtro Statuto ha fatto longa diſtinzione tra *la rubric. de Decret. à Senat. impetrand. & de appellat.* e ſimili, benchè non ſi coſtuma ammettere quella, cioè la reviſione nelle cauſe di ſua natura non appellabili, perchè il bene, e l'utilità pubblica, in ciò gli uguaglia *n.* 9. 11, 18.

Perciò, *omiſſo profuſo ſermone, & pomposa allegatione*, tenendo io per l'approvazione del M. Giulio Ceſare Baldiſone queſta conclusione per ſentenza *in Jure* definita animoſamente concorro, e ſtrettamente in tutto al predetto Conſulto mi ſottoſcrivo.

Gio: Domenico Caſaregi Dottore.

Sententiam Domini mei juri, & veritati conſonam arbitror, maximè cum agatur de Sententia confirmata in Judicio reviſionis, à quo non ſolum ordinarium remedium appellationis non conceditur, verum nec extraordinarium reviſionis *Chriſt. deciſ.* 12. *vol.* 1. *deciſ.* 30. *& ſeq.*

Quare requiſitus libenter ſubſcripſi.

Paulus Franciſcus Molinellus in Piſana Univerſitate Juris Civilis Lector Extraordinarius.

A R G U M E N T U M.

Correſponſalis, ſive mandatarius in nihilo tenetur contra mandantem, ſi de rebus illius ſibi tranſmiſſis diſpoſuerit prudenter ſecundum boni viri judicium, nam de malo eventu tunc redargui non poteſt, latè tractatur, & multum utilis materia inter mercatores.

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſeries.*
2 *Mandatarius præſertim cum mercede ſive* Proviſione *tenetur de omni damno, quod ex illius facto, & culpa etiam leviſſima obvenit ejus mandantibus.*
3 *Rota noſtra de Mercatur. in cauſis mercantilibus eſt maximæ authoritatis.*
4 *Mandatarius tenetur de omni negligentia, & culpa, & de dolo ſuorum deputatorum, vel ſubſtitutorum.*
5 *Mandatarii induſtria cenſetur ſemper electa, ideoque alium ille ſubſtituere non poteſt.*
6 *Si mandatarius elegit perſonam idoneam ad deferendum argentum, vel aliud negotium peragendum mandantis, ſi illud perit, mandantis, & non mandatarii detrimentum erit.*
7 *Subſtituens tenetur ſuo principali de dolo, aut culpa ſuorum ſubſtitutorum, vel agentium, cum de mala eorum electione redargui poteſt, ſecus ſi electa eſſent perſona integra fidei.*
8 *Amplia licet perſona electa eſſet pauper.*
9 *Debitor ſi elegit depoſitarium pecuniæ debitæ ad ſui liberationem, de quo omnes diligentes veroſimiliter confideſſent, valet depoſitum, & periculum foret creditoris, & num.* 12.
10 *Et diligens dicitur eſſe, qui eum elegit, qui idoneus, ac integræ fidei habebatur.*
11 *Socius non liberatur erga conſocium, ſi miniſtrum ad peragendas res ſociales minus idoneum elegit, ſecus ſi idoneum.*
13 *Mandatarius excuſatur de culpa, ſeu dolo, quando de rebus mandantis diſpoſuit, non ſecus, ac de ſuis.*
14 *Mandatarius ſi elegit perſonam idoneam, juxta mentem mandantis fieri tunc dicitur.*
15 *Mandatarius caret omni culpa quando fecit illud quod veroſimiliter ipſe mandans feciſſet, & num.* 29.
16 *Mandatum debet extendi ad eum caſum, in quo ſi mandans fuiſſet interrogatus idem veroſimiliter dixiſſet.*
17 *Diligentia, ac probitas ipſo jure præſumitur in ſubſtitutis electis.*
18 *Integritas, & fides ſubſtituti ſufficit ſolum fuiſſe de tempore electionis factæ non curato eventu contrario, & num.* 20. *&* 24.
19 *Non ex eo quod perſonæ pauperes ſunt, & viles, debent dici non idoneæ.*
21 *Locator non tenetur niſi de dolo lata, & levi culpa non autem de leviſſima, quia eſt contractus gratia utrinſque celebratus.*
22 *Locator, mandatarius, vel depoſitarius tenetur de leviſſima culpa, eo caſu, quo receperat mercedem pro cuſtodia principaliter.*
23 *Et eligendo perſonam ſive ſubſtitutum idoneum in nulla etiam leviſſima culpa dici poteſt.*
25 *Tanto magis, quando electio facta fuit ex cauſa neceſſaria.*
26 *Neceſſitas facit licitum, quod aliàs fuiſſet illicitum.*
27 *In caſu neceſſitatis non exigitur conſenſus, ubi aliàs omnino requireretur.*
28 *Quæ fiunt in poſtremo vitæ ſpiritu ab omni culpa excuſantur.*
30 *Negotiorum geſtor excuſatur à leviſſima culpa, quando prudenter ſe geſſit circa negotia tertii, & num.* 31.
32 *Quando mandatarius non deviat à ſolito quod alii prudentes mercatores faciunt, excuſatur etiam à leviſſima culpa.*

R E S O L U T I O VI.

Januenſis Societatis,

Pro Illuſtriſs. Franciſco Maria Spinula.

Durabat anno 1605. inter MM. Paulum Baptiſtam Genuæ, & Julium utrumque Spinulam commorantem Matriti ſocietas negotiationis, quæ per mortem dicti M. Pauli Baptiſtæ die 20. Maji dicti anni ei obventam reſoluta fuit, cum verò prius ſupremum ſuum teſtamentum die 18. dicti menſis, & anni, nec non die ſequenti præcedenti ejus morti condicillum in actis Notarii Jo: Franciſci Valdetari condiderat, in quo diſpoſitum comperitur his verbis. 1

Item eſſo Teſtatore dichiara avere un negozio col M. Giulio Spinola q. Aleſſandro ſpettante a ciaſcun di loro per metà, come per il libro di detto negozio conſta, e vuole, che detto negozio ſi ſaldi, e ſi faccia ripartimento tra di loro, ed a ciaſcun di loro ſi faccia buona la ſua metà, fatto però buono a detto codicillante delli effetti di detto libro li 10. per 100. di antiparte, che li ſpetta conforme all'accordo frà di loro.

Item perchè con le Galere di queſta Sereniſſima Repubblica ſon inviati molti effetti ad eſſo codicillante da detto M. Giulio, come da altri, vuole, ed ordina, che tutti detti effetti ſi ricevino, e ri-

capitino

„ capitino per suoi fideicommissarj, e che se ne servi l'ordine del detto M. Giulio, e delli altri, che „ li mandano.

Advertendum quidem est quod paulò ante tempus sui obitus M. Testator aderat creditor M. Julii consocii de relevanti, ac ingenti summa.

Post aliquod tempus à morte M. Testatoris pervenit Gennam Petrus Vincentius Capellus ex Hispania, cui tradita fuerant illic per M. Julium scuta 16920. auri, & Regalia 106600. consignanda dicto M. Paulo Baptistæ, at cum dictus Capellus eo reperto jam defuncto dictas summas pecuniarum interim penes se reservabat.

Magn. verò Testamentarii executores q. M. Pauli Baptistæ licentiam contra dictum Petrum Vincentium obtinuerunt, & detinere eum fecerunt in carceribus Malepagæ, usque ad solutionem dictarum pecuniarum, quam postea dictus Mandatarius integram fecit, ut liquet ex instrumento quitantiæ facto die 19. Junii dicti anni 1605. in actis Notarii Jo: Francisci Maratii.

Inde procurator dicti M. Julii à dictis MM. Executoribus testamentariis coram duobus MM. Civibus per Magistratum Extraordinariorum Judicibus delegatis rationis redditionem intentavit, atque anno 1609. 11. Maji sententia prodita fuit, ex qua tamen usque in præsentem diem non apparet, de qua vera summa, seu partitis dicti DD. Fideicommissarii debitores evaserint, præter quam ex una scriptura à dicto Procuratore deposita, in qua per eum petita fuit summa lib. 15300. circiter.

Nullatenus dictus procurator, seu actor dicti M. Julii Spinulæ anno 1687. vigore novæ sententiæ à M. Rota obtentæ expertus fuerit sibi solutionem dictarum lib. 15300. cum earum fructibus pro cambio, & recambio super bonis q. M. Pauli Baptistæ vinculatis per eumdem perpetuo fideicommisso, & modo possessis à M. Francisco Maria Spinula q. Jo: Baptistæ primi vocati ad supradictum fideicommissum.

Hac præmissa facti expositione in jure quæritur, an dictus q. M. Paulus Baptista, vel ejus bona obligatus, vel obligata sint pro dictis summis, ac libris 15300. unà cum fructibus versus prædictum Julium prætensum creditorem, vel ejus curatorem, & prima facie videtur affirmativè respondendum.

2 Nam cum dictus defunctus sine mandato, ac consensu ejus consocii, & absque ulla exinde approbatione elegerit MM. Federicum Spinulam, Thomam de Nigro, & Genesium Sanguinetum in executores, & Complimentarios ad accipiendum ejus bona, & pecunias transmissas ab ejus correspondalibus tenetur de omni damno, quod ex illius facto, & culpa etiam levissima obvenerit ejus correspondalibus, & Dominis, attenta præsertim mercede, sive *provisione*, ut nuncupatur à mercatoribus, ut per *text. in l. à procuratore C. mandat. & dixit Rot. nostra de Mer-*
3 *cat. decis.* 160. *num.* 1. 2. quæ in causis mercantilibus maximæ est authoritatis *Sanliger. quæst. ac resol. ci-*
4 *vil. cap.* 72. *num.* 12. & in specie mandatarium, qualis erat q. M. Paulus Baptista Spinula, teneri de omni negligentia, & culpa, & multò magis de dolo suorum agentium deputatorum, vel substitutorum in perniciem ejus principalis ex celebri *l. nam, & servus 22. §. mandato tuo ff. de negot. gest.* in qua fuit fundata dicta *decis.* 160. *à numer.* 6. quam sequitur *Rocc. lib.* 1. *respons. notab. de mandat.* 50. *n.* 105.
5 & præcipua ratiò decisionis est, quia censetur selecta fides, & industria mandatarii, qui deinde si ad expediendum mandatum sibi collatum elegit, semper ipsius periculo facit, eique hujusmodi ordinis inobservantiam imputare, ac nocere debet, utens enim opera aliena, & aliter disponens dicitur in culpa, atque damnum, quod Dominus sensit emendare tenetur, ut benè discurrit *Rot. apud Ludovis. decis.* 233. *num.* 4.

Unde concludit M. Julius, seu pro eo legitimus agens obligatum esse M. Testatorem, & per consequens ejus hæreditatem propter malam electionem suorum Complimentariorum, seu executorum factam in ejus postremis tabulis ibi *vuole, ed ordina, che tutti detti effetti si ricevino, e ricapitino per suoi fideicommissarj.*

His tamen, & similibus quæ objici, & excogitari possunt pro parte dicti M. Actoris non obstantibus concludendum est q. M. Jo: Paulum Baptistam, vel ejus hæredes non teneri versus prætensum creditorem de facto, & mala administratione dictorum executorum testamentariorum.

Et pro optima hujus inspectionis decisione faciunt 6
primo textus in *l. eum qui* 10. *§. fin. juncta l.* 11. *seq. ac præcipuè ex l. argentum ff. commod.* ubi Julianus decidit quod is qui tradiderat idoneo servo suo ad perferendum ad aliquem argentum, ut non debuerit existimare futurum, ut deciperetur, detrimentum erit mandantis non mandatarii, ex qua *Bart. in summ.* ponit pro regula si res culpa nuncii perdatur perit periculo Domini, nisi remittens fuerit in culpa malæ electionis.

Secundò *l. nam & servus* 22. *§. mandato tuo ff. de negot. gest.* incontrarium paulo supra allegata, quæ meritò redarguitur, nam ibi Jurisconsultus in tantum affirmavit eum, qui aliena negotia per alium gessit teneri actione negotiorum gestorum in quantum malè, & imprudenter elegit illum tertium, ut apertè legitur in literis dicti textus, ibi *sed etiam quod imprudenter eum elegeris, & gloss. in verb. elegeris* advertens puniri dumtaxat, qui malè elegit, ac Faber idem subdit *cum tibi debeas imputare, cur tam imprudenter eum elegeris, in quo ut dolo careas non cares culpa*, & melius præ omnibus dixisse comperitur *Bald. ibi vers. secundo*, notans, quod culpa est non idoneum eligere.

Ex quibus textibus, & aliis consimilibus cumulatis per gloss. & DD. planum, ac indubitatum cognoscitur, quod tunc demum tenetur substituens suo 7
principali de culpa, vel dolo suorum substitutorum deputatorum, vel agentium, cum de mala eorum electione redargui potest, secus si electæ essent personæ communi reputatione integræ, & sufficientes, & legales, ut pariter post *Oldrad. cons.* 92. *Felin. in cap. cum contingat de rescript. Lap. in cap. per vestras §.* 7. *infertur num.* 3. *in fin. & num.* 4. *ac sub num.* 12. ibi probatæ fidei, & opinionia *de donat. inter vir. & uxor.* concludunt *D. Ansald. de commerc. disc.* 23. *num.* 12. *& Gabriel. conclus. de malefic,* 8. *numer.* 62.
Paris. cons. 156. *num.* 20. *lib.* 4. ubi ampliat etiam in 8
eo, de quo eligens valdè confidebat, etiamsi electus fuisset pauper, dummodo non fuerit malæ famæ, eo quia benè, & licitè quis potest confidere de eo, qui reputatur integer, & fide expertus ex *Paul. de Castr. Alberic. Salyc. & Neguf. de pignor. tertio membr.*
part. 5. *numer.* 36. *vers. & hunc ultimum casum*, ubi 9
agens de debitore, qui ultrò vult pecuniam debitam ad sui liberationem deponere, elegit depositarium, de quo omnes diligentes verisimiliter confidissent, decidit depositum validum esse, & periculum fore creditoris, ubi non possit imputari de aliqua culpa, & priùs pronunciaverat *Bart. in l. si soluturus* 39. *num.* 1. *ff. de solut. quem sequutus fuit Bald. in l. acceptam in* 9. *quæstion. num.* 33. *Cod. de usur. & conclusit Marin. ad Reverter. decis.* 206. *num.* 3. *vers. quando*
substituens, & præcipuè ibi *unde diligens dicitur esse* 10
si elegit eum, qui idoneus habebatur, Rot. coram Seraphin. in decis. 527. *numer.* 1. *vers. tamen limitatio* quam cum aliis decisionibus adducit *Farinac. lib.* 1. *tract. de delict. & pæn. quæst.* 24. *à num.* 62. & reassumpsit eam approbando *num.* 89. *§.* 5. *quod Notarii*, neque dissentit *Rot. coram Ludovis. decis.* 233. *num.* 5. *ac sequitur Rodver. ad Marin. cap.* 3. *numer.* 10. *lib.* 1. ibi restringitur tertio in substituente personam valdè integram, quasi eo casu non sit in culpa, & cessat mala electio. *Berlich. conclus.* 57. *num.* 7. *part.* 5. & non leve robur addit huic conclusioni nuperrimè *D. Alvarez. Pegaz. in cap.* 3. *resolut. forens. num.* 511. firmans ideò socium *in l. de illo* 23. *ff. pro socio, & l. nam & §. fin. ff. de negot. gest.* non liberari actiones cedendo ejus consocio, quando ministrum minus idoneum elegit ad peragendas res sociales ob culpam patratam in mala electione, secus autem esse ait dictus Jurisconsultus in *l. si vi* 16. *ff. depositi* scilicet non teneri depositarium, qui deposuit rem apud secundum, vel iste dolosè in ista se versavit, quia ibi nullam culpam, seu dolum fuisse commissum per primum depositarium in electione præsupponitur.

Et

12 Et satis optima, & bona electio probata habetur
ad effectum evitandi culpam, & obligationem sub-
stituentis, quæ oriri possit ex facto, & inobservan-
tia substituti electi ex eo, quod in tali contingentia
verosimiliter alius prudens fecisset, ita *Alvarez. Pegaz.*
dicto cap. 3. num. 63. & Riminald. conf. 801. num. 25.
& seq. Præcipuè quandò ipse mandatarius de re Do-
mini, vel mandantis disposuerit illud idem, quod
verosimiliter ipsemet quoque disposuisset de rebus suis
propriis, quam planè conclusionem probaverunt *Dec.*
cons. 430. num. 4. & cons. 473. n. 11. Cravet. cons. 247.
sub num. 6. omnino videndus in §. quinto respondeo, &
post eosdem exornavit hoc ævo eruditissimus *D. Al-*
varez. Pegaz. dicto cap. 3. num. 513. lib. 1. suarum re-
solut. forens. & Scacc. de commerc. §. 2. gloss. 5. quæst.
16. num. 405.

13 Quantò igitur magis recipienda sunt in nostro ca-
su ubi ipse D. Paulus Baptista Mandatarius non tan-
tum ex verosimilitudine, sed de facto æquè disposuit
de rebus, & pecuniis alienis, non secus, ac de to-
ta ejus opulenta hæreditate, & in similibus terminis
arguunt *Cravet. dicto cons. 247. n. 6. §. quinto respon-*
deo, & Dec. cons. 473. num. 11.

14. Ultra quod desumitur ex urgentissima conjectura
verisimilis mentis mandantis (qui est in nostra spe-
cie M. Julius) ejus scilicet concursus, & consensus
tacitus in electionem personæ communi opinione ido-
neæ, & integræ, ut ex Pileo antiquissimo Glossato-
re apud *Vigel. decis. juris controv. dec. ultim. dec. 142.*
in solution. vers. mihi ergo, & Scacc. dicto §. 2. gloss. 5.
15 *num. 405.* ubi concludit, quod ideò mandatarius ca-
ret omni culpa, quia fecerat id, quod & ipse man-
dans probabiliter agere debuisset, non enim dicitur
excedere fines mandati procurator, qui fecit ea, quæ
verosimiliter intuitu ejus utilitatis ipse Dominus fe-
cisset *l. fin. §. fin. ff. mandati Alex. cons. 206. libr. 2.*
Thusch. lit. M. conclus. 40. numer. 39. Rota nostra de
mercatura decis. 64. n. 2. & Capyc. Latr. consult. 108.
n. 20. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 15. n. 25.
16 & quod mandatum debet extendi ad eum casum,
in quo si mandans fuisset interrogatus idem verosi-
militer dixisset unanimiter admonuerunt *Caphal. cons.*
768. num. 28. Randens. cons. 21. sub numer. 111. vers.
tertio respondetur lib. 1. & Rota nostra de mercatur.
decis. 8. num. 5. decis. 64. num. 2. & decis. 174. n. 5.
Mart. Medic. decis. 158. num. 26. omnes relati, &
cumulati per Dominum Ansaldum de Ansald. in tract.
de commerc. & mercatur. disc. 61. num. 16. & 17.

Minimèque præmissis obstare potest, quod non-
dum probetur, & appareat de bona electione, &
personarum idoneitate substitutorum à M. D. Paulo
Baptista Testatore, quinimo de contraria videlicet
de mala, ut visum fuit ab ejus eventu.

17 Quia respondetur quod hujusmodi diligentia, pro-
bitas atque fides ipso jure, & regulariter præsumun-
tur in personis electis, vel substitutis ad planè cu-
mulata per *Naguerol. allegat. 2. n. 120. D. meus Bon-*
den. collect. 21. num. 28. & Rot. coram Royas decis.
189. & alias sequutas à *D. meo de Ansald. dict. tract.*
de commerc. disc. 23. n. 14. qui verò contrarium præ-
tendit probare tenetur.

18 Addo etiam quod plenè probata fuit per testes in-
tegritas, & fides DD. executorum dicti M. Pauli
Baptistæ de illo tempore conditi testamenti, quod
solum debet respici, qua probatione attenta non in-
trat amplius aliqua præsumptio in contrarium, ita
argumentatus est *Bald. cons. 442. in 3. vol. quem re-*
fert Jas. in dicta l. domus num. 4. de legat. 1.

Neque similiter malus administrationis subsequu-
tus eventus obesse potest, nam D. Testator non po-
tuit cognoscere futuram malam administrationem, &
inobservantiam executorum fidei, de qua nihil unquam
dubitaverat, attentis præcipuè eorum qualitatibus, &
prærogativis, videlicet nobilitatis, dignitatis, & di-
vitiarum, quæ etiamsi non competerentur in perso-
nis substitutis, atque electis non posset substituens,
vel eligens redargui de mala electione, vel substitu-
tione, neque dici posset culposus, nisi probaretur per-
19 sona electa esse malæ vitæ, quod ex eo quod pau-
peres sunt, & viles non tollitur propterea eorum fi-
des *l. sed si unius §. interdum ff. de injur. l. 3. in princ.*
vers. nam si careat ff. de testam. l. suspectum ff. de su-
spect. tutor. §. fin. instit. eod. & notat. in l. humilem per
scribentes in §. sancimus in auth. de test. §. si quis au-
tem, in auth. ut libert. de cæter. Paris. cons. 156. n. 20.
lib. 4. & ita satis superque habetur ad tollendam om- 20
nem culpam in substituente, quod solùm de tempore
factæ electionis ab eo substituens sit probus, & fide
expertus ajunt *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 65. n. 11.*
Farinac. in prax. quæst. 24. n. 61. Thesaur. Jun. lib. 1.
quæst. 62. num. 12. Munoz. de ratiocin. cap. 19. num. 52.
Regens Constant. in l. 60. C. de decur. lib. 10. ex nu-
mer. 63. cum sequent. ubi ponit exemplum Castellani,
qui ad Castri custodiam alium substituit; qui de tem-
pore commissæ custodiæ diligens, & sufficiens repu-
tabatur, & ita fuisse judicatum refert *Boer. dec. 217.*
num. 9. Ambros. decis. Perus. 48. num. 30. Roduer. ad
Marin. cap. 3. num. 9. Capon. consult. 161. numer. 82.
Mans. consult. 418. numer. 6. Rot. coram Seraphin. de-
cis. 527. num. 1. & coram Ludovis. decis. 233. Marin.
ad Reverter. decis. 206. num. 3. in fin. ubi non debet
eligenti nocere, quod substitutus, sive electus mores
postea mutaverit. Sufficit enim mittere talem qui re-
putabatur idoneus. *Rovit. decis. 79. num. 2. D. de An-*
sald. de commerc. disc. 29. numer. 5. 6. & ut cecinit
Guarinus in sua Celebri Pastorali.

Facclasi, che conviene
Alla pietà presente.
Che del futuro sol presago è il Cielo.

Nec etiam urgeri potest, quod licèt eligens à prin-
cipio personam idoneam, & integram non teneatur
ejus facto, ac mala administratione, attamen si eli-
gens receperat mercedem, seu provisionem pro con-
servandis mercibus, & pecuniis, quia tunc teneretur
de custodia, & per consequens de levissima culpa
justa *l. qui mercedem ubi gloss. & alii ff. locati*, à qua
numquam excusari potest M. Paulus Baptista, quia
majoribus diligentiis, & securitatibus, quas non ut
prudens, sed prudentissimus Paterfamilias peragere
consueverit.

Hoc objectum prima facie alicujus roboris videtur,
sed benè eo pensato nihil afficit nostram inspectio- 21
nem, supponi enim debet q. M. Paulum Baptistam es-
se locatorem suarum operarum in peragendo nego-
tiationem sibi commissam à q. M. Julio conductore,
& ideo locator non tenetur, nisi de dolo, lata, &
levi culpa non autem de levissima, quia contractus
locationis est gratia utriusque celebratus, ex quo in-
tervenit merces, seu provisio *l. si ut certo §. nunc vi-*
dendum ff. commodat. l. si creditor, & l. qui fortuitis
C. de pignorat. action. l. si rem inspiciendam ff. de præ-
script. verb. l. 1. & l. in judicium C. locat. & ibi Gloss.
& §. qui pro usu institut. locat.

Sed quicquid sit, vel dictum Paulum Baptistam lo- 22
catorem, vel mandatarium, vel depositarium nomi-
nemus, nihilominus ad evacuandum dictum objectum
ex adverso deductum advertendum est quemlibet te-
neri de levissima culpa dumtaxat in casu, quo rece-
perat mercedem principaliter pro custodia, non secus,
ut apertus est *text. in l. qui mercedem juncta l. nau-*
ta ff. Naut. Caupon. Stabul. At cum q. M. Paulus Ba-
ptista non receperit provisionem principaliter pro cu-
stodia dictarum pecuniarum, idcirco de ea non te-
netur, sed locati, ex qua non intrat levissima.

Secundo dico, quod præsupposito etiam, non ta- 23
men concesso, quod quis teneretur de custodia, ve-
runtamen eligendo depositarium, seu substitutum à
principio idoneum, & valdè integrum liberatur, &
excusatur ab omni culpa. *Negusant. de pignor. 3. memb.*
part. 5. num. 26. vers. & hunc ultimum casum. Bart. in
l. si soluturus 39. num. 1. ff. de solut. Luc. de Penn. in
l. agentes num. 10. column. penult. vers. vel dic melius.
Pegaz. resol. for. cap. 3. num. 513. ibi nullam culpam
fuisse commissam in præsupposita electione *Roduer.*
ad Marin. cap. 3. n. 10. lib. 1. & alii supra citati in
§. neque similiter.

Nihil relevante quod post mortem Testatoris 24
MM. illius executores non observaverunt fidem, &
administratione sibi commissa abusi fuerint, quia ma-
la administratio, morum mutatio, vel inobservan-
tia fidelitatis puri casus censendi sunt, qui fallere
quemque prudentissimum potuissent, & sic excusant
nedum à levi, sed à levissima ex pulchrè adnotatis
per *D. de Luc. disc. 16. num. 12. de tut. & procurat. &*
disc. 68.

rata suum sententiam, videlicet expressè condemnando, & expressè absolvendo, sed solùm condemnavit DD. Scottos ad interesse ad rationem trium pro centenario, non expressè absolvendo eos à superpluri petito, hoc enim casu licet Rei appellaverint limitatè, & in partibus, per quod aliàs operaretur limitationem solum in capitulis appellatis, attamen tota causa dicitur devoluta, & totum negotium ad novum Judicem, quia nihil operatur limitatio appellationis à sententia non condemnante, ac absolvente simul expressim per capitula separata respectivè reum, & actorem *Amat. resol. 9. num. 4. vers. quod non*, *Marcian. disput. 16. num. 20. addens ad Franch. decis. 467. num. 3. vers. ad doctrinas in contrarium*, *Hodiern. ad decis. 143. Surd. num. 6. Rot. decis. 283. num. 20. par. 9. tom. 1. rec.*

19 Huc usque omnia adducta fuere cum supposito, quod adessent capitula separata, sed verè sumus in capitulo unico, vel saltem in connexis, ideoque M. Oddus poterat uti appellatione Dominorum de Scottis, quamvis illam proposuerant limitatè, & in partibus dumtaxat contrà se per *l. ampliorem Cod. de appellat. ibique gloss. & Doctores omnes Dec. in cap. si duobus num. 54. de appellat. Salit. in l. ampliorem num......Vincent. de Franch. decis. 467. Sard. decis. 143. Amat. resol. 9. numer. 4. Lancellot. de attentat. cap. 12. par. 2. limitat. 44. num. 1. & seqq. Scopp. ad decis. Gratian. observat. 23. num. 34.* nam connexa capitula unum, & idem reputantur, hoc enim casu haud refragante, quod appellatio interposita sit in partibus ex capite connexitatis totum dicitur devolutum. *Cancer. cap. 17. num. 63. Hodiern. ad Surd. decis. 143. Jo: Anton. ab Eccles. observat. 24. de appellationibus.*

20 Individuum, vel connexum fuisse caput in nostro casu probatur primo, quia id quod petebatur dependebat ab uno articulo: Individuo, videlicet, si Pupillus petat decem à curatore ratione malæ administrationis, tunc licèt Judex condemnet curatorem in quinque, & in aliis quinque absolvat, nihilominus si Tutor, vel Pupillus appellet solum in partibus contrà se, devolvitur totum negotium, & tota causa, quia hæc decem dependent ab articulo malæ administrationis super quo Judex debet semper cognóscere, ideoque dicitur hoc caput individuum, vel connexum. *Dec. in cap. si duobus num. 56. de appellat.* mirè *Bart. cons. 150. in princ.* quem explicat *De Luc. ad decis. de Franch. 467. num. 3. §. minus obstat. Amat. resol. 9. n. 19.* Ita ipse concludebam in mea specie, & à fortiori, quia M. Oddus non petiit certam summam pro suo interesse, sed simpliciter interesse ratione damni emergentis, & lucri cessantis, quod passus fuit, ideoque totum negotium pendebat ab uno articulo, quod erat individuum, scilicet à cognitione prædicti damni, & lucri, nam interesse est accessio sortis ratione ejus, quod amisimus, vel lucrari non potuimus adversarii culpa *Leotard. q. 71. num. 3. l. si commissa 131 ff. rem rat. haber.* ibi *in tantum competit actio in quantum interfuit, idest in quantum mihi abest, quantumque lucrari potui.* & sic taxatio interesse advertebam est consequutiva ad damnum, & intantum primus Judex condemnavit DD. Scottos ad solum tres pro singulo centenario, quia existimavit damnum emergens, & lucrum cessans non excessisse hanc summam, & si ab hac taxatione limitatè appellaverunt DD. de Scottis potest Judex *ad quem*, si verè cognoverit M. Oddum majus passum fuisse damnum, vel minus respectivè diminuere, vel augere interesse, licet ipse non appellaverit, quia hæc calculatio semper dependet ab illo primo articulo, qui devolvi necessariò debet ad Judicem *ad quem*, ut rectè judicare possit, ideoque totum negotium devolvitur, & tota causa, ex traditis per *Dec. in cap. si duobus numer. 56. de appellation.*

21 Secundò probatur individuitas, vel connexitas, quia interesse petitum emanabat ab eadem causa, & sic quando summa in libello postulata procedit ex una, ac eadem causa, licet Judex eam dividat partim reum condemnando, & partim absolvendo, tunc capitula dicuntur individua, ac connexa. Itaut si reus appellet in partibus contrà se tantum, nihilominùs tota causa dicitur devoluta ad Judicem *ad quem* pro communi affirmant *Franch. in cap. si duobus col. 3. de appellat. Dec. dicto cap. num. 54. Amat. resolut. 9. num. 11. Special. in tit. de appellat. §. 1. numer. 13. Sard. decis. 143. num. 4. & ibi Hodiern. numer. 6. Boer. decis. 73. numer. 6. Bart. cons. 150. in princ. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 21. num. 25. Gratian. discept. Forens. cap. 1. num. 3. & 4. Cyriac. controvers. 655. num. 2. Riminald. Sen. cons. 99. à numer. 66. usque ad fin. lib. 1. Cancer. var. cap. 17. numer. 65. & num. 100. par. 4. Hieronym. Gabriel. cons. 56. vol. 1. per tot. Rot. decis. 688. par. 3. rec. num. 5. & 6. & optimè Rot. decis. 283. à num. 18. 19. 20. & seq. par. 9. tom. 1.* ubi quod non consideratur materia divisibilis in libello petita, sed forma sive actio, quæ indivisibilis est, quia est eadem.

Neque obstare possunt ex adverso citati authores 22
scilicet *Scopp. observ. 23. num. 40. 41. De Luc. ad decis. de Franch. decis. 467. num. 3. versic. contrarium, Marcian. disput. 16. n. 13. Lanar. cons. 33. num. 19. & 20.* quia loquuntur in capitulo divisibili videlicet quando adsit summa petita unico capitulo, sed producta ex diversis causis, seu fontibus, ut etiam declarat *Cancer. var. cap. 17. num. 65. par. 3.* quia tunc si judex partim condemnet, & partim absolvat potest in odiosis reclamare, & in parte favorabili sententia amplecti, itaut tota causa dici non possit devoluta, sed tantum pars à qua fuit appellatum, & sic debent intelligi, aliter opponerentur communissimæ opinioni supra expositæ, tantòque magis id nobis persuadere debemus, quia Hodiern. à dicto Scopp. reprobatus tamquam contrariam substinens opinionem loquitur in casu unius summæ unico capitulo cumulatæ, productæ tamen ex diversis causis si perpendas dictum *Hodiernum sub num. 5.*

Et juxtà prædicta fuit decisum per binas conformes ann. 1693. & 1694. in actis Notarii Jo: Augustini Savignoni à MM. Jo: Bartholomæo Pastorio, & Jo: Baptista Follià post acerrimam hinc inde discussionem.

ARGUMENTUM.

Quæ sint interloquutoriæ habentes vim definitivæ, & de earum vi, an ab istis appellari possit vigore Statuti nostri prohibentis ab interloquutoriis appellationem. Explicatur Statutum *de caus. ordinar. §. in quibus §. declarato, & §. probationes.*

SUMMARIUM.

1 *Facti series.*
2 *Appellatione definitiva veniunt etiam interloquutoria habentes vim definitiva, & ab istis appellari potest, ac si essent definitiva vigore Statuti, & num. 4.*
3 *Statutum prohibens appellationem ab interloquutoria non censetur prohibuisse appellationem ab ea habente vim definitiva.*
5 *In Statutis nostris æquiparatur definitiva interloquutoria mixta.*
6 *Si non fuit appellatum à definitiva potest appellari à sententia relevantis declarativa.*
7 *A denegatione, vel admissione relevantis datur appellatio, quia habet hæc interloquutoria vim definitiva.*
8 *Quando discretivè Statutum loquitur de definitivis, ac mixtis, tunc interloquutoria mixta non comprehenduntur sub definitivis.*
9 *Interloquutoria, quæ occludit defensionis, ac probationis viam habet vim definitiva.*
10 *Ad arbitrium Judicis remittitur, an interloquutoria habeat vim definitiva, vel non.*
11 *Quando fieri potest debemus decidere quæstionem cum doctrinis terminantibus, & non per generales conclusiones.*
12 *Si Judex pronunciaverit probationes non esse admittendas, hæc interloquutoria vim definitiva habet, & num. 25.*
13 *Et ab hujusmodi sententia appellari potest.*

14 *Item*

14 *Item appellari potest ab interloquutoria prohibente testes non esse redigendos.*

15 *Interloquutoria declarans fuisse elapsum terminum probatorium est mixta, & ab ista datur appellatio.*

16 *Tempus, quod numquam cepit nondum potest dici finitum.*

17 *Terminus probatorius per nostrum Statutum de caus. ordin. incipit à die pronunciationis super dilatoriis, si fuerint apposita, aliàs à die primi præcepti, vel à die electionis Notarii confidentis, quando suspectus allegatus fuit.*

18 *Dilatoria allegari possunt in prima comparitione Rei.*

19 *Reus potest hanc comparitionem arbitrio suo dilatare, ne in mora ab Actore ponatur.*

20 *Lex quamvis irrationabilis, dummodo clara sit, servanda est.*

21 *De gravamine interloquutariarum permissum est cognoscere in appellatione à definitiva.*

22 *In judicio possessorio gravamen interloquutariarum est reparabile in appellatione, vel in judicio petitorio ad libitum gravati.*

23 *Interloquutoria declarans terminum probatorium elapsum habet vim definitiva.*

24 *Reus vigore Statuti nostri de caus. ordin. potest quandocumque comparere ad opponendas dilatorias.*

R E S O L U T I O III.

Januensis appellationis

Ad intelligentiam Statuti nostri de causis ordinariis.

Pro Patre meo amatissimo, &c.

1 Postquam D. Maria Magdalena Nasta sua, & nomine ejus sororis in judicio ordinario motu ad formam Statuti nostri *de caus. ordinar.* adversus M. Jo: Dominicum patrem meum coram Illustrissimis Supremis Syndicatoribus pervenerit quasi ad signaturam processus, videlicet ad concludendum in causa, comparuit in actis dictus Genitor meus, & in ista sua prima comparitione opposuit dilatorias judiciales, nempè incompetentiam Judicis, & illegitimationem actricis, quas verò Illustrissimus Magistratus pronunciavit non fuisse attendendas tanquam factas post terminum probatorium à Statuto assignatum, ideoque non esse amplius aptas ad retractandum, & dissolvendum processum, jam constructum.

Ab ista enim pronunciatione appellationem interposuit dictus Magn. Jo: Dominicus ad Serenissimum Senatum nostrum, ad quem hujusmodi appellationes devolvuntur, ut sæpius judicatum fuit, & coram eo duo fuerunt disputata, primum videlicet, an à prædicta interloquutoria potuerit appellari, secundum data appellatione, an verè terminus probatorius expiraverit, & per consequens non esse, neque fuisse locum opponendi dictas dilatorias, saltem ad resolvendum processum jam constructum, super quibus Serenissimus Senatus, ut ejus mos est, commisit cognitionem M. Julio Cæsari Baldissono responsuro quænam sint partes ejusdem Serenissimi Senatus in pronunciando.

Habui enim constantissimè pró genitore meo amatissimo utrumque articulum, & principaliter super præjudiciali appellationis allegabam illam dari in no-
2 stro casu, quia licet Statutum nostrum *de appellat.* solum eam admittat à sententiis definitivis, attamen in Statutis sub appellatione definitivarum comprehenduntur sententiæ interloquutoriæ mixtæ, habentes scilicet vim definitivæ, & pari passu ambulant juxtà communissimam opinionem, ita ut inter Doctores nullum discrimen assignatur nisi in nomine, & signanter *Bald. in leg. majoribus Cod. de his quibus ut indigni. Alex. cons.* 182. *numer.* 1. *lib.* 1. *Gabriel. cons.* 192. *lib.* 2. *Marant. par.* 6. *vers. & demum fertur num.* 26. *&* 42. *Thesaur. decis.* 122. *numer.* 9. *&* 13. *Papiens. in forma libell. action. real. vers. per vestram definitivam sententiam, & ibi add. fol.*154. *verb. definitivam. Scacc. de appellat. q.* 17. *limit.* 17. *numer.* 127. *&* 371. *& quæst.* 4. *num.* 56. *Ridulphin. in prax. par.* 1, *cap.* 13. *numer.* 308. *Scop. ad Gratian. decis.* 33. *numer.* 12. *post Peguer. decis.* 197. *numer.* 6. *lib.* 1. cum innumeris ferè à prædictis cumulatis.

Per quæ regulam generalem statuerunt Doctores 3
omnes, quod Statutum prohibens appellationem ab interloquutoria non intelligatur unquam loquutum fuisse de ea habente vim definitivæ, quia ista venit sub appellatione definitivarum *Bald. in leg.* 9. *ff. qui satisdar. dicuntur num.* 6. *& seq. Scacc. de appellation. quæst.* 17. *limit.* 47. *num.* 84. *Felin. in rubr. de sentent. & re judic. numer.* 3. *usque ad finem. Franc. de Aret. cons.* 20. *num.* 2. *& seq. Laufrer. conclus.* 433. *& seq. Peguer. decis.* 195. *numer.* 8. *Ragginell. de appellation.* §. 1. *cap.* 1. *numer.* 12. *Rot. decis.* 658. *par.* 3. *rec. numer.* 2. & in propterioribus terminis Statuti nostri *Fenzon. ad Stat. Urb. cap.* 173. *numer.* 8. *Tort. ad Stat. Pap. stat.* 1. *in civilibus num.* 744. *&* 745. *fol.* 206. *Ruin. cons.* 78. *num.* 4. *lib.* 5. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 41. *lib.* 1. quæ omnia habent locum, 4
& applicantur etiam alteri Statuto nostro de meliorationibus in illis casibus, in quibus conceditur melioratio à sententiis definitivis, nam poterit etiam meliorari interloquutoria habens vim definitivæ, quæ nullo modo differentiatur, nisi in mero nomine à definitiva, ut diximus præcipuè per *Felin. in rubr. de sent. & re judic. num.* 3. *& Rot. dicta decis.* 658. *num.* 2. *par.* 3. *recent.*

Fortius ergo dicendum est ob dispositionem Statuti nostri *de melior. sentent.* §. *intra tempus, & de impens. lit. resic. in princip.* in quibus expressè æqui- 5
parantur sententiæ habentes vim definitivæ ipsismet definitivis, imò ob dictionem, *seu*, quæ eumdem significatum utrique tribuit excludendo inter eas per modum declarationis diversitatem, eumdemque effectum æquè ipsis ampliat juxtà tradita per *Barbos. de dicta diction. seu* 363. *Seraphin. decis.* 393. *num.* 8. *Amostaz. de causis piis tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 19.

Et hinc anno 1646. decisum fuit in causa M. Fabricii Pallavicini, contra M. Bartholomæum Maynerium per Illustrissimos Supremos Syndicatores, qui pronunciaverunt instantiam peremptam, eamque meliotaverunt dicentes eam durare.

Iterumque 1637. per eosdem idem declaratum in causa M. Ascanii Crispi contrà Principem Massæ.

Ac anno 1640. idem per eumdem Illustrissimum Magistratum de Voto M. Bartholomæi Maynerii in causa M. Portiæ Vaccà.

Et prius anno 1606. 18. Octobris idem obtinuit Antonius Maria Pucius in causa inter Marcum Antonium de Turri reum, & Stephanum Frugonum in actis Jo: Baptistæ Bacigalupi.

Nec non anno 1671. de mense Junii in causa examinis testium ad æternam memoriam, in qua Prior Rotæ nostræ pronunciavit non esse procedendum ad dictum examen, à qua pronunciatione fuit concessa appellatio in contradictorio judicio; & in terminis nostri Statuti latè *Beniell. cons.* 53.

Ac denique M. Carolus Mascardus, dum erat à Secretis Serenissimi Senatus in causa q. Dom. Caroli Bonfilii contrà Hieronymum Spontonum, qui obtinuerat pronunciari per M. Jo: Felicem Fossam de Voto M. Jo: Baptistæ Gritæ relevans non fuisse reportatum per prædictum D. Bonfilium, à qua interloquutoria is appellaverat, & patrocinante D. patre meo impetravit appellationem à Serenissimo 6
Senatu committi, quia in casu quo non fuit appellatum à definitiva admittitur appellatio ab interloquutoria declarativa relevantis quod operatur sicut definitiva. *Scaccia de appellat. quæst.* 17. *limit.* 4. *sub numer.* 60. *vers. quid dicendum*, & generaliter à quacumque declaratione dari appellationem, est *Rot. Rom. in decis.* 100. *numer.* 3. *&* 31. *in fin. par.* 1. *divers.* & in puncto quod à denegatione admissionis, sive à rejectione exceptionis relevantis, ex qua gravamen irreparabile redditur, admittitur appellatio tradit *Ridulphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *numer.* 328. *& seq. Censal. dec.* 77. *n.* 21. & magis individua-

liter, quod si quis non appellet à sententia intra decem dies, sed putat eam revocari, & judex loco eam revocandi confirmat, poterit appellare post illos ab hujusmodi sententia primæ confirmatoria, habetur apud *Guid. Pap. tract. de appellat. quæst.* 108. *per Doctrinam Innoc. cap.* 3. *de nov. oper. nunciat. & seq. Lancellott. tract. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 136.

Non obstat enim quod ex adverso replicetur nempe prædicta non procedere, quando Statutum discretivè loquutum fuit de mixtis interloquutoriis, ac sententiis definitivis, ut videtur in nostro Statuto *de meliorand. sentent. §. intra tempus*, ubi loquitur de sententiis definitivis, & §. *ab interloquutoriis*, ubi loquitur de interloquutoriis meris, sive mixtis, &
8 sic considerans distinctè, & discretivè definitivas à mixtis sub verbo definitivarum Statutum non comprehendit mixtas, sed restringitur dispositio ad definitivas *Alber. tract. Statut. lib.* 1. *quæst.* 20. *Alex. cons. ultim. num.* 1. *&* 9. *lib.* 4. *Carpan. ad Stat. Mediol. in prælud. num.* 228.

Hoc equidem non procedit in facto, quia Statutum nostrum nullam discretivam loquutionem servavit in sententiis definitivis ab eis habentibus vim definitivæ, imò contrarium habemus, ut observavi mox suprà num. 5.

9 Remanet modò videre, an interloquutoria, de qua agimus, sit mixta scilicet habens vim definitivæ, & pro indubitato affirmandum esse censeo, dum omninò occlusit M. Reo omnes defensiones, ac probationes eò quia Magistratus Illustrissimus declaravit fuisse elapsum terminum probatorium, ideoque solùm Reus expectare coactus fuit condemnationem super instrumento ab actrice contrà eum producto, quare in effectu operatur præjudicium tanquam definitiva *Marant. in suo specul. aur. p.* 6. *vers. & demum fertur sententia in tertia parte act.* 1. *num.* 45. *fol. mihi* 399. vel saltem quando interloquutoria est magni præjudicii, quod negari non potest in nostro casu *Marant. dicto loco num.* 11. *Caball. cas.* 119. *num.* 34. *& seq. Ridulphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *nu-*
10 *mer.* 309. *vers. secundo.* Et hoc relinquitur arbitrio recti Judicis, cùm jure decidi regulariter non potest quæ sit mixta, vel mera interloquutoria, cum ex contingentiis in facto resolvi debeat *Corn. cons.* 33. *num.* 3.

11 Sed parùm immorari debemus in his generalibus conclusionibus, quando possumus decidere quæstionem cum Doctrinis terminantibus quoad exclusionem aliarum solum in regula insistentium, ut admonuis *Quezad. in suis differt. differt.* 14. *num.* 3.

12 Et primò illa interloquutoria habet vim definitivæ quando Judex pronunciavit non esse admittendas aliquas probationes, sine quibus producens non poterit obtinere *Marant. dicto loco citat. num.* 44. *Ridulphin. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 310. *Gratian. cap.* 77. *numer.* 11. *Surd. decis.* 36. *Valasc. consult.* 47. *numer.* 7. *tom.* 1. quanto magis in casu nostro, ubi non solum aliquas negavit probationes Illustrissimus Magistratus prædictus, sed omnes, & quascumque, & hoc procedit sine dubio, quando hæc interloquutoria rejectionis probationum facta est post litem contestatam, vel in medio causæ, ut in casu nostro præciso, secus antè litem contestatam *Cartar. decis.* 27. *num.* 32. quem sequitur *Petr. super rit. magn. Cur. rit.* 127. *num.* 8. *Gratian. cap.* 26. *num.* 11.

13 Et sic posse appellari à pronunciatione rejectionis probationum non obstante Statuto prohibente appellationem, quia sine probationibus non potest reportari justa sententia, & ex quo non potest reparari gravamen in definitiva dixit *Gratian. dicto cap.* 76. *num.* 11. *& seq. & in cap.* 74. *num.* 14. *&* 15. quia hæc interloquutoria continet gravamen, & absorbet jus partis, vel parit præjudicium in negotio principali, quam conclusionem in iisdem terminis amplexus fuit *Senat. Pedemont. apud Osasc. decis.* 25. *numer.* 14. Nam hæc pronunciatio super rejectione probationum affert tale præjudicium, quod nequit reparari in sententia definitiva.

Sed melius eamdem sententiam retulit *Giurb. decis.* 56. *num.* 8. *& seq.* dicens quod quia hujusmodi interloquutoriæ afferunt præjudicium grave, dicuntur habere vim definitivæ, & ab eis posse appellari non obstante quocumque Statuto, & in numeris pluribus sequentibus ampliat hanc conclusionem in casibus nostro dubitabilioribus.

Per quæ etiam concludit *Surd. decis.* 36. quod ab 14
interloquutoria prohibente testes non esse in actis redigendos potest appellari, quamvis adsit Statutum vetans appellationem ab interloquutoria.

In terminis denique terminantibus, scilicet quan- 15
do Judex pronunciavit elapsum fuisse terminum probatorium ab ista interloquutoria posse appellari procul dubio consuluit *Natt. cons.* 172. *in princ. & numer.* 1. 2. *& seq.* ubi dicit ex eo quia potestas rejecerit capitula probatoria producta per Catherinam intulit gravamen irreparabile post definitivam, quia aufert defensionem, quæ consistit in probationibus. Ergo licuit appellare non obstante Statuto appellationem ab interloquutoria prohibente, & in pari casu respondit *Corn. cons.* 35. *in princ. & num.* 1. *& seq.*

Firmato hoc puncto appellationis procedere debemus ad merita dictæ interloquutoriæ, nempe an verè terminus probationis elapsus fuerit. Hoc dubium resolvitur ex litera ipsius Statuti, nisi eam negare velimus. Oportet enim prius ostendere principium prædicti termini, ut cognosci possit ejus finis, nam tempus quod non cœperit dici nondum poterit fini- 16
tum. *Bosc. cons.* 24. *ante num.* 3.

Quemadmodum est in nostro casu, quia Statu- 17
tum nostrum *de caus. ordin.* §. *in quibus* assignat pro termino probatorio dies 30. incipiendos à die primi præcepti cum hac exceptione, quod si fuerint oppositæ dilatoriæ incompetentiæ Magistratus, & illegitimationis personæ non incipiat dictus terminus, nisi à pronunciatione super prædicta, ut in terminis dixit *Rot. nostra de mercatura decis.* 127. *num.* 2. *&* 7. & ita si allegatus fuerit notarius suspectus, nisi à die electionis notarii confidentis, ut in §. *declarato quod ut*.

Has enim dilatorias jussit dictum Statutum no- 18
strum §. *appositiones autem* fieri in prima comparitione saltem post electionem prædicti Notarii confidentis, vel desistentiæ.

Igitur ex his clarè apparet, quod si Pater meus 19
reus conventus in prima comparitione opposuerit prædictas dilatorias, eas in tempore opposuit, & sic nondum terminus dierum 30. inceperit, sed omnino incipere debebat à die pronunciationis super illis, ut punctualiter in simili Statuto decidit *Fontanell. decis.* 17. *num.* 4. *& decis.* 21. *num.* 4. *&* 8. *lib.* 1. *Ascaf. de Ripoll. var. resol. cap.* 2. *de recusat. omn. Judic. num.* 215.

Neque obstat quod Pater meus amatissimus dilataverit comparitionem suam usque ad signaturam totius processus, quia cum Statutum non disponat quando hanc comparitionem debeat facere reus, poterit eam quandocumque facere, cum in hoc utatur jure suo, & per mille annos poterit eam differre, ut in terminis respondit idem *Fontanell. dicta decis.* 20. *num.* 2. Imo eidem actrici imputari debet hæc dilatio, quia procedere debebat post tres citationes emissas reo non comparenti per Statutum *de contumacibus*, quo ei consultum est, & sic de jure, vel melius faciendo assignare terminum dicto reo ab Illustrissimo Magistratu ad comparendum intra tot dies, quibus elapsis, & non comparente habebitur, & declarabitur pro comparso, quam cautelam edocet idem *Fontanell. in dicta decis.* 20. *num.* 7.

Quibus remediis attentis cessabat alterum, & omne motivum inconvenientis, quod videbatur intolerabile, nempe quod per nostrum Statutum fuisset
omninò in facultate rei protrahendi processum, quam- 20
diù voluerit, & in omnem casum ista lex licet haberet aliquid irrationabilitatis, attamen dummodo sit clara servanda est, & solum ad majus consilium Reipublicæ nostræ spectat illam moderari, vel revocare *De Luc. de judic. disc.* 35. *& de dot. in supplem. disc.* 196. *num.* 6.

V O T U M

M. Julii Cesaris Baldissoni in prædicta causa à Serenissimo Senatu approbatum.

Obsequendo jussionibus Serenissimarum DD. Vestrarum in causa appellationis interpositæ per M. Joann. Dominicum de Casaregis à Pronuncia Illustrissimorum DD. Supremorum Sindicatorum lata die 13. & melioratione diei 20. Novembris proximè præteriti anni 1693. in causa contra eum mota per Mariam Magdalenam Nattam nominibus, in qua dixerunt *oppositiones dilatoriarum non esse attendendas eo quia fuerint facta elapso termino probatorio.*

Refero partes VV. DD. Serenissimarum esse in pronunciando, prout quantum in me est, Christi nomine invocato pronuncio non esse locum dictæ appellationi.

21 Motus quia de gravamine interlocutoriarum permissum est cognoscere in appellatione à deffinitiva *Stat. lib. 3. cap. 3. §. fin. sub rubr. de appellat. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. sub num. 39. vers. quinta via*; ideo in judicio possessorio permittenda
22 non est appellatio interponi ab Interlocutoria etiam gravaminis per subsecuturam deffinitivam irreparabilis in prima instantia, sed rejiciendum est ad suæ reparationis locum, idest ad Judicium, vel secundæ Instantiæ, vel ad Judicium petitorium ad libitum gravati *Scacc. loc. citat. vers. quinta via juncto numer. 32. usque ad 36. inclusivè*, ubi latè, junctis iis, quæ notat *Berous cons. 101. sub num. 11. vers. tamen in casu lib. 3.*

Nec enim ego negaverim ad Serenissimas DD. VV. regulariter devolvi appellationes à placitis Illustrissimi Magistratus DD. Supremorum, id enim admitto postquam re sæpiùs à Serenissimis DD. VV. plenè discussa, & aliquando etiam in judiciis excessus stabilitum est devolvi taliter ut nefas mihi esset refricare, & quæ aliquando deducebam antè repetitas decisiones Serenissimi Senatus.

Sic etiam admitto (quod solidè ad literam Statuti inhærens firmabat dictus M. Joann. Dominicus) in judicio ordinario possessorio contra se ut suprà moto coram præfato Illustrissimo Magistratu non potuisse decurtari sibi, aut auferri terminum probatorium per pronunciam prædictam eo prætextu, quod ipse nimis serò opposuisset dilatorias post jam pro-
23 lapsum terminum ipsum, per quam pronunciam sublato termino probationis agitur de gravamine illato per pronunciam habentem vim definitivæ *Natt. cons. 172. tom. 1.* ex quo dicitur auferre defensiones *Corn. cons. 35. num. 3.* sic de pronuncia super processu faciendo, vel non *Folin. in rubr. de sentent. & re judicat. numer. 9. 15. fol. 78. tom. 3. Ridulphin. in prax. part. prima cap. 13. sub num. 309. vers. deci-*
24 *mo*; Nam satis tempestivè dilatorias oppositas esse censui quoties in prima Comparitione oppositæ sunt; Nimis enim urget in hoc litera Statuti *lib. 2. cap. 2. sub rubr. de caus. ord. §. in quibus, & §. oppositiones*, juncto alio Statuto *lib. 1. cap. 16. de extr. Intell. prohibit. in princip.* Nec admittenda esse puto è contra argumenta in contrarium cogitata à viris optimis in eorum relationibus præbitis dicto Illustrissimo Magistratui. Nam ea credo aliena à litera Statuti, ut in simili decidit *Fontanell. decis. 17. sub num. 4. vers. & cum Constitutio, & decis. 20. num. 8. lib. 1.*

Hæc autem non probant faciendam esse hoc loci reparationem gravamini, sed alio loco omnino reparandum esse; Nempè in appellatione à definitiva Sententia ejusdem possessorii, aut in petitorio, ut dicebam.

Quæ omnia, ut subjecta esse debent, ita obsequenter subjicio prudentissimæ, rectissimæque censuræ.

DD. VV. Serenis.

Hac die 5. Novembris 1694.

1694. die. 10. Novembris.

Aperiatur Votum prædictum, & tradatur copia partibus per Serenissimum Senatum ad calculos &c.

18. Dicti.

Fuit approbatum omnibus concurrentibus in numero undecimo.

AnfrANUS.

A D D I T I O

Ad num. 12.

Interloquutoria, per quam perimitur totum Judicium, habet vim diffinitivæ, *Palm. Nep. alleg. 192. num. 15.* 25

A R G U M E N T U M.

INstantia debet incipi à die purgatæ contumaciæ, & non à die pronunciationis super dilatoriis, si intentatum fuit Statutum *de contumac.* & quando intentatum istud dicatur, & non Statutum *de cauf. ordinar.* Explicantur Statuta *de cauf. ordinar. & de contumac.*

S U M M A R I U M.

1 F*Orma Statuti* de contumac. *non habet locum quando agitur contra contumacem non ad sententiam definitivam, sed ad effectum immittendi in possessionem.*

2 *Facti series.*

3 *Notariis electis à Judice ob calculandum tempus instantia ex consuetudine Genua plena fides habetur, nisi manifestus error appareat.*

4 *Præcipuè quando calculatio facta fuit per calculatores à Judice, sivè à parte nominatos.*

5 *In præparatoriis non dicitur inceptum judicium præparatum.*

6 *Concordantur Statuta* de contumac. & de caus. ordinar.

7 *In Statutis non datur prius, neque posterius, sed attenditur ordo intellectus.*

8 *Pars una Statuti semper refertur ad alteram, etiamsi nulla facta fuerit expressio.*

9 *Dictio* semper *omne tempus, omnesque casus comprehendit.*

10 *Explicatur* §. sanè de contumac.

11 *Terminus Statuti non currit impedito facto, & dilatione adversarii.*

12 *Casus omissus à Statuto relinquitur dispositioni juris communis.*

13 *De jure dilatio ad probandum non assignatur à Judice, nisi post contestationem litis.*

14 *Terminus nondum inceptus currere numquam potuit.*

R E S O L U T I O IV.

HAbemus Statutum *de cauf. ordinar. in cap. 2. §. in quibus quidem, & §. declarato lib. 2.* disponens terminum probatorium initium sumere à die primi præcepti, vel (ubi fuisset notarius suspectus allegatus) à die provisionis Notarii confidentis, seu desistentiæ à suspicione, vel à die qua fuit pronunciatum super competentia Judicis, & legitimatione personarum, si hujusmodi dilatoriæ fuissent oppositæ in prima comparitione, ut dixi latiùs in resolutione 3.

Habemus pariter aliud Statutum *de contumac. cap. 17. in princip. & §. si verò citatus eod. lib.* cavens *quod si conventus existens in Civitate, vel Suburbiis coram Magistratu Dominii, qui citatus fuerit ter personaliter, vel saltem semel personaliter, & bis ad domum suæ solitæ habitationis, & non responderit in aliis causa &c. sit contumax, & condemnetur in contumaciam*, vel similiter §. *si verò. Si citatus ut suprà, & responsionem ad merita causæ non fecerit, licèt vel suspectum Notarium allegaverit, seu juraverit, vel Judicis incompetentiam, aut personæ adversarii illegitimationem opposuerit, & postea facta provisione super hujusmodi oppositionibus citatus semel personaliter ad respondendum meritis non responderit, condemnetur nihilominus in contumaciam in omnibus, ut suprà, non obstantibus prædictis comparitionibus.*

Quod sanè Statutum, vel ejus forma requisita ad 1 condemnandum aliquem uti contumacem habere locum, quando per actorem procedi vellet contra contumacem ad sententiam definitivam, secùs vero contra

tra

tra eum uti contumacem ad effectum se immittendi in possessionem tantum bonorum rei conventi affirmavit pro certo noster *Bosc. in cons.* 545. *num.*6. quia tunc, dicit ille, sufficit observare dispositionem §. *Contrahentes cap. Romana de for. compet. in* 6. aliter immiscendo dictum §. *Contrahentes* cum Statuto *de contumac.* esset imbrattare rem, & se ipsum non intelligere.

Hisce in Jure ex Statuti censura positis. Habemus in facto.

2 Quod Titius proposita coram Judice actione personali contra Cajum impetravit primum præceptum ad respondendum petitioni, eoque exequuto, reus allegavit in termino cadentis citationis, scilicet die 5. Maji anni 1682. suspicionem actuarii, cumque post sex dies, scilicet 11. dicti fuisset facta provisio Notarii confidentis, transmissum fuit secundum præceptum ad respondendum petitioni, & quidem explicitè pro secundo præcepto quod exequutum fuit die 15. ejusdem mensis.

Verùm quia eodem die fuerant oppositæ incompetentia Judicis, & illegitimatio personarum, & die 27. facta pronunciatio super dictis dilatoriis, ideo die 9. Junii impetratum, & exequutum fuit tertium præceptum ad idem cum expressis verbis *pro tertio peremptoriè*, & die sequenti responsum per reum petitioni, sive meritis.

Cum autem essemus in calculo ferendæ sententiæ fuit per reum opposita peremptio instantiæ, commissoque illius calculo Notario actuario, retulit is *instantiam durare* quia terminus probatorius (à cujus fine initium sumit instantia) incæpit post tertium præceptum ad formam Statuti *de contumac.* per responsionem ad merita factam die 10. Junii, & sic compertum fuit propter additiones, & prorogationes in ejusdem actuarii relatione enunciatas nedum non esse peremptam instantiam, sed duraturam fore ad 26. Septembris anni 1686.

Huic relationi non acquiescens reus petiit illius revisionem, eaque commissa alteri Notario, qui in sua relatione (præmissis nonnullis ex fundamentis hinc inde coram se deductis) conclusit tandem se *non recedere à relatione actuarii, & hanc litem fuisse captam, & prosequutam ad formam Statuti de contumac. & sic, attento illius progressu, non licuisse ab ea recedere, & aliam eligere nempè formam de caus. ordin. nisi purificatis extremis dicti Statuti de contumac. alioqui terminus probatorius staret in pendenti, nempè utrum incipere deberet ad formam Statuti de caus. ordin. vel de contumac. Addito quod tria præcepta præsertim cum verbis pro secundo, & pro tertio peremptoriè fuissent frustatoria, neque convenientia judicio ordinato secundum formam Statuti de caus. ordin. nil relevante quod dictum ultimum præceptum fuerit conceptum ad respondendum petitioni, & non ad respondendum meritis, tum quia ista verba sunt synonima, cum etiam quia merita continentur in petitione præsertim propter verba adjuncta, scilicet pro tertio peremptoriè convenientia tantummodo formæ Statuti de contumac.*

Et hæc fuit relationis summa Notarii revisoris sequentis, & confirmantis in substantia relationem actuarii.

Nam articulus, utrum reus fuerit nec ne contumax, & contumaciam purgaverit per ejus responsionem factam sine sententia contumaciali, quem reliquit decisioni Præstantissimi Commissarii, nihil referebat ad rem, & ad præsentem quæstionem.

His ita se habentibus Præstantissimus D. Commissarius pronunciavit, salva cognitione, juxta relationem Notarii revisoris, sed die 4. dicti pronunciando super reservatis declaravit terminum probatorium incæpisse ad formam Statuti *de caus. ordin.*

Juxtà quod Statutum cursus illius habuisset initium 28. Maji 1682. quia die 27. antecedenti fuerat pronunciatum super dilatoriis, & sic idem terminus de mente partis expirasset die 26. Junii, quia additio dierum 10. facta à Serenissimo Senatu sub 30. dicti invenisset terminum probatorium ante tres dies jam peremptum.

Cum è contra quatenus idem terminus probatorium suum inisset principium ad formam Statuti *de contumac.* ut verum est, in §. *sane semper intellecto*, scilicet post tertium præceptum à die purgatæ contumaciæ per responsionem factam à reo idem terminus durasset per totam diem 10. Julii, & per consequens tempus instantiæ superabundasset juxta relationem utriusque Notarii.

Quamobrem hujusmodi pronunciatio D. Commissarii fuisset in melioratione reformanda, sive melioranda, & pronunciandum instantiam durare, quod solùm erat in quæstione, & in relatione revisoria, & quidem nedum ex fundamentis allegatis ab eodem Notario, sed etiam quia non videtur licuisse recedere à relatione amborum, quibus ritè, & rectè electis à Judice ad ineundum calculum instantiæ de generali consuetudine Genuæ integra fides præstatur, ut in simili dixit Rota nostra *de mercat. decis.* 141. *in princip.* & de jure (nisi de manifesto errore solius computationis plenè dicatur) semper standum est *Bart. in l.* 2. *C. de jur. fisci lib.* 10. *vers. aut quod revocat. col. fin.* Præsertim quando calculatio facta fuit per calculatores à Judice, sive à parte nominatos, qui à pari procedunt *Soff. dec.*38. *n.* 6. Quod fortius recipiendum erat in eo, quod per Notarium revisorem non fuerat remissum Præstantissimi Commissarii decisioni, nam disertis verbis idem revisor sequutus fuit relationem actuarii, & M. Commissarius interloquutus fuit juxtà relationem, quæ sanè interloquutio transitum fecerat in rem judicatam. 3 4

Secundò beneficio Statuti *de contumac.* quilibet uti potest in quocumque judicio tanquam quodam præparatorio ad illud, & optima planè ratione in praxi observanda, nam actor hoc pacto, vel per contumaciam rei relevari posset ab onere dispendiosæ litis, sive saltem ab onere probandi, vel cogitur reus statim respondere petitioni, unde lis brevior evadit, alioquin cum Statutum *de caus. ordin.* disponat terminum probatorium incipere post pronunciationem super dilatoriis opponendis in prima comparitione rei (ut dixi in præcedenti Resolut. 3.) posset is differendo ejus comparitionem, & sic dilatoriarum oppositionem prætendere quod terminus probatorius non antea fuerit incæptus.

Cùm autem in præparatoriis non dicatur cæptum judicium præparatum, *Leo. de præparat. part.* 1. *præparat.* 2. *num.* 46. & 48. neque propter præparatoria res desinat esse integra idem *præparat.* 6. *num.* 2. Ideo nullo pacto potuit incipere terminus probatorius ad formam Statuti *de caus. ordin.* Cum primum debeat desinere causa præparatoria, antequam initium sumat causa præparata, nativitas enim unius pendet à fine alterius, considerantur namque unum judicium, ut prius, & alterum uti posterius, quia diversus ordo datus à Statuto in utroque impedit concursum utriusque, & illa separat, oportuit ergo evacuare judicium contumaciæ, aut per responsionem rei (nam huc collimant tria præcepta) aut per sententiam, antequam aperiretur locus judicio ordinario, & per consequens absonum planè esset quod incæperit terminus probatorius, nisi citato per tres vices reo juxta Statutum *de contumac.* ibi enim trinæ citationes operantur effectum unius, adeo quod una deficiente, aut deficiente citatione ad respondendum meritis post pronunciationem super dilatoriis non diceretur citatus reus. 5

Esset ergo maximum absurdum, & repugnantia semper evitanda intellectu Statutorum, quod terminus probatorius lapsus esset ante citationem partis in judicio contumaciali intentam, & sic antè cœptum judicium ordinarium, nisi dicere velimus hæc duo statuta esse incompatibilia, & unius observantiam impedire alterum, vel Statutum *de contumac.* non esse exercibile ad praxim, aut quod favore actoris fuit introductum in odium retorqueri posse contra notorias juris regulas, inter quas ea quoque ponderatur quod Statuta ejusdem loci ad concordiam reduci debent etiam per subauditionem *Masc. de general. Statut. interpret. conclus.* 12. *num.* 11.

Verùm his adhuc omnibus præteritis, (licèt maximi ponderis illa sint) subdo denique nos esse in apertissimo & literali casu legis, nam quoad initium termini probatorii penitus discrepans, & incompatibilis est dispositio Statuti *de caus. ordin.* cum Statuto *de contumac.* in illo enim decernitur quod, si 6

fuerint

fuerint oppositæ dilatoriæ, incipiat dictus terminus à die, qua fuerit super eisdem pronunciatum. In isto autem disponitur, quod comparente citato, & opponente dilatorias, factaque provisione super illis, adhuc citetur ipse reus ad respondendum meritis, etenim noluerunt statuentes quoad Statutum *de contumac.* nondum haberi reum pro citato non obstante primo, vel secundo præcepto, nisi sibi novissimo hoc transmisso post interloquutoriam super dilatoriis, quomodo ergo, nondum reo citato ad merita potest dici, vel concipi terminum probatorium initium, & finem habuisse, & per consequens judicium evanuisse?

Calculus igitur termini probatorii rectè initus fuit ab utroque Notario juxtà dispositionem Statuti *de contumac. in §. sanè* à die purgatæ contumaciæ per responsionem rei, nihil refragante quod idem Paragraphus positus sit post §. *condemnatus* loquentem de modo purgandi contumaciam post sententiam contumacialem, quasi sequens §. *sanè* percutiat solùm hujusmodi casum, neque referendus sit etiam ad casum, quo reus purgasset ante condemnationem contumaciam:

7 Primò, quia in hujusmodi dispositionibus, & Statutis non datur prius, neque posterius, sed attenditur ordo intellectus non scripturæ, neque literæ. *Bart. in l. cum pater §. fidei ff. de leg. 2.* quem sequitur *Seraphin. decis. 24. n. 2.*

8 Secundò, quia pars una Statuti semper refertur ad alteram etiamsi nulla facta fuerit expressio, vel repetitio, ut docuit de hujusmodi Statutorum materia benemeritus *Alderan. Mascard. de gener. Statut. interpret. conclus. 2. num. 112. Rot. nostra decis. 5. n. 11. apud Cartar.*

Tertiò, quia dispositio dicti §. *sanè* non eget glossa, neque ulla extrinseca interpretatione, disertissimis
enim verbis se refert ad omnes ejusdem tituli partes, & casus, ibi *sane semper intellecto, quod si purgans contumaciam responderit, terminus probatorius*
9 *incipiat à die purgata contumacia*, ut nulla cavillatione declinari valeat ponderata particula *semper*, quæ cum generalis sit, omne tempus, omnesque casus comprehendere debet *Barbos. axiom. 197. numer. 4. & De Luc. de lin. legal. artic. 12. num. 29. & 40.*

Quarto, quia cum statuentes disposuissent quando terminus incipere deberet, ubi reus respondisset cum oppositione dilatoriarum in dicto §. *si verò citatus*, utique conveniens, & necesse fuit, ut disponeret etiam circa inchoationem ejusdem termini in casu, quo reus responderet sine dilatoriis.

10 Neque digna est Almæ Rotæ, sed indecora amplissimis viris in ea tunc residentibus videtur replicatio quod idem §. *sanè* non loquatur absolutè, sed solùm ubi reus purgat contumaciam per responsionem absque dilatoriarum exceptionibus; Unde haud temerè suspicor ne ab ipsis MM. Auditoribus inconsultis præcipitanter exciderit, vel, illis non animadvertentibus, subdolè ab eo, cui fortè munus respondendi incubuit id suggestum fuerit, nimis enim crassa & à cordati cujusvis viri judicio aliena est hujusmodi replicatio, nam, ea data, alterum de duobus dicendum esset, nempè, quod ubi reus purgans contumaciam opponeret dilatorias unà cum responsione, causa agenda foret in sensu partis, absque termino probatorio; quod esset de directo contra idem Statutum in præcedenti §. *condemnatus* jubens audiri denuo jura partium, & permittens reo facere quascumque oppositiones, quas facere potuisset, *si in termino præcepti, seu præceptorum anteà factorum comparuisset*, si verò dictas exceptiones non opponeret, puta quia jam ante sententiam contumacialem eas opposuisset, ut in casu nostro, idem terminus ante purgationem contumaciæ expirasset; & per consequens ante cœptum judicium contra apertissimam dispositionem dicti Statuti in §. *si vero citatus*, & in dicto §. *condemnatus* quod scilicet hujusmodi exceptiones non habeantur in consideratione ante responsionem ad merita quoad evitandam contumaciam, sivè ante illius purgationem, clausula enim in dicto §. *sane ibi absque oppositione, seu exceptione dilatoriarum* apposita fuit ad indicandum, quod nolebant legum latores derogare dispositioni Statuti, quod ubi unà cum responsione fuissent oppositæ dilatoriæ, terminus incipere debeat post pronunciationem super eisdem exceptionibus, ne facto adversarii in perniciem actoris tempus consumeretur, ut mox dicetur.

Verùm quicquid sit de hoc, planè in casu nostro reus respondit absque dilatoriis, unde tantò magis etiam secundum adversam partem intrat dispositio dicti §. *sane*.

Et longè fortiùs convincitur dictum §. *sanè* percutere casum, quo reus non expectata condemnatione purgat contumaciam per responsionem ad merita post præceptum sibi transmissum, facta provisione super dilatoriis juxta formam dicti §. *si vero citatus*, considerando, quod sententia contumacialis non facit, sed declarat reum contumacem, vel uti jam contumacem illum condemnat juxta petita tamquam fictè confessum, ad quod alludit Statutum ipsum *in princip.* ibi (*si non responderit in actis causa per se, vel per procuratorem suum legitimum sit contumax.*)

His accedat, quod terminus Statuti non currit 11
impedito facto, & dilatione adversarii, ut disputato
articulo ad partes firmavit Rota nostra penes *Cartar. decis. 121. numer. 6. & 15.* ubi concludit quod non obstante Statuto jubente intelligi debere, ut litera jacet semper recipienda sunt, ne contineant absurdum, & ne calumniis litigantium via aperiatur, prout aperiretur si intentanti Statutum *de contumac.* interea, quod citatur, reus curreret, ac laberetur terminus probatorius sub fide dicti Statuti.

Accedat secundo prædicta fortiùs recipienda esse
quatenus casus præsens, nimirùm ubi reus distulit re-
spondere meritis per tertium præceptum considerare-
tur tamquam casus, si non omninò diversus à Sta- 12
tuto *de caus. ordinar.* saltem tamquam mixtus, &
sic à Statuto omissus, & per consequens relictus di-
spositioni juris communis *l. si cum dotem in princip.
ff. solut. matrimon.* & ibi DD. & post eos *Mart.
Medic. exam. 24. numer. 1.* quo jure dilatio ad pro- 13
bandum numquam assignatur à Judice, nisi post con-
testationem litis, quia priùs probationes non permit-
tuntur *toto tit. ut lite non contest.* Unde terminus 14
antea non inceptus currere non potuit. *Bosc. cons. 24. num. 2. in fin.*

ARGUMENTUM.

Sententia revisionalis facit conformitatem cum prima sententia, cui revisio concessa fuit, adeout stante tali conformitate non possit amplius appellari ad formam Statuti nostri *de appellat.*

SUMMARIUM.

1 *Facti series.*
2 *Revisio appellationi æquiparatur, & eosdem effectus parit, nisi expresse in jure aliter decretum fuerit.*
3 *A sententia revisionali conformi cum prima sententia, quam revideri per Principem permissum fuit, non potest dari appellatio.*
4 *Revisio revisionis non conceditur.*
5 *Duæ sententiæ conformes faciunt per Statutum nostrum rem judicatam, & ideo habentur tamquam tres conformes de jure.*

RESOLUTIO V.

Jamens. conformitatis.

IL Sign. Rodrigo Barros gli anni trascorsi otten- 1
ne da questo Serenissimo Trono revisione di una Sentenza, la quale fece passaggio *in judicatum* per ommissione dell'appellazione. Essa sentenza, ò parte fù confermata dal Giudice revisore, e perciò in parte pure restò conforme alla prima del Giudice *à quo*.

Si ricerca in questi termini se possa dalla seconda sentenza revisionale appellarsi il Signor Rodrigo.

Io

Io infrascritto ricercato in senso di verità del mio parere ho risposto animosamente per la negativa, appoggiato peimieramente sulla disposizione del nostro Statuto *nel tit. de appellat. §. quecumque appellationes*, nel quale viene invinlabilmente proibita l'appellazione da due sentenze conformi, o da quelle patri, ove è la conformità in sostanza, *itaut cuilibet appellationi sit finis impositus*.

Nè si deve far punto sulla varietà de gindiej, o sieno di prima instanza, o di appellazione, revisione, o ricorso, basta che si ritruovi fra queste due sentenze la detta conformità, e così indistiotamente dobbiamo ricevere le parole del nostro Gius municipale in termini generali, come furono proferite, ivi *quecumque appellationes quomodolibet concessa intelligantur concessa quousque sint dua sententia conformes in substantia, quibus extantibus in totum, seu pro parte ea, in qua essent conformes in substantin cuilibet appellationi sit finis impositus*, se non vogliamo trasgredire alle principali regole dell'Imperatore osservate dalla *Rota nella decis. 54. part. 9. num. 2. recent.* e *Sord. nel consigl.* 352. *mon.* 19. e dove la legge non distingue non dobbiamo noi farlo per la regola nella *l. non distinguimus 37. de recept. arbitr. e Conciol. all' allegaz.* 81. *num.* 29.

2 La ragione fondamentale di ciò non è altro, che la revisione, o ricorso succede in vece dell'appellazione rimedio ordinario, e tanto è vero ciò, che la revisione si chiama da Dottori appellazione straordinaria, e tutto ciò, che si ammette, e discorre ne termini di quella, viene concesso, e pratticato in questa; In somma non vi si ritrova differenza alcuna se non quelle, che specialmente sono espresse dalle leggi, e così senza contrasto insegnano *Scacc. de appellat. quest. 19. remed. 3. sub numer. 24. Cefal. cons. 180. Mastrill. decis. 39. num. 9. part. 1. Pereir. de revis. cap. 9. num. 1. & cap. 94. ferè per tot. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 1. quest. 70. num. 55. Seraph. nella decis. 495. num. 4. & seq. Rebuff. nel suo tratt. de supplicat. in prefat. numer. 95. Amat. nella resolut. 6. num.* 21. e tanto vi è la conformità trà di esse, che l'appellazione si dice revisione, o supplicazione ordinaria *Pereir. de revis. al detto cap. 9. num. 8. Roland. cons. 94. numer.* 11. e subentra in luogo, e diffetto dell'appellazione. *Cost. de remed. subsid. remed. 23. Pereir. de man. reg. part. 2. cap. 37. num. 37. Figueroa de jur. adharend. cap. 54. num.* 1. dove riporta un' infinità de seguaci.

3 Di più aggiongo in specie la *decis. 66. di Giurb.* per essere puntuale al caso nostro, dove cercandosi se si potesse dimandar revisione doppo di averla un' altra volta ottenuta, nella quale aveva il vinto di nuovo soccombito, conchiude affirmativamente, perchè nel sun caso secondo il Gius commune si esigeva la conformità di tre sentenze per non poter più appellare, provocare, o supplicare; Il contrario sarebbe (secondo detto Autore al num. 6.) se dalla precedente sentenza fosse stato appellato, e confermata nella seconda instanza, e poi dimandata la revisione, nel quale judicio revisionale se avesse di noovo il revisionario patito la medema soccombenza, in questo caso non sarebbe più luogo a dimandar revisione, perchè vi sarebbero trè conformi, lo stesso stabilisce *Covarr. nelle sue practicab. quest. al cap. 25. numer. 6. e Amat. nella resoluz. 6. numer.* 17. 18. 19.

4 In ogni caso il Rodrigo non doveva semplicemente appellarsi dalla sentenza revisionale confermatoria della prima, perchè non poteva farlo in alcun modo in questo giudicio straordinario, ma di nuovo dimandarne la seconda revisione, la quale non gli sarebbe stata concessa per l'ostacolo *della l. si quis adversus C. de prec. imper. offer.* ivi, *victusque defuerit nullam habebit licentiam super ead. causa iterum supplicandi*, e così vogliono tutti li Dottori, li quali espressamente dicono, che se nel giudicio revisionale un'altra volta soccomba il reo, non può più dimandar la seconda revisione, o supplicazione, la quale non sarebbe necessaria, se si potesse semplicemente appellare, accordano *Giurb. nella detta decis. 66. num. 1. Amat. nella resol. 6. num. 1. Berlic. conclus. 6. num.* 12. 13. e 14. ove *revisio revisionis non conceditur, quod verum est in eo, qui jam revisionem petiit, impetravit, & succubuit, Vallasc. nella dotissima consult. 51. num.* 49. ove *censetur enim litigator importunus, & indignus, quod bis in idipsum gratia iteretur, Pereir. de revis. cap. 98. num. 1. e 2. Mart. Mut. decis. 17. num.* 1. così ha deciso il Senato di Granata appresso il *Larrea nella decis. 39. num.* 3. dove anco dice, che se quantunque il Giudice ammettesse la seconda revisione, la sentenza proferita in questo secondo giudicio revisionale sarebbe del tutto, *& ipso jure nulla*. Non potendolo fare il Principe, o il Papà fra li termini di Giustizia, cioè di autorità ordinaria *cap. tua nobis de appellat. Marches. de commiss. fol. 355. num. 1. 2. 3. Amat. resolut. 6. num.* 4. se non della dispotica, e assoluta *Innoc. in cap. cum suam de appellat. Amat. dicta resol. 6. num. 5. e 6.*

Li quali Dottori parlano anco in caso di sentenza revisionale coofermatoria di una sola Sentenza passata *in judicatum*, e rinforzano l'argomento quando con la sentenza revisionale si ritrovassero tre conformi, *nam à tribus conformibus nulla datur appellatio, supplicatio, vel revisio, Amat. nella resolut. 6. numer. 8. Surd. per tutto il suo elegante consigl. 277. il quale al num. 16. e 17.* dice, che siccome per disposizione delle leggi communi viene proibito l'appellazione, o sia qualunque ricorso, o di revisione, o supplicazione contra tre conformi per tutto il *tit. del Cod. ne lic. in ead. caus. tertiò provoc. Amat. nella resolut. 6. num. 2. e 3. e Giurb. nella replicata dec. 66. num.* 6. Così ancora quando vi fosse In Statuto, che 5
la proibisce da due solamente, perchè tutto ciò, che si dispone *de jure* nelle tre Sentenze conformi si ammette indubitatamente nelle due Statutarie, perchè la seconda si reputa come terza, e opera in se il medemo effetto, così fin' ora discorre *Surd. nel detto consigl.* 277. *alli citati numeri 17. e 18. e consigl.* 102. *num.* 15. à cui fanno compagnia *Pereir. de revis. cap. 27. num. 12. e Covar. al detto cap. 25. num. 8. e Ursill. in verb. appellatio conclus.* 128. *num.* 376. ne quali precisi termini ritrovandosi devo conchiudere non potersi in alcun modo appellare detto Sign. Rodrigo, com' egli pretendeva.

E così &c.

Giuseppe Maria Casaregi.

Concurro in Sententiam Doctissimi Domini mei argumentis per eum optimè adductis, & quia si quis vellet recedere ab opinione tam benè firmata, & non ponere in computo conformium numerum omnium Sententiarum statim separaret judicium revisionis à primis judiciis, qua segregatione facta extincta esset cum primis judiciis omnis appellabilitas causæ, quam appellabilitatem semel amissam nunquam causa recuperare posset, quanquam ad revisionem reducta, id enim non redintegraret causam ad appellationem, ut decisum habemus apud *Giurb. decis. 35. n. 7. & seq.*

Julius Cæsar Baldisonus J. C.

Ho coltivato sempre lo stesso parere, nel caso, e questione del presente Consiglio sostenuto opportunamente con leggi, con sodezza di ragioni, e puntuali autorità dal Consultatore, se non m'inganna la paterna affezzione, il che non credo, perchè ventidue anni prima ch'io fossi Padre fu predominante nel mio intelletto la propria opinione, come ho accennato, in teorica, e in prattica, onde ne ottenni in fatto nelli precisi termini, e impedii come Avvocato l'appellazione, ch'il M. Girolamo Calvi l'anno 1674. dinanzi il Serenissimo Senato tentava dalla Sentenza contro di lui pronunciata dall'Illustrissimo Sign. Eugenio Durazzo Giudice delegato à favore della Sign. Anna Benedetta Vedova del q. Illustrissimo, ed Eccellentissimo Vincenzo Montebruno deputata per li di lei figliuoli, ed allora dal M. Domenico Chiesa Giudice pur delegato in giudicio revisorio confermata.

Le ragioni, e motivi non furono dissimili dalle proposte nel premesso Consolto, benchè non così abbondanti essendo ora senza dubbio meglio arricchite da ponderabilissime riflessioni, e autorità terminanti, e particolarmente del Senato di Messina nella dec. 66.

appres-

appresso Mario Giuba, onde siccome esse mi stabiliscono per sempre con senso di verità nel mio antico assonto, maggiore altresì agevolezza in impetrare l'intento, cioè l'esclusione della detta appellazione, del mio principale averei allora incontrata.

Soggiungo solamente *Rovis. alla prammatic.* 38. *de offic. Procur. Cas.* dove dottamente *dal numer.* 6. dichiara che nel Giudicio di reclamazione, o revisione, *licet non dicatur per unicam sententiam finem accepisse litem, & controversiam, secus utique per secundam instantiam confirmatam, cum per reclamationem, sive supplicationem sit redacta ad terminos litis contestata prout per appellationem, cui recursus omnino equiparatur nisi in casibus expressis ibid. num.* 9. 11. 18.

Anzi è tanto remoto, che dalla Sentenza confirmata nella revisione si permetta l'appellazione, che sarebbe più facile ottenerla da due Sentenze di Giudici ordinarj, e pedanei, perchè in giudicio di revisione impetrato dalla Maestà del Principe, ovvero dal di lui Supremo Tribunale, dalli quali per la somma Eccellenza loro indegno sarebbe il sottomettere, e umiliare le loro sentenze, o delli loro delegati ad altri Giudici, e perciò fu sempre pratticato il ricorso, e le Suppliche alli medemi, e li loro rescritti si chiamano di Grazia non mai contra il decoro loro di Giustizia *Rovis. nel luogo accennato numer.* 13. *& sequent.* e di qui è, ch' il nostro Statuto ha fatto longa distinzione tra *la rubric. de Decret. à Senat. impetrand. & de appellat.* e simili, benchè non si costuma ammettere quella, cioè la revisione nelle cause di sua natura non appellabili, perchè il bene, e l'utilità pubblica, in ciò gli uguaglia *n.* 9. 11. 18.

Perciò, *omisso profuso sermone, & pomposa allegatione*, tenendo io per l'approvazione del M. Giulio Cesare Baldisone questa conclusione per sentenza *in Jure* definita animosamente concorro, e strettamente in tutto al predetto Consulto mi sottoscrivo.

Gio: Domenico Casaregi Dottore.

Sententiam Domini mei juri, & veritati consonam arbitror, maximè cum agatur de Sententia confirmata in Judicio revisionis, à quo non solum ordinarium remedium appellationis non conceditur, verum nec extraordinarium revisionis *Christ. decis.* 12. *vol.* 1. *decis.* 30. *& seq.*

Quare requisitus libenter subscripsi.

Paulus Franciscus Molinellus in Pisana Universitate Juris Civilis Lector Extraordinarius.

ARGUMENTUM.

Correspònsalis, sive mandatarius in nihilo tenetur contra mandantem, si de rebus illius sibi transmissis disposuerit prudenter secundum boni viri judicium, nam de malo eventu tunc redargui non potest, latè tractatur, & multum utilis materia inter mercatores.

SUMMARIUM.

1 F*Acti series.*
2 *Mandatarius præsertim cum mercede sive* Provisione *tenetur de omni damno, quod ex illius facto. & culpa etiam levissima obvenit ejus mandantibus.*
3 *Rota nostra de Mercatur. in causis mercantilibus est maximæ authoritatis.*
4 *Mandatarius tenetur de omni negligentia, & culpa, & de dolo suorum deputatorum, vel substitutorum.*
5 *Mandatarii industria censetur semper electa, ideoque alium ille substituere non potest.*
6 *Si mandatarius elegit personam idoneam ad deferendum argentum, vel aliud negotium peragendum mandantis, si illud perit, mandantis, & non mandatarii detrimentum erit.*
7 *Substituens tenetur suo principali de dolo, aut culpa suorum substitutorum, vel agentium, cum de mala eorum electione redargui potest, secus si electa essent personæ integræ fidei.*
8 *Amplia licet persona electa esset pauper.*
9 *Debitor si elegit depositarium pecuniæ debitæ ad sui liberationem, de quo omnes diligentes verosimiliter confidessent, valet depositum, & periculum foret creditoris, & num.* 12.
10 *Et diligens dicitur esse, qui eum elegit, qui idoneus, ac integræ fidei habebatur.*
11 *Socius non liberatur erga consocium, si ministrum ad peragendas res sociales minus idoneum elegit, secus si idoneum.*
13 *Mandatarius excusatur de culpa, seu dolo, quando de rebus mandantis disposuit, non secus, ac de suis.*
14 *Mandatarius si elegit personam idoneam, juxta mentem mandantis fieri tunc dicitur.*
15 *Mandatarius caret omni culpa quando fecit illud quod verosimiliter ipse mandans fecisset, & num.* 29.
16 *Mandatum debet extendi ad eum casum, in quo si mandans fuisset interrogatus idem verosimiliter dixisset.*
17 *Diligentia, ac probitas ipso jure præsumitur in substitutis electis.*
18 *Integritas, & fides substituti sufficit solum fuisse de tempore electionis facta non curato eventu contrario, & num.* 20. *&* 24.
19 *Non ex eo quod personæ pauperes sunt, & viles, debent dici non idoneæ.*
21 *Locator non tenetur nisi de dolo lata, & levi culpa non autem de levissima, quia est contractus gratia utriusque celebratus.*
22 *Locator, mandatarius, vel depositarius tenetur de levissima culpa, eo casu, quo receperat mercedem pro custodia principaliter.*
23 *Et eligendo personam sive substitutum idoneum in nulla etiam levissima culpa dici potest.*
25 *Tanto magis, quando electio facta fuit ex causa necessaria.*
26 *Necessitas facit licitum, quod aliàs fuisset illicitum.*
27 *In casu necessitatis non exigitur consensus, ubi alias omnino requireretur.*
28 *Quæ fiunt in postremo vitæ spiritu ab omni culpa excusantur.*
30 *Negotiorum gestor excusatur à levissima culpa, quando prudenter se gessit circa negotia tertii, & num.* 31.
32 *Quando mandatarius non deviat à solito quod alii prudentes mercatores faciunt, excusatur etiam à levissima culpa.*

RESOLUTIO VI.

Januensis Societatis,

Pro Illustriss. Francisco Maria Spinula.

DUrabat annò 1605. inter MM. Paulum Baptistam Genuæ, & Julium utrumque Spinulam commorantem Matriti societas negotiationis, quæ per mortem dicti M. Pauli Baptistæ die 20. Maji dicti anni ei obventam resoluta fuit, cum verò prius supremum suum testamentum die 18. dicti mensis, & anni, nec non die sequenti præcedenti ejus morti condicillum in actis Notarii Jo: Francisci Valderari condiderat, in quo dispositum comperitur his verbis. 1

Item esso Testatore dichiara avere un negozio “
col M. Giulio Spinola q. Alessandro spettante a “
ciascun di loro per metà, come per il libro di “
detto negozio consta, e vuole, che detto nego- “
zio si saldi, e si facci ripartimento fra di loro, ed “
a ciascun di loro si faccia buona la sua metà, “
fatto però buono a detto codicillante delli effetti “
di detto libro li 10. per 100. di antiparte, che li “
spetta conforme all'accordo frà di loro. “

Item perchè con le Galere di questa Serenissima “
Repubblica son inviati molti effetti ad esso codicil- “
lante da detto M. Giulio, come da altri, vuole, “
ed ordina, che tutti detti effetti si ricevino, e ri- “

capitino

„ capitino per suoi fideicommissarj, e che se ne ser- „ vi l'ordine del detto M. Giulio, e delli altri, che „ li mandano.

Advertendum quidem est quod paulò ante tempus sui obitus M. Testator aderat creditor M. Julii consocii de relevanti, ac ingenti summa.

Post aliquod tempus à morte M. Testatoris pervenit Genuam Petrus Vincentius Capellus ex Hispania, cui tradita fuerant illic per M. Julium scuta 16920. auri, & Regalia 106600. consignanda dicto M. Paulo Baptistæ, at cum dictus Capellus eo reperto jam defuncto dictas summas pecuniarum interim penes se reservabat.

Magn. verò Testamentarii executores q. M. Pauli Baptistæ licentiam contra dictum Petrum Vincentium obtinuerunt, & detinere eum fecerunt in carceribus Malepagæ, usque ad solutionem dictarum pecuniarum, quam postea dictus Mandatarius integram fecit, ut liquet ex instrumento quitantiæ facto die 19. Junii dicti anni 1605. in actis Notarii Jo: Francisci Maratii.

Inde procurator dicti M. Julii à dictis MM. Executoribus testamentariis coram duobus MM. Civibus per Magistratum Extraordinariorum Judicibus delegatis rationis redditionem intentavit, atque anno 1609. 11. Maji sententia prodita fuit, ex qua tamen usque in præsentem diem non apparet, de qua vera summa, seu partitis dicti DD. Fideicommissarii debitores evaserint, præter quam ex una scriptura à dicto Procuratore deposita, in qua per eum petita fuit summa lib. 15300. circiter.

Nollatenus dictus procurator, seu actor dicti M. Julii Spinulæ anno 1687. vigore novæ sententiæ à M. Rota obtentæ expertus fuerit sibi solutionem dictarum lib. 15300. cum earum fructibus pro cambio, & recambio super bonis q. M. Pauli Baptistæ vincularis per eumdem perpetuo fideicommisso, & modo possessis à M. Francisco Maria Spinula q. Jo: Baptistæ primi vocati ad supradictum fideicommissum.

Hac præmissa facti expositione in jure quæritur, an dictus q. M. Paulus Baptista, vel ejus bona obligatus, vel obligata sint pro dictis summis, ac libris 15300. unà cum fructibus versus prædictum Julium prætensum creditorem, vel ejus curatorem, & prima facie videtur affirmativè respondendum.

2 Nam cum dictus defunctus sine mandato, ac consensu ejus consocii, & absque ulla exinde approbatione elegerit MM. Federicum Spinulam, Thomam de Nigro, & Genesium Sanguineum in executores, & Complimentarios ad accipiendum ejus bona, & pecunias transmissas ab ejus correspondalibus tenetur de omni damno, quod ex illius facto, & culpa etiam levissima obvenerit ejus correspondalibus, & Dominis, attenta præsertim mercede, sive *provisione*, ut nuncupatur à mercatoribus, ut per *text. in l. à procuratore C. mandat. & dixit Rot. nostra de Mer-* 3 *cat. decis.* 160. *num.* 1. 2. quæ in causis mercantilibus maximæ est authoritatis *Sanliger. quæst. ac resol. ci-* 4 *vil. cap.* 72. *num.* 12. & in specie mandatarium, qualis erat q. M. Paulus Baptista Spinula, teneri de omni negligentia, & culpa, & multò magis de dolo suorum agentium deputatorum, vel substitutorum in perniciem ejus principalis ex celebri *l. nam, & servus* 22. *§. mandato tuo ff. de negot. gest.* in qua fuit fundata dicta *decis.* 160. *à numer.* 6. quam sequitur *Rocc. lib.* 1. *respons. notab. de mandat.* 50. *n.* 105. 5 & præcipua ratiò decisionis est, quia censetur selecta fides, & industria mandatarii, qui deinde si ad expediendum mandatum sibi collatum elegit, semper ipsius periculo facit, eique hujusmodi ordinis inobservantiam imputare, ac nocere debet, utens enim opera aliena, & aliter disponens dicitur in culpa, atque damnum, quod Dominus sensit emendare tenetur, ut benè discurrit *Rot. apud Ludovis. decis.* 233. *num.* 4.

Unde concludit M. Julius, seu pro eo legitimus agens obligatum esse M. Testatorem, & per consequens ejus hæreditatem propter malam electionem suorum Complimentariorum, seu executorum factam in ejus postremis tabulis ibi *vuole, ed ordina, che tutti detti effetti si ricevino, e ricapitino per suoi fideicommissarj.*

His tamen, & similibus quæ objici, & excogitari possunt pro parte dicti M. Actoris non obstantibus concludendum est q. M. Jo: Paulum Baptistam, vel ejus hæredes non teneri versus prætensum creditorem de facto, & mala administratione dictorum exequutorum testamentariorum.

Et pro optima hujus inspectionis decisione faciunt 6 primo textus in *l. eum qui* 10. *§. fin. juncta l.* 11. *seq. ac precipuè ex l. argentum ff. commod.* ubi Julianus decidit quod is qui tradiderat idoneo servo suo ad perferendum ad aliquem argentum, ut non debuerit existimare futurum, ut deciperetur, detrimentum erit mandantis non mandatarii, ex qua *Bart. in summ.* ponit pro regula si res culpa nuncii perdatur perit periculo Domini, nisi remittens fuerit in culpa malæ electionis.

Secundò *l. nam & servus* 22. *§. mandato tuo ff. de negot. gest.* incontrarium paulo supra allegata, quæ meritò redarguitur, nam ibi Jurisconsultus in tantum affirmavit eum, qui aliena negotia per alium gessit teneri actione negotiorum gestorum in quantum malè, & imprudenter elegit illum tertium, ut apertè legitur in literis dicti textus, ibi *sed etiam quod imprudenter eum elegeris, & gloss. in verb. elegeris* advertens puniri dumtaxat, qui malè elegit, ac Faber idem subdit *cum sibi debeas imputare, cur tam imprudenter eum elegeris, in quo ut dolo careas non cares culpa*, & melius præ omnibus dixisse comperitur *Bald. ibi vers. secundo*, notans, quod culpa est non idoneum eligere.

Ex quibus textibus, & aliis consimilibus cumulatis per gloss. & DD. planum, ac indubitatum cognoscitur, quod tunc demum tenetur substituens suo 7 principali de culpa, vel dolo suorum substitutorum deputatorum, vel agentium, cum de mala eorum electione redargui potest, secus si electæ essent personæ communi reputatione integræ, & sufficientes, & legales, ut pariter post *Oldrad. cons.* 92. *Felin. in cap. cum contingat de rescript. Lap. in cap. per vestras §.* 7. *infertur num.* 3. *in fin. & num.* 4. *ac sub num.* 12. ibi probatæ fidei, & opinionis *de donat. inter vir. & uxor.* concludunt *D. Ansald. de commerc. disc.* 23. *num.* 12. *& Gabriel. conclus. de malefic.* 8. *numer.* 62. *Paris. cons.* 156. *num.* 20. *lib.* 4. ubi ampliat etiam in 8 eo, de quo eligens valdè confidebat, etiamsi electus fuisset pauper, dummodo non fuerit malæ famæ, eo quia benè, & licitè quis potest confidere de eo, qui reputatur integer, & fide expertus ex *Paul. de Castr. Alberic. Salyc. & Neguf. de pignor. tertio membr. part.* 5. *numer.* 26. *vers. & hunc ultimum casum*, ubi 9 agens de debitore, qui ultrò vult pecuniam debitam ad sui liberationem deponere, elegit depositarium, de quo omnes diligentes verisimiliter confidissent, decidit depositum validum esse, & periculum fore creditoris, ubi non possit imputari de aliqua culpa, & priùs pronunciaverat *Bart. in l. si solaturus* 39. *num.* 1. *ff. de solut. quem sequutus fuit Bald. in l. acceptam in* 9. *quæstion. num.* 33. *Cod. de usur. & conclusit Marin. ad Reverter. decis.* 206. *num.* 3. *vers. quando substituens*, & præcipuè ibi *unde diligens dicitur esse* 10 *si elegit eum, qui idoneus habebatur, Rot. coram Seraphin. in decis.* 527. *numer.* 1. *vers. tamen limitatio* quam cum aliis decisionibus adducit *Farinac. lib.* 1. *tract. de delict. & pæn. quæst.* 24. *à num.* 62. & reassumpsit eam approbando *num.* 89. *§.* 5. *quod Notarii*, neque dissentit *Rot. coram Ludovis. decis.* 233. *num.* 5. *ac sequitur Rodver. ad Marin. cap.* 3. *numer.* 10. *lib.* 1. ibi restringitur tertio in substituente personam valdè integram, quasi eo casu non sit in culpa, & cessat mala electio. *Berlich. conclus.* 57. *num.* 7. *part.* 5. & non leve robur addit huic conclusioni nuperrimè *D. Alvarez Pegaz. in cap.* 3. *resolut. forens. num.* 511. firmans ideò socium *in l. de illo* 23. *ff. pro socio, & l. nam & §. fin. ff. de negot. gest.* non liberari actiones cedendo ejus consocio, quando ministrum minus idoneum elegit ad peragendas res sociales ob culpam patratam in mala electione, secus autem esse ait dictus Jurisconsultus in *l. si vi* 16. *ff. depositi* scilicet non teneri depositarium, qui deposuit rem apud secundum, vel iste dolosè in ista se versavit, quia ibi nullam culpam, seu dolum fuisse commissum per primum depositarium in electione præsupponitur.

Et

12 Et satis optima, & bona electio probata habetur
ad effectum evitandi culpam, & obligationem sub-
stituentis, quæ oriri possit ex facto, & inobservan-
tia substituti electi ex eo, quod in tali contingentia
verosimiliter alius prudens fecisset, ita Alvarez Pegaz.
dicto cap. 3. num. 63. & Riminald. cons. 801. num. 25.
& seq. Præcipuè quandò ipse mandatarius de re Do-
mini, vel mandantis disposuerit illud idem, quod
verosimiliter ipsemet quoque disposuisset de rebus suis
propriis, quam planè conclusionem probaverunt Dec.
cons. 430. num. 4. & cons. 473. n. 11. Cravet. cons. 247.
sub num. 6. omnino videndus in §. quinto respondeo, &
post eosdem exornavit hoc ævo eruditissimus D. Al-
varez Pegaz. dicto cap. 3. num. 513. lib. 1. suarum re-
solut. forens. & Scacc. de commerc. §. 2. gloss. 5. quæst.
16. num. 405.
13 Quantò igitur magis recipienda sunt in nostro ca-
su ubi ipse D. Paulus Baptista Mandatarius non tan-
tum ex verosimilitudine, sed de facto æquè disposuit
de rebus, & pecuniis alienis, non secus, ac de to-
ta ejus opulenta hæreditate, & in similibus terminis
arguunt Cravet. dicto cons. 247. n. 6. §. quinto respon-
deo, & Dec. cons. 473. num. 11.
14 Ultra quod desumitur ex urgentissima conjectura
verisimilis mentis mandantis (qui est in nostra spe-
cie M. Julius) ejus scilicet concursus, & consensus
tacitus in electionem personæ communi opinione ido-
neæ, & integræ, ut ex Pileo antiquissimo Glossato-
re apud Vigel. decis. juris controv. dec. ultim. dec. 142.
in solution. vers. mihi ergo, & Scacc. dicto §. 2. gloss. 5.
15 num. 405. ubi concludit, quod ideò mandatarius ca-
ret omni culpa, quia fecerat id, quod & ipse man-
dans probabiliter agere debuisset, non enim dicitur
excedere fines mandati procurator, qui fecit ea, quæ
verosimiliter intuitu ejus utilitatis ipse Dominus fe-
cisset l. fin. §. fin. ff. mandati Alex. cons. 206. libr. 2.
Thusch. lit. M. conclus. 40. numer. 39. Rota nostra de
mercatura decis. 64. n. 2. & Capyc. Latr. consult. 108.
n. 20. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 15. n. 25.
16 & quod mandatum debet extendi ad eum casum,
in quo si mandans fuisset interrogatus idem verosi-
militer dixisset unanimiter admonuerunt Cephal. cons.
768. num. 28. Raudens. cons. 21. sub numer. 111. vers.
tertio respondetur lib. 1. & Rota nostra de mercatur.
decis. 8. num. 5. decis. 64. num. 2. & decis. 174. n. 5.
Mart. Medic. decis. 158. num. 26. omnes relati, &
cumulati per Dominum Ansaldum de Ansald. in tract.
de commerc. & mercatur. disc. 61. num. 16. & 17.

Minimèque præmissis obstare potest, quod non-
dum probetur, & appareat de bona electione, &
personarum idoneitate substitutorum à M. D. Paulo
Baptista Testatore, quinimo de contraria videlicet
de mala, ut visum fuit ab ejus eventu.

17 Quia respondetur quod hujusmodi diligentia, pro-
bitas atque fides ipso jure, & regulariter præsumun-
tur in personis electis, vel substitutis ad planè cu-
mulata per Naguerol. allegat. 2. n. 120. D. meus. Bon-
den. collect. 21. num. 28. & Rot. coram Royas decis.
189. & alias sequutas à D. meo de Ansald. dict. tract.
de commerc. disc. 23. n. 14. qui verò contrarium præ-
tendit probare tenetur.

18 Addo etiam quod plenè probata fuit per testes in-
tegritas, & fides DD. executorum dicti M. Pauli
Baptistæ de illo tempore conditi testamenti, quod
solum debet respici, qua probatione attenta non in-
trat amplius aliqua præsumptio in contrarium, ita
argumentatus est Bald. cons. 442. in 3. vol. quem re-
fert Jas. in dicta l. domus num. 8. de legat. 1.

Neque similiter malus administrationis subsequu-
tus eventus obesse potest, nam D. Testator non po-
tuit cognoscere futuram malam administrationem, &
inobservantiam executorum fidei, de qua nihil unquam
dubitaverat, attentis præcipuè eorum qualitatibus, &
prærogativis, videlicet nobilitatis, dignitatis, & di-
vitiarum, quæ etiamsi non competerentur in perso-
nis substitutis, atque electis non posset substituens,
vel eligens redargui de mala electione, vel substitu-
tione, neque dici posset culposus, nisi probaretur per-
19 sona electa esse malæ vitæ, quod ex eo quod pau-
peres sunt, & viles non tollitur propterea eorum fi-
des l. sed si unius §. interdum ff. de injur. l. 3. in princ.
vers. nam si careat ff. de testam. l. suspectum ff. de su-
spect. tutor. §. fin. instit. eod. & notat. in l. humilem per
scribentes in §. sancimus in auth. de test. §. si quis au-
tem, in auth. ut libert. de ceter. Paris. cons. 156. n. 20.
lib. 4. & ita satis superque habetur ad tollendam om- 20
nem culpam in substituente, quod solùm de tempore
factæ electionis ab eo substituens sit probus, & fide
expertus ajunt Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 65. n. 11.
Farinac. in prax. quæst. 24. n. 61. Thesaur. Jun. lib. 1.
quæst. 62. num. 12. Munez. de ratiocin. cap. 19. num. 52.
Regens Constans. in l. 60. C. de decur. lib. 10. ex nu-
mer. 63. cum sequent. ubi ponit exemplum Castellani,
qui ad Castri custodiam alium substituit; qui de tem-
pore commissæ custodiæ diligens, & sufficiens repu-
tabatur, & ita fuisse judicatum refert Boer. dec. 217.
num. 9. Ambros. decis. Perus. 48. num. 30. Roduer. ad
Marin. cap. 3. num. 9. Capon. consult. 161. numer. 82.
Mans. consult. 418. numer. 6. Rot. coram Seraphin. de-
cis. 527. num. 1. & coram Ludovis. decis. 233. Marin.
ad Reverter. decis. 206. num. 3. in fin. ubi non debet
eligenti nocere, quod substitutus, sive electus mores
postea mutaverit. Sufficit enim mittere talem qui re-
putabatur idoneus. Revit. decis. 79. num. 2. D. de An-
sald. de commerc. disc. 29. numer. 5. 6. & ut cecinit
Guarinus in sua Celebri Pastorali.

Facciasi, che conviene
Alla pietà presente.
Che del futuro sol presago è il Cielo.

Nec etiam urgeri potest, quod licèt eligens à prin-
cipio personam idoneam, & integram non teneatur
ejus facto, ac mala administratione, attamen si eli-
gens receperat mercedem, seu provisionem pro con-
servandis mercibus, & pecuniis, quia tunc teneretur
de custodia, & per consequens de levissima culpa
juxta l. qui mercedem ubi gloss. & alii ff. locati, à qua
numquam excusari potest M. Paulus Baptista, quia
majoribus diligentiis, & securitatibus, quas non ut
prudens, sed prudentissimus Paterfamilias peragere
consueverit.

Hoc objectum prima facie alicujus roboris videtur,
sed benè eo pensato nihil afficit nostram inspectio- 21
nem, supponi enim debet q. M. Paulum Baptistam es-
se locatorem suarum operarum in peragendo nego-
tiationem sibi commissam à q. M. Julio conductore,
& ideo locator non tenetur, nisi de dolo, lata, &
levi culpa non autem de levissima, quia contractus
locationis est gratia utriusque celebratus, ex quo in-
tervenit merces, seu provisio l. si ut certo §. nunc vi-
dendum ff. commodat l. si creditor, & l. qui fortuitis
C. de pignorat. action. l. si rem inspiciendam ff. de præ-
script. verb. l. 1. & l. in judicium C. locat. & ibi Gloss.
& §. qui pro usu institut. locat.

Sed quicquid sit, vel dictum Paulum Baptistam lo- 22
catorem, vel mandatarium, vel depositarium nomi-
nemus, nihilominùs ad evacuandum dictum objectum
ex adverso deductum advertendum est quemlibet te-
neri de levissima culpa dumtaxat in casu, quo rece-
perat mercedem principaliter pro custodia, non secus,
ut apertus est text. in l. qui mercedem juncta l. nau-
ta ff. Naut. Caupon. Stabul. At cum q. M. Paulus Ba-
ptista non receperit provisionem principaliter pro cu-
stodia dictarum pecuniarum, idcirco de ea non te-
netur, sed locati, ex qua non intrat levissima.

Secundo dico, quod præsupposito etiam, non ta- 23
men concesso, quod quis teneretur de custodia, ve-
runtamen eligendo depositarium, seu substitutum à
principio idoneum, & valdè integrum liberatur, &
excusatur ab omni culpa. Negusant. de pignor. 3. memb.
part. 5. num. 26. vers. & hunc ultimum casum. Bart. in
l. si soluturus 39. num. 1. ff. de solut. Luc. de Penn. in
l. agentes num. 10. column. penult. vers. vel dic melius.
Pegaz. resol. for. cap. 3. num. 513. ibi nullam culpam
fuisse commissam in præsupposita electione Roduer.
ad Marin. cap. 3. n. 10. lib. 1. & alii supra citati in
§. neque similiter.

Nihil relevante quod post mortem Testatoris 24
MM. illius executores non observaverunt fidem, &
administratione sibi commissa abusi fuerint, quia ma-
la administratio, morum mutatio, vel inobservan-
tia fidelitatis puri casus censendi sunt, quis fallere
quemque prudentissimum potuissent, & sic excusant
nedum à levi, sed à levissima ex pulchrè adnotatis
per D. de Luc. disc. 16. num. 12. de tut. & procurat. &
disc. 68.

disc. 68. *In tract. de credit. sub num.* 13. per rationes ibi ab eodem adductas, & post *Dec. cons.* 473. *Grat. cons.* 94. 95. *Paris. cons.* 156. *num.* 21. ubi quando talis, cui committuntur pecuniæ, erat in communi æstimatione vir probus, & bonæ fidei, istis enim casibus, si ille qui sic reputabatur fecit furtum illatum, certè tale furtum dicetur casus fortuitus, & fieri sine culpa committentis rem.

25 Hæc autem quæsita apud omnes indubitata transeunt, & longè magis procul dubio tenenda sunt in substituente ex causa merè necessaria (qualis est constitutio in casu mortis) *l.* 2. *Cod de offic. ejus*, & *l.* 1. *ff. eod. ubique Alex. numer.* 54. *Jas. numer.* 58. *Barbos. in l. cum Prætor.* §. 1. *numer.* 387. hoc autem in casu non teneri substituentem pro defectibus, & culpis substituti, si tamen nulla fraus, vel negligentia intercessit, ut docuit originaliter insignis *Luc. de Penn. in sæpius citata l. agentes numer.* 10. *vers. vel dic melius C. de propos. agent. in rebus libr.* 12. *Cancer. var. part.* 2. *cap.* 2. *de jurisd. omn. jud. Marin. ad Revert. dicta decis.* 206. *num.* 3. *Roduer. in addit. ad Marin. cap.* 3. *num.* 6. 7. qui tradit pluries fuisse definitum *Rovit. in decis.* 79. & alias cumulatas per *D. Ansaldum de commerc. disc.* 23. *numer.* 7. præsertim quoties necessitas, ut in præsenti casu non habuit initium ab actu voluntario, & supervenit ex facto non præciso, & contradistincta ab illa, in quam sponte sua aliquis incidit vel quæ ex natura negotii sibi commissa provenit, ut optimè enucleat *Rovit. dicta decis.* 79. *numer.* 6. & potissimùm si necessitas superveniens esset dilationis impatiens, qua res, & interesse mandantis periclitaretur quatenus mandatarius maluisset expectare novos ordines, seu commissiones *Tusch. lit. M. conclus.* 40.
26 *numer.* 9. & hujusmodi necessitas facit licitum id quod alias fuisset illicitum, quia acta necessitatis causa sub nulla lege prohibitiva numerentur. *Pelly-*
27 *cion. Illustr. quæst.* q. 41. *cap.* 28. *col.* 1. *in princip.* & pro regula admittitur quod in casu necessitatis non exigitur consensus, ubi alias omninò requireretur per *Text. in l. Tutor. qui ff. de administrat. tutel. Felin. in c. cum accessissent num.* 21. *de constitut.*

Necessità lege non have.

Nisi eam, quam ab ipsa necessitate accipit *Duran. decis.* 241. *num.* 22. *Bald. cons.* 496. *num.* 3. *lib.* 1.

Et planè ex his patet resolutio, seu responsio ad objectum, videlicet, quod cum fuisset electa industria personæ q. M. Pauli Baptistæ non licuerit sibi alium substituere, quia ultra rationes superiùs expositas cessat secundùm *Rovit. in pragm. Regn. Neapol. tit. de admin. & quod personal. serv. n.* 24. *& seq.* Hæc prohibitio dato impedimento necessario, ac inevitabili quod ab *Ursill. conclus.* 30. *n.* 5. mortis eventus appellatur, & à *Domino Alvarez. Pegaz. dicto cap.* 3. *num.* 17. casus fortuitus, in quo numquam præsumitur nedum dolus, sed neque ulla culpa, quæ etiam probanda esset per probationem certam, & limitatam ab allegante secundum eumdem authorem *numer.* 28. *&* 59. *Dec. cons.* 472. *sub num.* 11. Actus enim ex necessitate dicitur semper coactè non liberè elicitus, ut vulgare est in *l. aristo* §. 1. *de jur. delib. l. Pater filium ff. ad l. Aquil.* & in his quibus actus voluntarius præjudicat, necessarius excusat *Pedroch. cons.* 16. *num.* 225. præsertim in actu gesto pro conservatione rerum Dominorum, ut in casu nostro huic finitimo, sed longè magis dubitabili consuluit *Paul. de Castr. cons.* 220. *numer.* 2. *& per tot.*

28 Cum autem M. Paulus Baptista elegisset suos executores eo tempore, in quo comperiebatur in postremo vitæ spatio, vel spiritu, qua necessitate nulla alia urgentior, ac inevitabilior, & per consequens magis involuntaria dari potest, idcirco ex hoc improviso casu, & impensato ab omni culpa dictus D. Testator excusari debet, ut ex prædictis & præsertim ex plenè traditis per *D. Pegaz. in loco supra laudato num.* 28.

29 Ulterius addi potest quoties de mandato non docetur circa aliquod in scriptura, vel in literis obligatoriis habetur pro casu omisso, sed mandans, seu principalis q. M. Pauli Baptistæ nullum et expressum mandatum dedit, quoad dispositionem earum pecuniarum in eventu ejus interitus; ideò procul dubio facilius M. Paulus Baptista potuit agere, quod ipsi mandantes in casu omisso acturi fuissent ex deductis suprà in §. *& satis*, & si interrogati fuissent, verosimiliter respondissent, unde videtur, quod si q. M. Julius requisitus fuisset in simili contingentia verosimiliter respondisset suas pecuniarum summas deponi penes personam fidelem, & integerrimam, quæ illa servet usque ad nova ejus mandata, ut in simili ratiocinando firmat *Cravett. citato cons.* 247. *num.* 4. 5. *in* §. *planè si per illud*, ergo penitùs excusandus est à culpa dictus M. Testator, si fecit, quæ tenebatur facere, nam apud personas fideles, & integras, & magis idoneas dictas pecunias q. M. Julii non solum deposuit, sed de eis ulterius ordinavit in suo codicillo, *che se ne servi l'ordine di detto M. Giulio, e dell'altri, che li mandano.*

Postremùm si faciendo ens rationis hucusque deducta in favorem q. M. Pauli Baptistæ, vel M. Francisci Mariæ Spinulæ ejus Fideicommissarii cessare fingeremus, quæ undequaque inconcussa sunt in Jure, quæque satis superque habentur sufficientia ad eliminandam quamlibet, vel levissimam culpam circa ele-
ctionem MM. DD. executorum, non minùs idcircò 3
exculpabilis tali casu idem M. Paulus Baptista detegeretur in directa actione negotiorum gestorum, in quo non levissimam culpam, neque casum præstari rectè concludit *Eruditissimus D. Pegaz. in loco pluries supra allegato num.* 640. adeò quod potiùs ad favorem hæredis dicti q. M. Pauli Baptistæ contraria actio exercibilis sit.

Quinimò veriùs applicantur termini *l.* 3. §. *inter-* 31
dum, *&* §. *si exequitur*, *& l. atqui necessaria* 20. §. *si cum me ff. de negot. gestor.* ex quibus desumitur quod excusatur culpa, & venit dumtaxat dolus quotiescumque gestor ob nimiam affectionem quasi non voluntarius ageret, prout ex facto ipso deprehenditur evenisse Testator, qui propter ardens desiderium, ac sollicitudinem prospiciendi una cum suis rebus, & pecuniis alienis necessitate coactus (ut latè probavimus) elegit depositarios, & custodes juxta doctissimè exposita *per Dominum Pegaz. dicto loco num.* 645. *ad* 656.

Minusque pro coronide omittendum mihi vide- 32
tur, quod cum Dominus Testator de bonis, & pecuniis q. M. Julii, una cum suis disposuerit juxtà solitum in hujusmodi facti contingentia inter mercatores, & alios, quorum frequenter exempla, nedum in hoc Genuæ emporio, sed ubique ex parte ostendebuntur, hoc inquam in casu, in quo gestor, sive mandatarius (id ad propositum nil refert) non deviat à solito excusatur ab omni culpa etiam levissima *Bart. in l. si pignora* §. *fin. per illum text. ff. de Pignor. action. l. quis sit fugitivus* §. *apud labeo ff. de Ædilit. edict. l.* 3. *ff. ad Macedon. l.* 1. *C. de Pignor. action. Paul. Castr. in cons.* 423. *quia scio column. pen.* & ideo consuluit *Bald. in cons.* 441. *quidam magister col.* 3. in casu longè magis dubitabili, ubi quod si quis commisit custodiam pecorum puero, cujus negligentia perierint, quod non tenebitur si erat consuetudo committendi similes custodias puero, & ideo dicebat *Gloss. in l. si negotia in vers. sit solitus ff. de negot. gest.* quod si custos equi illum dimisit noctè in pascuis, & probat, quod ita ab aliis erat solitum fieri, ideircò non tenebitur, si lupus equum occidit, ita secutus fuit *Petr. Cyn. in l.* 3. *C. de Episc. audient.* & quod consuetudo aliorum excuset quemque à culpa si fecit, quod alii solent gerere, ut notat *Angel. cons.* 312. *col.* 1.

Quare ex prædictis absque aliis, quæ per subtiliores, & doctiores JJ. CC. melius subdentur, concludo non esse molestandum M. Franciscum Mariam Spinulam Fideicommissarium bonorum, sive hæreditatis q. M. Pauli Baptistæ, neque super eis ullum intentandum æstimum, imò benè propositam fuisse per dictum M. Franciscum Mariam contradictionem, seu cancellam benè elevatam.

Quia sic.

A R G U M E N T U M.

QUando dementes exclusi sunt à Testatore, qualis dementiæ qualitas attendenda est, naturalis, vel accidentalis, item illa reperta de tempore aperti fideicommissi, vel superventa post illius ingressum.

S U M M A R I U M.

1 F*Acti series.*
2 *Præsumitur in dubio Testator se voluisse conformare cum jure communi.*
3 *Habilitas, vel inhabilitas succedendi de jure communi attenditur tempore aperta successionis.*
4 *Item qualitas admissiva, vel exclusiva.*
5 *Demens exclusus à successione majoratus non attenditur, an talis fuerit à nativitate, vel non quia solum attenditur tempus actualis successionis.*
6 *Demens repertus de tempore aperta successionis habetur, ac si à nativitate fuisset demens.*
7 *Qualitas adjecta verbo secundum tempus verbi intelligenda est.*
8 *Facilius tollitur jus quærendum, quàm quæsitum.*
9 *Semel hæres semper hæres.*
10 *Turpius est de gradu deturbari, quam ad eum non attolli.*
11 *Si quis admissus ad majoratum postea demens evaserit non excluditur à fideicommisso, sed in eo continuat.*
12 *Verba* se diveniſſe pazzo *ad tempus futurum trahi debent.*
13 *Omnes qualitates propositionis debent concordare cum verbo principali.*
14 *Verba*, e altri suoi beni *indicant bona præcedentia esse etiam in potestate, ac dominio ejusdem.*
15 *Pronomen* suus *denotat dominium, & possessionem.*
16 *Dictio* altri *similitudinem implicat.*
17 *Leges civiles nullam differentiam faciunt inter dementes à nativitate ab accidentalibus.*
18 *Dementes tam à nativitate, quàm ex accidenti excluduntur de jure à successione primogenitura habentis jurisdictionem, secus si postea supervenerit dementia.*
19 *Dementes utriusque generis admittuntur de jure ad successionem majoratus simplicis sine jurisdictione.*
20 *Verba*, e perciò inabile à governar lui, e sua casa, *important causam finalem dispositionis, quæ fuit inhabilitas.*
21 *Causa finalis dispositionem totam regulat, & mentem aperit disponentis.*
22 *Nonminùs expressum dicitur per rationem, quàm per verba.*
23 *Inhabilitas se gubernandi tam concurrit in demente à nativitate, quàm ex accidenti.*
24 *Quando concurrit eadem ratio exclusionis à fideicommisso, dispositio locum habere non potest.*
25 *Verba* per difetto naturale *significant defectum naturæ, non defectum à nativitate reportatum.*
26 *In dispositionibus attendi debet usus, & vulgaris sermo loquendi.*
27 *Mors dicitur quoque naturalis, quando processit à morbo.*
28 *Dementia procedit à morbo, & est infirmitas vera.*
29 *Dementia dicitur defectus naturalis communiter per Doctores.*
30 *Præsumitur quisque durare in dementia, quia natura non patitur repentem mutationem.*
31 *Statutum authorizans Testamentum dementis est invalidum.*
32 *Verba* per difetto naturale *posita ad differentiam defectus civilis magis extendi debent.*
33 *Dementes non excluduntur à successione majoratus non habentis annexam jurisdictionem.*
34 *Mens magis conveniens, ac verosimilis retinenda est.*
35 *Dementia morbus est ferè insanabilis.*
36 *Impossibilium, ac multum difficilium apud JJ.CC. idem est Judicium.*
37 *Dementia probatur ex Decreto curæ concessæ.*
38 *Ex attestationibus Physicorum, & Confessoris numero 40.*
39 *Commendatur Pietas Adm. R.P. Petri Antonii Bonfilii Patrui materni Auctoris.*
41 *Dementes faciunt quandoque actus prudentes, & sermones sensatos proferunt, quod omnino casuale est.*
42 *Superexistentia masculi incapacis ad successionem non operatur, quin linea masculina dicatur defecta.*
43 *Demens non potest habere legitimos filios, quia non potest contrahere matrimonium.*

R E S O L U T I O VII.

Januensis Fideicommissi,

Pro Illustrissima D. Maria Magdalena Uxore Illustrissimi, ac Excellentissimi D. Stephani Franzoni.

SUmmum DD. Advocatorum in hac causa ex adverso consulentium ingenium longa mei admiratione excitavit dubium, ubi vere non astat, nam satis ex se verba fideicommissi lucida sunt, cujus præcisè sunt infrascripta. 1

Se accadesse, che il chiamato al fideicommisso per difetto naturale non fosse idoneo, perchè fosse pazzo, o furioso, o scemo d'intelletto, e perciò inabile a governar lui, e sua casa, o fosse cieco, o muto, in questo caso ordina, che il detto fideicommisso trapassi ad altro immediatamente chiamato come sopra, al quale impone carico di dare a quel tale, come sopra inabile, mentre viverà gli alimenti per il vitto, e vestito suo condecente, avuto riguardo alla qualità della persona, e quantità de frutti da dichiararsi essi alimenti da due parenti più prossimi, e più vecchi maschi fra gli descendenti di esso Testatore, e in defetto de maschi le femine.

Se per accidente il chiamato al detto fideicommisso divenisse pazzo, o sia demente, in questo caso ordina, che li beni di detto fideicommisso quanto alli frutti, debbano essere retti, e governati, fin ch'egli ritorni in sua pristina sanità, o finch'egli viverà per quelli, che averanno cura della sua persona, e altri suoi beni.

Mortuo enim Jo: Baptista de Puteo ultimo possessore prædicti fideicommissi, vel primogenituræ relictis post se Dominico Maria fratre demente, & Maria Magdalena ejus sorore, ac uxore illustrissimi, ac Excellentissimi D. Stephani Franzoni, quæstio inter eos insurrexit, an quis eorum admitti debeat ad prædictum fideicommissum.

Jura autem dicti Dominici Mariæ dementis tuentes prætendebant illum non esse exclusum à dicta primogenitura, quia dumtaxat per Testatorem exclusi fuerunt illi dementes, qui tales sunt à natura, videlicet à nativitate, ibi *se per difetto naturale non fosse idoneo perchè fosse pazzo ordina, che il detto fideicommisso trapassi ad altro immediatamente chiamato*, secus verò dementes, qui tales evaserint per accidens, nam isti debent habere prædicta bona; & administrari per eorum curatores, ibi *se per accidente divenisse pazzo, ordina, che li beni del fideicommisso debbano essere governati per quelli, che averanno cura d'altri suoi beni*, cumque dictus Dominicus Maria non sit demens, vel saltem non probetur à natura, videlicet à nativitate, sed per accidens tantum evasit talis in ætate valdè adulta, ideoque admittendus est ad dictum fideicommissum ad exclusionem dictæ Mariæ Magdalenæ immediatè vocatæ.

Dixi subtilem tantum, sed verè subtilissimam, ac potius idealem fuisse prædictam expositionem dispositionis fideicommissariæ, quia non solum discrepat à jure, à verosimilitudine, ac mente Testatoris,

sed à sensu literali, & vocabulorum significatione. Quis enim veridicè scribens non sentiat duos casus in recensitis verbis considerasse fideicommittentem nostrum prudentia laudatissimum, videlicet si tempore apertæ successionis vocatus ad primogenituram haberet aliquem defectum naturalem, per quem redderetur inhabilis ad Gubernium Familiæ suæ, tunc iste remaneat exclusus, & admissus alter immediatè vocatus, si verò (& est secundus casus) post adeptam possessionem Primogenituræ evaserit demens, vel alter inhabilis, tunc privandum non esse voluit dicto fideicommisso, sed continuari in dicta possessione dictorum bonorum, quæ tamen curari, & administrari debeant per ejus curatores ad reditum ejus pristinæ sanitatis, vel mortis adventum, & hic sensus est genuinus, ac germanus secundum juris regulas, secundum mentem fideicommittentis, & secundum literam dispositionis, quæ ut vera sint ex infrà deducendis videamus.

2 Secundum juris regulas principaliter fateri debemus prædictum fideicommittentem conformare se voluisse dispositioni juris communis *l. commodissimè ff. de lib. & Posth.* & interpretatio facienda est juxtà illud magis conveniens *Alex. cons. 4. numer. 12. libr. 4.* & in dubio præsumitur testatorem cogitasse illud quod jus disponit *Alex. cons. 55. num. 2. lib. 5. Gratian. cap. 825. Rot. decis. 194. part. 12. recentior.*

3 De Jure verò communi habilitas, seu inhabilitas in fideicommisso succedendi solum attenditur tempore apertæ ejus successionis *Thesaur. quæst. forens. quæst. 34. numer. 23. lib. 1. Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. artic. 22. numer. 7. in princip. fol. 54. col. 1. Peregrin. cons. 37. numer. 21. & seqq. lib. 2. Mastrill. decis. 266. numer. 16. Sevarol. apud Mans. consultat. 63. numer. 2. Rota apud eumd. Mans. consult. 64. numer. 14.* & ipse *D. Mans. consult. 108. numer. 22. &*
4 *seq. & consult. 232. num. 1. & seq.* & sic qualitas admissiva, vel exclusiva fideicommissi attenditur tempore tantum actualis ingressus *l. si alienum §. in extraneis de heredibus instituendis §. in extraneis institut. de hered. qualit. Abb. cons. 107. in fin. lib. 2. Dec. cons. 265. numer. 2. Roman. cons. 442. Castrens. cons. 111. Socin. Sen. cons. 42. n. 2. lib. 4. Corn. cons. 314. num. 7. lib. 4. Roland. cons. 96. num. 10. Marian. Socin. cons. 2. à num. 3. lib. 2. Bart. cons. 31. Mesa resolut. cap. 29. num. 15. lib. 2.* & optimè *D. Pegaz. J. C. celeberrimus in tract. de majorat. part. 2. cap. 9. num. 142.*

Itaque concludendum est in nostro casu, quod solum illa dementia exclusiva fideicommissi attendi debet de tempore aperti fideicommissi, nec aliud tempus, vel præcedens, vel posterius inspici debet, ut
5 in terminis propioribus, videlicet si quis excludatur à majoratu, vel feudo ob amentiam, vel furorem, aut alium defectum sufficit, ut inhabilis solum reperiatur de tempore successionis, nec attenditur, an talis fuerit usque à nativitate *Vuesembec. de feud. cap. 6. num. 20. Hartaman. Pistor. quæst. Juris part. 2. quæst. 31. n. 9. Solorzan. de Indiar. gubernat.*
6 *lib. 2. cap. 17. num. 19. tom. 2.* Imò, quando si quis demens repetitur tempore apertæ successionis habetur, ac si à nativitate talis fuerit, licèt verè non sit *Knipschild. de fideicomm. famil. nobil. cap. 8. num. 116. Molin. de Primog. cap. 13. num. 31. & D. meus Torr. de Majorat. Ital. cap. 28. §. 2. num. 27.*

Tantò magis hæc procedunt in nostra specie, cum habeamus Testatorem, qui consideravit dementiam, & quamlibet aliam inhabilitatem solum de tempore successionis, ibi *se accadesse, che il chiamato al fidei-*
7 *commisso non fosse idoneo,* & sic debet intelligi, nam qualitas adjecta verbo secundum illius tempus intelligenda est vulgata *l. in delictis 3. §. si extraneos ff. de Noxal. action. l. Titius 26. ff. de militar. testam. Peregrin. de Fideicomm. art. 29. Ciarlin. controv. 222. num. 62. Rot. decis. 607. num. 7. part. 16. rec. tom. 2.* cum aliis apud *Barbos. axiom. 96. num. 6. & Tabor eod. tract. lib. 15. cap. 4. num. 21.*

Item secundum juris regulas pariformiter dicendum est, quod si quis ad successionem admissus est non
8 debet ab ea removeri propter maximum inconveniens, faciliùsque enim tollitur jus quærendum quam quæsitum *l. contra 28. §. ultimo ff. de Pact. l. ultima Cod. de acquir. possessione* ubi DD. omnes *Abbas cap. quod autem de Jur. Patronat. Ancharan. cap. 59. numer. 6. Surd. cons. 351. numer. 38. Vallasc. consult. 72. num. 23.* & faciliùs datur retentio quàm acquisitio *Castill. lib. 5. quotidian. cap. 164. n. 6. D. Pegaz. dicto tract. de majorat. part. 2. cap. 9. n. 137.*
& qui semel hæres semper hæres *l. ei qui solvendo* 9
88. ff. de hered. instit. l. & si sine §. sed quod Papinianus ff. de minor. Socin. cons. 14. à num. 4. lib. 1. Sylvan. cons. 23. numer. 2. lib. 1. Menoch. præsumpt. 141. num. 27. Cardin. de Luc. de credit. discors. 90. in fin. Itaque observatur etiam inter humanas correspondentias *turpius ejicitur quàm non admittitur*
hospes, & in materiebus politicis turpius est de gra- 10
du deturbari, quam ad eum non attolli. *Fam. Strad.*
de Bello Belgic. fol. 547. & in terminis denique pun- 11
ctualibus, videlicet quando aliquis admissus fuerit ad fideicommissum, vel primogenituram, & postea demens evaserit, tunc non est excludendus, sed continuare debet in fideicommisso affirmant *Knipschild. de fideicommiss. famil. nob. cap. 8. numer. 116. Molin. de primogen. Hispan. dicto cap. 13. numer. 31. & 34. Hartaman. Pistor. dicta quæst. 32. numer. 19. & 22. in med. Rosenthald. de feud. cap. 7. conclus. 28. numer. 1. Solorzan. de indiar. gubern. lib. 2. cap. 17. numer. 87. tom. 2. Mastrill. decis. 266. numer. 16. & D. Torr. de Majorat. Ital. dicto cap. 28. §. 2. numer. 25. lib. 1.* ita pariter dicendum est in nostra specie Testatorem voluisse, & tanto magis cum verba ipsius clara, & aperta leguntur in secundo para-
grapho *se per accidente il chiamato al fideicommisso* 12
divenisse pazzo, quæ comprehendunt tempus post successionem, & ingressum ad fideicommissum, nam loquuntur per tempus futurum, ad quod trahi debet dispositio *Casanat. cons. 44. numer. 32. & numer. 39. Surd. cons. 335. numer. 20. 21.* adeoque
clarum est, quod aliter concipi non potest, nam 13
verbum *chiamato* supponit ingressum successionis ad favorem vocati tempore habili, scilicet tempore sanæ mentis, & verbum *divenisse pazzo*, supponit vocatum prædictum posse mutari de sano in stultum, igitur concludere debemus, quod vocatus de tempore successionis non fuerat stultus, aliter non posset concordari verbum *chiamato*, cum verbo *divenisse pazzo*, & si id concordari velimus, intelligi debet qualitas *del chiamato*, secundum tempus verbi *divenisse*, scilicet post ingressum mutatio *Andreol. controvers. 117. numer. 11. Rocc. Episcop. disput. 47. numer. 38. Palm. Nepos allegat. 52. num. 7. Rot. decis. 75. numer. 3. part. 18. tom. 1.* item ex verbis *in questo caso ordina, che li beni di detto fideicommisso debbano essere retti, o governati per quelli, che averanno cura della sua persona, ed altri suoi beni*, quæ manifestant fideicommittentem loquutum fuisse de dementia superveniente post ingressum, & acquisitionem fideicommissi, quia solùm cura post successionem, & acquisitionem dari potest, ut in simili ne dicam potius in puncto, facit *Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 15. numer. 34. vers. secunda autem*, & potissimum si consideremus præ-
cisè illa verba, *e altri suoi beni*, quæ indicant ex- 14
pressè fideicommissi bona esse jam à fideicommissario possessa, nam dictio *altri* implicat similitudinem *l. quidam relegatos, & ibi Bart. ff. de reb. dub. l. 3. ubi gloss. Cod. de serv. fugit. & Barbos. diction. 20.*
ideoque sicuti alia bona successoris vocati sunt ab 15
eo possessa, quia pronomen *suus* denotat dominium *l. quantus 2. §. argento, & ibi Bart. ff. de aur. & argent. leg. Menoch. cons. 179. numer. 7. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 162. numer. 28.* ac actualem possessionem *Rot. decis. 90. num. 2. part. 2. recentior.*
relata à Barbos. in diction. 398. numer. 2. per conse- 16
quens bona fideicommissi debent supponi jam possessa à vocato, in simili casu decidit punctualiter *Rot. decis. 391. part. 1. recentior. numer. 5. apud Farinac.* ubi testator prohibuerit hæredibus molestiam aliquam dare Antonio *tanto sopra detti censi quanto sopra ogn' altro dinaro delli suoi eredi, che gli fosse pervenuto in mano*, ex hoc concludit Rota, illa enim dictio *altro* cujus natura est implicare, & denotare similia indicat, quod etiam census non essent sui (scilicet Antonii) prout nec pecunia, quæ ad ejus manus
perve-

pervenisset, & pariter in alio simili consuluit *Barbat. conſ.* 33. *à numer.* 26. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 7. *numer.* 31. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 42. *numer.* 25. *verſ. confirmatur*, *& ead. Rot. deciſ.* 663. *part.* 1. *recentior. numer.* 8. & in casu proximiori *Palm. Nep. allegat.* 314. *num.* 44.

Ex his igitur apertè colligitur nostrum fideicommittentem providisse in secundo paragrapho de casu dementiæ supervenientis in persona fideicommissarii post acquisitionem fideicommissi videlicet postquam bona fideicommissi essent sua, & ab eo possessa.

Denique non potest persuaderi intellectus in percipiendo, quod Testator voluerit differentiam constituere inter nativam, ac supervenientem dementiam in suis fideicommissariis de tempore apertæ successionis, dum in utroque stultitiæ genere concurrit ea-
17 dem prorsus inhabilitas, per quam leges Juris communis prohibent dementibus utriusque qualitatis factionem activam Testamenti *l. furioſum, Cod. qui Teſtam. facer. poſſeſſ. l. filiusfamilias §. Marcellus ff. de teſtament. & in §. item furioſus Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. facere teſtament.* & pari modo de exemplari substitutione eis provident *§. liberis ſuis Inſtitut. de pupill. ſubſtitut.* & absque distinctione curatores assignant *§. furioſi Inſtitut. de Curat.* ubi
18 omnes Institutistæ, tantaque est æqualitas inter dementes utriusque qualitatis, sive ex accidenti, sive ex natalibus, quòd tam uni, quàm alteri excluduntur de tempore apertæ successionis ab ingressu primogenituræ habentis secum annexam jurisdictionem, secus verò si superveniret dementia post acquisitionem dictæ primogenituræ, quæ dementia propriè diceretur accidentalis, ut tradunt *Molin. de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 31. *& ſequent. Knipſchilt. dicto tract. cap.* 8. *numer.* 116. *& D. Torr. de Majorat. Ital. cap.* 28. §. 2. *numer.* 25. *lib.* 1. *& quaeſt.* 10. *num.* 48. *part.* 2. & in terminis feudalibus *Carpzov. juriſprud. for. part.* 3. *conſt.* 28. *definit.* 8. *per tot. Piſtor. quaeſt. for. lib.* 2. *quaeſt.* 32. *numer.* 16. *Roſenthald.*
19 *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 27. *numer.* 7. & sic è contra admittuntur pariter dementes utriusque generis ad successionem fideicommissi simplicis non habentis annexam jurisdictionem *Knipſchilt. de fideicommiſſ. dicto cap.* 8. *numer.* 123. *Molin. dicto tract. libr.* 1. *cap.* 13. *numer.* 22. *Tiraquell. de primogen. quaeſt.* 23. *num.* 5.

Eo magis hæc procedunt, dum ratio formalis
20 nostri Testatoris solùm fuit inhabilitas gubernandi propriam domum, ac familiam, *e perciò inabile a governar lui, e ſua caſa*, ex quo cognoscitur solum fuisse consideratam rationem inhabilitatis per illam dictionem *perciò*, quæ importat causam finalem dispositionis per Doctores à *Barboſ. in dictione* 144. *num.* 2. cumulatos, cumque hæc appareat ab ista so-
21 lum mens disponentis regulatur *Spad. conſ.* 220. *n.* 12. *vol.* 2. *Rot. deciſ.* 16. *num.* 19. *&* 20. & causa finalis ea est, quæ nobis aperit caput Testatoris, & dubium omne resolvit *l. libertas* 17. *§. hac ſcriptura ff. de manumiſ. teſtam. & ead. Rot. loco ſupra citato*, & secundum rationem expressam à Testatore interpretatur,
22 cum non minus expressum videatur per rationem, quam id quod apertis verbis concipitur *l. ſi quas adulterium §.* 1. *ff. de adult. Valenzuel. conſ.* 68. *&* 113. *numer.* 41. *Caſtill. quotid. controverſ. lib.* 5. *cap.* 170. *Solerzan. de Indiar. gubern. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 10. & facit in proposito *Tiraquell. in Celebri tract. ceſſante cauſ. part.* 1. *n.* 134. *Hartaman. Piſtor. lib.* 2. *quaeſt.* 32. *num.* 16. *Gallin. de verb. ſignif. lib.* 5. *cap.* 11.

Quomodo igitur, si à testatore considerata solum
23 fuit inhabilitas gubernii, quæ in dementibus utriusque qualitatis concurrit, ut apertus textus est in §. *ſed & de mentecaptis Inſtitut. de curat.* ubi *Harprect. numer.* 16. *& in princip. numer.* 15. *&* 16. ibi *cum rebus ſuis ſupereſſe non poſſint*, *l. ſervo invito* 65. *§. ſi pupillo* 3. *ad Sen. Conſ. Trebell.* & tam inhabilis est, qui à nativitate natus, quàm qui tempore successionis ex accidenti reperitur sic confirmat *Hartaman. Piſtor. dicto lib.* 2. *quaeſt.* 32. *num.* 16. *Solorzan. de Gubern. dicto lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 84. *tom.* 2.
24 Quomodo igitur sine læsione voluntatis Testatoris admittetur unus, & excludetur alter, id verè facere non possumus concurrenti pari ratione inhabilitatis gubernandi se, & suam familiam, quæ est qualitas, & æqualis causa exclusionis à fideicommisso prædicto *Valenzuel. conſ.* 31. *num.* 12. *& ſeq. lib.* 1. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 33. *verſ. Item quia*, & reassumpsit melius, ac latius doctissimus *Jo: Torr. de Majorat. Ital. part.* 2. *quaeſt.* 10. *num.* 48. *& cap.* 28. §. 2. *n.* 25. *lib.* 1. *Roſenthald. de feud. cap.* 1. *concluſ.* 15. *num.* 5. *& cap.* 3. *concluſ.* 8. *num.* 1. *& cap.* 7. *quaeſt.* 27.

Nec ex adverso aliquod fundamentum fieri debet super particula dispositionis *ſe per difetto naturale non foſſe idoneo*, quasi quod voluisset dicere Testator *per difetto* à natura, scilicet à nativitate.

Pluribus enim modis demolitur hoc objectum, & 25
primo considerando quantum diversus sit defectus naturalis à defectu nativo, ratio autem est, quia omne id, quod à nativitate est naturale est, secus verò omne quod naturale est, à nativitate semper non est, inspicimus enim quamplura naturalia in homine à nativitate non fuisse exempl. grat. barbam, dentes, capillos &c. sensus enim verborum *per difetto naturale*, nihil aliud est, quam defectus naturæ, & sicuti *effetto naturale*, nihil aliud significat, quàm effectum naturæ videlicet naturæ operationem *Zachias de medic. legal lib.* 4. *tit.* 1. *quaeſt.* 4. *num.* 15. ita à contrario *difetto naturale*, defectum ipsius naturæ, ergo si quandocumque natura operatur in homine, vel à nativitate, vel post eam, dicitur effectus naturalis, ita defectus naturalis debet dici quandocumque natura deficiet in homine, vel à nativitate, vel alio tempore.

Præcipuè hic intellectus est verus inter Doctores 26
à quibus potiùs attenditur usus loquendi, & vulgaris sermo *Ciarlin. controverſ.* 226. *num.* 10. *Riminald.*
Jun. conſ. 416. *num.* 14. ideoque ab illis dicitur mors 27
naturalis ea quoque, quæ processit à morbo aliquo accidentali, & non per resolutionem causatam à defectu humidi radicalis, ac extinctione caloris naturalis, cumque procedat à morbo, procedit à facto naturæ, ideoque naturalis est semper nominanda, secus verò si à facto hominis externo *Ciarlin. controverſ.* 88. *num.* 11. *&* 12. *& controverſ.* 226. *num.* 27. 28. 29. 30. ubi si ergo mors procedit à facto naturæ naturalis censenda est, quia effectus debet esse similis
suæ causæ, itaque omnino dicendum in quacumque 28
dementia, nam cum ipsa procedat à morbo *Paul. Rub. reſolut. practic. cap.* 16. *n.* 337. & latiori dicitur insania ab insanitate, idest non sanitas dictus *Author cap.* 12. *num.* 51. ubi eam sic definit, dementia est ægritudo animi scilicet in ratiocinatione, vel in imaginatione, vel memoria, & quod de aliis infirmitatibus, ac morbis prædicatur, in dementia verificari potest *Zachias de medic. legal. lib.* 2. *q.* 23. *n.* 4. & in terminis cæcitatis, ac surditatis *Aetius de infirmit. legal. cap.* 21. *n.* 1. igitur cum procedat à morbo, procedit à facto naturæ, ideoque naturalis dicenda omnino est dementia, quia effectus debet similis esse suæ causæ, & *D. Cardin. de Luc. ſub tit. de dot. diſc.* 143. *numer.* 48. quemlibet gibbosum, vel claudum, seu patientem aliquam corporis deformitatem dicit habere defectum naturalem, quia natura tali modo deficit.

Et id adeo verum est, quod pars ex Doctoribus 29
ipsis loquendo indistinctè de dementia scilicet, tam de nativa, quàm accidentali, eam nominat modò pro re, modò pro defectu naturali, & causa naturali, ita *Harprect. Inſtit. de Curat. §. furioſi n.* 11. ibi & hoc largimur ipsam naturam hoc est morbum animi in causa esse, ut furiosi per legem adimantur;
Pars alia quærendo de præsumptione continuationis 30
dementiæ affirmat præsumi quemlibet dementem continuare in sua dementia, quia natura non patitur repentem mutationem *Jaſ in l. Pater furioſi ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni jur. n.* 5. *Decian. conſ.* 34. *n.* 32. *lib.* 3. *Paul. Rub. practic. reſol. cap.* 15. *num.* 218. ac in proprioribus terminis, ac ferè individuis faciunt ea,
quæ decidunt Doctores alii in quæstione celeberri- 31
ma, an Statutum authorizans testamentum dementis sit validum, pro negativa concludunt omnes, non alia ratione, quàm cum sit dementia defectus naturalis non potest à lege positiva tolli, nec ei dispensari eruditissimè *Capr. reg.* 102. *numer.* 4. *&* 5. ubi talis

defectus proveniat à natura, ut est in furioso, vel in demente, qui testari non potest, etiamsi Statutum contrarium disponeret, nam cum talis defectus proveniat à natura (repetit) non potest per jus positivum tolli ita confirmando sequitur *Rub. resol. practic. dicto cap. 17. num. 103. cum aliis ab eo cumulatis, Gomez. ad ll. Taur. 45. n. 112. vers. secundo pro ista parte*, ubi dicit, quod sufficit, ut quis careat judicio, quamvis non à nativitate, ad hoc, ut dicatur laborare defectu naturali, ut surdus, mutus, & perpetuo furiosus.

At fortiùs in nostro casu fateri procul dubio debemus dicta verba *per difetto naturale*, non importare simpliciter defectum à nativitate conceptum, sed etiam supervenientem, sive accidentalem, quia cum providus Testator noster prænominavisset in paragraphis antecedentibus suæ dispositionis quamplures defectus civiles, videlicet prodigalitatis, status, ac
32 delicti, quibus etiam consuluit, ex hoc cognoscitur illa verba *per difetto naturale*, posita fuisse à Testatore ob differentiam defectus civilis, quo casu licet defectus naturalis indicaret simpliciter defectum à nativitate, nihilominus cum fuerit adjectivum *naturale* appositum, ut dixi in vim differentiæ deberet esse majoris efficaciæ, & majoris significationis, itaut denotare debeat quodcumque genus dementiæ, tam nativæ, quàm accidentalis, ad hæc faciunt ea, quæ tradit *Ciarlin. controverf. 88. num. 4. & 7. & controverf. 226. num. 24. & 25.* ubi quod quando mors naturalis, ponitur ob differentiam civilis indicat quamcumque separationem animæ à corpore, licèt ab homine violcaret causatam.

Unus tamen ex MM. ex adverso scribentibus, cui videbatur hucusque deducta validè, ac solidè urgere pro eis declinandis, ac vi præmissorum aufugienda, dicebat fideicommittentem nostrum duobus dumtaxat casibus consuluisse, ei scilicet, quo quis reperiretur tempore aperti fideicommissi demens à nativitate, & alteri casui, quando post ingressum ad fideicommissum evenisset demens, neque loquutum fuisse de tertio casu, videlicet de dementia accidentali existente tempore apertæ successionis, & cum hic tertius casus remanere debeat in dispositione juris communis di-
33 ctus Dominicus Maria admitti debet, quia dementes à tali successione non habente annexam jurisdictionem non excluduntur *Knipschilt. de fideicomm. famil. nobil. dicto cap. 16. n. 123. & D. meus Torr. de Majorat. & primogen. Ital. quæst. 10. num. 7. 8. part. 2.*

Hoc argumentum factum fuit à M. contrario consulente solum cum suppposito, quod in prima dispositione nostri Testatoris in primo §. *se accadesse*, registrata ubi exclusit inhabiles ob defectum naturalem, exclusisset tantum dementes, ita natos, & non alios accidentales, sed corruit hoc suppositum ex latè deductis, quia per totam seriem hujus consultationis contrarium demonstravi, opus etenim est in primis probare contrarium, quam supponere id quod est in quæstione.

Imò ex hoc resultaret vehemens conjectura ad præsumendum, quod testator noster voluerit super primo paragrapho providere in omni genere dementiæ existentis tempore apertæ successionis, & in secundo paragrapho de accidentali superveniente post apertum fideicommissum, itaut redargui non possit de negligentia, & omissione noster fideicommittens adeo pro-
34 vidus, ac diligentissimus, sed cum sit saltem mens hæc magis conveniens, ac verosimilis amplectenda est *Roman. cons. 343. num. 8. 9.*

Objicitur pariter quod prædictus Dominicus Maria non sit verè demens, vel non perpetuò, vel saltem, cum sit ex accidenti, & non ab utero spem habeat resipiscentiæ, tantò magis cum ab ultimis operationibus ab eo factis emicuerunt signa rationis, ac prudentiæ, videlicet exposcendo libros suarum facultatum, & declarando se uxorem ducere.

Circa hoc objectum parum insudandum est, quia faciliter pluribus modis resolvitur, & in facto, ac
35 in jure; In jure autem habetur paris desperationis demens ab utero, quam ex accidenti, vel morbo; in furorem, dum quis incidit, cum morbus iste cerebri sit fere desperatus, difficillimè sanatur, ut constat ex communi physicorum schola *Paul. Rub. in suis resolut. practic. cap. 15. in princip. Castrens. l. qui testamento §. nec furiosus num. 3. ff. de testament.* ubi eum, qui cœpit insanire numquam liberari, & ita asserit ex attestationibus omnium medicorum. *Spad. cons. 93. numer. 1. lib. 1. Torr. de Majorat. Ital. part. 2. quæst. 10. num. 56. & seq.* præcipuè, quando esset per plures annos, ut in casu nostro confirmata dementia *Rot. decis. 348. numer. 1. & 2. part. 16. & Torr. dicto loco mox supra citato.* Sed in omnem casum, si non fuisset accidentalis dementia æqualis desperationis apud Physicos, saltem apud Jurescon- 36
sultos talis consideratur, quia impossibilium, & multum difficilium idem est judicium *l. cum heres 4. §. 1. ff. de statu liber. ubi Alberic. in princip. l. continuus 137. §. illud, & seq. ff. de verb. obligat.* & in terminis dementiæ accidentalis *Torr. de Majorat. dicta quæst. 10. num. 64. part. 2.* Tanto magis in nostro casu, cum Testator non removet à fideicommisso amentem, seu furiosum in gradu perfecto, vel exquisita dementia, aut ideopatica frenesi laborantem, ut deffinit *Rot. decis. 348. num. 3. part. 16. rec.* Sed etiam eum, qui propter aliqualem incapacitatem, sive qualemqualem fatuitatem, seu hebetudinem non potest gubernare se, & familiam suam ibi *o fosse pazzo, o furioso, o scemo d'intelletto*, quod verbum *scemo d'intelletto* aliqualem importat, non totalem privationem Judicii.

Secundo loco probatur perfecta dementia dicti Do- 37
minici Mariæ ex decretis annorum 1682. & aliorum Successivorum a Serenissimo Senatu conditis, in quibus provisum fuit de curatoribus ob illius dementiam *Mascard. de probat. con. clus. 826. num. 7.*

Tertiò, ex depositionibus trium Medicorum, sci- 38
licet DD. Francisci Aoroon Gibboni, Fabritii Ardisoni, & Joseph Marcoghi asserentium de perfecta illius dementia impossibili naturaliter ad resipiscentiam, quibus datur plena fides, ut affirmat post alios *Ciarlin. controv. 226. num. 8.* etiamsi medicus esset unicus. *Cyriac. controv. 394. num. 20. Bald. cons. 136. num 4. lib. 2.*

Quartò, ex attestatione Adm. R. Patris Petri An- 39
tonii Bonfilii Patrui mei ex Ven. Soc. Somaschorum hominis integræ, ac Sanctæ vitæ, ut apud omnes inconfesso est, qui affirmavit pluries, cum Admod. R. P. D. Francisco Maria Conti esse dictum Dominicum Mariam penitùs incapacem Sacramentorom Ec- 40
clesiæ, quibus plena fides habetur, denique *Rot. dec. 348. num. 12. & 13. part. 16.*

Quintò, ex numeroso cumulo testium sine exceptione.

Neque obstare potest, quod aliquando dictus Dominicus Maria fecerat operationes aliquas prudentes, & loquutus fuerat ad propositum, quia id in 41
amentibus omnino casuale est *Paul. Rub. in suis practic. resolut. cap. 16. numer. 381. & in tract. de valid. legal. cap. 7. numer. 130. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 45. numer. 60. & numer. 5. lib. 6. Rot. decis. 107. num. 23. in fin. & decis. 129. sub numer. 8. part. 2. diverf. Marr. Medic. exam. 9. sub num. 50. Cyriac. controv. 334. n. 25. cum ibi citatis.* Et sicuti infirmus corpore potest facere aliquando aliquem actum sanitatis, scilicet eundi, ludendi &c. Ita pariter compatibile est, quod unus sit demens, & simul, & semel faciat aliquem actum prudentialem sive verba adaptata proferat, & hoc compatibile dicit idem author *num. 383.* quia stant simul, quod quis sit simul demens, & loquatur ad propositum, & *Lup. allegat. 25. num. 2.* ibi qui potest loqui ad propositum, & actus prudentes facere, & tamen stultum esse *Rot. decis. 129. num. 8. part. 2. diverf. Cyriac. controv. 334. num. 25. Zacch. quæst. medic. legal. part. 2. cons. 52. num. 9.*

Pro ultimo terribilium opponitur ex adverso quod M. Maria Magdalena non potest ad prædictum Fideicommissum vocari non evacuata tota linea masculorum, tam legitimorum, quàm illegitimorum prius vocatorum non solùm per existentiam dicti Dominici Mariæ, sed per spem ejus filiorum, quos habere potest.

Respondetur enim primò ad superviventiam dicti 42
Dominici Mariæ filii masculi, quod inutilis est hæc oppositio, quia ob ejus dementiam incapax factus est dicti Fideicommissi, & perpetuò, quia impossibile est resi-

refipifcere poffe ac irremediabilis eft ifte morbus per plures annos confirmatus, ut probavi latè fuprà, qua incapacitate perpetua attenta nihil officit superviventia dicti Dominitici Mariæ; ut plenè probat *Torr. de Majorat. Ital. quæft.* 10. *part.* 2. *num.* 54.

43 Ad fpem faltem filiorum quos habere poteft dictus Dominicus Maria pariter inutilis eft oppofitio, quia nulla fpes haberi poteft de legitimis filiis ftante fua perpetua incapacitate dementiæ *Sanchez de matrim. lib.* 1. *difput.* 8. *numer.* 17. *Ricc. collect. part.* 5. *collect.* 1751. *& eft text. in cap. neque furiofus* 32. *quæft.* 7. *Socin. Sen. conf.* 47. *numer.* 8. *lib.* 3. Neque filios illegitimos, quia dictus Dominicus Maria vivit fub cura perfonarum Nobilium, ac integræ vitæ, quæ nullo modo ei permitterent aliquam copulam illegitimam, quod peccatum effet *Sanchez de matrimon. difput.* 23. *numer.* 6. Ideoque remanet id moraliter impoffibile.

ARGUMENTUM.

AN dominium rei venditæ non præfoluto ab emptore pretio tranfeat in emptorem. Quando dicatur habuiffe venditor fidem de pretio. Item fi venditor ftipulatus fuit pretium ad fui voluntatem, vel requifitionem, non induceit hæc ftipulatio dilationem ad favorem debitoris. Emptor fundi emphyteutici ad quantos, & quales fructus recompenfativos teneatur. Materia fingulariffima.

SUMMARIUM.

1 *FActi feries.*
2 *Perniciofiores Reipublicæ funt Doctores ignari, quam Docti iniqui.*
3 *Fructus fequuntur Dominium.*
4 *Fructus rei venditæ fpectant ad venditorem, fi non folutum fuit pretium, & emptor ad fructus compenfativos tenetur.*
5 *In contractu venditionis, adeft tacita refervatio Dominii, & expreffa eft fuperflua.*
6 *Dominium in emptorem non transfertur, nifi interveniat poft traditionem vel folutio integri pretii, vel fides habita de illa.*
7 *Emptor licet folverit partem pretii non acquirit dominium prædii empti ad ratam pretii foluti.*
8 *In contractu venditionis licet Dominium rei venditæ in emptorem translatum dici poffet, adhuc fructus remanerent venditoris tanquam quid diverfum ab ipfa re vendita.*
9 *Si præfixo termino pretium ab emptore non folvatur, vel refiduum illius; res poteft alteri vendi fine falfi fufpicione.*
10 *Refoluto venditionis contractu refolvuntur omnia accidentalia, & confequentia illius.*
11 *Limitatur conclufio pofita fub num.* 9. *in cafu quo fuit res tradita.*
12 *Emptor debet reftituere eofdem fructus, quos recepit ex fundo vendito.*
13 *Inveftitura Domini directi non transfert dominium utile in emptorem, nifi per eum folutum fuerit pretium, quia illa regulari debet fecundum formam contractus.*
14 *Periculum rei venditæ fpectat ad emptorem ex natura contractus, non verò ex caufa dominii, & num.* 15.
16 *Stipulatio facta de pretio folvendo ad voluntatem venditoris eft ad favorem ipfius, ideoque prætendi non poteft ab emptore fuiffe fibi factam aliquam dilationem ad folvendum.*
17 *Claufula* ad omnem voluntatem venditoris *contra venditorem nihil operatur.*
18 *Venditor, quoufque pretium ei folvatur, poteft penes fe retinere rem.*
19 *Venditor eo ipfo quo retinet rem venditam tacitè fe declarat nolle habere fidem de pretio.*
20 *Si aliquis rem, vel fructus alterius recipiat, intelligitur compenfare cum fructibus, vel eo quod fibi ab illo debetur, licèt aliàs cenferetur remiffum.*
21 *Factum, & obfervantia magis declarant, quàm verba.*
22 *Imo declarant eadem fuiffe mentem de tempore contractus.*
23 *Traditio rei facta à venditore ex fe fola non fufficit ad probandam fidem de pretio.*
24 *In contractu venditionis non fufficit ad transferendum dominium titulus, & rei traditio, nifi interveniat etiam pretii folutio, vel fides de pretio.*
25 *Neque fufficit folutio partis pretii, neque fides in parte pretii, fed ad ultimum nummum folvi debet pretium.*
26 *Venditor licet habuerit fidem de pretio per tempus incertum adhuc fructus recompenfativi debentur ab emptore.*
27 *Dilatio incerti temporis conceffa emptori ad folvendum non removet illum ab obligatione folvendi interim fructus recompenfativos.*
28 *Fructus recompenfativi non debentur tam rigorosè ad ratam rei venditæ ab emptore, quando res multum fubjacet periculo peremptionis, fed moderatè exiguntur.*
29 *Fructus recompenfativi debentur ad ratam fructuum, quos fundus generavit, & hoc procedit etiam in fundo emphyteutico vendito.*
30 *Periculum caducitatis fundi emphyteutici non habetur in confideratione, quia poffunt haberi alia commoda.*
31 *Venditor facit omnes fructus fuos fi non eft in mora tradendi rem.*
32 *Expenditur* text. in l. fervi emptor 16. ff. de peric. & commod. rei vend.
33 *Poffeffor bona fidei facit omnes fructus fuos licet, in contractu exceffiva inæqualitas reperiretur.*
34 *Fructus exceffivè exacti non debent imputari in fortem, fed impofterum moderandi funt.*
35 *Inconveniens evitari debet, ne emptor rem habere poffit fine pretio ex cumulo folo fructuum rei venditæ ab ipfo venditore retenta.*
36 *Doctores propter fuos irrationabiles Judaifmos, ac fubtilitates inter alios fcientiarum profeffores tanquam Hebræi reputantur.*
37 *Fundus emphyteuticus minori pretio venditur, & fecundum confuetudinem regionis modo tertia, quarta, quinta, fexta pars pretii remittitur.*
38 *Venditor tenetur ad fructus recompenfativos emptori ad ratam pretii foluti, vel partis ejus.*
39 *Fructus recompenfativi ab emptore debentur, ne actualiter fruatur re, & pretio cum venditoris jactura.*
40 *Emptor fi verè non potuit ex re vendita fructus percipere non tenetur ad fructus recompenfativos.*
41 *Et ita procedit ex parte venditoris fi pretio frui non potuiffet.*
42 *Emptor nifi prius totum pretium folverit non habet actionem petendi fructus compenfativos, & num.* 46.
43 *Debitor folvens creditori cenfetur renunciatum juri compenfandi in eo cujus remanebat creditor fui creditoris.*
44 *Si in actis fuerit oppofita aliqua exceptio, fuper qua Judex cognovit, cenfetur per eum fuper ea tacitè judicatum.*
45 *Sententiæ quando funt in fubftantia conformes licet diverfo modo prolatæ fuerint faciunt rem judicatam.*

RESOLUTIO VIII.

Albinganen. fructuum.

CUm M. Jo: Auguftinus Oddus fenior vendiderit prædium quoddam emphyteuticum Nob. Petro Benedicto Scotto anno 1614. vigore inftrumenti in quo fuerit appofita claufula conftituti ad favorem 1

emptoris pro pretio lib. 8000. solvendo ad omnem voluntatem ipsius venditoris, qui usque ad annum 1623. sibi retinuit dictum prædium, quo tempore solùm ab emptore fuit capta actualis possessio.

Fuit disputatum acerrimè ad quem isti fructus medii temporis percepti à venditore ab anno 1614. ad dictum annum 1623. spectarent, cujusque in commodum cederent; At quia in hac causa plura ex adverso deducta fuere, quæ nihil ad quæstionem nostram conveniunt, nihilque commune habent cum nostris terminis, multum temporis frustrà trivimus, & id fortè procedit ex eo, quia quamplures ex advocatis potius per repertorium, quam per methodum, ac juris principia studentes ignorant secernere conclusiones adaptabiles potius uni, quam alteri casui, & fateor quidem meum in hoc animum pluries exacerbavisse ægrè tollerando tantos, & tales errores quibus stultitiæ potius, ac fatuitatis nomen deberem.

Et hæc præcipua origo est, per quam nos deplorabiles proprio ordine, ac meliori methodo in hac scientia diutius insudantes, quandoque ob alienam inscitiam, eò vilitatis reducimus intellectum, ut ipsismet hominum deliriis respondere cogamur, ideoque lubenter, & lubentissimè concurro cum *Eminentissimo Card. de Luc. in tract. de offic. venal. va-*
2 *cabil. cap.4. num.1. & 2.* quod perniciosiores Reipublicæ sunt Doctores ignari, quam docti iniqui habito respectu ad effectum non verò causam.

Principaliter ad propositum quæstionis nostræ dubium inspicere debemus penes quem dominium prædii venditi remanserit; Videbatur enim transmissum fuisse illud in emptorem concurrentibus omnibus requisitis ad illud transferendum, nempè titulus, traditio per constitutum, & assensus cum nova investitura Mensæ Episcopalis Albingan. Dominæ dire-
3 Ctæ, cui solutum fuit laudimium. Ideoque fructus sequi debent dominium, & fieri ipsius emptoris *l. qui scit, & ibi gloss. ff. de usur. l. ex diverso ff. de rei vindic. Leotard. de usur. quæst.22. numer.4. Sperell. Episc. decis.119. num.13. Gratian. cap.523. num. 30.*

Sed hoc minimè obstante firmiter tenendum censeo, & quidem pro veritate, ut in toto hoc volumine mihi scribendi usus fuit, licèt res à venditore tradatur numquam intelligitur in eum integrè, &
4 absolutè tradi dominium, itaut fructus facere possit suos, sed ea tantum tacita conditione, pacto, vel onere quod fructus remaneant semper venditoris donec pretium integrè solutum fuerit ab emptore, & sic ad omnes fructus compensativos tenetur emptor si eos perceperit ad *text. in l. curabit Codic. de act. empt. & est text in l. servi emptor ff. de pericul. & commod. rei vendit. Sperell. decis.119. numer.38. & 40. & præcedenti decis.118. numer. 16. & 17. Surd. cons.101. numer.17. Rot. recentior. decis.370. num.4. part.3. Merlin. de Pignor. ac hypothec. lib.3. quæst.96. numer.7. & 8. Roderic. de ann. reddit. lib.3. quæst.7. num.81. Leotard. de usur. quæst.27. numer.17. & seq. Lup. ad l. curabit comm.1. §.7. num.143.*

5 Quapropter nil relevat expressa reservatio dominii, quia tacitè ea semper inest in contractu venditionis. *Surd. decis.220. num.12. Magon. decis. Lucens. 31. numer.9. Altimar. de contract. part.2. fol.24. numer.280.* in puncto fundi emphyteutici *Sperell. decis.118. num.15. Gratian. cap.523. num.13.*

6 Et ratio principalis in eo consistit, quia dominium non liberè, & absolutè transfertur in emptorem, nisi interveniat post traditionem rei factæ emptori solutio integri pretii, vel fides habita de illo. *Gratian. disceptat. for. cap.523. numer. 9. 10. 11. & 12. Surd. cons.101. numer.12. Cartar. decis.96. nu-*
7 *mer.8. Sperell. decis.119. numer.16.* Imò si solveret partem pretii emptor non acquireret dominium prædii empti ad ratam pretii soluti *Gratian. dicto capit. 523. num.2. Sperell. dicta decis.119. numer. 16. Beltramin. ad decis.247. Gregor. XV. lit. D. Surd. cons. 101. num.7. in fin. & numer.16. Ruin. cons.144. numer.3. lib.1.* & in terminis fundi emphyteutici *Surd. decis.220. num.12.*

8 Ulterius tantæ est efficaciæ prædicta conclusio, ut nullam considerationem habere debeamus, an dominium transiverit, nec ne in emptorem, id enim nihil refert, quia etiam dominio translato semper fructus essent venditoris tanquam quid omnino diversum, ac separatum à re vendita propter tacitam conditionem, ut dixi; in contractu venditionis existentem illos sibi reservandi, sicuti essent venditoris dominio numquam translato, idcircò inter dictos casus nulla notanda est differentia, nisi esset aliqua dilatio certa ad solvendum emptori concessa, ut singulariter, & notabiliter tradunt *Honded. cons.30. n.30. lib.1. Sperell. dicta decis.118. num.36. Lup. ad dictam l. curabit comm.1. §.7. num.143. Palm. Nep. alleg.212. num.15. & 16. tom.3.*

Imò etiam in casu concessæ dilationis ad solvendum per quam inducitur venditor fidem habuisse de 9
pretio, & per consequens translatum fuisse dominium in emptorem, tamen si præfixo termino ab eo pretium non solvatur, vel residuum, si pretii pars retrosoluta fuerit, poterit venditor alteri vendere sine falsi suspicione, quia prima venditio resolvitur, & remanet res inempta. *Surd. decis.220. num.15. & 16. Cancer. var. resol. tit. de emption. & vendit. cap. 13. num.5.*

Resolutoque contractu resolvuntur omnia acciden- 10
talia specialiter circa fructuum acquisitionem, vel amissionem prout numquam venditio celebrata fuerit, & absolutè fiunt venditoris fructus absque eo, quod ad ratam pretii accepti teneatur illos restituere emptori *Rot. Roman. decis.95. numer. 40. 41. 42. post Joseph Ramonium cum addition. D. Balducc. denuò editum lib.4. & part.12. recent. decis.423. numer. 5.* Nullum in isto casu locum vindicante dispositione *l. curabit*, quia solum illius æquitas intrat in simplici, ac perfecta venditione, secùs verò in imperfecta, & resoluta dicta *decis. 95. num. 60.* addita per *D. Balduccium ad Ramon. Alex. cons.74. lib.2.* quod est repertum in *lib.4. cons.121. Gabriel. cons.64. n.9. 13. & 14. lib.1. Rota dicta decis.423. num. 5. 6. & 31. part.12. recentior.*

Intellige tamen hanc conclusionem si nondum fue- 11
rit tradita à venditore res vendita, & penes ipsum remanserit, secùs verò si esset tradita, quia tunc contractus re non amplius integra resolvi non potest, & suum habere debet effectum, ideoque venditor agere solum posset ad pretium *Gratian. dict. cap. 523. num.19. & 20. Merlin. decis.567. numer.45. & 46. Balducc. ad dictum Ramon. dicta decis.95. numer.9. & 10. lib.4.*

In omnem casum nihil umquam aliud operaretur 12
translatio Dominii, & actualis possessionis in emptorem, nisi quod ipse lucraretur fructus prædii tamquam Dominus, sed integrum eorum interesse restituere deberet venditor, & sic idem per diversa, per unam manum acciperet, & per alteram restitueret *Gratian. disceptat. forens. cap.588. num.24. Honded. cons.30. num.26. & 27. lib.1. Rot. decis.370. num.4. part.3. recentior. Sperell. decis.119. numer. 36. & 41.*

Neque obstat investitura à Domino directo habi- 13
ta, per quam videatur omne dominium fuisse absolutè, & liberè in emptorem translatum, quia hæc investitura debet restringi ad formam contractus venditionis, & ab illo regulari, & secundum illius naturam exponi, ut in puncto observat *Surd. dicta decis.220. per tot.* & præcipuè *num.48.* ubi concludit *Ger. Spin. cons.16. num.65. & 66.*

Sicuti pariter non probatur dominium fuisse penes emptorem ex eo, quia periculum rei vendi- 14
tæ, & omne onus videlicet Canonis, laudimii, ad eum spectaret, nam id solum procedit ex ipsa natura contractus emptionis, non verò ex causa dominii, ut firmat *Sperell. decis.119. numer. 42. & 43.* & sic omne commodum, & incommodum, periculum, & spes idem *Author dicto num.42. Gratian. disceptat. cap.523. num. 27. Salyceter. de pretiis. cap.31. num.32. part.1. Bonden. de jur. controvers. collect.49. numer.32. lib.1. Alex. cons.122. num.6. vers. sed in casu nostro lib.5.* & quod possit 15
spectare periculum ad emptorem absque eo quod traditio sequuta fuerit, vel dominium in eum translatum, extra dentes loquitur *Bonden. collect.49. numer.115. 120. & Alegrad. Sen. cons.9. num.27. & 28.*

& 28. 29. 30. *& per tot. num.* 33. Ubi quòd à peri-
culo malè, ego autem pessimè arguitur ad dominium,
& est apertos *textus in l. servi emptor ff. de peri-
cul. & commod. rei vendit.* à paucis perpensus præ-
ter *Bonden. dicto loco, & Venturin. in conf.* 33. *nu-
mer.* 69.

Neque officit, quod est Palladium partis, somnia-
ta fides de pretio, quam habuisse prætenditur ven-
ditorem nostrum, cum pretium stipulatus fuerit ad
omnem sui voluntatem exbursandum, quæ dilatio
ad voluntatem duo operari debeat, nempe transla-
tionem absolutam dominii, & interim fructus cede-
re in commodum emptoris.

Arcetur enim à nostro casu tale objectum abso-
lutè inficiando, quod venditor nullam habuerit fi-
dem emptori de pretio, quia licet ad voluntatem
16 suam stipulatus fuerit pretium solvendum fore, ista
clausula solum apposita fuit ad favorem creditoris,
itaut nullam dilationem, licèt minimam ad solven-
dum venditor prætendere possit, sed ut celeriùs, vel
subitò pretium solvat, propterea contra venditorem
nullo modo retorqueri debet, quod in illius favo-
rem pactum fuit, ut in puncto, & æquissimè consi-
deravit *Card. de Luc. in tit. de dot. disc.* 114. *n.* 10.
& disc. 161. *num.* 16. *Ludovic. decis.* 21. *num.* 48. *Stai-
ban. de interess. lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 8. 9. *Gra-
tian. cap.* 143. *num.* 15.

17 Nam prædicta verba sive clausula *ad omnem vo-
luntatem* nullum operatur effectum contra vendito-
rem tanquam si apposita non fuisset, & sic emptor
si est in mora, vel qualibet solvendi obligatione per
dictam clausulam, nullo modo, & tempore illius
obligatio suspenditur, quia semper remanet in mo
ra, itaque numquam intrat habitæ fidei conclusio,
ut ad simile facit satis punctualis Doctrina *Barthol.
Socin. conf.* 288. *numer.* 27. *penes in fin. vers. nec præ-
missis obstat, & numer.* 28. *lib.* 2. *Ruin. conf.* 132. *nu-
mer.* 2. *lib.* 1. *Jas. in l. si ex certa causa* 23. *numer.* 12.
*vers. amplia quod non solum ff. de verb. obligat. Card.
Thusc. conclus.* 408. *numer.* 5. *lit. D. Trentacinq. var.
resolut. tit. de solut. lib.* 3. *resolut.* 32. *num.* 6. *Gabriel.
in suis conclus. de solut. conclus.* 9. *numer.* 3. & ibi in-
numeri ab eo citati *Bertazol. de Claus. claus.* 4. *gloss.*
1. *numer.* 1. *usque ad* 2. *Cyriac. controvers.* 687. *nu-
mer.* 11. *Antonell. de temp. leg. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 20.
Milanen. decis. 10. *numer.* 100. *lib.* 1. quidquid in
contrarium loquutus fuit *Gratian. cap.* 748. *numer.*
1. 5. quia male ad casum suum adaptavit *Alex.*
aliosque Authores, qui loquuntur in casu quo nul-
la dies, vel locus solutionis erat, sed erat alteruter
declarandus per pactum ab ipso creditore, vel Judi-
ce, nam tali casu interpellatio tecta requiritur, sicuti
in casu quo nulla dies præfigatur, sed simpliciter ad
voluntatem creditoris solutio stipulatur, *Rot. decis.*
31. *num.* 8. *penes Zach. de obligat. camer. Post. re-
solut.* 94. *num.* 6. *de Luc. ad Gratian. cap.* 143. *nu-
mer.* 27. ubi dicit quod non potest per istam clausu-
lam debitor poni in mora statim ab eo pecuniam
datam petendo, vel dies præfigatur, & post diei ap-
positionem adjungatur clausula *quando fuerit inter-
pellatus*, vel similes, quæ inducunt conditionem,
seu pactum, *Gabriel. dicta conclus.* 9. *numer.* 4. *vers.
limita*, quia tali casu duo verificari debent, nempe
dies adventus, & conditio interpellationis, seu re-
quisitionis, juxta tradita per *Angel. Imol. & add.
ad Salic.* citatos à dicto *Gabriel. dict. loc.*

18 Et talem fuisse mentem venditoris probat ipsa ob-
servantia, quia venditor prædium semper penes se
retinuerit usque ad annum 1623. ob facultatem
quam ei tradit *text. in l. Julianus §. offerri. ff. de
action. empt.* quem declarat *Altograd. conf.* 9. *numer.*
65. *& numer.* 71. *lib.* 1. *& §. vendita ibique gloss.*
19 *Institut. de rer. division.* Si fundum igitur retinue-
rit in pignus, eo ipso voluntatem suam tacitè de-
claravit noluisse fidem habere de pretio, confert ad
hoc *Altograd. dicto conf.* 9. *numer.* 2. 3. 4. Cum
solum id ille retineatur, ut prius ab emptore pre-
tium solvatur per dictos *text. & Altograd. dicto*
20 *conf. numer.* 65. & sic dum fructus prædii venditi
percipiebat dubitari non poterat, quod suam vo-
luntatem deferre voluerit M. Oddus, ut isti cede-
rent in commodum emptoris, ad tradita mirum in

modum in non dissimili casu à *Surd. conf.* 290. *nu-
mero* 52. *vers. secundo respondeo, & numer.* 58. Imò
dicto anno 1623. quo petitum fuit ab emptore
actualiter relaxari prædium, uno eodemque tempo-
re a venditore postulatum fuit pretium, quæ obser- 21
vantia, & factum magis declarant voluntatem ven-
ditoris, quàm si expressè dixisset velle ante relaxa-
tionem fundi, vel saltem uno eodemque actu, quo
relaxabitur, pretium illius *Barbos. axiom.* 93. *numer.*
10. *&* 11. *Gregor. XV. decis.* 247. *numer.* 18. *Surd.
conf.* 280. *numer.* 3. *& Rot. decis.* 108. *numer.* 3. 4.
& seq. part. 5. *recentior.* & talem fuisse mentem ven- 22
ditoris de tempore contractus præsumitur *Rot. decis.*
233. *numer.* 7. *part.* 17. *recent. Stacc. de commerc.
§.* 2. *gloss.* 3. *numer.* 119. *Episcop. Rocc. cap* 161. *nu-
mer.* 30. *cap.* 71. *numer.* 8. *& cap.* 177. *numer.* 13. *&*
15. & meliùs *Rot. decis.* 73. *numer.* 28. *part.* 5. *re-
cetior. Rot. Lucens. a D. Palm. recollect.* 17. *numer.*
10. *Posth. decis. Bonon. decis.* 39. *num.* 51. *Rot. de-
cis.* 564. *num* 18. *coram Dunozet. Jun.*

In dubio saltem hæc fides præsumi non debet, 23
etiamsi res à venditore tradatur, nam traditio so-
la non sufficit ad probandum venditorem habuisse
fidem de pretio. *Rot. decis.* 107. *num.* 3. *part.* 3. *re-
centior. Ursell. conclus.* 119. *numer.* 8. & pro com-
muniori, & equidem veriori, & æquiori rejectis
contrariæ opinionis fautoribus absolutè defendit *Bon-
den. collect. legal.* 49. *numer.* 25. *& sequent. com.* 1.
Lup. ad l. curabit Cod. de action. empt. comment. 1.
§. 7. *numer.* 143. *Covar. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 4.
numer. 4.

Unde cessante hac fide de pretio, quæ in defe- 24
ctu solutionis integri pretii necessaria omnino est ad
transferendum dominium rerum venditarum, cum
in istis contractibus non sufficiat titulus, & traditio
rei, nisi interveniat etiam pretii solutio, vel fides
de pretio. *Gratian. cap.* 523. *numer.* 9. 10. 11. 12.
Surd. conf. 101. *numer.* 12. *Chartar. decis.* 96. *nu-
mer.* 8. *Sperell. decis.* 119. *numer.* 16. *Altograd. conf.*
9. *numer.* 1. *& seq. Tondut. de pravent. cap.* 31. *nu-
mer.* 1. *&* 5. *&* 30. *Bonden. dicta collect.* 49. *nu-
mer.* 24. *tom.* 1. Neque sufficeret fides pro parte pre- 25
tii, sicuti non sufficeret solutio pro parte pretii,
quia nihilominus dominium non diceretur transla-
tum in emptorem, sed de toto pretio fides haberi
sicuti integrum pretium solvi debet. *Gratian. dicto
cap.* 523. *numer.* 2. *Sperell. decis.* 119. *num.* 16. *Bel-
tram. ad decis.* 427. *Ludovis. liter. D. Surd. conf.*
101. *numer.* 7. *in fin. & numer.* 26. *in fin. Cancer.
var. tit. de empt. & vendit. cap.* 13. *numer.* 5. *lib.* 1.
Et in puncto fundi emphyteutici *Surd. decis.* 220.
Leotard. de usur. quæst 27. *numer.* 55. ubi, etiamsi
deficiat unus nummus; Concludere igitur oportet
nullum fuisse translatum dominium in D. Petrum
Benedictum Scortum emptorem, qui pretium non
solvit, cuique venditor nullam de eo fidem ha-
buerit.

Secundò licet habita fides de pretio fuisset, & do- 26
minium in emptore translatum fuisset una cum
traditione, attamen fructus recompensativi semper
debentur ab emptore, quia fides non fuit habita
per certum, ac determinatum tempus, cujus respe-
ctu possit considerari fructus voluisse remittere ven-
ditor, sed ad voluntatem creditoris, quod tempus
est incertum, & potest omni momento venire,
& verificari. *Staiban. de interess. lib.* 2. *tit.* 9. *quæst.*
1. *numer.* 105. *& seq. Leotard. de usur. quæst.* 27. *nu-
mer.* 35. *Rot. decis.* 370. *num.* 5. *part.* 3. *recentior. Gra-
tian. cap.* 588. *numer.* 25. *& decis.* 397. *numer.* 1. *part.*
3. *Gabriel. conf.* 57. *numer.* 5. *lib.* 1. *Mangil. de evict.
quæst.* 159. *numer.* 10. *Rot. decis.* 13. *num.* 23. *&* 24.
& seq. tom. 5. *recentior. Sperell. decis.* 118. *numer.* 25.
& numer. 27. ubi in emptore, cui data fuit dilatio 27
retinendi pretium, donec venditori occasio fuerit il-
lud investiendi.

Opponebatur ulteriùs, quod ferè extra rationis 28
dictamen videbatur esse, quod periculum caduci-
tatis prædii emphyteutici empti remansisset penes
emptorem, & venditor nulli periculo subjectus
frui debuisset omnibus fructibus dicti prædii id ve-
re pati non deberet, ideoque aliqua portio fructuum
habito respectu ad investituræ qualitatem ratione

 peri-

periculi, spectaré debeter ad emptorem, & venditor moderatos exigere fructus recompensativos, ut in vaccis venditis affirmat *Cyriac. controv.* 259. *num.* 23. quem sequitur *Eruditissimus Episc. Rocc. disp. cap.* 159. *num.* 12. *&* 13. & sic videtur concludere *Emin. de Luc. de Regal. disc.* 17. *num.* 10. *& disc.* 21. *n.* 15. *& in tit. de societ. offic. disc.* 11. *num.* 5. 6. quem sequitur idem *Rocc. dicto loc. cit.* ubi quod Officialis non teneatur præstare mutuanti sibi pretium ad eundem officium omnes fructus recompensativos ad ratam emolumentorum officii, sed cum moderatione aliqua, scilicet ad rationem 5. pro singulo 100. propter cessationem periculi, ac intuitu, quod totum remanet penes Officialem, ad cujus vitam officium concessum fuit.

29 Et licèt verè fatear omisso rigore juris, quòd idem ex æquitate sentirem in similibus casibus, quando scilicet periculum totius rei esset omnino certum, facile, & proximum, ut considerat Cyriacus prædictæ æquitatis Antisignanus loco supra citato. Nam nihil certius, ac facilius esse potest, quàm hujusmodi animalia, cæteraque viventia mori; Secus verò quando esset incertum, ac remotissimum, ut in nostro casu, periculum caducitatis prædii, quia non ad solam vitam unius, sed omnium liberorum masculorum investitum fuit, quod per longas, & infinitas generationes durare poterit ut considerat *Cardin. de Luc. de Emphyt. disc.* 49. *in fin.* ubi quod præjudicium satis leve, ac remotum tanquam in casu nimis raro, non est habendum in consideratione, & similia tradunt *Menoch. cons.* 1147. *num.* 21. *&* 22. *cum seq.* optime *Surd. de aliment. tit.* 4. *quæst.* 23. *numer.* 9. 10. *& tit.* 9. *quæst.* 41. *num.* 21. *&* 22. *Rot. decis.* 465. *num.* 45. 46. 47. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.* habita etiam consideratione, quod si ultimus possessor prævideret extinctionem lineæ faciliter posset vendere alteri dictum prædium assensu Domini impetrato (quemadmodum nunc exequutum fuit) & sic semper salvum habere capitale pretii à primo acquirente soluti, fortèque majorem recipere valorem ob incrementum intrinsecum, quam extrinsecum dicti fundi. Idcircò non videtur posse recedere à regula, quod non debeat emptor compensare interesse ad rationem fructuum, quos fundus generavit, quia sicut omne aliud periculum tanquam quid accidentale non considerattur propter commodum, ac utilitatem ad emptorem pariter spectantem *Sperell. decis.* 119. *n.* 42.

30 *& per tot. n.* 43. ita dicendum esset de hoc periculo caducitatis tanquam accidentali, quia pari ratione emptor posset habere commodum longissimæ durationis in suis descendentibus masculis, & postea ab ultimo possessore eodem pretio, fortèque majori prædium vendi, ne unquam damnum caducitatis sentire possit, confert punctualiter *Eminentissimus de Luc. in ejus supplem. ad tit. de donat. disc.* 61. *num.* 5. *& num.* 11. 12. 13. *Menoch. cons.* 1147. *num.* 21. *&* 22. *Surd. de aliment. tit.* 4. *quæst.* 23. *num.* 9. 10. *& tit.* 9. *quæst.* 41. *num.* 21. *& seq.*

Sed nos sumus (Bone Deus) in terminis prorsus indubitabilibus, quia non agimus de aliquibus usuris, vel interesse recompensativo ad terminos *Lucrabit* solvendis, vel solvendo ab emptore, qui fruitus fuerit pretio, & re, sed prætenditur cogere venditorem ad restituendam emptori partem fructuum receptorum respectu periculi caducitatis, quod in emptorem ex natura solum contractus emptionis transit ut *tot. tit. ff. & C. de peric. & commod. rei vendit. & §. cum autem, ibique tota gloss. instit. de emption. & vendition.* Hoc enim injustum, ac irrationabile penitùs esset, quia venditor tanquam Dominus retinendo sibi prædium, ut dixi supra, quod non tenebatur tradere, nisi soluto integro pretio ut sunt textus in *l. Julianus §. offerri ff. de action. empt. & in §. vendita Instit. de rer. division. ibique gloss. Leotard. de*

31 *usur. quæst.* 27. *num.* 4. *& num.* 19. *in fin.* fecit omnes fructus suos, quia in nulla mora fuit tradendi. *Leotard. dicto loco num.* 6. *& latius num.* 18. *Sperell. decis.* 118. *num.* 41. *Ruin. cons.* 144. *num.* 3. *lib.* 1. quod transit sine difficultate, itaut etiam in sensu eorum, qui erroneè asseruerunt fructus spectare ad emptorem propter periculum rei, quod in eum transit post venditionem, attamen si res non esset tradita venditor omnes fructus suos facit, ut affirmat *Sperell. d.*

32 *decis.* 119. *num.* 43. *vers. quemadmodum,* & est pro hac decisione apertus *text. in l. servi emptor* 16. *ff. de peric. & commod. rei vendit.* ibi *nihil de fructibus, sive operibus servi spectare ad emptorem, si res adhuc tradita non sit à venditore, sed per locationem retenta, licet omne mortis periculum, vel quodlibet aliud ad emptorem spectet.*

33 In omnem casum licèt talis inæqualitas, imò major reperiretur in contractu, attamen cum venditor usquequo retineat rem venditam, & emptor pretium dicitur ille in bona fide, & per consequens facit omnes fructus suos, & sibi imputet emptor, cum non prius de jure suo expertus fuerit faciendo sibi rem restitui præsoluto pretio, ut in simili conferunt tradita per *Magon. decis.* 23. *num.* 8. *Franch. decis.* 495. *numer.* 3. *Donadeus de renunciat. cap.* 12. *numer.* 15. *tom.* 1. *Cyriac. controvers.* 259. *numer.* 13.

34 *tom.* 2. *Fontanell. de pact. fol. mihi* 300. *numer.* 52. *tom.* 2. *Gratian. cap* 422. *numer.* 2. tantò magis ne imputentur in sortem, moderandi tamen impositorum solum effect. *Eminent. Card. de Luc. in supplem. ad tit. de usur. disc.* 39. *num.* 9. *& disc.* 40. *numer.* 9. ubi in puncto de fructibus recompensativis *Cyriac. dicta controvers.* 259. *numer.* 13. *Palm. Nep. allegat.* 212. *numer.* 38. *Saminiat. controvers.* 152. *num.* 2. 3. *Gob. consult.* 136. *num.* .... *Balduc. ad Ramon. observat.* 40. *numer.* 32. 37. 38. *& decis.* 49. *la* 2. *penes dict. Balduc. numer.* 9. *&* 27. 28. *& seq.* Contrarium late tenet *Rot. coram Emerix decis.* 140.

35 Ulterius advertebam, quod posset dari inconveniens, videlicet, quod emptor prædii emphyteutici pretium numquam exbursando venditori, illudque differendo per plures annos, certus, quod interim pro tertia parte prædii fructus ad favorem suum currant, negligeret traditionem rei venditæ, obdormitando venditorem in bona fide versantem, adeout ex solo cumulo dictorum fructuum absque pretio rem acquirere possit, quo nihil absurdius, ac irrationabilius exagerat in punctualibus ferè terminis *De Luc. de feud. disc.* 31. *num.* 3. & melius in *supplem. sive addit. ad eundem disc.* 31. *numer.* 7. Ideòque concludit, quod licet facta compensatione fructuum inter emptorem, & venditorem, residuum fructuum recompensativorum, quod unum alteri adhuc debere resultabit, propter bonam fidem restituere non teneri, & ne prædicta fraus, vel inconveniens umquam dari possit.

Et hoc potissimum erat, quod multum exagerabam in hac causa coram M. Jo: Baptista Folna Judice delegato, impotens quasi patiendi objectum, tam irrationabile partis adversæ, & omni juri naturali, legali, ac divino contrarium, ut illud quoque habet pro tali dictus *Emin. de Luc. loco citato.* Ex hoc modo facillimè aperiretur via fraudibus, & quilibet cum alterius jactura locupletari posset, quia si multa stabilia emphyteutica emeret pro quibus pretium per annos multos differret, cum solo cumulo fructuum ad favorem suum decursorum pro tertia parte, omnia stabilia sine aliquo pretio habere poterit, imò & ipsa stabilia cum residuo ipsorum fru-

36 ctuum; Proinde est quod Doctores nunc propter eorum irrationabiles Judaismos legales, & subtilitates conceptas sine ratione reputantur inter alios scientiarum professores tanquam Hebræi. *De Luc. de dot. in supplem. disc.* 597. *num.* 7.

Hinc est quod subtilius, sed irrationabilius motivandi occasionem accepit Judex in prædicta causa,

37 nempè, cum simus in fundo emphyteutico, qui ob periculum caducitatis, aliaque onera minori pretio venditur, & secundum majora, vel minora onera ad arbitrium judicis modo tertia, modo quarta, quandoque quinta, vel sexta pars solum justi pretii, ac valoris emptori remittatur, vel deducatur. *Gobb. consult.* 154. *per tot. Saminiat. controvers.* 4. *num.* 28. sed Albinganæ per consuetudinem solum tertia remittitur, quæ consuetudo servari debet. *Gobb. dicta consult. num.* 11. Ideoque fructus saltem recompensativi pro rata illius partis remissæ spectare de-

38 bent ad emptorem, & non lucrari venditor tamquam si emptor partem pretii solverit, ad cujus ratam fructus percepti in fundo à venditore deberentur, ut

dicunt

dicunt *Beltramin. ad decis.* 347. *Ludovis. lit. D. Sperell. decis.* 118. *num.* 36. & 37. & *num.* 41. *Leotard. de usur. quaest.* 37. *num.* 56.

Respondetur, quod isti fructus recompensativi debiti à venditore ad ratam pretii soluti non alia ratione debentur, quàm ex aequitate *l. curabit*, ut di-
39 cunt citati DD. propterea ex ea ratione tantum, quia non licet alicui frui re, & pretio, alienaque jactura locupletari. Haec lex igitur fundata est solum in ipsa actuali locupletatione, vel fruitione simul rei, & pretii, ut benè ponderant *Honded. cons.* 30. *n.* 30. *Sperell. dec.* 118. *n.* 7. 18. & 71. *dec.* 119. *n.* 27. & 37. *Rot. nostra de Mercatur. decis.* 194. *num.* 1. 2. 3. *Leotard. de usur. quaest.* 27. *num.* 15. *Palm. Nep. alleg.* 212. *num.* 15. 26. & *alleg.* 330. *num.* 17. *De Luc. in supplem. de usur. disc.* 42. *num.* 62. & *Rot. Roman.*
40 *decis.* 13. *num.* 5. *par.* 5. *recent.* & per praedictam rationem tenent DD. omnes, quod licèt res tradatur emptori, & eam simul cum pretio retineat, attamen si actualiter non potuit emptor ob casus contingentes percipere fructus, & cum effectu, frui non tenetur ad fructus compensativos, *Leotard. dicta q.* 27. *num.* 43. & 44. *Cagnol. in dict. l. curabit num.* 26. 28. & 29. *Lup. in l. curabit comment.* 1. §. 7. *n.* 141. *Sperell. decis.* 118. *num.* 69. & latè *Eruditiss. Hieron. Rocc. cap.* 159 *num.* 26. *Roderic. de ann. redit. lib.* 3.
41 *quaest.* 7. *num.* 84. Vel si emptor fructus praedii perceperit, sed non potuerit frui pretio destinato sine ejus facto, vel culpa ad nullas usuras recompensativas tenebitur, quia essentiale requisitum *l. curabit*, est totum in simultaneo commodo rei, & pretii. *De Luc. de usur. & interes. disc.* 22. *num.* 17. *vers. ac etiam*, & rationem assignant DD. quia nihil adfuit emptori, & recompensatio requirit relationem extremorum, itaque ergo dicendum respectu venditoris cum eadem inter eos servanda sit ratio, *Sperell. dec.* 118. *num.* 43. *Card. de Luc. in supplem. ad titul. de usur. disc.* 42. *num.* 7. & *disc.* 37. *num.* 2. nullos fructus ab eo deberi ad ratam partis pretii remissae, vel donatae, & qui benè intelligit aequitatem dictae *l. curabit* non incidit sine aequitate in praedictam aequivocationem.

42 Praesertim in nostro casu, in quo cum emptor nondum integrum pretium solverit & adhuc remaneat debitor magnae quantitatis, ut ex sententiis apparet nullam habet actionem petendi fructus compensativos ad ratam pretii retrosoluti, nisi prius totum, & integrum pretium rei venditae exbursaverit singulariter tradiderunt *Beltramin. ad decis.* 347. *Gregor. XV. lit. D. Surd. cons.* 101. *num.* 6. 7. & 20. 56. *in fin. Sperell. decis.* 118. *num.* 35. & 36. & usque ad ultimum numerum *Leotard. de usur. quaest.* 27. *num.* 56. per consequens licèt ad ratam pretii donati, vel remissi deberentur fructus compensativi, sicuti deberentur ad ratam pretii soluti, quod omnino negatur, adhuc DD. de Scottis haeredes emptoris rejici deberent ab ista praetensione, quia eis nondum competit actio petendi, nisi prius soluto residuo totius pretii.

Haec enim sunt, quae in jure ad favorem venditoris verè deducebam; in facto autem considerabam quod terminata fuerit haec disputatio nedum per sententiam Judicis, sed etiam per remissionem factam
43 ab ipso emptore, per remissionem videlicet, constat de anno 1623. pluries fuisse petitam in actis ab emptore dictam portionem fructuum, & oppositam de eis compensationem ad computum librarum 8000. pretii solvendi, & exindè ab ipso emptore ultroneè depositatum fuit integrum pretium librarum 8000. ut ex actis annorum 1624. 26. 28. cum protestatione saepius emanata ab ipso emptore solvendi totum pretium, ad quod se semper paratum declaravit, undè si adhuc spectaret aliqua portio fructuum propter praedictum voluntarium depositum, ac magis protestationea, sibi praejudicavit emptor, & cuicumque juri compensandi renunciavit, eamque venditori remisit, ut in dubitabilioribus terminis decidit *Afflict. decis. Neapol.* 381. & *ibi Ursell. add. sub num.* 4. *Durand. decis.* 157. & 404. *in fin. Sabell. resol.* 46. *num.* 14. *Donad. de renunciat. cap.* 32. *n.* 157. *tom.* 1. *Seraphin. de juram. privileg.* 74. *num.* 130. & *seq.* & latè cum pluribus per columnam allegatis tenet *Zacchias ad Galles. de oblig. Cameral. quaest.* 18. *num.* 25. *De Luc. in supplem. de debit. & credit. disc.* 163. *numer.* 6. *De Luc. de debit. disc.* 46. *Rot. decis.* 305. *num.* 4. 5. 6. *par.* 5.

Per sententiam, quia D. Joannes Baptista Pastorius Vicarius de anno 1628. 6. Junii declaravit, quod omnes summas depositas per emptorem cedant vel pro integra solutione, vel infra solutionem totius capitalis librarum 8000. Ex hoc enim apparet 44
per Judicem rejectam fuisse oppositam praetensionem dictorum fructuum, & rem tacitè judicatam fuisse ad favorem venditoris. *Surd. cons.* 467. *num.* 11. & *decis.* 69. *numer.* 10. *Mart. Medic. decis.* 40. *num.* 5. & 23.

Et respectu anni 1623. res clara est, nam adsunt duae sententiae conformes condemnantes D. Scottum emptorem, sive ejus haeredes ad solvendum totum interesse omnium fructuum perceptorum dicto anno in praedio vendito haeredibus venditoris, quae sententiae, per nostrum Statutum faciunt rem judicatam, dummodò ambae sint conformes in substantia, & sic etiam est de jure; Nam quando sententiae sunt con- 45
formes in effectu, videlicet, quando eumdem effectum operantur licèt per orationem diversam, ac verba, sive modum diversum prolatae fuerint faciunt rem judicatam *Gratian. cap.* 42. *num.* 1. & 2. & *seq.* & *decis.* 18. *Ansald. decis.* 21. *num.* 1. *Ramnon. cons.* 89. *num.* 2. 3. *De Luc. de Judic. disc.* 36. *num.* 53. *Rot. decis.* 292. *num.* 2. *par.* 6. *recent.* In nostro autem casu non est dubitandi ratio, quia prima sententia condemnat ad valorem 560. quartariarum olivarum habito respectu an. 1623. secunda ad supplementum totius interesse loco scilicet fructuum debitum in recompensatione recollectorum de anno 1623. ad ratam, & quantitatem resultantem ex actis praemissorum judiciorum. Cum igitur secunda sententia condemnat ad suplendum totum interesse loco fructuum collectorum dicto anno 1623. qui fructus erant, exdemmet, quartariae 560. olivarum, per consequens haec ultima sententia conformis est cum prima, quae condemnat ad valorem dictarum quartariarum 560. olivarum.

Quare &c.

A D D I T I O

Ad num. 31.

De natura contractus emptionis, emptor tenetur 46
prius solvere pretium, secus si emptor non confideret de venditore, & iste de emptore, quia tunc proceditur per sequestrum & depositum rei, & pretii, *Curt. de sequestris num.* 13.

A R G U M E N T U M.

AN prohibitio alienationis inducat fideicommissum in casu mortis, vel ratio, seu causalis id faciat. Item quando stat prohibitio accessoriè, vel de per se. Quomodo, & quando habere possit locum subsidiaria successio foeminarum in defectu lineae masculinae. Super his magistralis Decisio.

S U M M A R I U M.

1 *FActi series.*
2 *Qui praetendit habere jus super fideicommisso docere debet suam vocationem saltem per urgentissimas conjecturas.*
3 *Vocatio infertur ex gravamine prohibitionis.*
4 *Impugnatur haec conclusio à quamplurimis Doctoribus.*
5 *Dictio* praedicti *refert solum descendentes superius expressos.*
6 *Prohibitio, licèt relativa sit dispositioni praecedenti, continet alias personas ultrà superius expressas, quando ea magis ampla apparet.*
6 *Relatio fit solum ad personas expressas in principali dispositione.*
8 *Ratio in una parte testamenti apposita per modum causae ad alias facilè porrigitur.*

9 *Di-*

9 Dictio relativa refert solum qualitatem, cui inhæret, & non aliàs.

10 Contrarium.

11 Dictio relativa præcedentem tantum institutionem, non vero substitutionem refert.

12 Pecunia, seu loca montium destinata ad augendum fideicommissum, eodem fideicommisso, ac qualitatibus ejusdem dicuntur affecta.

13 Appellatione posterorum masculorum per lineam masculinam non veniunt descendentes ex fœminis.

14 Prohibitio alienationis est solum modus conservandi bona, & suum sortitur effectum in fideicommisso conservatorio tantum, & ultra non extenditur.

15 Prohibitio alienationis licèt perpetuitatem habeat & alias circumstantias aptas ad inducendum fideicommissum absolutum, dummodo tamen appareat esse consequutiva ad præcedentes, vel subsequentes substitutiones, ultra eas non operatur, & num. 27. & 39.

16 Fideicommissum absolutum in casu mortis non deducitur regulariter à prohibitione.

17 Distinctio dependentiæ, vel independentiæ unius ab altera dispositione communiter admittitur.

18 Quando dari possunt duo fideicommissa ejusdem rei unum scilicet expressum, alterum tacitum.

19 In nostro casu simplex, & absolutum fideicommissum legitur in linea tantum masculina expressa ex clausula quia voluit.

20 Fideicommissum ordinatum verbis directis, & non obliquis reputatur tacitum fideicommissum.

21 Fideicommissa quandoque relinquuntur verbis directis etiam civilibus, neque id implicat naturæ fideicommissi, quia de jure novo non spectantur amplius verborum formula, sed Testatoris voluntas.

22 Clausula quia voluit adjecta prohibitioni vestita verbis quantumvis precariis inducit expressè simplex, ac absolutum fideicommissum.

23 Non minus dicitur expressum fideicommissum illud, ad quod inducendum usus fuit Testator verbo directo, dummodo alia verba solum applicentur fideicommissariæ substitutioni, quam illud quod verbis obliquis fuit ordinatum.

24 Quando verba directa sunt ex cæteris trahibilia ad obliquam dispositionem, habentur tanquam obliqua.

25 Verbum pervenire obliquatur quando voluntas disponentis ita cogat.

26 Prohibitio interjecta inter institutionem, ac substitutionem est correspectiva ad fideicommissum tantum expressum, & ab eo solum regulatur, neque extenditur ultrà personas in illo comprehensas.

27 Prohibitio alienationis ratione continuati sermonis etiam in diversis orationibus absque dictionibus illationis censetur restricta ad personas, & casus præcedentis, vel subsequentis dispositionis.

28 Quando dicatur individua prohibitio alienationis cum sua causa.

29 Appellatione posterorum, ac descendentium non veniunt in fideicommisso fœmina, quando Testator in eadem dispositione eos nominaverat cum qualitate masculina per lineam masculinam.

30 Unica dispositio non debet in partes scindi, ut aliud censendum sit de fideicommisso in casu obitus, aliud in casu alienationis.

31 Identitas dispositionis efficit, ut testator tam in parte dispositiva, quàm prohibitiva dicatur loqui de eisdem personis.

32 Identitas dispositionis non minus eruitur ab unitate sermonis, quam ipsius dispositionis connexione.

33 Qualitas adjecta personis positis in prima dispositione non censetur repetita in secunda facta ad favorem diversarum personarum, in quibus diversa ratio versari potest, licèt utraque dispositio sit sub unica oratione contenta.

34 Verba posteri, descendentes, liberi, linea, familia, filii, licèt promiscua sint, propter conjecturatam tamen mentem Testatoris intelligi possunt de masculis tantum, & non de fœminis.

35 Ratio specialis semper declarat, seu restringit dispositionem generalem ad casus, seu personas in ipsa ratione comprehensas.

36 Prohibitio alienationis restringitur ad limites suæ causæ quoad personas in ea comprehensas.

37 Verba quia voluit sunt dispositiva.

38 Verba quamvis prolata per modum causæ, & rationis efficacia sunt ad inducendum fideicommissum.

40 Testator si voluisset in defectu masculorum vocare fœminas non sufficeisset bastardos masculos, sed eas expressè vocasset.

41 Si prohibitio in una dispositione cognoscatur stato accessoriè, ac famulativè ad rationem, ita alia prohibitio quoque ad similitudinem alterius facta fuit.

42 Dispositio concepta per verba communia in materia indifferenti ex verbis quantumvis restrictivis ad masculos prolatis non coarctatur ad eos, sed masculis non extantibus fœmina succedent.

43 Declaratur hæc conclusio, & num. 55.

44 Quando Testator consideravit solum lineam masculinam, tunc non potest ingredi successio fœminarum subsidiaria, scilicet post defectos masculos substitutio fœminarum.

45 Fideicommissum factum favore unius speciei personarum cum expressione aliquorum ex eis non restringitur ad nominatas, quia istò solum prælationem habebunt.

46 Descendentia fœminina venire non potest sub nomine posterorum, & descendentium in prohibitione positorum quando consideratum fuit agnationis votum.

47 Præcipuè cum alia ratio in dispositione assignari non possit.

48 Multo magis quando in eadem periodo posita fuit ratio, & prohibitio.

49 Et vocata fuerit tam linea masculina legitimorum, quam bastardorum legitimatorum.

50 Quando cognoscatur, & ex quibus verbis votum agnationis fuisse consideratum.

51 Tacitè videtur votum agnationis fuisse à Testatore contemplatum, quando sine interruptione voluit successores masculos etiam illegitimos.

52 Neque in tali casu fœminæ post masculos in subsidium admittendæ sunt.

53 Agnationis affectio non includit perpetuam fœminarum exclusionem, sed temporalem tantum durante linea masculina.

54 Contrarium.

56 Præsumitur Testatorem voluisse proprios descendentes considerare.

57 Quod procedit in dubio quando scilicet nullum sermonem de filiis fecerit.

58 Resoluto fideicommissi vinculo succeditur gravato ex dispositione juris, vel ipsius gravati, & non Testatoris.

59 Clausula omni meliori modo operatur tantum, ubi actus nullo pacto subsistere posset.

RESOLUTIO IX.

Januens. Fideicommissi.

DOminus Marchio Galeatius Riarius, scripto sibi 1
hærede universali D. Julio ejus filio, *illi, ejusque posteris, & descendentibus in perpetuum* (sunt verba testamenti, sive columnæ) *expressè prohibuit venditionem, & alienationem omnium, & singulorum suorum bonorum stabilium, & præsertim infrascriptorum videlicet &c. & generaliter omnium, & quorumcumque aliorum bonorum stabilium acquirendorum in futurum; Et hoc quia voluit, & mandavit bona ipsa in Familia, & posteritate masculina ipsius Illustris. Testatoris perpetuo remanere, illaque ad posteros ejus mares legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio procreatos per directam lineam masculinam in perpetuum*

potuum descendentes successivo ordine pervenire; Quibus deficientibus Bastardos masculos ex eadem linea descendentes, si extabunt, dummodo ad postulationem eorum genitorum, & Principis authoritate legitimatos in bonis prædictis succedere voluit, & non alias &c. Cum simili prohibitione venditionis, & alienationis illorum, ex eo quia ipsa eadem bona ad dictorum Bastardorum, ità legitimatorum liberos, & posteros mares legitimos, & naturales, per directam lineam masculinam descendentes usque in infinitum successivo ordine devenire voluit, & mandavit.

Et exinde, collata facultate prædictis suis liberis, & posteris in bonis prædictis succedentibus locandi ipsa bona sub certa forma, & pensione, de qua in eodem testamento, subdidit.

Item prohibuit dictus Illustriss. D. Galeatius Testator prælibato suo hæredi, ac posteris, & descendentibus prædictis, venditionem, & alienationem omnium, & singulorum locorum ipsius Domini Testatoris Januæ existentium in platea longa, in Officio S. Georgii Januæ anni 1544. sub eo die duorum millium, & octingentorum donec, & quousque dictus ejus hæres institutus, & ejus posteri, & descendentes prædicti illa alienare volentes 45. eorum ætatis annum attigerint, & ad dictum 45. annum devenientes, dictaque bona alienare volentes teneantur, & debeant pretium &c. in tot rebus, & bonis stabilibus exponere, & investire &c. prosequendo ulterius ad privationem alienantium, & ad substitutionem in tali casu Hospitalium, *ut ibi.*

Cum autem per obitum Marchionis Francisci Mariæ Riarii novissimi posterorum, & descendentium masculorum ex dicto Julio ad columnam eorumdem locorum 2800. admissi propositum fuerit dubium coram DD. VV. Illustriss. numnè constet de Fideicommisso ad favorem Eminentiss. D. Cardinalis Bonsii, & DD. Comitum de Herculanis, ab eodem Julio per lineam fœmininam descendentium, aut de collaterali Fideicommisso agnatitio ad favorem D. Octavii Riarii, proximioris de Familia Riaria, unde illi, vel iste respectivè admittendi veniat, rejectis mandatis DD. Comitum Odoardi de Pepulis, & de Savorgnanis, ac aliorum cohæredum ab intestato dicti Francisci Mariæ ad dictam columnam concurrentium.

Hisce articulis nobis ad referendum cum jurium expressione ex rescripto DD. VV. Illustrissimarum commissis, & partibus accerrimè hinc inde, & sine intermissione informantibus, prævia rei diuturna, & alta inter nos indagine, ac discussione.

Spiritus Sancti lumine Deiparaque Virginis numine humiliter imploratis, respondemus, Descendentes per lineam fœmininam à q. Galeatio Riario Testatore non esse vocatos, neque comprehensos in Fideicommisso per eum ordinato, sed illud extinctum remansisse in persona præfati D. Francisci Mariæ Riarii, & loca prædicta Columnæ, vel deberi hæredibus ab intestato, vel D. Octavio Riario, prout in alio voto per nos dando, partibus informantibus, quod hucusque peragere abnuerunt, tota in probanda extinctione Fideicommissi adversus descendentes à fœminis, & nos repetitis jussibus DD. VV. Illustrissimarum adacti quæstionis tractatæ coram nobis votum diutius retardare non debuimus.

2 Moti quia præfati Domini descendentes se in testamento D. Galeatii vocatos, aut substitutos nusquam visi sunt docuisse, ut tenebantur per claras, & indubitatas probationes, vel saltem per urgentissimas, & necessarias conjecturas à verbis aptis testament. deductas juxtà *Tex. in l. si quis ita substituit ff. de vulgar. & pupillar.* per quem, & alios concordantes ita docent *Grevel. decis. Doland. Senat.* 125. *num.* 82. *&* 83. *Altogr. conf.* 92. *num.* 2. *&* 7. *lib.* 2. & rursus *num.* 49. *&* 55. & tenuit *Rot. in dec.* 665. *sub num* 2. *par.* 2. *recent.* & alibi sæpè concludentes dubiam probationem in proposito non relevare, cùm viceversa DD. Cohæredibus, quorum intentio in sola Fideicommissi negatione fundatur, satis fuerit objicere adversarius substitutionem de illis non loqui ex traditis per eundem *Altogr. ibidem num.* 1. *&* 2. *post Peregrin. de Fideicomm. art.* 11. *num.* 37.

Neque enim suadere potuimus vocationem eorundem descendentium prodire ex prohibitione alienationis locorum facta *posteris, & descendentibus*, à qua celeberrimi informantes ingeniosa, ac pervigili cura, & allegationum copia, ponderando efficaciam nominum *posterorum, & descendentium* communium ac collectivorum plurium graduum, & personarum, tractumque (ut ajebant) habentium successivum, illam, irrito licèt conatu, deducere satagebant prop- 3 ter vulgatam regulam, quod ex gravamine infertur vocatio, de qua per DD. *in l. ab eo C. de fideicom.* quamque communiter receptam esse inquit *Spad. conf.* 283. *num.* 7. 8. quasi non potuerint successivè descendentes prohiberi, nisi intelligantur eodem quoque ordine successivè vocati authoritate *Rot. in dec.* 54. *num.* 27. *& seq. coram Arguel. decis.* 481. *num.* 7. *coram Cels. Altograd. conf.* 80. *numer.* 39. *lib.* 2. & aliorum lato folio cumulatorum in allegationibus datis.

Etenim, omisso hanc ita conjecturatam descendentium à fœminis perpetuam successivam vocationem, duo necessaria antecedentia supponere; Primum prohibitionem locorum esse separatam, & independentem dispositionem à præcedenti Fideicommisso stabilium, cujus contrarium verius substineri potest ex traditis satis ad propositum per *Altograd. conf.* 79. *num.* 23. *lib.* 2. Secundum allegatas ex ad- 4 verso conclusiones esse in jure pacificas, & tutas, quæ tamen impugnantur à strenuis contradictoribus ut contra primam de vocatione deducta ex gravamine ipsemet *Spad.* fatetur stare *Tex. in dicta l. ab eo*, & insurgunt *Petr. de Fideicomm. quæst.* 11. *n.* 32. 33. *&* 74. ac alii relati per *Ricciard. conf.* 169. *numer.* 81. *apud Fusar. & Cancer. variar. resolut. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 235. *& seq.* & alteram de Fideicommisso successivo deducto à prohibitione alienandi facta pluribus sub nominibus collectivis impugnant post *Cuman. in l. cum ita §. in Fideicomm. num.* 4. *ff. de leg.* 2. DD. congesti per *Gabriel. de Fideicomm. conclus.* 9. *num.* 3. *Fusar. tract. de Fideicomm. quæst.* 685. *num.* 8. *&* 9. *&* 41. *& quæst.* 688. *num.* 66. *Odd. eo tr. quæst.* 2. *num.* 102. & alii *in dicto conf.* 169. *Ricciard. num.* 81. *vers. in terminis*, *Petr. in loco max citat. n.* 30. ubi declarans famigeratam *Gloss. in l. Codicillis §. Instituto ff. de leg.* 2. subdit eam intelligendam esse juxtà terminos *Tex. in dictis §. Institut. & leg. cum Pater §. Libertis ff. eo tit.* ad quos ipsa glossa se remittit, in quibus Textibus adest expressa vocatio prohibitorum, & causa sive ratio prohibitionis *Peregrin. art.* 14. *num.* 2. *in fin.* ubi quod alioqui communis traditio reprobat illam gloss. *Gratian. cap.* 280. *à num.* 24. *& cap.* 917. *n.* 17. 20. *&* 21. *Surd. dec.* 238. *n.* 18. *& Rot. decis.* 131. *num.* 7. *par.* 17. *recent.* Et hinc est aliquas ex authoritatibus in contrarium allegatis loqui in terminis descendentium positorum in conditione, nonnullas ubi dispositivè sunt vocati, & ferè omnes (si agatur de sola prohibitione) ubi cum verbis perpetuitatis concurrit causa illius, & alia conjectura, ut meritò concludi posset, quod facultas concessa prohibitis in subjecto casu alienandi post ætatem 45. annorum, onus investiendi pretium, & pœna privationis in eodem casu alienationis, non operentur nisi validitatem, & indumentum prohibitionis, alioquin nudæ, & inutilis, non etiam Fideicommissum simplex in casu mortis.

Attamen his, inquimus, omissis, quinimò con- 5 cessa, illæsa veritate, prætensa descendentium prohibitorum substitutione, adhuc ex quo non fuerunt gravati, & prohibiti posteri, & descendentes simpliciter, sed *descendentes prædicti* hoc est cum hac dictione relativa *prædictis*, ibi *prohibuit dictus Illustrissimus D. Testator prælibato suo hæredi, ac ejus posteris, & descendentibus prædictis*, utique ex vi hujusmodi relativæ personaliter referentis, ac demonstrantis arctativè ad oculos descendentes superius in dispositione stabilium expressos cum omnibus qualitatibus suis perindè, ac si in ipsa locorum dispositione referente essent personaliter comprehensi, ut constanter firmavit *Rot. dec.* 713. *num.* 5. *& seq. par.* 1. *divers. dec.* 6. *num.* 35. *par.* 5. *dec.* 15. *num.* 5. *par.* 7. *decis.* 254. *num.* 3. *par.* 12. *dec.* 44. *num.* 1. *par.* 14. *recent. decis.* 569. *num.* 8. *coram Merlin. tom.* 2. *& tradunt Beltram. ad Ludovis. decis.* 514. *num.* 17. *Ferent. ad*

Bu-

Burat. decis. 272. *numer.* 20. *decis.* 298. *num.* 8. *apud Bich. & Fusar. quæst.* 403. *num.* 21. *& quæst.* 683. *numer.* 20. *Peregr. cons.* 23. *num.* 4. *lib.* 3. *Altograd. cons.* 92. *num.* 32. *lib.* 1. *Redenasc. cons.* 30. *num.* 49. & in puncto *Cancer. dicto cap.* 1. *sub num.* 270. *§. quoad dictum dubium*, necessariò consequitur non venire, neque comprehensos esse in hac locorum prohibitione, nisi posteros, & descendentes, qui continentur in relata dispositione stabilium.

Neque applicari duximus *Rotam in bonorum Fideicommissi de Pancaldis* 10. *Junii* 1642. *§. minus obstat* in qua resolutum fuit dictiones relativas non restringere descendentes, & omnes de Familia Pancalda in prohibitione comprehensas ad personas in præcedenti substitutione dumtaxat expressas, sed prohibitionem omnes afficere.

6 Quia ibi agebatur de prohibitione magis ampla, continente scilicet alias personas ultrà comprehensas, & vocatas in substitutione relata; ut in hujusmodi casus figura idem dixit *Fusar. quæst.* 683. *numer.* 23. cujus tamen contrarium tenuit *Rot. in decis.* 121. *n.* 6. *par.* 1. *divers. teste Spad. cons.* 238. *num.* 19. *lib.* 3. sed (utcumque sit de veritate alterutrius opinionis) sanè in nostro præsenti casu iidemet posteri, & descendentes, & non alii, æquè sunt comprehensi in dispositione referente, ac in relata; propterea dictio *prædictis* non impeditur operari omnes suos mox allatos effectus.

7 Nihil relevante replicatione, quod relatio ad summum non fiat, nisi ad personas expressas in principali dispositione, per Theoricam *Bart. in l. fin. Titia num.* 1. *&* 3. *ff. de liberat. legat.* Tum quia principalis dispositio in Fideicommisso stabilium consistit, ut inferiùs dicetur, in rationali sive in clausula, *& hoc quia voluit*, ubi liberis, & posteris adjecta fuit qualitas masculinitatis per directam lineam masculinam in perpetuum descendentibus; Tum quia eadem qualitas percutit, & qualificat totam illam dispositionem, & omnes illius partes, ut pariter opportunè probabitur, undè potiùs retorqueri potest assumptum,

8 eoque magis quia ratio in una parte Testamenti per modum causæ adjecta ad alias facilè porrigitur, *Altograd. cons.* 92. *num.* 10. *in fin. lib.* 2. *ex Ruin. cons.* 116. *num.* 30. *&* 31. *vol.* 2.

9 Prout non obesse putavimus, quod eadem dictio relativa referat, & designet quidem personas in perpetuum posterorum, & descendentium contentorum in dispositione relata, non autem qualitatem masculinitatis illis adjectam ex *Rot. decis.* 12. *num.* 14. *penes Merlin. decis.* 144. *num.* 20. *par.* 7. *decis.* 581. *numer.* 11. *& seq. par.* 5. *tom.* 2. *ac decis.* 39. *numer.* 23. *par.* 13. *recent.*

10 Quia, ultrà quod imò relativarum dictionum adjectarum personis natura, & proprietas est referendi, ac repetendi omnes qualitates eisdem personis appositas in dispositione relata, quæ non fuerunt in referente expressæ *Gratian. discept. cap.* 828. *num.* 28. nisi evidens diversitatis ratio allegetur *Rot. decis.* 703.

11 *num.* 3. *par.* 1. *divers.* non autem præcedentes substitutiones, & dispositiones, ut ponderat *Præses Passer. in Problem.* 4. *num.* 139. Consideratum fuit nihil aliud ex Rota in oppositis decisionibus, si rectè perpendantur, in substantia desumi, nisi dictionem relativam adjectam uni qualitati in referente non integrè expressæ ad illam integrandam, & perfectè ex dispositione relata dignoscendam, non esse referibilem ad alias qualitates, quibus eadem dictio non fuit adjecta, aut de quibus nulla legitur facta mentio in referente, quapropter apparet, aut dictas decisiones non adversari, aut non applicari nostro casui, in quo relativum *prædictis* adjectum posteris, & descendentibus, nullatenùs in referente qualificatis, sed qualificandis à relato, non debet coarctari, ut unius tantum qualitatis, vel magis unius, quam alterius operetur relationem, & repetitionem, & longè minus, ut potius referibile sit ad dispositionem, & casus illius, quam ad personas, quibus fuit appositum, contra receptissimas conclusiones superiùs firmatas.

Et hujusmodi relationi locum esse etiam ex abundanti censuimus, quia illam quoque suadet destinatio pretii locorum in emptionem stabilium ad augendum horum Fideicommissum ordinatum per Testatorem, nedùm de existentibus tempore Testamenti,
sed de quibuscumque acquirendis in futurum, cui 12
ratione dictæ destinationis, & necessariæ implicationis, loca ipsa ex tunc remanserunt affecta, ut in simili docet *Salgad. in labyrint. credit. par.* 2. *c.* 24. *n.* 9. *junctis numeris* 36. 39. *& seq. usque ad fin. post Castill. cap.* 63. *num.* 74. 85. & alios nuperrimè relatos per dictum *D. Præsidem Passer. problem.* 6. *num.* 165. *& seq.* 173. *ac* 176. ex quo fit quod locorum dispositio propter eamdem destinationem, & præceptum Testatoris investiendi eorum pretium, assumpsisse censeatur naturam, & qualitatem inhærentes Fideicommisso stabilium, & personis ad illud invitatis ex traditis per *Salgad. & Passer. ibid. & Rot. decis.* 38. *n.* 3. *& decis.* 70. *num.* 7. *&* 8. *par.* 9.

Firmata igitur, & sarta tectaque habita ab oppositis in posteris, & descendentibus Julii contentis in prohibitione locorum, repetitione, ac relatione omnium qualitatum, quæ inhærent, & adjectæ leguntur eisdem posteris, & descendentibus in dispositione stabilium, tota denique difficultas, & controversia meritò revocanda venit, prout strictim redacta fuit, ad verum intellectum ejusdem Fideicommissi stabilium, cui ex vi dictæ relationis, & dictionis relativæ *prædictis* prohibitionem locorum accessoriam, vel saltem pro dignoscendis qualitatibus prohibitorum, subordinatam esse nullus ambigendi locus remanet.

Ad hoc autem Fideicommissum stabilium leguntur 13
expressè invitati posteri, mares per directam lineam masculinam in perpetuum descendentes, quorum appellatione exploratum est non venire descendentes à fœminis *Fusar. dicto tract. quæst.* 346. *num.* 2. & est originalis doctrina *Castrens. in l. Maritus* 21. *nu.* 5. *C. de procurat.* quem sequitur *Rot. decis.* 47. *num.* 3. *&* 4. *post repert. ultim. volunt. Farinac.* Proinde suam ipsi vocationem non magis ex hac immobilium dispositione, quàm ex illa locorum arguere, & docere possunt.

Quibus nihil prodesse visum fuit prohibitionem alienationis horum quoque stabilium factam fuisse æquè, ac prohibitionem locorum posteris, & descendentibus Julii simpliciter, ac indefinitè absque adjunctione masculinæ qualitatis, ideòque promiscuè comprehensivis utriusque lineæ, ut superiùs deductum fuit.

Quia cùm alienationis prohibitio sit solum mo- 14
dus conservandi bona, ut Fideicommissum suum sortiatur effectum, ut advertunt *Fusar. quæst.* 683. *num.* 6. *vers. nam prohibitio Altograd. dicto cons.* 79. *num.* 9. *in fin. lib.* 2. *& Rot. decis.* 217. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* undè suam operationem regulariter terminat in Fideicommisso conservatorio, & contraventionali *Bellon. dicto cons.* 1. *num.* 86. *Altograd. cons.* 94. *numer.* 10. *& seq. lib.* 2. *Redenasc. cons.* 30. *num.* 88. & non obscurè colligitur ex traditis per *Eminentissimum De Luca de Fideicomm. disc.* 55. *num.* 21. *vers. attamen*, idcircò illa non est attendenda, neque ex ea rectè infertur ad determinandum casum deficientiæ lineæ, & mortis *Rot. dicta decis.* 217. *in fin. part.* 2. *recent. Seraph. decis.* 883. *num.* 6. magnæque operæ labor est inducere ex ea simplex, & absolutum Fideicommissum restitutorium in concursu potissimè talis Fideicommissi expressi in eodem Testamento, ut mox dicetur.

Nec ad rem pertinet, quod illi secundo objiciunt dispositionem stabilium initium sumere ab eadem prohibitione per se valida, & vestita pluribus indumentis, & proinde ex ea unità cum causa, & ratione prohibendi principaliter prodire efficax Fideicommissum absolutum, & simplex pro omnibus posteris, & descendentibus alienari prohibitis.

Quia tunc demum prohibitio, quantumvis vesti- 15
ta cum verbis perpetuitatem denotantibus pluralitatem personarum, & graduum, vel aliis indumentis aptis alioqui ad formandum Fideicommissum simplex & absolutum, illud operatur, quatenus stat independenter, & per se absolutè in separata omninò oratione à substitutionibus expressè ordinatis, secus si habeat aliquam dependentiam ab illis sive præcedentibus, sive subsequentibus; non enim datur prius, aut posterius in uno, & eodem testamento, sed ad

hoc

hoc propoſitum attenditur ſolùm prohibitionis independentia, & ſeparatio, vel è converſo conjunctio, ſubordinatio, aut correſpectivitas ſecundum ordinem intellectus, non etiam ſcripturæ ad præcedentes, aut ſubſequentes ſubſtitutiones, prout in puncto deciſum legitur per Rotam in dicta celebri deciſ. 883. à n. 4. coram Seraph. & in deciſ. 481. num. 4. & 5. coram Caval. deciſ. 632. num. 10. & ſeq. tom. 3. par. 4. rec. coram Celſ. deciſ. 228. num. 13. & 18. & tradunt Odd. tract. de fideicomm quæſt. 14. num. 134. Giovagn. conſ. 39. num. 8. verſ. eſte enim, junctis num. 12. & 24. Gravel. deciſ. 22. num. 26. & ſeq. & num. 64. 68. 72. Cyriac. controv. 142. num. 20. Hodiern. controv. 32. numer. 53. & 54. Altograd. conſ. 92. num. 51. lib. 1. & dicto conſ. 79. lib. 2. à num. 7. per plures ſequentes junctis numeris 40. & 41. Mureſcott. cap. 103. num. 18. & 19. Ubi quod generalitas prohibitionis reſtringitur ad caſus, & perſonas ſubſtitutionis ſubſequentis, nec ſpectantur perſonæ prohibitæ, ſed vocatæ, & iterum fuit reſolutum per Rot. deciſ. 15. à num. 4. & num. 16. & 25. par. 7. recent. juxtà receptiſſimum conſ. Decii 636. cum quo ſubdit ibi Rot. tranſire communiter DD. & millies amplexam fuiſſe eamdem Rotam ejus 15. deciſ. inter cæteras ibidem recenſet, & poſt eas in deciſ. 272. apud Burat. & deciſ. 159. num. 6. par. 15. recent.

16 Cum enim fideicommiſſum abſolutum in caſu mortis non ſit regulariter deducibile à prohibitione, neque ab aliis conjecturis, ubi ſpecialiter ordinatum, ac diſpoſitum in eumdem caſum reperitur, ut poſt Bart. Bald. & alios antiquiores firmat Zanth. in leg. Heredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian. numer. 676. Gab. in ejus doctiſs. conſ. 132. quæſt. 9. num. 67. Odd. dicta q. 11. num. 274. & quæſt. 14. artic. 7. num. 134. & ſeq. Fuſnr quæſt. 688. num. 15. 101. 126. in fin. Ricciard. dicto conſ. 169. num. 90. verſ. ex verbis Cancer. reſol. 60. num. 8. reſol. 61. num. 13. & 19. Rot. deciſ. 262. num. 4. par. 2. recent. deciſ. 312. num. 29. par. 6. deciſ. 8. num. 5. & 6. par. 7. & deciſ. 433. num. 12. coram Ludoviſ. deciſ. 228. num. 13. coram Celſ. Caren. reſol. 60. num. 8. reſol. 61. num. 1. & 19. & Eminentiſs. De Luc. diſc. 31. num. 9. de Fideicomm. qui omnes loquuntur in fortioribus terminis nimirum de prohibitione concomitata à ſua cauſa, quia non eſt præſumendum Teſtatorem voluiſſe per prohibitionem Fideicommiſſum ordinare in eo caſu, in quo ſpecialiter illud diſpoſuit.

17 Hanc propterea diſtinctionem dependentiæ, vel independentiæ unius ab alia diſpoſitione ad conciliandas altercantium opiniones, quibus antiquorum torquebantur ingenia poſt Decium in dicto conſ. 636. amplexi unanimiter ſunt ferè omnes moderniores, ut vidimus, & ſignanter ultra ſupradictas Bellon. conſ. 1. num. 42. & ſeq. Hodiern. ad Surd. deciſ. 85. num. 8. Gratian. dict. cap. 828. à num. 2. & 7. 8. Cyroc. diſcept. 38. num. 23. Fuſnr. quæſt. 689. in fin. & eum ea frequenter tranſivit Rot. Nulla habita ratione deciſ. 306. num. 17. par. 12. recent. quæ prædictis adverſari dicebatur, quia ex authoritatibus ibi allatis nihil minùs, quàm illius aſſumptum probatur, ſed ex eis ſolùm in ſubſtantia colligitur; quod ſi contingat dubitari de perpetuitate deſcenſivi, vel reciproci fideicommiſſi, non parva illius conjectura, & declaratio deſumitur ex prohibitione veſtita à ſua cauſa cum verbis perpetuitatem denotantibus.

18 Quibus nec reſiſtunt Peregrin. conſ. 45. lib. 1. Altograd. in conſ. 94. num. 8. lib. 2. Rot. deciſ. 207. num. 11. 358. num. 14. par. 16. & alii dum admittunt reſultare poſſe duo Fideicommiſſa in caſum mortis etiam ejuſdem rei ex eodem teſtamento, unum ſcilicet expreſſum, aliud tacitum ex clauſula diſpoſitiva, Quia voluit &c. juncta prohibitione alienationis; Quia, & ipſi loquuntur, vel ubi agitur de re diverſa, ut in caſu Peregr. vel data totali independentia tacitæ diſpoſitionis ab expreſſa in ſeparatis, & diverſis orationibus, ut apertè ſe declarat Rot. in d. deciſ. 207. num. 11. verſ. Placuit; Prætereà dum Altograd. non ex prohibitione, ſed ex clauſula, & ratione diſpoſitiva adjecta prohibitioni agnoſcit Fideicommiſſum (quæ veritas inferiùs probabitur) non immeritò retorqueri poſſe cenſuimus contra illum allegantes.

19 Quamobrem non dubitare potuimus quin præmiſſa Juris concluſio, cum ſua receptiſſima diſtinctione dependentiæ, vel independentiæ affabrè applicetur quoad primum illius membrum huic caſui, ubi prohibitionem alienationis immediatè ſubſequitur clauſula, & hoc quia voluit, & mandavit bona ipſa in Familia, & poſteritate maſculina ipſius Illuſtriſſimi Teſtatoris, illaque ad liberos, & poſteros ejus mares legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio procreatos per directam lineam maſculinam in perpetuum deſcendentes ſucceſſivo ordine pervenire, in qua ſpeciale legitur ſimplex, & abſolutum Fideicommiſſum in linea dumtaxat maſculina, cum diſtinctione graduum, & ordine ſuccedendi in infinitum, ut in ſimili advertit Peregrin. conſ. 63. num. 5. lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 828. num. 24. & ſeq. Caren. reſol. 163. num. 7. Farinac. in repert. ultim. volunt. q. 77. num. 6. & 11. Rot. coram Coccin. deciſ. 2100. num. 1. Redenaſc. inſtar omnium conſ. 29. num. 10. 11. & 13. ubi ad hoc propoſitum ponderat differentiam inter Fideicommiſſum deductum ex prohibitione alienandi & illud quod emanat ex cauſa ſive ratione illi adjecta, longamque recenſet num. 33. cohortem DD. primæ notæ quibus maximam noviſſimè adjecit authoritatem Eminentiſſ. De Luc. in Theatro de Fideicommiſſ. diſc. 34. numer. 12. verſ. ſecundo autem caſu.

20 Nihil turbante quod Fideicommiſſum reſultans ex recitata clauſula non fuerit precarius, vel obliquis verbis conceptum, quaſi non debeat ex hoc reputari expreſſum, authoritate Cenſ. receps. ſent. §. Fideicommiſſum quæſt. 4. num. 12. & 13. Undè inferebatur (additis Redenaſc. dicto conſ. 29. num. 2. Caren. reſol. 163. ante num. 1. & Altograd. conſ. 92. num. 47. lib. 1. & conſ. 94. num. 7. lib. 2.) concluſionem negantem oriri Fideicommiſſum tacitum eo in caſu ubi adeſt expreſſum, non eſſe præſenti ſpeciei applicabilem.

21 Quia hæc, quæ procedebant de antiquo rigore Juris, quo Fideicommiſſa non niſi verbis precariis, & obliquis conſtabant, & verba Civilia imperativo modo prolata ad directas inſtitutiones, & ſubſtitutiones dumtaxat pertinebant, ut habetur ex Cuſtrenſ. & DD. in l. Quoniam indignum: C. de Teſtam. & Cujac. in not. ad Inſtit. Vulpian. lib. 25. Planè non merentur allegari, poſtquam Fideicommiſſa à Jure robur habere cœperunt Teſte Juſtin. Inſtit. de Fideicommiſſariis Hæredit. in princip. factumque fuit (rigore illo abolito) ne in Fideicommiſſis ſpectarentur formulæ verborum, ſed tantummodo Teſtatoris voluntas l. Fideicommiſſa 11. §. Ita ſi quis ff. de leg. 3. & concord. DD. in dict. leg. Quoniam indignum, Bellon. de Jure accreſcend. cap. 7. quæſt. 3. num. 56. Molin. de Primogen. lib. 1. quæſt. 1. num 11. & ſeq. Kinipſchilt. de Fideicomm. Fam. Nob. cap. 6. num. 28. Rot. deciſ. 495. num. 1. par. 4. diverſ.

22 Hinc oil mirum, quòd ferè omnes DD. agnoſcant ex hujuſmodi clauſula Quia voluit adjecta prohibitioni veſtitæ verbis quantumvis non precariis, diſpoſitivis tamen concepta, abſolutum Fideicommiſſum ſimplex in caſum mortis, ut præter mox relatos in §. Quamobrem, habetur ex Dec. conſ. 23. numer. 4. verſ. ſexto moveor, Fuſar. quæſt. 688. num. 33. 35. & 58. Caren. in contrarium allegato reſol. 61. à num. 13. & reſol. 163. num. 7. Gabriel. conſ. 132. q. 1. in fin. & quæſt. 9. num. 68. Barr. de ſucceſſ. lib. 8. tit. 3. numer. 13. Petrn quæſt. 1. num. 1. 10. 19. & 20. & quæſt. 11. num. 541. & 572. Surd. conſ. 67. numer. 43. Altograd. conſ. 94. num. 22. lib. 2. Rot. deciſ. 10. n. 1. & 2. par. 1. & deciſ. 166. num. 3. par. 17. Prout illud abſolutè pro expreſſo habuerunt Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 5. num. 7. & pluribus ſequentibus, & ſignanter num. 11. Dec. dicto conſ. 23. num. 4. verſ. ſexto moveor Odd. dicta quæſt. 11. num. 147. & 148. dum uterque appellat rationem, diſpoſitionem expreſſam & voluntatem Teſtatoris, Altogr. conſ. 92. num. 37. & 38. lib. 1. Redenaſc. conſ. 29. ferè per tot. in contrarium allegati Fuſar. quæſt. 382. num. 59. & dict. quæſt. 688. num. 41. & 44. Zucc. deciſ. Lucenſ. 76. num. 51. & 58. ubi ait hoc idem voluiſſe Rotam in duabus Firmanis de Fulchis, quæ ſunt deciſiones 44. & 47. par. 1. recent. Surd. in puncto conſ. 96. num. 21. verſ. 2. Reſpondeo, & deciſ. 238. num. 5. & ſeq. ubi in propoſito,

posito, desinere esse tacitum id, quod exprimitur, ideoque causam prohibitionis vocat expressam dispositionem *Rot. post cons. 75. Giovagnon. num. 83. in fin. lib. 1. & coram Caval. decis. 481. num. 6. ac in decis. 358. num. 4. & 5. par. 16. recent.* attenta præsertim clausula *Ordine successivo. Fusar. dicta quæst. 382. numer. 57. & quæst. 688. num. 44. & Farinac. d. q. 77. num. 11. de ultim. volunt.*

23 Quantò ergo clarius per ea verba *illaque ad liberos, & posteros ejus mares legitimos, & naturales de, & ex legitimo matrimonio procreatos per directam lineam masculinam in perpetuum descendentes successivo ordine pervenire, quibus deficientibus Bastardos masculos &c.* ut vix expressiùs potuerit Fideicommissum ordinari, est enim reale, quia Testator voluit bona ad omnes pervenire, usus fuit verbo communi, loquutus fuit dispositivè per verba *voluit, & mandavit*, vocavit omnes posteros per lineam masculinam, & ordine successivo, eisque deficientibus substituit Bastardos &c. quæ sanè non possunt convenire nisi Fideicommissariæ substitutioni ut in terminis magis dubitabilibus, quando, scilicet Testator usurpavit verbum directum consideravit *Peregrin. art. 18. num. 5. Fusar. quæst. 474. num. 5. Rot. dicta decis. 495. par. 4. divers. Ciarl. contr. 31. n. 10. & seq. Altogr. cons. 92. num. 2. lib. 1.*

Assertio igitur Crassi, aliorumque, si qui sunt, tradentes expressum Fideicommissum dici, quod verbis precariis ordinatum est, eatenus substineri potest quatenus intelligant cætera verba non esse clara sed æquivoca, apta scilicet inducere vocationem directam æquè, ac Fideicommissariam, ut post Bart. Cæphal. & alios admonet *Bellon. d. cap. 7. num. 90.* nullatenus
24 verò recipienda in eo sensu, quo minus contineat espressam vocationem trahibilem, si ita cogat voluntas disponentis, ad obliquam, ut agnovit idem Crass. in ferè nostris terminis in loco ex adverso laudato *num. 16. & 17. Surd. cons. 232. num. 25.* & in
25 puncto de *verbo pervenire Tex. est expressus in dict. l. 11, §. Hac verba ff. de leg. 3. & tradunt. Bart. in leg. Centurio num. 48. vers. Hoc est ff. de vulg. Idem Crass. §. substitutio quæst. 5. numer. 14.* & alii penes *Bellon. d. cap. 7. quæst. 3. num. 332.*

Non enim refert Fideicommissum esse expressum magis isto, quam illo modo ad propositum, ut faciat cessare tacitum, cum hujusmodi effectum operetur ex eo solum, quod expressum non admittit quæstionem voluntatis Testatoris, à qua sola omnis dispositio pendet, & inde fit, ut ea semper prævalere debeat, per quam minus contingit dubitari de voluntate disponentis, nam in ultimis dispositionibus par non est taciti virtus, ac expressi, sed efficaciores dicuntur illæ, quæ magis dirimunt disceptationem, magisque testantium aperiunt voluntatem, ita *Odd. elegantius in d. tract. de Fideicomm. quæst. 54. art. 2. num. 21. & tribus sequentibus.* Quapropter cum ex paulò antè dictis Fideicommissum in casu mortis ex clausula *Quia voluit*, clarior saltem comparativè imò absque ulla comparatione ex alia clausula *illaque ad posteros &c.* prodeat, quam illud quod posset unquam desumi (prout inaniter ex adverso tentabatur) ex prohibitione alienandi, utique applicatio regulæ, quod non admittitur tacitum, ubi adest expressum Fideicommissum, ab impugnatione vendicata subsistit.

26 Potissimum quia prohibitio in nostro casu venit continuativè ad præcedentem institutionem Julii, ibi *cui quidem hæredi suo prædicto*, onde tamquam ei accessoria, dicitur quoddam antecedens ad Fideicommissum, quod Testator erat dictaturus, & respectu Julii minuit institutionem aliàs liberam, attenta autem sequente ratione dispositiva, dicitur correspectiva ad Fideicommissum in illa existens, ita ut reguletur ab eo, neque extendatur ultra personas in illo comprehensas, ita in puncto prohibitionis interjectæ inter institutionem hæredis, & substitutionem sequentem cum eodem relativo *Cui* probat *Gob. dict. cons. 132. num. 20. vers. tamen contrarium, & n. 21. lib. 1.* nec diversus est casus dictæ *decis. 883. Seraphin.* & pluribus aliis relatis sequitur *Altograd. dicto cons. 79. num. 9. vers. nec refert, & num. 10. lib. 2.* Tantum enim Testator conservare intendit quantum substituit.

Verum, & longè fortiùs; quia nedum militat in 27
nostro casu ratio continuati sermonis, quæ etiam in diversis orationibus absque dictionibus continuativis, & illativis efficit quod prohibitio censeatur adjecta, & restricta ad personas, & casus dispositionis præcedentis, seu subsequentis, juxtà terminos præmemorati *cons. Decii 636. toties* in Sacræ Rotæ Auditorio, ut præmisimus, canonizati, ut benè ad propositum tradit *Altogr. d. cons. 79. num. 11.* ubi observat in casu dictæ *decis. Rot. 883. in Fanen. Bon. coram Seraph.* & reperita apud *Giovagnon. cons. 39. numer. 64.* præcessisse prohibitionem cum sua causa, & incontinenti, per verba separata absque dictionibus continuativis, neque illativis additam fuisse substitutionem, & nihilominus resolutum fuisse illam ab istis pendere, ac regulari propter rationem continuati sermonis, ut latius firmavit postea eadem *Rot. decis. 2083. num. 5. & seq. 2100. & 2122. num. 6. & 7. coram Coccin.*

Sed versamur in unitate, identitate, sive indivi- 28
duitate prohibitionis cum sua causa, unica enim inseparabilis, & eadem est dispositio, qua Galearius suum ordinavit Fideicommissum, nihil refragante, quod constet ex duabus partibus, & sit composita sive Hypothetica non cathegorica, & simplex, ut in simili observat doctissimus Casanat. *cons. 47. à num. 88.* & tenuit *Rot. in decis. 47. num. 8. & 11. post repert. ultim. volunt. Farinac.* repetita apud *Coccin. d. decis. 2122.* alioquin separando, & scindendo prohibitionem à sua causa, & ratione, perinde esset, ac si separaretur medium à fine, & intentione Testatoris, & perverteretur, ac destrueretur ejus voluntas in ultimis dispositionibus sola attendenda.

Ex qua unitate, & identitate dispositionis ulte- 29
rius manifestè prodire censuimus alterum firmissimum fundamentum perpetuæ, exclusionis descendentium per lineam fœmininam, propter mutuam repetitionem, & communicationem qualitatum, hinc inde espressarum in utraque parte illius, prohibitiva scilicet, & causali, sive verius pro removendo disformem sensum, & dissonum usum Testatoris omnium *posterorum, & descendentium* in una, & eadem sua dispositione qui non esset ferendus in diversis, in quibus præsertim agatur, prout hic, de iisdem personis, ut per *Tex. in l. si servus plurium §. fin. ff. de legat. 1. & ibi Bart. tradunt Odd. cons. 95. n. 76. Altograd. dicto cons. 79. num. 24. & cons. 60. num. 113. lib. 1.* & omnium elegantissimè *Casanat. cons. 17. numer. 11. & dict. cons. 47. num. 89. Peregr. cons. 38. numer. 16. & 18. in fin. num. 28. & cons. 57. numer. 6. & seq. cons. 58. num. 6. vers. secunda concl. lib. 5. Cyriac. controv. 143. num. 34.* (reprobatis Corneo & Berno contrarium sentientibus quos etiam reprobat *Peregrin. cons. 159. num. 15. §. Quare ad contrarium lib. 5.*) *Ricciard. d. cons. 169. num. 61. & 65. Rot. decis. 89. num. 23. & 24. part. 6. recent. & Eminent. Gastald. in decis. 536. sive voto decisivo à numer. 196. part. 14.*

Et huc spectant tradita per *Rot. in decis. 406. nu-* 30
mer. 9. & 11. par. 13. ac in alleg. decis. 47. post Farinac. de ultim. volunt. ubi ad propositum ponderat, unicam dispositionem non ita in partes scindendam esse, ut aliud censendum sit de Fideicommisso in casu obitus, aliud autem de Fideicommisso in casu alienationis, cum agatur, ut prosequitur *numer. 13.* solum de interpretandis verbis communibus testatoris, qualia erant in casu dictæ decis. verba *de Domo & Familia de Caetanis.*

Identitas ergo dispositionis efficit, ut Testator in 31
parte non minus prohibitiva, quàm dispositiva dicatur loqui de iisdemmet omnino personis, & in terminis punctualibus habetur ex *Peregrin. dicto cons. 159. num. 12. 13. & 14. §. secundus casus, & usque ad finem, Larrea decis. 54. num. 10. vers. Præsertim, Jul. Capon. discept. forens. 165. num. 43. & 45.* & ex professo tenuit *Rot. in decis. 374. in fin. par. 1. divers. & 237. num. 8. par. 5. dicta decis. 89. num. 23. & 24. par. 6. & in dicto voto decisivo num. 597. & seq. par. 14. recent. decis. 514. num. 17. coram Ludovis. dictis decis. 2083. num. 25. 2100. num. 5. 2122. à numer. 5. apud Coccin.* & quidem in terminis longè magis dubitabilibus, quia ibi Rot. subaudivit qualitatem mascu-

culi-

culinam in familia de Caetanis comprehensa in dispositione, ex eo quod in sola parte prohibitiva illa qualitas adjecta fuerat eidem Familiæ; nos autem versamur in casu contrario; hoc est de adjectione hujusmodi qualitatis posteris in parte dispositiva, nempè in clausula *Et hoc quia voluit &c.* unde tantò fortius eadem qualitas subintelligi debet in prohibitione.

32 Quarum decisionum vim, aut applicationem non removet consideratio, quod ibi ageretur de unica oratione, quæ tota regebatur à verbis, *voluerunt, & consenserunt*; Tum quia nedum vis ipsa sit in connexione, & unitate sermonis, sed fortius in identitate dispositionis, ut habetur ex ipsamet *Rot. in d. decis.* 2122. *num.* 2. *& seq.* ubi allegat *Peregr. de Fideicomm. art.* 16. *num.* 19. loquentem in casu duarum orationum simul junctarum per copulam, &, in quibus terminis pariter loquuntur cæteri DD. mox laudati, tum quia non desinit unica esse oratio, quæ componitur ex duabus partibus concurrentibus ad unicam tantum dispositionem, & determinationem, ut paulò suprà authoritate Rotæ, & Casan. ostendimus, addito deninque attendendam esse magis substantiam voluntatis Testatoris, quàm formulam verborum, sive scripturæ formalitatem, ut graviter suo more admonet *Eminentiss. De Luca d. disc.* 51. *n.* 8. ubi alioqui frigiditatis nota arguit hujusmodi observationes.

Sicuti non resistunt *decisiones* 249. *num.* 12. *&* 144. *num.* 4. *par.* 7. *recent.* in quarum prima denegatur repetitio qualitatis, quæ non fuerat adjecta per modum regulæ independenter in principio; aut in fine dispositionis ad illam qualificandam in omnibus ejus partibus, in secunda verò firmatum fuit unitatem orationis non esse sufficientem ad operandum hanc repetitionem.

33 Placuit enim responsio allegatas decisiones benè procedere in terminis earum specierum, ubi agebatur de diversis dispositionibus, licèt contentis sub unica oratione factis favore diversarum personarum, in quibus diversa ratio versari potest, ut distinguit magistraliter *Petra de fideicomm. quæst.* 11. *num.* 559. *&* 560. & habetur in casu *Gratian. cap.* 828. *n.* 19. *& seq. & cons.* 203. *lib.* 4. *Corn.* (qui nihilominus, ut præmissum fuit, adhuc in his terminis reprobatur à Peregr. & Cyriac. in locis relatis) secus autem ubi agitur de unica tantum dispositione, prout in subjecto casu, in favorem descendentium lineæ masculinæ, quamvis comprehenderetur contra suprà firmata in diversis orationibus, ita colligitur, & clarius ex ipsis decisionibus in contrarium allatis, & in fortioribus terminis ex *decis.* 406. *num.* 11. *&* 12. *junctis numeris* 14. *&* 15. *par.* 13. *recent.*

Decisiones autem coram *Dunozet.* 748. *numer.* 29. *& in recent.* 170. *num.* 5. *&* 6. *&* 211. *num.* 7. *par.* 14. pariter in contrarium objectæ non obstant, cum non ex alio firmatum in eis fuerit pro remotione à descendentibus masculinæ qualitatis, quæ adjecta fuerat filiis, nisi propter diversitatem graduum, & personarum, & universalitatem dictionum, cum quibus ipsi descendentes discretivè vocati erant in Testamento.

Quemadmodum neque opitulari duximus descendentibus replicationem, quod verba *posteris, & descendentibus* tanquam habentia claram, propriam, & determinatam significationem non patiantur restrictionem, neque declarationem, quippè quæ cadat tantummodo super verbo dubio, ex *Sessa decis.* 412. *num.* 32. *Cyriac. controv.* 269. *num.* 68. *Gratian. dicto cap.* 828. *num.* 13. *&* 30.

34 Quia, quidquid dicant hi, & alii DD. in terminis eorum hypothesis longè diversis à nostris, verius est nomina *posterorum, & descendentium*, & similia communia, & duplicis significationis esse capacia declarationis, ut appositè docet *Peregr. artic.* 16. *num.* 108. *& cons.* 38. *num.* 28. *in fin.* de nomine *liberorum*, & in puncto de nomine *descendentium*, quod tanquam ambiguum, & æquivocum recipiat declarationem, & intellectum, ut solum de masculis Testator sensisse dicatur, prout in alia Testamenti parte dispositive illud accepisse apparet, ne difformis, & inconstans in judicetur idem *Author in art.* 25. *n.* 48. ita etiam de nomine *Familiæ* habetur à *Fusar. cons.* 37. *num.* 12. *&* 13. *Surd. cons.* 96. *num.* 41. *Altograd. cons.* 60. *num.* 105. *&* 113. de verb. *linea Redenasc. cons.* 54. *num.* 55. *&* 56. de nomine *Filiorum Cyriac. controv.* 271. *num.* 79. *&* 80. ubi ambigua, & æquivoca esse firmat hujusmodi nomina promiscua, & indifferentia, quæ dupliciter sumi possunt, & ideò rectè *Rot. in decis.* 300. *par.* 1. *recent. num.* 22. propter conjecturatam mentem Testatoris ex parte dispositiva dixit nomen *agnationis, & Casata* ad descendentiam, & lineam ibi expressam restringi.

Præterea tertio exclusionem lineæ fœmininæ convinci arbitrati sumus, advertentes communi DD. suffragio, quos ferè sine numero cumulat post *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 8. *& seq. Castil. eodem tract. cap.* 169. *num.* 1. *ad* 7. *lib.* 5. constitui pro regula rationem specialem declarare, restringere, & omninò regulare præcedentem generalem dispositionem, quippe quæ in omnibus hominum dispositionibus interpretandis primum locum obtinet, tanquam deregens eorum finem, & intentionem, subdens talem interpretationem elicitam à ratione esse necessariam, eamque potius, quàm verba attendendam, & in proposito Fideicommissum restringi per rationem, tam quoad casus, quam ad personas in eadem ratione comprehensas, prosequitur idem *Author numer.* 24. *&* 26. post Mantic. Simon de Prætis, Peregr. & alios, quibus addimus *Fusar. dicta quæst.* 678. *num.* 5. *&* 688. *sub num.* 35. *vers. tertia ratio, & vers. receptum enim Altograd. cons.* 79. *num.* 8. 16. *& seq. per tot. cons.* 94. *à num.* 18. *ad* 24. *lib.* 2. *Rot. decis.* 193. *sub num.* 7. *parte* 1. *rec. decis.* 203. *num.* 4. *par.* 4. *recent. Bich. decis.* 129. *numer.* 13. ubi quod ratio declarat verba communia, quæ possunt continere plus, vel minus secundum unam, vel aliam significationem juxtà *Fusar. in d. cons.* 37. *num.* 13. 35

Et in puncto prohibitionem alienationis restringi ad limites suæ causæ quoad personas in ea comprehensas, & contemplatas per *Tex. in l. cum Pater* 79. *§. Dulcissimis ff. de legat.* 2. de mente gloss. Bart. & omnium apertissimum, & inevitabile tradunt ipse *Bart. in l. cum Pater Filium §. Fundum ff. de leg.* 3. *Dec. cons.* 23. *num.* 4. *cons.* 637. *num.* 5. quem refert, & sequitur *Emin. de Luc. disc.* 101. *sub num.* 3. *vers. ubi enim de Fideicomm. Gab. de Fideicomm. conclus.* 9. *num.* 29. *Petr. eo tract. quæst.* 11. *numer.* 530. *Cran. cons.* 48. *num.* 25. *&* 28. *Peregr. dicto cons.* 149. *n.* 14. *&* 15. *lib.* 5. *Odd.* mirabiliter disputans quæstionem ad partes *quæst.* 11. *num.* 149. *&* 190. *tract. de Fideicomm. Bellon. Jun. cons.* 1. *n.* 75. *&* 76. *Vegg. cons.* 74. *num.* 170. *Paris. cons.* 22. *num.* 35. *lib.* 3. *Fusar. in cit. quæst.* 678. *num.* 4. *&* 8. *& sequenti, Surd. cons.* 67. *ex num.* 19. 41. *cons.* 96. *num.* 21. *vers. secundo respond. juncto num.* 50. *& seq. Giovagn. sive Rot. apud eum respons.* 75. *num.* 83. *lib.* 1. *Rot. decis.* 15. *num.* 28. *par.* 7. *decis.* 272. *num.* 14. *decis.* 454. *numer.* 2. *& decis.* 743. *num.* 3. *in celebri Fideicommisso de Juardis apud Burat. Decian. cons.* 7. *num.* 6. *& seq. & num.* 27. *& cons.* 50. *num.* 14. *lib.* 1. ubi in punctualibus terminis nomen *descendentium* restringi ad masculos ex ratione adjecta *Altogr. dicto cons.* 94. *numer.* 22. 23. 24. Idemque habetur ex *Redenasc. cons.* 29. *num.* 13. *& pluribus seq. iterum a num.* 33. *& seq. & cons.* 26. *num.* 48. *Mans. consult.* 105. *num.* 4. *& seq.* ubi ex ratione restringi nomen *Familiæ* ad descendentes consuluit, & *consult.* 189. *num.* 18. *lib.* 2. *Card. Bich. dicta dec.* 129. *num.* 16. ubi decisum legitur non esse attendendam prohibitionem, sed rationem, & causam, quæ est principalis in dispositione, & innuit *Eminent. De Luc. dicto disc.* 55. *num.* 11. 36

Patet ex hactenus præcognitis, & confirmatis jam nihil referre quod clausula, *& hoc quia voluit, mandavit &c.* in qua diximus consistere speciale, simplex, & absolutum Fideicommissum, de quo agitur, adjecta dicatur per modum causæ, & rationis ad præcedentem prohibitionem, quasi ea tali pacto concepta non præseferat dispositionem per se principaliter stantem, sed accessoriam, & consequutivam, ideòque non valeat restringere, & corrigere, neque vel declarare significatum nominum *posterorum, & descendentium* communium ad utramque lineam maritum, & fœminarum.

Verum

Verum quia in hoc assumpto insirmantes pro DD. descendentibus præcipuum eorundem præsidium, & Achillem constituere enitebantur, ideò pro ulteriori responsione animadvertendum esse putavimus.

37 Primo verba dispositiva (qualia nullatenus ambigendum est esse illa, *& hoc quia voluit &c.* ex *Peregrin. conf. 45. num. 15. vers. primo quia verba lib. pr.* & aliis de quibus suprà in §. *Hinc nil mirum sub*
38 *numer. 22. vers. prout illud*, quodque vel neutra partium inficiata fuit) quantumvis prolata per modum causæ, & rationis non minus efficacia esse ad inducendum Fideicommissum, quàm quælibet alia dispositio per se stans, ac principaliter emissa, quidquid aliud sit de verbis enunciativis cujusdam futuri eventus, juxtà probatissimam distinctionem *Bart. in leg. cum Pater §. Dulcissimis de legat. 2. & leg. Pater Filium §. Fundum de legat. 3.* quam signanter sequuntur *Decius dicto conf. 23. à num. 3. vers. sextò moveor Molin. post plures de Primogen. lib. 1. cap. 5. n. 7. & seq. & Surd. conf. 67. n. 43. & conf. 96. n. 21. vers. secundo respondeo, Fusar. quæst. 678. n. 11. quæst. 679. num. 19. 688. num. 33. num. 35. vers. quarto quia*, & præclarè *Vegg. dicto conf. 74. num. 370.* ubi quod immò ex hoc ipso, quia verba prolata sunt per modum rationis, ideò operantur simplex, & absolutum Fideicommissum per ipsam rationem, & Fideicommissum dumtaxat in casum alienationis per prohibitionem, idemque repetit num. & pluribus sequentibus, docetque *Odd. in dicta quæst. 11. art. 6. numer. 149.* concludens prohibitionem indistinctè regulari à dispositione sequenti per modum rationis, quia ad hunc finem prohibitio alienationis facta dicitur, ut bona conserventur in Familia, non è converso, & ideò nihil refert, quod clausula sequens sit concepta per modum rationis, quia imò tanquam finalis intentio prima in intellectu Testatoris magis attendenda venit *Bellon. dicto conf. 1. num. 75. Rot.* coram *Caval. decis. 481. num. 6.* apud *Bich. dicta decis. 129. num. 8. & 9. decis. 10. num. 1. & 2. par. 1. decis. 166. num. 7. parte 17.* apud *Burat. dicta decis. 742. num. 3. Peregr. dicto conf. 45. num. 15. lib. 1. Surd. conf. 67. numer. 8. vers. quamvis, & à num. 12. & decis. 238. num. 8. in fin. & conf. 96. num. 49. & 50. Crot. conf. 98. num. 25. & 28.* ubi quod verba per modum rationis disponunt, limitant, declarant, ac restringunt præcedentem prohibitionem *Altograd. conf. 92. num. 19. 37. & 38. lib. pr. conf. 81. num. 8. & 9. & conf. 94. num. 24. lib. 2. Redenasc.* de more ad satietatem *conf. 29. ferè per tot. à num. 2. & præcipuè à num. 3. 4. 5. 8. 33. 46. & Mans. consult. 198. num. pr. lib. 2.*

Secundo compertum esse omnes authoritates allatas ad probandam clausulam, *& hoc quia voluit &c.* tanquam adjectam per modum causæ, & rationis stare accessoriè, dependenter, & famulativè ad præcedentem prohibitionem, undè inferebatur illam esse inefficacem regulandi istam, & longè minus eam restringendi, minimè percutere hunc punctum de relatione, dependentia, sive accessorietate rationis, vel causæ ad prohibitionem, hoc est habito respectu ad prohibitionem, vel è converso, neque de prævalentia, & potioritate alterutrius earum, vel unius in alteram, de qua agunt *DD. in dicta l. cum Pater §. Dulcissimis, & concordantibus*, & cæteri paulò supra relati *in §. & in puncto* concludentes (ut vidimus)
39 rationi, in qua dispositio tota residet, accedere, & ancillari prohibitionem, sed versari prædictas Doctrinas in contrarium allegatas circa dependentiam, & correspectivitatem prohibitionis unitæ cum sua causa, vel solius causæ, absque prohibitione habito respectu ad præcedens, vel subsequens expressum Fideicommissum simplex, & indubitatum, juxtà terminos toties laudati conf. Decii 636. quod data, & supposita hujusmodi dependentia, & correspectivitate, ferè omnes, ut vidimus, unanimi concordia hac nostra tempestate sequuntur, & in his terminis procedunt congestæ *decis. Rota 473. à num. 3. §. nec obstare, & §. Et his cessat parte 4. divers. decis. 193. juncta decis. 300. par. 1. decis. 121. numer. 2. & 3. par. 2. 179. num. 12. 406. num. 24. & 25. par. 13. 159. par. 15. 228. coram Cels. num. 6. Ofasch. decis. 50. numer. 12. & seq.* & huc petunt *Caren. resol. 163. num. 7. ad 22. & 23. Marth. de success. legal. par. 3. quæst. 1. art. 5. n. 47. ad 55.* & alii innumeri ejusdem farinæ quos ipsi, & *Redenasc. conf. 30. à num. 84.* referunt, & sequuntur, & in quibus Cardo pro DD. descendentibus à fœminis constituebatur.

Concludendum ergò undequaque fuit in sola clausula *hoc quia voluit &c.* quantumvis per modum causæ, & rationis prolata, Fideicommissum constitutum esse, liberosque, & posteros nominatos in prohibitione alienationis esse ejusdem qualitatis, hoc est mares per directam lineam masculinam à Julio descendentes, quales in eadem clausula continentur, eoque evidentius, quia alioquin ratio subsequens evaderet incongrua, & inepta, nam alienum est ab homine sanæ mentis prohibere alienationem fœminis ut bona conserventur in masculis, & vocationi descendentium per lineam fœmininam subjicere rationem, ut bona ad mares per directam lineam masculinam in perpetuum descendentes deveniant, ut advertit *Surd. decis. 84. num. 6. & 7.* subdens faciendam esse semper interpretationem, ut ratio conveniat dispositioni, quod cum non possit contingere in verbis rationis coarctatis ad lineam masculinam, & sic ampliationis incapacibus, necessariò id assequi debet in verbis prohibitionis, quæ tanquam generalia declarationem, & restrictionem patiuntur, & sic Rot. in fortioribus terminis, ut præmissum fuit, in dictis tribus decisionibus Fideicommissi de Gaetanis coram Coccin. propter verba sequentis dispositionis restricta ad lineam masculinam, declarandum esse dixit in antecedenti nomen generale *Familia de Caetanis* aptum alioqui comprehendere fœminas agnatas.

Neque pro abundantiori præmissorum confirmatione visa fuit contemnenda immediata substitutio Bastardorum post masculos legitimos, ex qua nedum datur intelligi mens Testatoris perpetuò fœminas ex- 40
cludendi, siquidem quatenus illas admittere aliquando voluisset, earum loco non suffecisset illegitimos, vel saltem post lineam masculinam istorum eas expressè vocasset, ut per vulg. regulam *l. Unica §. sin autem ad deficientis C. de caduc. Tollend.* argumentantur in simili *Rota decis. 360. num. 33. par. 5. recent. & coram Gregor. decis. 433. num. 4.*

Sed etiam ex quo eadem substitutio facta fuit *cum* 41
simili prohibitione venditionis, & alienationis, &c. ex hujusmodi verbis similitudinem, & æquiparationem inducentibus inter hanc, & præcedentem prohibitionem factam legitimis, manifestè detegitur illius dependentia, & accessorietas ad partem rationalem, & dispositivam, prout ipsa prohibitio accessoriè, & famulativè adjecta fuit Bastardorum vocationi, ut in similibus terminis ratiocinatur *Altogr. dicto conf. 79. num. 27.* Tum quia æquiparatorum eadem est dispositio, *leg. 1. ff. de leg. 1. & Concord.* Tum etiam quia nullus tutior aut certior interpres adhiberi potest ad mentem Testatoris assequendam ipsomet Testatore, si credimus *Bald. in auth. nisi rogati, & Casanat. conf. 33. num. 32.* eoque existente, non est confugiendum ad leges, & glos.

Quæ cum ita sint, facilè intelleximus nihil omninò pensi habere responsionem, quod præmissa procederent quatenus Fideicommissum ex claus. *Et hoc quia voluit, &c.* totum oriretur, verum quia, ut in contrarium assumitur ex utraque dispositionis parte, prohibitiva scilicet, & rationali, sive causativa prodit, esto quod hæc potiorem, & Principem locum in illo formando obtineat, non proinde ejus prævalentia destruere valet partem prohibitivam concurrentem in compositione Fideicommissi mixti, licèt ea juxta majorem, vel minorem suam participationem, majores, vel minores producat effectus, sed idem Fideicommissum, uti participans ex utraque parte illius constitutiva, debet esse comprehensivum personarum in utraque vocatarum, ordine tamen prælativo marium per lineam masculinam specialiter designatorum in ratione, & causa prohibitionis, quia sic utraque dispositionis pars suum operatur effectum, nec una alteram destituit ex traditis *per Casanat. conf. 57. num. 71.*

Evanescit enim assumptum in acumine objicientis in aliquo Juris fundamento, vel authoritate consistens, recolendo dumtaxat nonnulla ex præmissis, cæteris omissis, nimirum; Primo clausula: *Et hoc*

quia

quia voluit, absque concursu, & adminiculo prohibitionis continet expressum, indubitatum, absolutum, perpetuum, & descensivum Fideicommissum, cujus naturam prohibitio alienationis præcedens, vel subsequens tamquam ab eo dependens, eique correspectiva, & famulativa, assumit, & sequitur, juxtà superius tradita in §. *Quia tunc demum*, *& seq.* *&* §. *Hinc nil mirum*.

Secundò, ipsam prohibitionem regi, semperque regulari, ac restringi à sua causa, & ratione, ut ex deductis suprà *in* §. *Præterea fortius*, non adversante *Petr. in dicto tract. de Fideicommissis quæst.* 1. *numer.* 104. *vers. sed hæc declaratio in contrarium allegata* minusque *quæst.* 6. *num.* 24. §. *non obstat modo:* In primo enim loco nihil aliud profert, nisi quod ex qualitate rei prohibitæ, & ex causa prohibitioni adjecta resultat Fideicommissum simplex, in secundo vero loquitur de Fideicommisso contraventionali, quod sicuti nemo inficiatur oriri ex prohibitione etiam nuda, si vestiatur ex cohærentia causæ, uti proprius effectus ipsius prohibitionis, ita nemo pariter asserit, quod ea licèt vestita, concurrat principaliter cum ratione ad producendum Fideicommissum simplex in casum mortis, cujus oppositum de directo docuerunt *Odd. in dict. quæst.* 11. *& cæteri superius allegati in* §. *Hinc nil mirum*, *&* §. *primo verba*.

Tertiò, *Quod verba posterorum*, *& descendentium* in prohibitione contentorum ex vi continuati sermonis, quinimò unitatis, & identitatis dispositionis non admittunt, neque patiuntur dissonum, & disformem sensum, ab eo, secundum quem prolata, & emissa fuerunt per eundem Testatorem, in clausula *Quia voluit*, in qua illa ad masculos restrinxit ut probavimus in §. *Verum*, *& longè fortius & sequentibus*, accedat quod etiam si concederetur hujusmodi Fideicommissum dici, mixtum nihil tamen proponitur, quo minus oriri dicatur ex ratione, ex traditis suprà, & per *D. Card. de Luc. in d. disc.* 55. *n.* 11.

Hinc evidenter convincitur non applicari ea, quæ de ordine succedendi, prælativo quoad masculos in linea masculina, & successivo sive subsidiario, illis deficientibus, quoad descendentes à fœminis in prolixis allegationibus cumulata fuerunt, quamvis enim regulariter vera sit conclusio, quod in quacumque
42 materia indifferenti, dispositio concepta per verba communia, ex verbis quantumvis restrictivis ad masculos exinde prolatis, non coarctatur ad eos cum perpetua, ac totali exclusione fœminarum, sed tantum temporaliter, quousque extant masculi, & in eorum concursu, ut signanter per *Peregr. de Fideicommiss. art.* 25. *sub num.* 47. *& Fusar. eo tract. quæst.* 379. *num.* 2. *&* 4. *vers. saltem in his casibus Rot. decis.* 20. *num.* 7. *par.* 2. *& decis.* 126. *num.* 2. *vers. & deficientibus masculis par.* 7. *recent.* ac in puncto Fideicommissi resultantis ex prohibitione, per verba communia *Peregr. cons.* 8. *numer.* 2. *& seq. lib.* 5. *Fusar. quæst.* 352. *num.* 1. *& num.* 12. *Rot. in dicta Bonorum de Pancaldis* §. *Minus fuit*.

43 Attamen hujusmodi conclusio præsupponit comprehensionem, & vocationem fœminarum, & earum posteritatis, saltem per verba communia in Fideicommisso, & substitutione, ut videre licet ex DD. præallegatis, & ex *Rot. decis.* 217. *in fine par.* 2. *decis.* 133. *par.* 9. *decis.* 7. *par.* 10. *recent. Altogr. cons.* 79. *num.* 58. *& de Luc. disc.* 35. *num.* 1. ibi *cum posita comprehensione de Fideicom.* quod sanè suppositum deficit in nostro casu, ubi descendentes à fœminis, ut vidimus, sunt dumtaxat positi in prohibitione, non autem in dispositione, sive in Fideicommisso, aut veriùs neque, vel comprehenduntur in prohibitione, siquidem verba *posterorum*, *& descendentium*, licèt promiscua, & utriusque lineæ complexiva, recipiunt (ut abundè probavimus in §. *Ex qua unitate*, *& seq. num.* 29. *&* 30.) declarationem, & restrictionem ab adjuncta qualitate masculinitatis eisdem posteris, & descendentibus in parte causativa, & rationali, & longo discrimine distat vocatio descendentium simplex, à vocatione qualificata, & differente, ut illa nempe apta sit comprehendere cognatos, quibus è contra ista non convenit, ut in puncto admonet *Rota in d. decis.* 89. *num.* 22. *par.* 6. *rec.*

Quamobrem, cum appareat quo in sensu Testator 44
illa protulerit, & receperit, non est cur tractetur de successiva, & subsidiaria fœminarum, vel earum descendentium successione, ad quam non datur locus nisi illis personis, quæ reperiuntur vocatæ, sed earum admissio aliqua ratione ad tempus suspenditur, juxtà notata in *l. cum ita* §. *in Fideic. delegat.* 2. & ut constanter per tres vices decisum fuit per *Rot. in Carpenterat. Fideicomm. dec.* 203. 217. *&* 432. *par.* 2. *recent.* quas retulit, & sequuta fuit eadem Rot. non minori perseverantia in Fideicommisso de Joardis, *dictis decis.* 272. 454. *&* 742. *apud Burat.* in quibus terminis utique fortioribus firmatum fuit perpetuò exclusas fuisse fœminas agnatas, ex eo solùm, quod propter conjecturatam mentem Testatoris de masculis tantùm Testator sensisse videbatur, quod iterum eadem *Rot. firmavit in decis.* 462. *numer.* 14. *& seq. par.* 14. non obstantibus dictionibus suspensivis tantùm, non autem exclusivis, & in *decis.* 228. *num.* 5. *& seq. par.* 15. quibus non dissentit *Rot. in dicta decis. Bon. Fideicomm. de Pancaldis coram Cerro*, *in decis.* 890. *num.* 5. *&* 6. *coram Merlin. in decis.* 174. *verso Hinc patet apud Carill.* admittens eandem distinctionem, *& in dec.* 1083. *num.* 36. *coram Coccin.* ubi pro perpetua exclusione fœminarum ponderat dictionem perpetuitatis appositam in vocatione, & substitutione masculorum, similem ei, quæ in subjecta columna geminata fuit, ibi, *in Familia*, *& posteritate masculina perpetuo remanere*, & ibi *illaque ad posterus ejus mares*, *per directam lineam masculinam in perpetuum successivo ordine pervenire*.

Et hinc pariter evitantur, quinimò conciliantur 45
Sesse decis. 412. *& seq. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 33. *Casanat. cons.* 57. *num.* 71. & cæteri, quicumque sunt, in contrarium allegati, asserentes, Fideicommissum, & substitutionem favore unius speciei personarum, cum expressione aliquorum ex eis, non restringi ad nominatas, sed illorum tantummodo prælationem inducere ad terminos *l. cum ita legatur* §. *in Fideicom. ff. de legat.* 2. quia, & ipsi supponunt præexistentiam vocationis omnium contentorum sub nominibus communibus, vel Collectivis in oratione perfecta, & separata, præter *Corn. in cons.* 203. *lib.* 4. quem, ut diximus, reprobatum invenimus à *Peregr. in cons.* 159. *lib.* 5. *& Cyriac. contrav.* 142. *&* 143. *num.* 34.

Præterea Casanat. loquitur in casu, quo aderant duæ dispositiones expressæ, & totaliter separatæ in diversis Instrumentis, una pro masculis tantùm, altera pro masculis, & fœminis, quapropter is consuluit, ut pro evacuatione dispositionis æqualiter relativæ ad utramque primò admitterentur masculi, & his extinctis, fœminæ, quod nihil commune habere duximus cum nostro casu, in quo ex prædictis, nulla pro fœminis, & earum descendentibus dispositio, nullaque relatio habetur, sed unica tantùm dispositio pro masculis, eisque solis adaptabilis adest.

Et licèt, attentis præmissis, exclusio lineæ fœmininæ nulla indigeat ulteriori probatione, cum etiam ea dicatur satis exclusa, eo ipso, quod non probatur sub verbis dispositivis inclusa, hoc enim casu (inquit *Altogr. cons.* 79. *num.* 4. *&* 5. *& rursus numer.* 58. §. *Huic objecto vers. nam sicut*) non tam ex Testatoris facto, quàm ex non facto colligitur ipsius intentio illam perpetuò excludendi, quam consultò omisit.

Nihilominùs fuit tantummodo abundantiùs pon- 46
deratum, quòd neque descendentia fœminina venire posset sub nominibus posterorum, & descendentium in sola prohibitione positorum, propter votum conservandæ agnationis, quod operatur, ut verba quantumvis communia, sive promiscua ad utrumque sexum coarctentur ad solos masculos ex masculis, ut pluribus relatis docent *Molin. de Primog. c.* 5. *lib.* 2. *num.* 38. *& seq. & ibi addentes Rot. in puncto in dicta decis.* 129. *num.* 16. *coram Bich. & in recent. dictis decis.* 203. *n.* 5. *dec.* 217. *n.* 2. *&* 3. *illius confirmatoria par.* 2. *decis.* 126. *par.* 7. *num.* 3. Et ne fœminæ sub nomine posterorum comprehendantur, & multò minùs earum descendentes, qui non sunt de agnatione, *Gabr. cons.* 116. *num.* 4. *& seq. lib.* 2. *Molin. ubi supra Castill. contr. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 6. *ubi quod in hoc nullus dissentit*, *& cap.* 129. *n.* 3. *lib.* 5.

tom. 6. *Caren. resol.* 163. *num.* 42. & 43. *Rot. dec.* 13. *num.* 2. *par.* 2. *diverf. decif.* 89. *num.* 17. *par.* 6. *dicta decis.* 203. *num.* 5. *par.* 2. & *decis.* 95. *numer.* 11. *par.* 11. *decis.* 398. *num.* 3. & *decis.* 269. *num.* 8. & *per tot. par.* 13. *decis.* 69. *à num.* 17. & *seq. par.* 17. & *coram Burat. decis.* 742. *num.* 3. 4. & *seq. decis.* 454. *numer.* 1. *decis.* 151. *num.* 13. *parte* 5. 165. *num.* 7. *par.* 8. *recent.* & *in decis.* 536. sive verius in dicto voto decisivo *Eminent. Cardinalis Gastaldi num.* 206. *par.* 14. *recent.*

47 Præsertim quotiescumque, ut in præsenti casu, nulla alia dispositionis ratio reddi potest, *Molin. dicto cap.* 5. *num.* 38. *lib.* 3. *Peregrin. cons.* 23. *num.* 8. & *cons.* 49. *num.* 3. *lib.* 3. *Gabr. cons.* 132. *num.* 38. & 48. *Fusar. dicto cons.* 169. *num.* 38. *Decian. cons.* 55. *num.* 65. *Rot. decis.* 1. *num.* 59. *par.* 10. *decis.* 397. *num.* 2. *ac decis.* 128. *num.* 5. & 6. *par.* 15. quibus affines sunt omnes supra allegati in §. *Præterea*, ac in terminis firmavis *Rot. decis.* 170. *num.* 2. *par.* 16. *Ciarl. contr. cap.* 9. *num.* 57. ubi quod tunc ratio agnationis censetur expressa, etiam si de ea nulla facta fuerit mentio.

48 Fortius, quia prohibitio, & ratio sunt in eadem periodo, & oratione, ex *Altogr. cons.* 92. *num.* 51. *lib.* ultra superius ponderata in §. *Ex qua unitate*.

49 Et sine dubio vocata linea masculina, tam legitimorum, quàm bastardorum legitimatorum *Ludovis. decis.* 433. *num.* 4. *Rota coram Arguel. decis.* 28. *à numer.* 55. *decis.* 81. *num.* 1. *par.* 16.

50 Votum autem conservandæ agnationis satis aperuit ipse D. Galeatius Testator, explicitè quidem per verba ibi, *voluit bona ipsa in Familia, & posteritate masculina ipsius perpetuo remanere Fusar. quæst.* 499. *num.* 1. Familiæ enim, & domus appellatione, agnationem comprehendi, non esse amplius dubitandum testatur *Ricciard. dicto cons.* 169. *num.* 40. & in simili firmatum fuit in dicto voto decisivo *D. Cardin. Gastaldi num* 208. & *dicta decis.* 170. *numer.* 2. *par.* 16. *recent.* & *pones Giovagn. cons.* 75. *num.* 87. *lib.* 1. ubi quòd nulla est differentia, an ratio prohibitionis fuerit prolata favore agnationis, vel Familiæ descendentium masculorum, *Altogr. in puncto in cons.* 92. *num.* 54. *lib.* 1. ubi ex innumeris, probat fœminas exclusas omninò esse à Fideicommisso ordinato pro conservatione bonorum in Familia, quod consilium fuit decisivum, & redditum pro veritate.

51 Tacitè verò, sed non minus clarè, propter qualitatem masculinam in omnibus successorum, etiam illegitimorum gradibus sine interruptione requisitam in Fideicommisso à masculo ordinato juxtà *Peregr. art.* 26. *num.* 15. *Bellon. Jun. cons.* 7. *numer.* 1. *Rot. decis.* 135. *num.* 8. 237. *numer.* 8. & *in decis.* 514. *numer.* 9. *parte* 5. *recent. dicta decis.* 129. *num.* 8. *coram Bicch. Altograd. dicto cons.* 92. *num.* 13. & *numer.* 59. *lib.* 1. & *cons.* 80. *num* 91. & 99. ubi auctoritate Ro-
52 tæ in pluribus decisionibus subdit, neque tali casu, fœminas post masculos, & in subsidium esse admittendas, rursus *Rot. coram Gregor. decis.* 464. *n.* 16, & 18. *decis.* 37. *num.* 8. *par.* 8. *decis.* 1. *num.* 54. *decis.* 142. *num.* 31. *par.* 10. *decis.* 95. *num.* 9. *par.* 11. *decis.* 415. *num.* 18. & 19. *par.* 12.

53 Non obstat, quod juxtà hodiernam receptiorem opinionem agnationis affectio, & contemplatio non concludat perpetuam fœminarum exclusionem, sed temporalem tantum, durante linea masculina ex *Peregr. cons.* 58. *num.* 3. *vol.* 5. & *de Fideicomm. art.* 25. *num.* 47. *Rot. coram Merlin.* 890. *par.* 2. *coram Caril. decis.* 147. *num.* 4. & *aliis per Rub. ad dec.* 523. *num.* 123. *par.* 4. *tom.* 3. *recent. Castil. de conject. cap.* 143. §. *unico per tot.* & *de Luc. de Fideicomm. disc.* 40. *num.* 2. & *seq.*

54 Quia præterquam quod contrarium verius esse dixerunt, etiam remoto concursu masculorum ibidem *Peregrin. dicto cons.* 58. *num.* 6. & 8. *Merlin. num.* 3. & *Caril. numer.* 11. §. *Hinc patet*, & pluries alios allegans *Capon. dicta discept.* 164. *à num.* 10. 21. 24. & *sequent. Rota dictis decis.* 203. 217. 432. *par.* 2. & *apud Burat. decis.* 272. 454. & 772. *decis.* 89. *n.* 19. & 20. *par.* 6. *recent.* quoties conservatio Familiæ, prout in isto casu deprehenditur perpetuò restricta ad masculos, & nulla mentio, vel vocatio fœminarum facta fuit in Testamento, eadem *Rot. dec.* 133. *à num.* 21. *par.* 9. *recent.* & *num.* 28. idemque consentit *Eminent. de Luca ubi supra num.* 12. & 15. non resistentibus *Rubeo ad dictam decis.* 523. *Merlin. dec.* 864. & *Caril. dicta decis.* 147. in objecto allegatis, qui in terminis Fideicommissi agnatitii absque adjectione masculinæ qualitatis eatenus concludunt pro admissione fœminæ agnatæ, maribus extinctis, quatenus ipsa, donec vivit, dicitur conservare agnationem, quod non procedit in descendentibus ab ea, minusque obstante Castillo, qui loquitur de Primogenitura Hispanorum, in quibus ob eorum naturam, & legalem perpetuitatem inquit, & centies repetit, & signanter in fine, vigere inconcussam regulam, quod semel exclusus non remanet perpetuò exclusus, cum secus firmaverit, ut diximus, de aliis Fideicommissis *in dicto cap.* 29. *lib.* 3. & *cap.* 129. *lib.* 5. *tom.* 6.

Adhuc consideratum fuit, quod dubium intraret, 55 ubi fœminæ sub nomine communi essent comprehensæ, non tantum positæ in prohibitione ab illa dependente, ut latius suprà deduximus, & in puncto advertit *Caren. resol.* 237. *num.* 10. & post eum *Capon. dicta discept.* 164. *num.* 24.

Quapropter cessat ex his opposita conjectura ve- 56 risimilis mentis Testatoris deducta ex illius naturali affectione erga proprios descendentes, authoritate *Tex. in l. cum Avus ff. de condition.* & *demonstrat.* quam in qualibet ultimarum voluntatum dispositione sibi locum vendicare firmant DD. apud *Gabr. cons.* 90. *lib.* 1. & *Rot. decis.* 84. *num.* 8. *par.* 10. *rec.*
& alii passim, addito quod hujusmodi præsumptio 57
militat, quando Testator nullum de Filiis sermonem habuit. *Bart. in dicta l. cum Avus num.* 4. *Spad. cons.* 252. *lib.* 3. *Altogr. cons.* 6. *num.* 13. 14. & 15. *De Luc. de Fideicommissis discur.* 147. *num.* 8. illa enim, sicut cæteræ omnes corruit, ubi veritas in contrarium emicat *Rot. decis.* 527. *num.* 17. *par.* 14. *rec.*

Neque magis urget absurdum esse præferri descen- 58 tibus extraneum, habentem causam ab ultimo masculo, in quo finivit Fideicommissum, quia objecto satisfacit *Rot. decis.* 432. *numer.* 7. *par.* 2. *recent.* ubi ait, quod sublato Fideicommissi vincolo, successio extranei procedit ex dispositione Juris, vel ultimi gravati, non etiam Testatoris, quam sequitur *Eminent. de Luc. disc.* 28. *num.* 13. ubi admonet, officium judicis esse testamentum interpretandi, non novum condendi.

Prout neque nos tandem movit, omissis leviori- 59 bus, seria ponderatio DD. informantium super efficacia clausulæ *omni meliori modo &c.* appositæ in Testamento Galeatii, quia posthabitis ex industria cæteris responsionibus, illa placuit, tunc demum hujusmodi clausulam operari, ubi dispositio, vel actus nullo posset pacto subsistere, *Rot. d. decis.* 300. *num.* 29. *par.* 1. *rec.* repetita apud *Peregr. dec.* 134. *n.* 23. *ex Menoch. præsumpt.* 76. *numer.* 82. *in tract. de præsumpt. lib.* 4.

Jo: Baptista Calissanus J. C.
Jo: Dominicus de Casaregis J. C.

ARGUMENTUM.

AN primi legati ademptio fit, quando eadem res iisdem personis denuò legatur, etiam in eodem testamento, vel diversis personis cum mutatione conditionum, vel onerum, seu personarum in primo legato appositarum.

Fideicommissum reciprocum linearum numquam extenditur ultrà personas in substitutione comprehensas.

Clausula, ut supra posita in fine vocationis refert solum modum activum succedendi, secus substitutiones, aliaque onera, & conditiones.

SUMMARIUM.

1 F*Acti species.*
2 *Ademptio legati dari potest in eodem testamento.*

3 *Le-*

3 *Legatum factum alicui cum onere restitutionis dicitur ademptum, si idem legatum translatum fuit simpliciter in eamdem personam.*

4 *Secus, si in diversam personam translatum fuerit legatum, vel in eamdem personam, sed diversam rem, vel in eamdem personam, ac rem, sed adjuncta alia re, vel persona.*

5 *Legatum translatum in eamdem, vel diversam personam cum novis oneribus præsumitur semper Testatorem à primis recessisse.*

6 *Clausula* item modo prædicto jure prælegati *repetit omnes qualitates expressas in aliis prælegatis.*

7 *Clausula* item omni meliori modo *præcisam mentem aliter disponendi importat.*

8 *Et habet vim clausula* pleno jure.

9 *Clausula* pleno jure *omnimodam translationem dominii significat.*

10 *Clausula* omnia singula jura, actiones, & rationes in proprietate &c. *docet plenum, ac absolutum dominium translatum fuisse.*

11 *Proprietas nominatur, quando res fit tua.*

12 *Ex novo, ac diverso disponendi stylo diversa mens arguitur.*

13 *Substitutio facta ad supervIventes, vel existentes, non extenditur ultrà illos.*

14 *Substitutio facta inter certas personas, ac expressas non potest umquàm trahi ad alias.*

15 *Nec reciproca linearum inducitur, nisi vis verborum illam necessariò referat.*

16 *Si Testator, quando voluit substitutionem, illam expressit, si eam in alio casu non expressit, noluisse tunc illam censendum est.*

17 *Dictio* eorum trium *est personalissima ad tres personas expressas.*

18 *Dictio* tantum *excludit omnes alias personas præter specializatas.*

19 *Dictio* ut suprà modis, & formis prædictis *sunt relativa qualitatum præcedentium dispositioni.*

20 *Dictio* ut supra &c. *est relativa solum illius qualitatis, cui immediatè adhæret, & num. 21.*


22 *Præsertim quando fideicommissum induceretur.*

23 *Quando verba possunt duplicem effectum parere, contra multiplicitatem fideicommissi ille accipiendus est.*

24 *Dictio* ut supra, *ac aliæ relativæ ad dispositionem, seu vocationem præcedentem referunt solum modum activum succedendi, secus substitutiones, conditiones, aliaque onera.*

R E S O L U T I O X.

Jannens. sive Intimiliens. Fideicommissi.



1 QUatenus supponere deberemus institutum fuisse perpetuum fideicommissum locorum tercentorum in Comperis S. Georgii à D. Jo: Baptista Porro seniore, in prima parte ejus testamenti, ad favorem suorum filiorum, scilicet Pauli, Juliani, & Nicolai, ac etiam ad favorem illorum descendentium, attamen potuerit dictus D. Nicolaus senior liberè disponere de omnibus dictis locis, & eorum multiplicis, in quos voluerit, quia dictum suppositum fideicommissum in secunda parte ejusdem testamenti ademptum fuerit, & translatum in simplex
2 legatum per ipsummet Testatorem, quam ademptionem dari posse in eodem testamento probat apertè *tex. in §. unic. Instit. de adempt. legat. & in l. si tibi 28. ff. de adim. leg.* vel saltem potuerit disponere liberè de duobus tertiis partibus dictorum locorum tercentorum dicto Nicolao obventis per prædecedentiam aliorum fratrum, scilicet Pauli, & Juliani absque liberis vigore substitutionis reciprocæ inter eos factæ à D. Testatore.

Et ut melius, clariusque procedamus, Testamentum hìc referam in illis dumtaxat partibus, quas ad propositum nostrum facere arbitratus fui. Nam in hujusmodi ferè materiebus resolutio à verbis Testatoris procedit.

Instituta ergo perpetua columna dictorum locorum tercentorum in Comperis S. Georgii sub modis, & formis, de quibus in testamento, ad illam vocavit Testator suos hæredes infrascriptos, scilicet Julianum, Paulum, & Nicolaum, & eorum succes-
„ sores hisce verbis possint hæredes infrascripti dicti
„ Testatoris, & successores pro rata capere, & de-
„ scribi facere.

Inferiori tamen parte ejusdem Testamenti idem Testator post multa prælegata facta dictis suis hæredibus, & filiis iterum disposuit in hæc.

„ Item modo prædicto Jure prælegati, ut suprà,
„ & omni meliori modo prælegavit dictus Testator dictis Paulo, Juliano, & Nicolao filiis suis præ- „
nominatis omnia, & singula Jura, actiones, ac „
rationes prædictorum locorum 300. ponendorum „
in Comperis S. Georgii, ut supra fit mentio, ad „
multiplicum modo, & formis prædescriptis, tam in „
proprietate, quàm in proventibus, & multiplicis. „

Post hæc omnia substitutionem reciprocam inter primos hæredes fecit hoc pacto.

Et si dictus Paulus, Julianus, & Nicolaus de- „
cederent, seu aliquis eorum decederet sine liberis „
legitimis à se natis, quod tunc, & eo casu al- „
ter, seu alii eorum supervIventes eorum trium „
tantum succedat, seu succedant in dictis juribus, „
ut suprà dictorum locorum, & multiplicorum mo- „
dis, & formis prædescriptis. „

His omnibus benè ponderatis venio ad primum punctum ademptionis Fideicommissi, quæ satis patet ex præhabitis verbis testamenti, ibi.

Item modo prædicto Jure prælegati, ut suprà „
prælegavit dictus Testator dicto Paulo, Juliano, „
& Nicolao, omnia, & singula jura, actiones, „
& rationes dictorum locorum 300. „

Nam quando Testator simpliciter eamdem rem 3
denuò legat eidem personæ, seu personis, quibus jam supra eam legavit, cum aliquo onere, videlicet restituendi alteri, tunc illud primum legatum dicitur ademptum, & translatum in secundum simpliciter, sine replicatione oneris, vel conditionis in prima dispositione appositæ. *Tex. est apertus in leg. si tibi 28. ff. de adimend. vel transf. legat.* ibi, *si tibi certam rem legavero, & rogavero te, ut eam Titio restitueres, deindè eamdem rem tibi fideicommissero, nec rogavero te, ut alii eam præstares, quæritur, an in tua potestate sit ex causa fideicommissi eligere, ut fideicommissum non præstes, & magis posteriorem scripturam testamenti placuit servari*, ibique *gloss. cum contex. & l. alumna 30. eod. Bart. in dicta leg. si tibi*, quem sequitur *Mantic. de conjectur.*

ultim. volunt. lib. 12. titul. 3. numer. 3. & in leg. Cajo in princ. ff. de alim. & cibar. legat. Ruin. controv. 53. numer. 7. lib. 2. & conf. 38. lib. 5. numer. 16. Caphal. conf. 67. num. 1. lib. 1. Camarel. de legat. cap. 1. lib. 4. tertia causa quæst. 4. num. 2. fol. 478. Galganet. de condit. & demonstr. par. 2. cap. 1. quæst. 104. n. 5. quam conclusionem agnovit etiam *D. Emin. de Luc. disc.*
4 *127. numer. 11. de fideicommiss.* secus verò dicendum esset, si non in eamdem personam, sed diversam translatum fuerit legatum, vel in eamdem personam, sed diversam rem, vel in eamdem rem, ac personam, sed cum adjuncta alia re, vel persona, quia tunc comprehenderetur ratio, ac finis Testatoris diversus ab auferendis primis conditionibus, ac oneribus, dum per aliam prorsùs occasionem secundum legatum renovatum fuisset, ita tradiderunt *Ruin. conf. 59. num. 8. lib. 2. Corn. conf. 105. num. 15. lib. 2. Dec. conf. 190. num. 8. Natt. conf. 476. num. 14. Mans. consult. 282. num. 29. Peregrin. conf. 69. num. 10. volum. 3. Bellon. Jun. conf. 15. num. 30. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 10. tit. 6. num. 31. Fusar. conf. 114. à num. 1. De Luc. disc. 127. de fideicomm. num. 10. & 11. Hunn. in sua Encicloped. Jur. univers. par. 4. tit. 25. de legat. cap. 4. num. 73.*

Concludendum igitur est in nostra hypothesi, quod cum Dom. Jo: Baptista fideicommittens simpliciter dicta loca tercentum denuo legaverit eisdem suis filiis nomine proprio vocatis voluit tollere onus restituendi illa suis descendentibus.

Præcipuèque, cum in nostro casu translatum fuerit legatum cum novis oneribus injunctis, & conditionibus, nempè quod teneantur prædicti tres hæredes Paulus, Julianus, ac Nicolaus in solidum solvere, & satisfacere dotes Devotæ eorum matris, & pariter dotes Blanchinettæ, & Nicolettæ filiarum, & omnia alia, & singula contenta in dictis eorum institutionibus, recognitionibus, ac legatis ipsius Devotæ, & dictarum Blanchinettæ, & Nicolettæ filia-
5 tum &c. Propter enim talia nova onera injuncta præsumitur omninò Testatorem recessisse à primis non solùm, ut in casu nostro, quando transfertur legatum in easdem personas de eadem re, sed in diversas personas *Tex. est literalis in dicta leg. alumna de adim. legat. quem ibi Bart. reassumit, & Angel. conf. 294. num. 6. & in fin. Castrens. in conf. 140. col. 1. & conf. 326. num. 2. lib. 1. Alex. conf. 66. num. 4. lib. 3. Dec. conf. 190. num. 6. vers. tertio loco. Ruin. conf. 53. num. 7. lib. 2. & in conf. 38. num. 16. lib. 5. Caphal. conf. 67. numer. 13. & 23. lib. 1. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 3. vers. tertio debet restringi Galganet. de demonstr. & condition. par. 2. cap. 1. quæst. 104. num. 3.*

Addendum ulterius quod ad hæc convalidanda multæ concurrunt qualitates, & circumstantiæ, si
6 benè perpendantur verba dicti prælegati, & præcipuè dictio, *item modo prædicto jure prælegati*, quæ repetit per regularem traditionem de sui natura omnes qualitates superius expressas in omnibus aliis prælegatis domorum, petiorum terræ, & mulæ, ad quæ fit relatio *Cyriac. controv. 69. num. 38. decis. 15. numer. 25. post Torr. de Majorat. & in quæst. 23. n. 20. par. 2. Rot. coram Dunozet. Junior. decis. 715. num. 1. decis. 354. num. 28. Gratian. in puncto cap. 621. num. 28. & seq.* Et sicut illa solum jure prælegati simpliciter absque ullo Fideicommissi vinculo relicta fuere, ita etiam hæc loca tercentum disposita censentur.

Et fortiùs in nostra specie perstringit argumentum cui cedere adstringimur, dum prædictum legatum dictorum locorum dispositum fuerit immediatè post aliud prælegatum mulæ, quod absonum est dicere pati posse perpetui Fideicommissi onus, tantumque abfuit in hac secunda dispositione prædicti prælegati mens Testatoris à creatione Fideicommissi, sive ab illius confirmatione, quod verbis clarissimis se explicare voluit, unde cum essemus in claris nullis indigemus argumentis, & conjecturis *Honded. conf. 78.*
7 *num. 40. lib. 1.* & satis enixam illius voluntatem demonstrant primo verba *item omni meliori modo*, quæ præcisam mentem aliter disponendi important, & vim habent, ac si testator dixisset non obstantibus quibuscumque in contrarium ordinatis, ut benè considerant more suo *Bald. conf. 226. lib. 1. Cyriac. controv. 205. numer. 123. & 124.* Etiamque habet hæc 8
clausula vim, & robur clausulæ pleno jure *Barbos. clauf. 95. num. 2.* quæ omnimodam translationem Do- 9
minii etiam ad effectum disponendi importat, ut sensit *Rot. decis. 306. numer. 7. par. 14. rec. Dec. conf. 498. num. 8.*

Item ex clausula prægnantissima *prælegavit omnia* 10
& singula Jura, actiones, & rationes dictorum locorum tercentorum ponendorum in Comperis D. Georgii, tam in proprietate, quàm in proventibus, & multipliciis, quæ docent plenum, absolutumque Dominium, & non revocabile translatum fuisse in dictos filios, cum quo possumus liberè disponere de re ad mentem *Rotæ decis. 52. par. 6. num. 11. recent. Socin. Sen. conf. 53. num. 14. lib. pr. Scopp. ad decis. Gratian. observat. 239. num. 5. Cirocch. discept. 66. num. 9. & 73. Gratian. cap. 848. num. 4. & cap. 46. num. 12.* & fideicommissum excludunt, argumento *Rota decis. 474. num. 4. 5. 6. par. 18. tom. 2. recent.* Nam verbum *in proprietate* idem est, ac si testator 11
dixisset lego Dominium verum, ac quando res propriè fit ad effectum liberè disponendi sua, tunc proprietas nominatur *l. 1. §. hujus autem usi possidetis §. retinendæ 3. Instit. Interd. & ibi Mysinger. in verbo proprietas num. 4. Gratian. dicto cap. 838. num. 5.* Igitur repugnat hæc clausula fideicommisso, in quo gravatus verè non acquirit proprietatem ad effectum liberè disponendi tanquam de re propria, ut in simili facit *Cyroc. discept. 66. n. 74.* Imò ex hoc no- 12
vo relinquendi modo, tam absoluto, ac libero, & prorsus diverso à primo, non dubitandum amplius est Testatorem recedere voluisse à fideicommisso suprà facto in dictis locis 300. cum sufficiat qualisqualis diversitas posterioris relicti à primo ad hoc, ut censeatur à primo omninò recessum à disponente *Tex. in l. cum centum ff. de adim. leg. & l. cum non ad ea ff. de condit. & demonstr.* quos expendit *De Luc. in tract. de leg. disc. 53. numer. 6. §. eò magis, & Bellon. conf. 15. num. 16.* & in simili ratiocinatur *Alex. conf. 204. num. 13. lib. 6. Galganet. de condit. & demonstr. par. 2. cap. 1. quæst. 104. numer. 6.* post hæc scripta visus.

Hoc itaque resoluto puncto ad secundum procedamus, quod non minus indubitatum est primo, & illud est, quod licet extaret fideicommissum prædictum ad favorem dictorum hæredum, videlicet Pauli, Juliani, & Nicolai, & eorum successorum, neque dici posset ademptum in simplex legatum, ut probavi mox suprà, attamen dici numquam posset gravatus D. Nicolaus illud integrè restituere suis descendentibus, nempè in portionibus sibi etiam obventis per prædecessum aliorum duorum fratrum sine filiis in vim substitutionis reciprocæ factæ ab eodem Testatore, quæ prætenditur trahi quoque de linea ad lineam.

Dubium prorsùs non invenitur, quin testator fecisset solum substitutionem inter primos tres hæredes reciprocam, & non inter alios descendentes ab eisdem verba sunt clara, quæ repetenda censeo, ibi, quod si dictus Paulus, Julianus, & Nicolaus de- "
cederent, seu aliquis eorum decederet sine liberis "
legitimis à se natis, quòd tunc, & eo casu al- "
ter, seu alii eorum superviventes tantum succe- "
dant, seu succedat in dictis juribus, ut supra di- "
ctorum locorum, & multiplicorum modis, & "
formis prædictis; Ideoque cum hic testator substi- 13
tuat solum reciprocè superviventes eorum trium, non potest aliquo modo extendi dicta substitutio ad alias personas, scilicet descendentes illorum superviventium, ut in his ferè passibus consuluit *Peregrin. conf. 30. num. 6. par. 3. & conf. 33. eod. lib. numer. 16. 17. 18. 19. & conf. 47. numer. 15. lib. pr. & conf. 150. numer. 14. & 152. numer. 19. lib. 5. Nuperrimè Erudistissimus D. Rocc. Episc. Isclan. disput. select. cap. 17. n. 2. Bardellon. conf. 106. n. 34. 35. 36. & 37.* & sic substitutio facta inter certas personas, 14
ac expressas, non potest umquam argui, & trahi ad alias *l. si unus §. antè omnia ff. de pact. Peregr. de fideicomm. art. 3. num. 90. & d. conf. 30. num. 4. lib. 3. Dec. conf. 218. numer. 12.* Nec reciprocum linea- 15
rum inducitur, nisi vis verborum illud necessariò referat, *Peregrin. dicto conf. 47. num. 7. & conf. 30. num.*

num. 1. 2. 3. & quando ejus probatio non esset certa, sed dubia prodesse ullo modo non posset, *Cephal. conf.* 430. quem sequitur *Fusar. conf.* 17. *num.* 4.

16 Magisque hæc omnia habent locum in casu nostro, quia quando Testator voluit substitutionem descendentium illam expressè, & clare protulit sub verbis pluriès ab eo repetitis *eorum successores*, & sic, si voluisset illam, hic etiam facere de una linea ad aliam pariter expressisset, si ergo non expresserit, dicendum est eam noluisse instituere *Argum. leg. unic. §. sin autem, ad deficientis Cod. de caduc. tollend.* quo communiter utuntur DD. inter quos *Fusar. in quæst.* 472. *numer.* 30. *de substitution. Ludovis. decis.* 514. *numer.* 17. *Castil. quotid. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 102. *Gratian. discept. cap.* 930. *numer.* 31. *Cyriac. controv.* 8. *numer.* 45. *& controver.* 142. *numer.* 5. & in terminis nostris proprioribus, quando Testator voluerit apponere plures gradus, & substitutiones in sua dispositione, & in alia non potuit, certum est, quod noluerit *De Luc. de lin. leg. artic.* 13. *num.* 13. *& artic.* 15. *num.* 29. *par.* 1.

17 In quorum confirmationem ponderantur verba dispositionis, nempè ly *eorum trium*, quæ dictiones restringunt substitutionem solum ad personas Nicolai, Juliani, & Pauli, & faciunt dispositionem esse personalissimam, & limitatam ad dictas tres personas *Cavalc. decis.* 81. *num.* 15. 26. 28. *par.* 3. *Menoch. conf.* 532. *num.* 8. *& seq. Decian. conf.* 2. *numer.* 70. *lib.* 2. *Petr. de fideicomm. quæst.* 5. *num.* 96. *Peregrin. dicto conf.* 47. *num.* 12. *lib.* 1. *Honded. conf.* 51. *num.* 6. *par.* 2. *Bardellon. conf.* 106. *numer.* 34. 35. 36. Et sic consuluerunt quatuor insignes advocati in una allegatione inserta apud *Eminent. Card. de Luc. in tract. de offic. venal. vacabil. in celeberrima Roman. Pretii offic. sub num.* 19. *fol. mihi* 344. ad quam allegant *Straphin. decis.* 189. *num.* 1. *Ubald. decis.* 156. *num.* 4. *Coccin. decis.* 1125. *num.* 4. *&* 5. *& alios.*

18 Secundò, per dictionem *tantum*, quæ solum ex se ad personas expressas Nicolai, Pauli, & Juliani restringit dispositionem, & omnes alios excludit *Rot. decis.* 113. *numer.* 9. *& decis.* 431. *numer.* 6. *par.* 5. *tomo* 2. *Surd. decis.* 291. *& Rot. decis.* 391. *par.* 14. *rec. & decis.* 472. *num.* 7. *par.* 5. *tom.* 2.

Neque obstant dictiones *prout supra modis, & formis prædictis*, quæ leguntur in fine prædicti novi prælegati, & dictæ reciprocæ substitutionis, cujus
19 natura est repetendi res superius expressas cum omnibus suis qualitatibus, per quam censeatur etiam repetita conditio, seu gravamen restituendi dicta loca tercentum suis descendentibus *Altograd. conf.* 58. *num.* 44. *& seqq. lib.* 1. *Cyriac. controv.* 69. *num.* 38. *Rot. decis.* 375. *num.* 18. *&* 25. *par.* 17. *recent. & Rot. apud De Luc. in tract. de offic. ven. vacab. in Roman. Pretii offic. num.* 4. *fol. mihi* 391. & designant omnimodam identitatem *Rot. coram Coccin. decis.* 1591. *num.* 30. 31. *coram Dunoz. Jun. decis.* 705. *numer. pr. & decis.* 555. *numer.* 6. *par.* 2. *recent. & decis.* 354. *numer.* 28. *par.* 11. *& decis.* 377. *num.* 18. *&* 25. *par.* 17. *Samminiat. respons. insertum in dicta Roman. Pretii offic. num.* 16. *penes dictum De Luc. de offic. venal. & vacabil. fol.* 250.

20 Quia respondetur, quod hæ dictiones non referunt modum succedendi, sed dumtaxat jura, & formam, seu modum multiplicorum ordinatum, quibus illæ immediatè adhærent, & non aliud, ut ex sensu dispositionum patet, ibi *ad multiplicum modo, & formis prædictis*, ut in simili casu ratiocinata pluries fuit *Rot. Rom. decis.* 581. *num.* 11. 12. 13. *par.* 5. *tom.* 2. *rec. & decis.* 81. *num.* 7. *par.* 17. *& decis.* 166. *num.* 4. 5. 6. *par.* 18. *& decis.* 158. *num.* 12. *par.* 5. *tom. pr. Burat. decis.* 129. *num.* 4. *Ger. Spin. conf.* 13. *n.* 24. *& seqq. & supra in resol.* 9. *num.* 20. & sic solam illam qualitatem ad quam refertur *Passerin. problem.* 4. *num.* 227. 228. *&* 230. *Rot. decis.* 225. *numer.* 14. *post tract. de Torr. de pact. futur. success. & Spin. d. loco*, & ferè in individuo facit *Rot. in Cremonens. hæredit.* 21. *Julii* 1686. *coram Bon. Mem. Benincasa impressa apud Mans. consult.* 605. *num.* 8. *par.* 7. *ac D. Jo. Torr.* in quadam sua allegatione, quæ est *consult.* 392. *penes Palm. Nep. tom.* 3. *num.* 41. post hæc scripta visa volanti folio typis edita in §. *neque ad eamdem*, *& §.*
21 *seq. fol.* 14. super columna q. M. Nicolai Pinelli pro

M. Martia de Franchis ad dotale suffragium aspirante, ubi stante hac dictione, *ut supra percipere possit* eam referendam esse dixit solum ad perceptionem fructuum, videlicet ad quantitatem eorum, non verò ad alias qualitates, seu modos aliter succedendi, & satis est, quod habeat suum effectum in una qualitate ne videatur superflua *Rot. in dicta dec.* 581. *n.* 11. *&* 12. *par.* 5. præsertim hæc procedere debent quan- 22
do fideicommissum induceretur, quia hoc est de materia odiosa *l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulgar. Menoch. conf.* 81. *num.* 29. & semper pro non existentia fideicommissi judicandum esse dixit *Bar. decis. Bonon.* 1. *num.* 1. *& decis.* 122. *num.* 14. *& seq. Gabriel. conf.* 95. *num.* 17. *lib.* 2. *Rota in antiqu. decis.* 864. *Raudens. decis.* 32. *num.* 325. Item si dispositionis verba possunt 23
parere duplicem effectum, solum ille contrà multiplicitatem fideicommissi attendendus est *l. cum Pater §. ultim. ff. de leg.* 3. *& Rot. coram Seraph. dec.* 1023. & quando potest esse dubia interpretatio semper ad exclusionem fideicommissi accipienda est *Honded. conf.* 78. *num.* 12. *lib.* 1.

Respondetur secundo, quia illa dictio *prout supra* 24
si caderet supra verbum *succedat*, seu *succedant*, & illud qualificaret, solum importaret activum modum succedendi illorum trium hæredum, videlicet eum modum, & ordinem, quo supra sunt activè vocati, nec umquam referre posset successionem passivam eorum trium, scilicet gravamen restituendi Fideicommissum suis descendentibus aliasque conditiones, substitutiones, & personas, ut punctualiter tradidit *Rot. decis.* 172. *num.* 2. *par.* 14. *recent. & decis.* 158. *par.* 5. *tom.* 1. *& decis.* 513. *num.* 28. *par.* 5. *tom.* 2. *Passerin. problem.* 4. *num.* 139. *&* 232. *Carena resol.* 163. *n.* 40. 41. *Rot. decis.* 30. *num.* 16. *par.* 14. *& Surd. dec.* 269. *num.* 19. *Octobon. decis.* 252. *num.* 13. 14. & per ea, quæ firmavi supra in meo *tract. de success. ab intest. §.... num.... & in resolut.* 9. *num. fin.*

Ex quibus igitur stabiliendum procul dubio est, quod nullo modo gravatus dici potest dictus D. Nicolaus, & liberè potuit disponere de dictis locis tercentum, & eorum multiplicis, vel saltem in illis portionibus obventis per prædecedentiam Pauli, & Juliani ejus fratrum sine liberis *Castald. consult.* 154. *num.* 2. *Card. de Luc. de fideicomm. disc.* 32. *per tot.* Et ita, &c. Salvo &c.

A R G U M E N T U M.

AN per prohibitionem alienandi à Testatore ordinatam inducatur fideicommissum in casum mortis, & quando illa stet famulativè, ac consequutivè, & quid operetur etiam cum clausulis perpetuitatis.


S U M M A R I U M.

1 *FActi series.*
2 *Prohibitio alienandi facta pluribus vocatis, & eorum descendentibus operari solum potest fideicommissum respectu descendentium cujuslibet lineæ, & numquam reciprocum linearum.*
3 *Verba* & casu quo, *ad casum expressum restringunt dispositionem.*
4 *Substitutio facta in casu alienationis censetur facta ad vestiendam prohibitionem nudam.*
5 *Prohibitio expressa per actum venditionis numquam est apta ad inducendum fideicommissum in casu mortis, & num.* 8.
6 *A dispositione conditionali non potest inferri ad puram dispositivam.*
7 *Verbum universale* alienarentur *debet restringi ad actum venditionis tantum expressum.*
9 *Prohibitio alienationis regulatur semper secundum substitutiones præcedentes, & personas in eis expressas, aliasque non comprehendit.*
10 *Præcipuè quando prohibitio facta fuit cum verbis relativis ad præcedentem dispositionem, ac personas.*
11 *Prohibitio restricta ad personas in substitutione vocatas est personalissima, & ultra illas non extenditur.*
12 *Prohibitio alienationis consequutivè apposita,*

& non per separatam orationem non potest extendere fideicommissum ultra casum, & personas in substitutione comprehensas.
13 *Licet per separatam orationem sit apposita prohibitio alienationis, dummodo constet ex mente Testatoris eam stare consequutivè.*
14 *Quæ conclusio procedit quantumvis adessent particulæ perpetuitatis.*

RESOLUTIO XI.

Jo: Maria Faragiana Testator.



OMissa immissionis nullitate (quæ insanabilis est propter defectum actuum, & præsertim citationum, quæ erant necessariæ) obtentæ, ac exequutæ à Dominico, & Jacobo patruelibus in bonis ultimi descendentis masculi ex linea Petri Senioris sine filiis masculis decedentis.

1 Principaliter videndum est, utrum fideicommissum perpetuum cum reciproca lineali ab Jo: Maria Testatore, ac prædictorum omnium descendentium communi stipite creatum fuerit, ac tale fuisse, & esse contendunt prædicti Jacobus, & Dominicus ad effectum se se manutenendi in possessione, & excludendi Dom. Bonaventuram Scottum sororium meum amatissimum creditorem de relevanti summa, tam Barnabæ, ac Francisci ejus filii ex linea Petri Senioris, quàm Lazari, & Ju: Antonii fratrum ex altera linea Antonii Senioris.

Ad favorem enim dicti D. Bonaventuræ jura deducens dicebam non solùm locum non habere linealem reciprocam in casu præsenti, quæ nullis ex verbis testamenti concipi poterat, quorumvis dumtaxat illam operari deberet, cùm sit de materia adeò exosa, & contrà successionis regulas introducta per ea, quæ laté habentur supra in *Intimiliens. fi-*
2 *deicommiss. resolut.* 10. *numer.* 14. *& seq.* & in terminis prohibitionis de non alienando factæ pluribus vocatis, & eorum descendentibus, quæ numquam importet talis prohibitio reciprocum fideicommissum inter eos, sed operari debeat respectu cujuslibet lineæ tantum *Fusar. de substitut. quæst.* 689. *per tot. & Altegr. Sen. cons.* 92. *num.* 33. *lib.* 1.

Verùm etiam dicebam, non habere locum fideicommissum absolutum, & perpetuum in omnibus descendentibus respectivè, tam lineæ Petri, quàm Antonii, sed solùm in casu alienationis simplex fideicommissum duraturum solùm in filiis alienantium.

At quia in his controversiis cum tota dependeat à verbis testamenti, semper confusa remanere videatur scribentis resolutio, ideòque illa recensere non mediocri nausea non prætermisi.

Item ordinavit (sunt hæc ipsissima) *quod omnia bona mobila, & immobilia, quæ dictus Testator habet in Villa Faraggianæ, & etiam iis contigua, & annexa, quod nullo tempore possint vendi, alienari quovis modo per dictos Ser Petrum, & Antonium ejus filios.*

Imo ordinavit, quod fructus dictorum bonorum tantummodo sint pro dimidia dicti Ser Petri, & ejus heredum, & pro altera dimidia dicti Antonii, & ejus heredum; Bona verò sint pro dimidia filiorum masculorum Ser Petri, tam Barnabe nati, quàm aliorum nascendorum ex legitimo matrimonio, pro altera dimidia masculorum filiorum dicti Antonii nascendorum ex legitimo matrimonio cum hac etiam servitute, quod ab illis vendi non possint, & casu quo alienarentur ex nunc prout ex tunc substituit heredes dictorum bonorum pro dimidia filios legitimos masculos nascendos à filiis Ser Petri, & à filiis Antonii masculis, videlicet filiis Ser Petri pro dimidia, & filiis Antonii pro altera dimidia cum dicta servitute,. quod non possint alienari, sed remaneant semper in dicta domo.

Patet enim ex prædicta dispositione fideicommissum factum fuisse in casu alienationis tantum, ideoque merè conservatorium, & non restitutorium, cum substitutio aliorum filiorum legatur solùm in casu alienationis prohibitæ, ibi, *& casu quo alienarentur*, quæ verba ad casum solum expressum restringunt dispositionem, ut tradit *Torr. de Majorat. Ital. par.* 2. *quæst.* 17. *numer.* 47. *&* 48. *& in parte* 1. *cap.* 9. *num.* 106. *Fusar. quæst.* 685. *num.* 45. *&* 46. *de substitution. Saminiat. controvers.* 64. *numer.* 22. Præterquam quod ex sola prohibitione non est deducibile fideicommissum in casu mortis, nisi specialiter appareat in eundem casum ordinatum per Doctores latè suprà cumulatos in *resolut.* 9. *num.* 16. 3

Imò dicendum hanc substitutionem in casu alienationis fuisse factam ad vestiendam prohibitionem præcedentem tantùm, quæ uti nuda non valuisset latè per *Fusar. quæst.* 685. *Mans. consult.* 483. *numer. pr. Gratian. cap.* 917. *numer.* 15. *&* 16. *Cancer. var. resolut. cap. pr. lib. pr. num.* 265. *vers. secundi dubii, Torr. de Majorat. Ital. par.* 1. *cap.* 9. *numer.* 75. 4

Tantò fortius, quia prohibitio in nostro casu est solum expressa per actum venditionis, undè liquidè constat non fuisse factum fideicommissum in casum mortis, cum quælibet aliæ alienationes non sint prohibitæ, probibita solùm venditione *Fusar. de substitut. d. quæst.* 685. *num.* 8. 5

Et quamvis dici posset, quod substituti non fuerint vocati in casu venditionis tantum, sed indistinctè in casu alienationis, ibi, *& casu quo alienarentur*, per quam dispositionem conditionalem extendi vellet illud verbum *venditionis* in dispositiva positum ad omnia alia genera alienationum.

Respondetur quod dummodò clarè constet in dispositiva tantum de prohibitione venditionis non est curandum de verbis positis in conditione, quia à dispositione conditionali non potest inferri ad puram dispositivam *Royas decis.* 90. *numer.* 11. *Surd. cons.* 443. *num.* 38. *Rot. coram Cerr. in Bononiens. fideicomm.* 27. *Aprilis* 1643. *num.* 16. *& seq. Bal. cons.* 13. *num.* 2. 3. *lib.* 3. *Honded. cons.* 57. *num.* 36. *lib. pr. Alban. cons.* 10. Dispositio enim conditionalis informatur à dispositiva, *Castald. consult.* 113. *num.* 7. & declaratur. 6

Quinimmò hoc verbum universale *alienarentur* in conditione positum debet restringi saltem ad qualitatem alienationis specialiter expressæ in dispositione prohibitiva alienationis, & sic ad genus alienationis inter vivos *Fusar. dicto tract. diffuso de substit. quæst.* 682. *num.* 5. *& quæst.* 688. *num.* 102. *Cancer. var. resol. cap. pr. num.* 268. *Mans. consult.* 484. *num.* 6. *&* 486. *n.* 4. *&* 5. *Gratian. cap.* 594. *num.* 6. *&* 7. *Surd. dec.* 124. *num.* 11. Ideòque non importat fideicommissum in casum mortis, *Fusar. d. quæst.* 688. *De Luc. disc.* 56. *num.* 6. *de fideicommiss.* 7 8

Er

Et adhuc si extendi posset dictum fideicommissum
contraventionale ad alterum in casum mortis favo-
re dictorum filiorum substitutorum cum eadem pro-
hibitione non alienandi, & cum clausula ibi adjecta,
sed remaneant semper in dicta domo; non ideò resul-
taret simplex, ac absolutum fideicommissum, sed
conservatorium tantum in dictis filiis substitutis, quia
9 hæc prohibitio semper regulatur secundum casum,
& personas in substitutione comprehensas, ut reten-
ta communiori opinione defendit *Fusar. quæst.* 683.
num. 1. *& seq. usque ad vers. veterea prima*, *Altogr.*
Sen. cons. 70. *num.* 9. *lib.* 2. & supra in *resolut.* 9. *n.*
14. punctualiter etiam *Cancer. variar. resolut. cap.* 1.
10 *num.* 265. *vers. istam sententiam*, tantoque magis hic
procedit, ac indubitatè quando prohibitio alienatio-
nis facta fuit per verba relativa, ut in casu nostro
ibi *cum dicta servitute, sed remaneant semper in dicta*
domo Fusar. dicta quæst. 683. *num.* 1. *Rocc. Episc. cap.*
11 10. *numer.* 11. Et tamquam prohibitio restricta ad
personas in substitutione vocatas, per quam prohibi-
tio personalissima remanet, & ad alias non exten-
ditur *Fusar. quæst.* 673. *numer.* 18. *Cancer. cap.* 1. *nu-*
mer. 270 *vers. quoad quartum lib.* 1. Undè benè ap-
12 plicatur, quod cum ista prohibitio alienationis sub-
stitutis apposita sit accessoriè, & consequutivè ad
substitutionem præcedentem, ut ex verbis constat te-
statoris, quæ non fuit apposita per separatam ora-
tionem, non potest extendere de casu ad casum præ-
dictum fideicommissum in casu alienationis tantum
factum *Torr par.* 2. *de Majorat. quæst.* 17. *num.* 45.
Fusar. quæst. 683. *num.* 9. 10. *Rot. post Torr. de Ma-*
jorat. decis. 18. *numer.* 55. *Rocc. Episc. cap.* 10. *num.* 6.
maximè ex verbis relativis *Rocc. dict. loc. numer.* 11.
Torr. de Majorat. par. 1. *cap* 9. *numer.* 82. *Altogr. ad.*
13 *Sen. cons.* 79. *num.* 9. *tom.* 2. Ubi licet sit posita per
separatam orationem, dummodo tamen appareat sta-
re dependenter, ac consequutivè non importat sim-
plex, ac absolutum fideicommissum in casu mortis,
& per ea, quæ deduxi latè suprà in *resolut.* 9. *nu-*
meris 15. 16. *&* 27.

14 Quæ conclusio pari passu procedit in casu, in
quo adsunt etiam particulæ perpetuitatis, ut in no-
stra hypothesi non deficiunt, quia istæ tamquam
accessoriæ non possunt conturbare principalem in-
tentionem, sed vestiuntur juxtà corpus dispositionis,
ut liberè tradiderunt *Torr. de Majorat. Ital. cap.* 9.
num. 84. *lib.* 1. *& in quæst.* 17. *num.* 46. *Peregr. de fi-*
deicomm. & cum pluribus allegatis artic. 14. *num.* 15.
18. 28. optime *Castald. consult.* 154. *num.* 3. *vers. ubi*
quod Cancer. var. resol. cap. 1. *lib.* 1. *paolo ante num.*
266. *&* 270. *vers. nec his obest*, qui ferè in nostris
terminis loquitur, & conferunt ea, quæ latè suprà
ad *Statut. de success. ab intestat. in princip. verb. soli*
num. 100. *&* 101. & suprà in *resolut.* 9. *num.* 13. Et
hæc breviter pro prima manu deduxi.

ARGUMENTUM.

Doris confessio emissa constante matrimonio quando dicatur facta in fraudem legis, vel tertii, sive ostentationis causa. De exceptione non numeratæ dotis, de conjecturis, tam ad favorem dotis confessatæ, quàm contra eam latissimè in hac resolutione tractatur.

SUMMARIUM.

1 *Dos constante matrimonio confessata non est vera dos.*
2 *Dos confessata à viro constante matrimonio nullum constituit probationis genus in præjudicium viri, ejusque hæredum.*
3 *Et resolvitur in nullam promissionem, quæ nihil relevat.*
4 *Promissa dos, seu confessata nullo dotis privilegio gaudet.*
5 *Dos confessata habetur pro donatione inter conjuges prohibita.*
6 *Statutum loquens de lucro dotis non habet locum in dote promissa.*
7 *Dos confessata assumit naturam donationis, quæ licet valeret adhuc si excederet aureos* 500. *egeret insinuatione, aliàs in toto non valeret.*
8 *Et morte donantis confirmaretur prædicta donatio, non constito de illius contraria voluntate.*
9 *Et eo casu in vim legati, non autem donationis substineretur.*
10 *Jus vero tertii interim acquisitum non posset tolli.*
11 *Ratio, quia non agitur de dote, sed de donatione.*
12 *Exeptio dotis confessatæ, non constito de illius solutione, impedit etiam exequutionem instrumenti guarintigiati.*
13 *Disputatur inter Doctores, an dotis confessio emissa fuerit spe futuræ numerationis, vel in fraudem legis, vel tertii, vel pompæ causa.*
14 *Confessio dotis emissa constante matrimonio nullum probationis genus constituit, & pro simulata apud omnes DD. habetur, etiam respectu confitentis, & num. seq.*
15 *Nisi de illius solutione, ac veritate doceatur.*
16 *Præsumptio simulationis in dote confessata est juris, ac de jure.*
17 *Simulatio omnes contractus infirmat.*
18 *Actus simulatus est corpus sine anima.*
19 *Juramentum non validatur stante simulatione, & consensus deficientia in contractu.*
20 *Confessio dotis ob simulationem caret essentia veritatis.*
21 *Verisimilitudo, vel inverisimilitudo inter præsumptiones obtinent principatum.*
22 *Quando confessio dotis est simulata, nulla ratio haberi debet de exceptione non numeratæ dotis intra tempus opponenda.*
23 *Renunciatio exceptionis non numeratæ dotis non potest obstare exceptioni præsumptionis donationis, quia ista perpetua est.*
24 *Præsertim quando renunciatio exceptionis non numeratæ dotis facta fuerit in eodem instrumento confessionis.*
25 *Dos confessata concipitur tanquam donatio facta in fraudem legis prohibitiva donationes inter conjuges.*
26 *Dos confessata ad instar aliorum contractuum simulatorum non firmatur juramento.*
27 *Confessio dotis, sive emissa fuerit animo donandi, sive ostentationis causa, eumdem effectum, quoad simulationem, habet.*
28 *Confessio viri de dote facta socero, fratri, matri, vel extranea personæ censetur facta sub spe futuræ numerationis; Contrà num.* 31.
29 *Exceptio dotis non numeratæ elapso decennio non admittitur.*
30 *Maximè quando credita cœperunt post decennium à die confessionis.*
31 *Confessio dotis facta a marito socero, vel socro censetur esse facta in fraudem legis, ac si facta fuisset ipsi mulieri.*
32 *Dotis confessio facta à viro constante matrimonio, cum præcedenti promissione, præsumitur facta sub spe futuræ numerationis, vel præsumetur continere veritatem solutionis, si concurrerent alia conjectura.*
33 *Promissio dotis, quando non præcessit matrimonium non potest inservire pro conjectura ad validandam confessionem viri factam constante matrimonio.*
34 *Præcipue quando promissio inest in ipso instrumento confessionis.*
35 *Et ista promissio debet apparere per scripturam, in qua non possit haberi suspicio antidata.*
36 *Conjectura debiliores à fortioribus vincuntur, ac excluduntur.*
37 *Simulatio dotis arguitur à confessione facta à viro coram Notario Gabella, & modo, tempore, & loco insolito.*
38 *Item à statu malo soceri, ac viri qualitatibus, scilicet senis, bigami, & ære gravati.*
39 *Dotis simulatio etiam arguitur ex eo, quod* so-

socer non curavit sibi celebrari instrumentum publicum, prout fecerat in aliis dotium constitutionibus.

40 *Inverisimilitudo solutionis dotis desumitur ex eo, quia socer nullam quitationem fieri sibi curavit a marito, & num. 53.*

41 *Item præsumitur dotis confessio simulata, quando in eadem confessione nulla qualitas, seu circumstantia solutionis, aut moneta explicata fuerit.*

42 *Ex eo quoque quòd contrahentes noluerint celebrare publicum instrumentum timore forte perjurii non incurrendi.*

43 *Deducitur etiam simulatio, quando considerari potest fuisse factam in fraudem filiorum primi matrimonii.*

44 *Altera conjectura simulationis, ex qua Pater nullam memoriam scripsisse docetur de dote exbursata.*

45 *Item alia ex silentio servato cujuslibet circumstantia in ipsa confessione, ne veritas simulationis indagari posset.*

46 *Maxima simulationis conjectura consideratur ea, qua oritur ex ipsa confessione, non constito de alicujus partis dotis numeratione.*

47 *Item conjectura difformitatis confessionis à partitis notatis in libro soceri.*

48 *Prout etiam illa renitentia in exhibendo libros soceri, vel mariti.*

49 *Vehemens præsumptio insurgit contra eum, qui non utitur probationibus, quas de facili habere potest.*

50 *Seratina jurium exhibitio plurimum suspicionis habet.*

51 *Liber liberè non exhibitus maximam suspicionis præsumptionem inducit.*

52 *Dotis confessio facta constante matrimonio concurrentibus conjecturis præsumitur soluta.*

53 *Notario Gabellæ, sive officiali creditur solum in eis, quæ pertinent ad illius officium.*

54 *Simplex Notarii fides nullam fidem facit.*

55 *Confessio dotis facta à marito coram Notario Gabellæ valet, dummodo constet factam fuisse præsente socero, secus absente.*

56 *Quando solutio Gabellæ inducat solutionem dotis, & quando non.*

57 *Solutio Gabellæ non est conjectura solutionis dotis quando debet illa solvi ex lege imponente pœnam amissionis ipsius dotis.*

58 *Libri non probant, quatenus in eis cognita fuit aliqua partita false apposita.*

59 *Libri apothecarii probant solum in iis, quæ pertinent ad apothecam, & mercaturam, non vera dotem.*

60 *Extracta, sive transumpta facta sine citatione, ac testibus nullum probationis gradum faciunt.*

61 *Dotis confessata veritas deducitur ex consimilibus dotium solutionibus à socero factis pro aliis filiabus.*

62 *A Dotis constitutione non debet argui solutio.*

64 *Frivola reputatur conjectura consuetudinis, quod matrimonia sine dote non contrahantur.*

65 *Prout illa deducta ab alimentis uxori præstitis.*

66 *Confessio mariti habuisse dotem* in contanti, *nil magis operatur, quàm simplex confessio.*

67 *Conjectura solutionis dotis desumpta ab juramento est levissimi momenti.*

68 *Depositio unius Sacerdotis, licet minus solemniter habita inservit pro conjectura veritatis dotis.*

69 *Judex secundum validiores conjecturas in materia conjecturali judicare debet.*

70 *Cognitio qualitatum conjecturarum remittitur arbitrio Judicis.*

R E S O L U T I O XII.

Januensis Dotis confessata.

1 Constitutam habemus in jure generalem, receptamque pro regula conclusionem, dotem scilicet constante matrimonio confessatam non esse propriè, neque verè dotem, ut pro cunctis docuerunt, post antiquiores *Bart. in rubr. ff. solut. matrimonio num. 16. quem sequitur ex l. 1. Cod. de dot. caut. non numer. Card. Mantic. tract. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 4. leg. 1. 2. 3. ff. de donat. inter vir. & uxor. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. num. 51. 52. cum seq. Castill. de aliment. cap. 36. §. 6. num. 3. De Luc. de dot. in summ. num. 355. & disc. 72. num. 5. & 8. & disc. 159. num. 1. Cancer. var. cap. 9. numer. 54. Petr. Barbos. in rubr. ff. solut. matrimon. par. 4. n. 34. vers. his tamen explicatis, & num. seq.* ubi subdit talem confessionem non esse, neque censeri contractum nominatum, nisi de futuro sequuta, nempe traditione dotis.

Hinc meritò infertur ejusmodi confessionem nullum 2
constituere probationis genus in præjudicium viri confitentis, ejusve hæredum, aut habentium causam ab eo *Rot. decis. 683. num. pr. & 2. par. 2. recent. & coram Ludovis. decis. 67. num. 2. & coram Buratt. dec. 612. num. 1. & 2.* ubi, quod eadem Rota, tam antiqua, quam moderna constanter tenuit hanc opinionem, quam sequuntur *De Luc. disc. 159. num. 2. & 40. Mart. Medices decis. sive exam. 51. numer. 3. & 7.* etenim asserta dos, de cujus numeratione non 3
liquet, resolvitur in simplicem, & nudam promissionem, quæ nihil relevat *Mantic. ubi suprà Rot. post Pacific. de Salvian. dec. 22. num. 2. 3. cum seqq.*

Nullo enim ex dotalibus Privilegiis vetæ dotis 4
promissam tantum, sive confessionatam gaudere edocent *Merlin. de Pignor. quæst. 58. lib. 3. num. 11. De Luc. dicto tract. in summ. num. 355. Boss. eod. tract. c. 10. numer. 227. fol. 435. Mantic. ubi suprà lib. 12. tit. 20. Cancer. var. dicto cap. 9. num. 54.*

Imò dos confessata subjicitur omnibus regulis do- 5
nationis inter conjuges *Sanchez de Matrim. titul. 4. de donation. lib. 6. disp. 9. num. 3. 6. Rot. coram Buratt. decis. 108. num. 16. & Merlin. dicta quæst. 58. num. 2. de Pignor.* Ita, quod neque Statutum de lucro do- 6
tis locum habeat in dote promissa *Mantic. tract. lib. 12. tit. 5. & Medic. dicta exam. 51. num. 3.* & comprehenditur sub statuto prohibente donationem, *Gratian. cap. 693. num. 6. 7.* quem sequitur *Rot. dec. 47. num. 8. 9. post Rodrig. de privileg. credit.* & usque ad- 7
eo assumit naturam donationis inter conjuges, ut etiamsi de Jure posset sustineri, adhuc tamen si excedit quingentos aureos insinuatione egeret, aliàs non valebit, nedum in excessu, sed etiam in toto *decis. 108. num. 14. & 15. coram Buratt. Merlin. allegat. quæst. 58. num. 2. & 10. lib. 3. Gratian. cap. 693. num. 6. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. ultim. par. 1. num. 73. & 74. Rot. decis. 259. num. 3. par. 6. & Trentacinq. resolut. 7. lib. 3. num. 28. vers. hæc confessio de jure dotis fol. 317.* Attamen ipsius donantis 8
morte confirmaretur, non constito de contraria illius voluntate *De Luc. dicto disc. 159. numer. 33. & 34 Conciol. ad Stat. Eugub. rub. 44. lib. 2.* quia sub- 9
stineretur potius eo casu in vim legati, non autem donationis *Sanchez de matrimon. lib. 6. disput. 9. numer. 3. 4. 12.* Jus verò tertiis quæsitum medio tem- 10
pore tolli non posset, ut advertit *De Luc. in loc. mox citat. num. 82. vers. aut tandem, & Fontanell. d. tract. claus. 14. gloss. unic. par. 1. num. 73.* non enim tunc 11
ageretur de dote, sed de donatione, ideoque illi vincerent mulierem donatariam soli personali innitentem *De Luc. eod. disc. 159. num. 82. §. aut tandem.*

Denique exceptio dotis confessatæ, non constito 12
de illius solutione habita semper fuit tantæ efficaciæ, ut retardare valeat executionem, etiamsi appareret de confessione per instrumentum Guarentigiæ, sive Cameralis obligationis *Mart. Medices exam. 51. numer. 5. De Luc. ibid. num. 4. post Menoch. dicta præsumpt. 12. numer. 79. ac præsumpt. . . . . num. 33. Rot. decis. 259. num. 8.* Quantum ergo magis in præsenti casu, in quo nullum allegatum fuit, nequidem documentum privatum, quo inniti tentari possit prætensæ dotis solutionem, ut infra dicetur ex traditis per *Rot. decis. 22. post Salgad. in labyrint. numer. 29.*

Quamvis aliquando dubitaverint Doctores quo- 13
nam animo, & intuitu ea confessio emissa fuerit, an scilicet potius ad unam, quàm ad alteram ex dictis causis, nempe spe futuræ numerationis, sive in frau-

fraudem legis prohibentis donationem inter jugales,
vel in tertii præjudicium, vel ostentationis, ac pompæ causa, aut etiam in læsionem futurorum creditorum. Medices exam. 51. num. 24. Buratt. decis. 108.
num. 6. repetit. decis. 683. num. 3. part. 2. Rot. dec. 23.
post Salgad. labyrint. credit. num. 1. & pluribus seqq.
& 29. & decis. 29. num. 1. & 2. post Ronden. collect.
legal. & decis. 682. num. 5. part. 2. & De Luc. dicto
disc. 159. à num. 3. Vallasc. consultat. 5. numer. 15. &
14 Merlin. de Pignor. quæst. 58. lib. 3. num. 4. & seq. Id
tamen peræquè apud omnes fuit, quod quotiescumque illa detegatur emanata constante matrimonio
non ad probationem veritatis, quinimmò ad eam
simulandam, & occultandam hoc itaque casu, sive
ab uno, vel ab alio motivo tali confessio prodierit
æquè numquam ullum effectum veræ dotis operatur,
& proindè nullatenus ista confessio venit attendenda.
De Luc. discurs. 72. num. 15. & seq. ac discurs. 159.
num. 10. §. contrarium de Dot. Medic. dicto exam. 51.
à numer. 40. §. Sed ego Boss. dicto cap. 10. à num. 52.
15 & 185. Nisi aliundè de illius veritate plenè doceatur alias simulata censenda, quoad præjudicium confitentis, & longè minus ab eo causam habentium
Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 17. num. 35. Ruin.
cons. 83. numer. 2. lib. 1. Aretin. instituc. de action. §.
16 fuerat num. 38. subdens ulterius hujusmodi simulationis præsumptionem esse Juris, & de Jure in contrarium præsumptionem non patientem Rot. coram Buratt. dicta decis. 108. numer. 3. decis. 387. numer. 4.
coram Duran. & in recent. part 6. decis. 55. num. 12.
usque ad 18. ac decis. 259. à numer. 2. Merlin. dicta
17 quæst. 58. num. 12. & decis. 23. numer. 10. post eum,
simulatio enim inficit omnes contractus, ut in proposito punctualiter firmavit eadem Rota dicta decis.
108. coram Buratt. sive decis. 682. num. 3. part. 2. numer. 3. & 15. Trentacinq. var. resol. 7. tit. de jur. dot.
num. 28. §. Prima est, & §. tu non discedas fol. mihi
317. lib. 3. Merlin. dicta quæst. 58. num. 4. 7. & 15.
18 Buratt. decis. 108. num. 4. Si quidem actum simulatum corpus esse sine anima ob consensus deficientiam docet Bald. in l. 1. C. plus valere quod agitur,
& in l. ab Anastasio n. 4. C. mand. quem post alios
relatos sequitur Vallasc. in his terminis consultat. 6.
numer. ..... tom. 1. & Buratt. decis. 612. numer. 7.
19 & 8. ubi quod stante simulatione, & consensus deficientia non validatur juramentum, cui adhæret De
Luc. disc. 159. à numer. 29. & 31. §. tertia est. de
Dot. Rot. dict. decis. 22. post Salgad. num. 30. & 31.
20 ubi advertit quod talis confessio ob simulationem caret essentia veritatis, & subsistentia obligationis solùm in partium consensu posita Boss. dicto cap. 10.
num. 181. Card. de Luc. dicto disc. 159. à num. 2. junctis numeris 8. 9. 10. §. contrarium quod imò additis numeris 26. 27. & 28. vers. ubi vero, post Barbos.
l. 1. part. 6. num. 27. ff. solut. matrimon. firmat quod
confessio dotis receptæ ob præsumptionem simulationis absque ulteriori oppositione numquam illius veritatem probat, & eadem Rot. decis. 255. num. 1. &
4. ac num. 7. & 9. juncta decis. 40. num. 13. coram Cels.
21 De Luc. dicto disc. 72. num. 20. ubi quod principatum obtinet inter præsumptiones verisimilitudo, ac
inverisimilitudo, quæ est omnium præsumptionum
norma, & regula, & quod est inverisimile non est
credibile Cencial. allegat. 13. numer. 12. & 15. quæ
præcipuè procedunt accedente causa simulandi, qua
data imperfecta probatio simulationis sufficit De Luc.
tract. de credit. disc. 77. num. 6. ex Buratt. decis. 99.
& addit. ad Gregor. decis. 157.
22 Et hinc nulla habetur ratio de lapsu temporis opponendi de non numerata dote, quippe quod tempus numquam simulationis exceptionem tollit, quin
potius fortiorem reddit Bart. Socin. in rubr. ff. solut.
matrimon. sub numer. 102. vers. distinguit etiam, De
Luc. idem concludit in disc. 159. num. 27. & 28. de dot.
& antea dixerat Menoch. præsumpt. 22. num 74. & 75.
lib. 4. Mart. Medic. exam. 51. num. 39. 44. & 48. §.
sed quia, Angel. de confess. quæst. 10. lib. 3. num. 54.
23 & 55. prout nec renunciatio exceptionis de non numerata dote non potest obstare exceptioni præsumptionis donationis, quæ perpetua est, dicta decis. 22. post
Salgad. num. 5. & decis. 23. num. .... & 15. Menoch.
ibidem num. 51. & 52. Merlin. dicta quæst. 58. num. 3.

De Luc. dicto loco num. 29. præsertim ubi renunciatio 24
facta fuerit in eodem instrumento, vel eodem tempore Addent. ad Cæsar. dict. cap. 7. num. 91. Mart.
Medices exam. 51. n. 40. §. sed ego, Antonell. loco supra allegato limit. 4. ubi semetipsum laudat in tract.
de temp. legal. lib. 2. cap. 65. n. 12. Gratian. cap. 693.
à num. 11.

Plurima ergo prænussorum effectuum resultantium
ex præsumpta simulatione dotis consistentis in sola
confessione viri facta constante matrimonio ponderantur fundamenta, ac rationes, præcipua desumitur
ex superius tradita regula, quod dos confessata non
est vera dos, neque apta illam producere obligationem, quandoquidem, ut præmisi, nullus ex dicta
confessione contractus oriri potest nisi de futuro,
nempè post solutionem nullam interim dotis privilegium, & effectum obtinens.

Secundò, quia isthæc à jure præsumpta simulatio 25
non potest concipi sine fraude saltem legis prohibitivæ, scilicet l. 1. ff. de donat. inter virum, & uxorem
l. 2. C. de dot. caut. & l. 1. C. de donation. ante nupt.
prohibentium donationes inter conjuges uti præsumptas ex cupiditate, & calore maritalis affectionis juxtà De Luc. disc. 159. num. 12. post Fontanell. de pact.
nuptial. tom. 2. claus. nls. part. 1. num. 76. Marescott.
variar. lib. 1. cap. 8. num. 2. Sanchez de matrim. lib. 6.
disp. 9. num. 5. Menoch. dicta præsumpt. 13. num. 58. &
59. lib. 3. Merlin. dicta quæst. 58. num.... lib. 3.

Quapropter ob donationis simulationem non fir- 26
mari, superius dixi, hujusmodi confessionem juramento prout quoslibet alios contractus simulatos, tenent
Gomez. ad l. 50. Taur. num. 52. & var. lib. 2. cap. 14.
num. 20. Menoch. præsumpt. 122. num. 62. lib. 3. Olea
de cess. tit. 8. quæst. pr. num. 3. Jul. Clar. §. donatio q. 9.
vers. hac tamen conclusio Rot. decis. 55. num. 14. & decis. 259. part. 6. rec. Buratt. decis. 511. num. 56.

Quoad hujusmodi præsumptam dotis simulationem 27
confessatæ, ejusque effectus, sive confessio emissa fuerit animo donandi, sive ob apparentem honorificentiam, ac ostentationem, utrumque enim parem simulationem præsefert, ut advertit De Luc. dicto disc.
159. num. 15. §. in contrarium, & discurs. 72. Menoch.
dicta præsumpt. 12. num. 31. Rot. dictis decis. 22. & 23.
numer. 1. & 2. post Salgad. ac decis. 29. apud Ronden.
collect. tom. pr. Boss. de dot. cap. 10. num. 181. & Rot.
decis. 612. num. 7. coram Buratt.

Solent tamen aliqui ex doctoribus limitare hanc 28
conclusionem, quando confessio facta fuit à marito
ad favorem mulieris, secus vero quando emissa fuit
ad favorem soceri. prout in nostro casu, quo præsumi potius debet factam fuisse sub spe futuræ enumerationis, non autem in fraudem donationis, ut per
Andreol. controv. 186. num. 12. Altograd. cons. 33. numer. 7. tom. 1. & novissimè Gastald. consult. 234. numer. 7. vol. 2. Rot. post Zuff. de legit. proces. decis. 45.
num. 5. Surd. cons. 290. num. 52. & decis. 214. num. 5.
part. 14. Tantò magis si fratri, vel matri, vel extraneæ personæ Caball. cons. 33. num. 5. lib. 1. Rot. decis.
483. num. 28. part. 9. rec. Andreol. dicta loc. cit. Marescott. var. resol. lib. pr. cap. 8. num. 8. Rot. decis. 306.
coram Cels. num. 9. & per consequens hujusmodi ex- 29
ceptionem ob lapsum decennii esse penitùs exclusam,
& denegari creditoribus mariti tradit Fontanell. de
pact. nuptial. claus. 14. gloss. unic. part. pr. numer. 79.
Angel. de Confess. libr. pr. quæst. 8. num. 105. Fachin.
controv. lib. 8. cap. 86. per tot. Coccin. dec. 490. n. 5.
maximè quando credita contra maritum cœperunt 30
post lapsum decennium à die prolatæ confessionis à
marito de dote, nam eo casu creditores remanerent
quoque exclusi à beneficio restitutionis in integrum,
quod eis competeret prætextu ignorantiæ Andreol.
dicta controv. 186. num. 6. Angel. ubi supra num. 110.
Menoch. præsumpt. 13. num. 15. lib. 3. Gait. de credit.
cap. 4. quæst. 11. numer. 1795. Gratian. decis. 103.
num. 18.

Contraria tamen opinio verior, & receptior est, 31
nam etiam ad favorem soceri, vel socrus prohibita
est donatio, ideoque etiam ad ejus favorem emissa
confessio simulata remanet, & in fraudem legis per
Textus in l. 3. §. qui in ejusdem, & in §. ab uxoris
ff. de donat. inter vir. & uxor. & ibi gloss. & DD.
præsertim Azo in summ. C. de donat. inter vir. &
uxor.

uxor. numer. 5. qui concludunt per eumdem textum
non minùs prohibitam confessionem dotis receptæ
factam à marito socero, quàm ejus uxori; Textus
est etiam expressus in l. cum hic textus 32. §. oratio
ff. de donat. inter vir. & uxor. Ruin. cons. 96. num. 3.
lib. 5. Bald. novell. part. 10. num. 14. in fin. vers. &
multò magis, Boss. de dot. cap. 10. num. 115. fol. 407.
reprobans Surdum Menoch. de præsumpt. 12. num. 66.
& 83. lib. 3. Rot. decis. 683. part. 2. recentior. Buratt.
decis. 612. num. 2. & decis. 108. num. 4. Ludovic. de-
cis. 66. numer. 21. in Perug. Mart. Medic. exam. 51.
num. 6. Rot. decis. 22. post Salgad. in labyrint. num.
22. & 27. ubi in terminis Socrus, & decis. 23. nu-
mer. 14. De Luc. de dot. disc. 159. num. 11. reprobans
Surdum, & Altogradum Bald. cons. 398. lib. 1. &
cons. 14. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 21. tit. 3. nu-
mer. 24. qui nititur duobus textibus, scilicet §. ab
uxoris l. 3. & §. oratio l. si status ff. de donat. inter
vir. & uxor. Angel. de confess. lib. 1. quæst. 8. limit. 6.
num. 56. Surd. de alim. quæst. 2. tit. 6. num. 4. allega-
tus ex adverso Simon. de Prat. cons. 100. num. 2. 3.
Antonell. de loc. legal. part. 2. cap. 17. num. 35.

32 Nec relevat ad excludendam simulationem dotis
confessatæ constante matrimonio præcedens dotis pro-
missio, qua interventa multi ex Doctoribus saltem
affirmare volunt confessionem prædictam factam esse
sub spe futuræ numerationis, vel continere in se ve-
ritatem solutionis, quando aliquæ etiam concurre-
rent simul conjecturæ Altograd. cons. 33. numer. 7.
tom. 1. latissimè Castald. consult. 144. num. 4. & 5.
Decius cons. 536. numer. 9. Rot. coram Duran. decis.
428. num. 2. & Rot. decis. 141. num. 10. post Merlin.
de pignor. & Rot. decis. 455. part. 18. num. 12. & seq.

33 Quia in nostro casu hæc promissio, seu constitu-
tio dotis non præcessit matrimonium prout debebat
præcedere, ut inservire posset pro valida conjectura
ad præsumi faciendam solutionem additionator ad Co-
varr. lib. 1. cap. 7. num. 102. Angel. de Confess. quæst.
34 10. num. 35. 82. & 88. lib. 3. præcipuè quando dicta
promissio inest, vel est enunciata in eodem actu
confessionis receptæ dotis à viro factæ prout in ca-
su nostro, quia tunc nihil operatur, imò deservit
pro conjectura contraria Merlin. decis. 419. num. 3.
Antonel. de loc. legal. libr. 2. quæst. pr. cap. 17. num. 35.
vers. notandum, Rot. decis. 147. num. 27. part. 11. re-
cent. & decis. 485. num. 5. part. 3. & decis. 141. n. 4.
part. 10. rec. Socin. in l. 1. ff. solut. matrim. num. 10.
Medices exam. 51. numer. 79. 80. Grat. cons. 36. sub
num. 11. lib. pr. & est denique textus in l. qui testa-
mento ff. de probat. cum aliis adductis in Roman. do-
tis 21. Februarii 1650. §. nec relevat. coram Emin.
D. Card. Corrado, & debet apparere per scripturam
separatam distinctamque ab ea in qua maritus con-
fitetur additionator ad Covarr. dicto cap. 7. num. 102.
35 lib. prim. Neque sufficit apocha privata, quia debet
arceri quælibet suspicio antidatæ De Luc. de dot. disc.
259. num. 44. Rot. decis. 141. num. 4. part. 10. recent.
& coram Buratt. decis. 108. num. pr. Antonell. de loco
legal. lib. 2. quæst. pr. num. 36.

Ulterius ad probandam simulationem satis super-
que concurrunt in nostris terminis plures conjectu-
ræ, ac argumenta, quæ, licet præcessisset dotis promis-
sio ante matrimonium, adhuc convincunt, ac per-
36 suadent simulationem hujus dotis, quia cum promis-
sio, seu constitutio dotis sit una conjectura, & non
probatio solutionis potest à pluribus, & fortioribus
demoliri, ac excludi Contiol. allegat. 12. n. 21. & 22.
23. 24. allegat. 19. n. 25. & 26. quibus locis latè pro-
bat per plures Rot. Roman. decisiones, ac Doctores
ab eo allegatos Medic. decis. sen. examin. 51. num.
79. & 80.

37 Prima enim ex conjecturis nobis assistentibus ea
est, quod confessio fuit facta coram Notario Ga-
bellæ, & modo, tempore, loco, insolitis, ex qui-
bus affectationibus prodit suspicio fraudis De Luc.
dicto disc. 72. de dot. num. 25. & 27. vers. ut enim,
& Rot. decis. 22. numer. 9. post Salgad. & decis. 283.
part. 5. recent. Farinacc. de simulat. quæst. 162. n. 189.
Conciol. allegat. 12. num. 9. Pegaz. resol. cap. 19. n. 40.
41. tom. 2. & num. 62. ut etiam ex insolitis clausu-
lis, & cautelis, Altograd. Jun. controv. 63. n. 131.
tom. 2.

Secundò ex verisimilitudine, quod dotantis status 38
ob erogationem aliarum dotium (quatenus persolu-
tæ fuissent de quo nullam in actis habemus proba-
tionem) evaserit deterioris conditionis, & ideo non
constituerit minùsque numeraverit hanc, de qua con-
trovertimur genero inæquali ætate, facultatibus, Bi-
gamo prole gravato ex præcedentibus nuptiis, & ære
alieno presso Rot. decis. 22. num. 9. & 10. post Sal-
gad. labyr. credit. & coram Merlin. decis. 409. n. 15.
& 419. num. 15. De Luc. disc. 159. num. 23. Contiol.
allegat. 19. num. 25. & allegat. 12. num. 11. Rot. coram
Buratt. decis. 108. num. 7. & coram Duran. decis. 98.
num. 13. Angel. de Confess. quæst. 10. num. 72.

Tertia eruitur ex eo, quod in præcedentibus do- 39
tationibus socer, & respectivè Pater filiæ sollicitus
semper fuit, curavitque celebrari de iis publica instru-
menta, cum obligationibus restituendi dotes in quo-
cumque casu solutionis matrimonii, & in hac asser-
ta dote nimis confidenter se gessit, ubi majus peri-
culum imminebat, quod utique prorsus inverisimile
est, De Luc. dicto disc. 72. de dot. §. idem dicendum
vers. etiam retorquebatur, & disc. 159. n. 23. Medic.
exam. 55. num. 7. & decis. 80. num. 2. & 22.

Quarta, maxima est inverisimilitudo, quod nul- 40
lam quitantiam privatam, seu fidem receptionis sibi
fieri curavit à marito de asserta ingenti summa, &
præcipuè cum asseritur factam esse solutionem dictæ
summæ, ac dotis in pluribus vicibus, ac temporibus
diversis De Luc. disc. 72. num. 25. & 27. ac disc. 159.
num. 20. dicto tract. de dot. Rot. decis. 188. coram Lu-
dovis. num. 2. & decis. 27. post Salgad. decis. 259. nu-
mer. pr. part. 6. rec. & decis. 144. num. 23. part. 15.
& decis. 419. num. 9. & 10. coram Merlin. Boss. cap.
10. num. 130. de dot. fol. mihi 411. Concìol. allegat. 12.
num. 8. & 11. Rot. decis. 485. à num. 4. & 7. part. 3.
divers. Medic. dicto exam. 51. num. 20. Angel. de
Confess. quæst. 20. part. 3. num. 39. Sabell. in verb.
solutio num. 24.

Quinta, ponderanda est conjectura, quod in con- 41
fessione emissa à marito non fuerint expressæ, quot
vices, nulla quantitas partitarum, nulla qualitas mo-
netarum solutarum, aut species, neque quo loci,
quomodo, quando, & tandem suppressis omnibus
circumstantiis, unde possit cognosci veritas, vel si-
mulatio, juxta tradita per Rot. decis. 144. part. 15 re-
centior. de Luc. disc. 159. de dot. num. 51. Merlin.
decis. 419. num. 8. & 9. ac decis. 18. post Pacific. de
Salvian.

Sexta, præstat non spernendum adminiculum, ex 42
quo contrahentes noluerunt celebrare instrumentum
de confessata dote, metu juramenti soliti apponi in
illo, eo quia juramentum in confessione dotis induit
præsumptionem numerationis De Luc. dicto disc. 159.
num. 73. Bonden. coll. 42. tom. 1. num. 22. Buratt. de-
cis. 108. num. 11. & Rot. rec. dec. 683. num. 8. part. 2.
Medic. dicto exam. 51. num. 30. ideoque probabiliter
non emisisset.

Septima, quoque ponderabilis ejusdem simulatio- 43
nis in fraudem filiorum primi, & secundi matrimo-
nii, eruitur ex l. hac edictali C. de secundis nupt. ut
eamdem præsumptionum in puncto canonizant De
Luc. disc. 159. numer. 86. Fontanell. de pact. nuptial.
claus. 14. gloss. unic. part. 1. numer. 52. in fin. quem
sequitur Castill. de alim. lib. 8. cap. 36. §. 6. num. 22.
fol. 321.

Octava deducitur, ex quo Pater, qui dicitur nu- 44
merasse dotem, nullam notam, aut memoriam scri-
psisse docetur, quod valdè impossibile detegitur ex
traditis per Rot. decis. 296. & decis. 126. part. 12. rec.
ac per Card. de Luc. dicto disc. 72. num. 23. Angel. de
Confess. quæst. 10. num. 47. & 74.

Nona, ex eo, quod in ipsa confessione, tam so- 45
cer, quàm gener probabiliter subdidisset, aut saltem
aliquam mentionem fecisset de dotis confessatæ pro-
missione, cujus nullibi constat, imò silentio præteri-
erunt, ne indagari possit veritas illius simulationis
Rot. decis. 18. num. 5. 6. post Pacific. de Salvian. de-
cis. 82. num. 30. part. 10. recent. ac alii suprà citati
sub num. 41. ac est tritissima conjectura simulationis
silentium, & occultatio.

Decima, non videtur omittendum, quod mari-
tus ex primis nuptiis cum longè inferiori dote nu-
pserat,

pſerat, quo tempore reputabatur melinris ſtatus, &
conditionis, quia erat juvenis, ſioe prolis gravami-
ne, & celebris.
46 Decimaprima, ſimulationis præcipua conjectura
cenſetur ea, quæ oritur ex ipſamet confeſſione de
recepto, non conſtito de alicujus partis dotis, ſeu
partitæ reali numeratione Farinac. de falſitat. quæſt.
162. n. 189. fol. 310. ſiquidem veriſimilitudo, & in-
veriſimilitudo princeps omnium conjecturarum dicitur
De Luc. diſc. 72. num. 20. & diſt. 73. num. 11.
47 Duodecima, quod confeſſio emanata à viro non
conformatur tempore aſſertis partitis ſcripitis in libris
ejuſdem viri, quia reperiuntur plurimæ partitæ ad-
notatæ à marito in ſuis libris in computum dictæ
dotis poſt tempus ejus confeſſinnis Rot. coram Celſ.
decif. 280. Nam prædicta diſcrepatio operatur præ-
ſumptionem ſuſpicionis, ac ſimulationis Rot. decif.
144. num. 21. & ſeqq. part. 15. rec.
48 Decimatertia, multò magis ſummum adminiculum
ſuſpicionis reſultat ex renitentia habita exhibendi ſo-
ceri librum, ex cujus præcipuè editione facillimè po-
terat deduci juſtificatio aſſertæ confeſſionis receptæ do-
49 tis à genero factæ. Præſumptio ergo maximè vehe-
mens inſurgit contra eum, qui non utitur proba-
tionibus, quas de facili habere poteſt, ita Conciol.
allegat. 12. num. 10. Rot. decif. 188. num. 5. 10. co-
ram Gregor. XV. & decif. 259. num. 5. part. 6. Ma-
50 gon. decif. Florent. 90. in fin. ubi quod ſerotina Ju-
rium exhibitio plurimum ſuſpicionis habet, idem
Rocc. Epiſt. diſput. 141. num. 16. tom. 2. & Rot. de-
ciſ. 345. numer. 25. in fin. part. 15. Rot. decif.
51 282. part. 16. recentior. numer. 5. ubi, liber num-
quam, vel ſaltem liberè non exhibitus maximam ſu-
ſpicionis præſumptionem inducit Seraphin. decif. 1339.
n. 7. & ex longa productione à die motæ litis inve-
riſimilitudo reſultat, dicta dec. 282. n. 7. Gen. de ſcript.
privat. lib. 1. quæſt. 6. num. 30. fol. mihi 49. Rot. de-
ciſ. 233. part. 9. rec. tom. 1. & decif. 99. eod. & D. Pe-
gaz. reſol. cap. 19. num. 43.
52 Quibus non obſtat, quòd prædicta confeſſio dotis
probet numerationem, etiamſi facta ſit per maritum
tempore ſuſpecto, concurrentibus conjecturis id ſua-
dentibus Rot. apud Salgd. labyr. credit. decif. 3. n. 5.
Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 31. num. 19.
Quia omiſſa etiam invaliditate dictæ confeſſionis,
53 quia facta fuit coram Cancellario Gabellæ, cui ſo-
lum creditur in rebus, quæ pertinent ad Gabellam,
& ejus officium, ut recipere ſolutionem Gabellæ,
pro contractibus Medices decif. 87. num. 2. & 3. So-
cin. Sen. conſ. 208. num. 1. Gen. de ſcript. privat. lib. 4.
tit. de libr. Gabell. num. 16. fol. 235. Maſcard. concl.
611. num pr. & 976. num. 36. Rot. Gen. de mercatur.
decif. 110. num. 6. Baſſ. de dot. cap. 1. §. 2. n. 37. Surd.
54 dec. 336. à n. 4. Imò iſta confeſſio reſolvitur in ſim-
plicem Notarii fidem, quæ minimè fidem facit Rot.
decif. 455. num. 6. part. 18. tom. 2. recent. & decif. 159.
num. 11. poſt Poſth. & decif. 687. part. 1. recent. Er-
go, ſi non conſtat de iſta confeſſione facta à mari-
to inane eſſet inſpicere alia adminicula ad eam ſub-
ſtinendam, nam dirupto principali corruunt acceſſo-
ria, attamen, ut videatis meam ingenuitatem, cum
qua conſulo, verè mihi viſum fuit non adaptari ca-
55 ſui noſtro prædictam doctrinam in ſe veram, quia
prædicti Doctores loquuntur ſolum quando ſolutio
Gabellæ, & ſucceſſivè confeſſio emanaſſet à ſolo ma-
rito abſente tamen debitore dotis, ſecùs verò præ-
ſente, ut in noſtro caſu, quo erant præſentes am-
bæ partes, ſcilicet ſocer, ac gener, de quorum con-
ſenſu ſcriptum fuit in libro Gabellæ Cravett. de an-
tiq. temp. part. 1. verſ. quarto limita numer. 29. Alex.
conſ. 36. num. .... lib. 5. Menoch. de arbitrar. centur.
2. caſ. 191. num. 26. & caſ. 40. num. 72. idem Ma-
ſcard. concluſ. 978. num. 8. & concluſ. 570. numer. 3.
& ſeq.
Quia, dico, conjecturæ, quæ ex adverſo addu-
cuntur, nedum ſunt numero pauciores, ſed leviſſi-
mæ, quarum primæ.
56 Quæ ex ſolutione Gabellæ dictæ dotis deducitur
per Andreol. controv. 186. num. 10. Tuſch. lit. G. con-
cluſ. 13. numer. 7. & 12. Merlin. decif. 754. num. 13.
ubi aſſignat rationem, quia non eſt veriſimile vo-
luiſſe partes jactare ſuum; reſpondetur, quòd non
ſolum dicta ſolutio Gabellæ non probat numeratio-
nem dotis, ac realem ſolutionem, ut per Medic.
decif. 87. num. 7. ſed neque facit præſumptionem pro
ſolutione, quia voluntariè, & ex intervallo ſoluta
fuit, ac affectate non apparente contractu, niſi per
ipſammet confeſſionem ſponte factam ab ipſis parti-
bus in actis ſolutionis Gabellæ, ideoque contra par-
tem retorquetur, & inſervit pro contraria conjectu-
ra, ut benè conſideravit De Luc. de dot. diſc. 72. ſub
num. 27. §. idem dicendum. Item quia erat neceſſa- 57
ria ad ſubſtinendam dictam confeſſionem hæc ſolu-
tio Gabellæ, ſine qua contractus dotis nullam ha-
buiſſet efficaciam, neque privilegia per ll. ejuſdem
Gabellæ anni 1662. aliàs non ſolviſſent, ideoque de-
bet conſiderari tamquam pars conſtitutiva dictæ con-
feſſionis, & non actus externus, ac diverſus à di-
cta confeſſione, qui inſervire poſſit pro conjectura,
vel adminiculo, qui enim ſimulare vult attentè uti-
tur omnibus modis, cum quibus palliari poſſit ſimu-
latio.
Nec non ejuſdem eſt roboris altera, quæ eſt ſe-
cunda conjectura deducta ex computis à libro mari-
ti defuncti extractis, & in actis exhibitis, ex qui-
bus apparet ſolutio dictæ dotis, primo, quia dicti li-
bri nullam fidem faciunt tamquam privati, & non
more mercatorum facti, ſaltem cum repertus fuit in 58
dicto libro quidam ſcriptus debitor, qui verè num-
quam fuit, multùm redditur ille ſuſpectus, ut habe-
tur in puncto, ex Conciol. allegat. 12. numer. 6. &
mendax in uno in omnibus præſumitur De Luc. de
dot. diſc. 139. num. 71.
Attamen, ſi fidem facerent, probarent dumtaxat 59
in iis, quæ pertinent ad apothecam, & merca-
turam Medic. decif. 87. num. 4. Gen. de ſcript. pri-
vat. de libr. Mercator. num. 30. fol. 240. & alii per
eum cumulati Maſcard. de probat. concluſ. 976. n. 70.
non vero dotem impertinentem ad negotia apothe-
cæ mariti.
Ulterius denique hæc computa extracta fuere à 60
libris defuncti ſine teſtibus, citatione partis, & man-
dato Judicis, ac ſine probatione literaturæ manus
defuncti, ideoque nullum conſtituunt probationis ge-
nus Gratian. cap. 767. num. 35. & Medic. decif. 87.
num. 7.
Tertia conjectura ex adverſo deſumpta fuit ex tri- 61
bus publicis inſtrumentis, cum quibus probari inten-
debatur Patrem filiæ conſimilem dotem dediſſe, &
ſolviſſe tribus aliis filiabus in matrimonium antea col-
locatarum, ex qua dotis congruentia, ac idoneitate
dotantis attenta deducebatur validiſſimum argumen-
tum veritatis confeſſionis dotis, de qua modo agi-
tur Merlin. decif. 682. num. 13. & 718. num. 7. &
decif. 82. num. 25. part. 10. recentior. Seraphin. de-
ciſ. 587. numer. 14. De Luc. de dot. diſc. 139. nu-
mero 53.
Huic enim adminiculo facile reſpondetur, obſer- 62
vando in facto, quòd dicta tria inſtrumenta conti-
nebant ſolum conſtitutiones dotium, ex quibus non
juſtificantur earum ſolutiones Rot. decif. 144. num. 21.
& 24. part. 15. recentior. Pegaz. reſolut. cap. 7. fol.
mihi 552. ex ſolutionibus tantùm aliarum dotium à
patre factis poſſet argui ſolutio præſentis confeſſatæ,
niſi in ſenſu partis promiſſio acciperetur idem, ac ſi
ſoluta, ut ad ſimile propoſitum alludit Martial. lib.
10. epigram. 15. his carminibus,

Si donare voces promittere, nec dare Cai,
Vincam te donis, muneribuſque meis;
Accipe Callaicis quicquid fodit aſtur in arvis,
Aurea quicquid habet divitis unda Tagi,
Quicquid Erithræa niger invenit indus in alga.
Quicquid & in nidis unica ſervat avis.
Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno,
Quicquid habent omnes, accipe, quidquid habes:

Ac Ovidius relatus ad ſimile propoſitum à Doctiſ-
ſimo Alvarez. Pegaz. dicto loco.

Promittas facito, quid enim promittere lædit?
Promiſſis dives quilibet eſſe poteſt.

Imò id retorquetur, quia ſi ſolutæ non apparent
aliæ dotes per inſtrumentum promiſſæ, tanto minus
iſta, de qua nulla adfuit conſtitutio, neque per pu-
blicum, neque per privatum documentum.

Eodem

63 Eodem modo retorqueretur, si extitisset aliqua quitantia, vel publica, vel privata de solutione aliarum dotium, prout jactabat, & blaterabat pars contraria, nam tunc diceremus, quod si præsens soluta fuisset, pariter aliquam quitantiam fieri sibi curavisset Pater, & constitutionem pariter celebravisset per publicum instrumentum, ut observavit in aliis dotibus aliarum filiarum, dum neutrum fecerat in hac, de qua controvertimur, inverisimile omnino est fuisse solutam, *De Luc. disc. 72. num. 27. §. idem dicendum, & disc. 159. num. 72. de dot. Medic. decis. 80. num. 22. & exam. 51. num.....*

64 Quarta conjectura ex consuetudine, quod matrimonia sine dote non contrahantur, reputatur non solum levissima, sed penè ridicula à *Cardin. de Luca disc. 159. numer. 13. Fontanell. de pact. clauf. 14. gloss. unic. part. 2. num. 58. Medic. decis. 80. num. 13.*

65 Sicuti quasi frivolam appellant quintam deductam ex præstatione alimentorum mulieri, idem *De Luc. num. 62. eod. loc. & Fontanell. dicto loco num. 59. Medic. decis. 80. num. 30. & 31. Buratt. decis. 108. n. 19. Merlin. decis. 419. n. 17. & 18. & decis. 144. part. 15. rec. num. 22.*

66 Prout neque attendere debemus, quod maritus in libris suis confessus fuerit habuisse dotem *in contanti*, quia cùm facilis fuit confiteri dotem non solutam, facilior fuerit addere *in contanti De Luc. di-*
67 *cto disc. 159. num. 61. & 62.* quemadmodum dicitur sic de juramento apposito in eadem confessione mariti, quod non habemus in nostro casu, quia si facilis fuit vir simulare dotem, facilis quoque fuerit ad jurandum *Conciol. Allegat. 12. num. 20.*

68 Afferebatur pro sexta conjectura depositio unius Sacerdotis attestantis de promissione dotis facta à socero antè matrimonium, & post matrimonium de confessione ex ore mariti ei facta in hæc verba *che andava ricevendo la sudetta dote in diverse partite*, qui licet sit unicus, saltem ad relevandam conjecturam, sive adminiculum favore dotis sufficiens est, ut tradiderunt *Covar. resol. lib. 2. cap. 7. num. 6. Gratian. decis. 103. num. 21. Rot. decis. 124. num. 7. & decis. 148. num. 24. part. 10. recent.* Præcipuè quando est Sacerdos *Rot. decis. 448. num. 4. pars. 14. recent. Seraphin. decis. 676. n. 2. Cyriac. controv. 16. n. 16.*

Replicabam enim primò contra dictum prædicti Testis nullitatem examinis, utpotè facti absque partis citatione, tam de jure, quàm vigore Statuti *de cauf. ordin. §. probationes* (admisso quod aliquam conjecturam posset probationis operari per prædictos authores in contrarium allegatos) nam adminicula, & conjecturæ debent in se probari legitimè, ut inservire possint pro adminiculis, & conjecturis aliàs nullum probationis genus constituunt quemadmodum aliæ probationes nulliter factæ.

Secundo advertebam, quòd nihil aliud deponit dictus Testis, quàm de verbali promissione ante matrimonium habita, & de confessione de recepta dote à marito constante matrimonio ei facta, & sic semper ex ore suspecto viri, nam si centies, & centies confiteretur maritus nihil magis probationis habet, ut dixi suprà in §. *alterius nihil*, ad hoc enim ut dictum unius Testis faciat validam conjecturam pro solutione dotis oporret testem ex se affirmare solutionem dictæ dotis, vel majoris partis esse verè solutam, ut dicunt doctrinæ ex adverso allatæ in quibus æquivocum accipiebat advocatus ex adverso scribens.

Et licet aliqua harum conjectura ex adverso opposita considerari posset, adhuc, cum longè præponderent, & numero, ac vi conjecturæ suprà in contrarium pro fraude adductæ, simulationem judicare de-
69 bemus interfuisse; Nemini autem dubium est conjecturas plures præferri paucioribus, & validiores esse attendendas, itaut ad favorem habentis plures conjecturas, & probabiliores judicandum sit, ut latè more suo disserit *Conciol. allegat. 12. num. 21. 22.*
70 *& 23. 24. & allegat. 59. numer. 26. & 27.* quarum cognitio tota secundum casuum qualitates, & circumstantias discretioni, & arbitrio recti Judicis demandatur *Bald. in l. 1. num. 3. Cod. de privil. dot. Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 15. gloss. unic. part. 2. num. 50. Ludovic. decis. 62. num. 2. Merlin. decis. 632. num. 3. Coccin. decis. 499. num. 3. Arguel. decis. 409. & 428. per tot. & in rec. part. 6. decis. 335. numer. 2. & pars. 11. decis. 40. num. 4. Medices decis. 80. n. 26. De Luc. de dot. disc. 159. numer. 13. & 20. & disc. 164. num. 2.*

A R G U M E N T U M.

Utrum licentia ad Clerici instantiam à Notario relaxata in vim debiti confessi valida sit, & ejus exequutio substineri possit ad intellectum Statuti nostri *de confitentibus debitum*.

S U M M A R I U M.

1 *Facti series.*
2 *Instrumenta confessionata de jure habent executionem paratam, tanquam res judicata.*
3 *Actus, qui ex duplici jure fieri potest, ex eo dicitur gestus, per quod substinetur.*
4 *Semper dicitur electa via, quæ ad effectum perducit.*
5 *Sumenda est interpretatio, ut actus firmus remaneat, ac nullitatem excludat.*
6 *Tam de jure communi, quàm statutario actuarii valent concedere licentiam pro instrumentis confessionatis.*
7 *Notarii nullam habent authoritatem percipiendi confessos. Declaratur num. seq.*
8 *Notatur differentia inter instrumenta confessionata, & guarentigiata.*
9 *Notarii debita confessionata, ac omnia acta recipiunt authoritate Judicis, & non propria, & 10.*
11 *Clausula in instrumentis tanquam accessoria regulantur secundum formam contractus.*
12 *Quæ superabundant non vitiant, neque obesse possunt.*
13 *Clausula de stylo Notariorum apposita non censentur de voluntate partium volita.*
14 *Clerici possunt se submittere statutis laicorum, & secundum eorum formam se se obligare, & sic ad formam Statuti* de confitentibus debitum.
15 *Contrahentium pactio operatur tamquam lex.*
16 *Argumentum à contrario sensu decisionum etiam Rotæ Romanæ, vel sententiarum non admittitur.*
17 *Notarius potest relaxare licentiam, dummodo in actis non constet de adimplemento, & solutione, etiamsi authoritas eam relaxandi concessa fuerit Notario sub conditione, si reus deficiet in solutione.*
18 *Leges ab inutilibus circuitibus abhorrent.*
19 *Illustrissimo Magistratui Supremorum Syndicatorum competit solum cognitio nullitatis licentiæ, sive actuum, non autem justitiæ, ac injustitiæ.*
20 *Licentia exequi non potest contra obligatum hæreditario nomine.*
21 *Qui simpliciter se obligavit non censetur obligatus nomine hæreditario, sed proprio.*
22 *Hæres, qui simpliciter se denuo obligat, intelligitur velle facere proprio nomine aliam obligationem diversam à prima facta in aditione hæreditatis nomine hæreditario.*
23 *Obligatio simpliciter facta ab hærede non perdit beneficium inventarii, quando processit ex necessitate, scilicèt in executionem alicujus laudi.*
24 *Declaratur id procedere, quando compromissum fuit factum ab hærede in vim legis, vel Judicis, secus si liberè, & non coactè.*
25 *In Regno secundum ejus consuetudines hæres, licet se simpliciter obliget, numquam censetur renunciasse beneficio inventarii, nisi specialiter id fecerit, secus de jure communi.*

RE-

RESOLUTIO XIII.

Januens. executionis licentia.

1 AD instantiam Bartholomæi Thesauri Procuratoris R. Archipresbyteri Caroli Josephi Saitæ Mediolanensis fuit à Notario Augustino Savignono die 26. Junii anni proximè præteriti relaxata ex officio licentia personalis, & realis adversus Petrum Martyrem Protis pro libris mille septingentis, vigore instrumenti per eumdem Notarium recepti sub die 23. Junii anni 1676. habentis (sunt verba dictæ licentiæ) vim debiti confessi.

Executa postmodum hujusmodi licentia in bonis mobilibus, hoc est in mercibus alienæis Tabernæ dicti Protis.

Fuit coram DD. VV. Illustrissimis propositum dubium; utrum prædicta licentia, ejusque executio valida sit, ac substineri possit ad favorem Clerici non habentis privilegium fruendi beneficio Statutorum adversus dictum Protis qui ulterius prætendit se non proprio, sed tamen hæreditario nomine ejus Patris cum beneficio Inventarii non in solidum ex dicto Instrumento teneri.

Verum mihi relaturo in scriptis cum expressione Jurium, ac rationum commisso articulo ab Illustrissimis DD. VV. ex eorum benignis decretis 28. Januarii, ac 4. Februarii anni currentis, ideò vestris jussibus obtemperans partes pluries audivi cum eorum Magnificis Advocatis, quibus motiva oretenus, & in scriptis excitavi, eorumque acutissimas responsiones perpendi, & tandem, omnibus latè, diuque pro mea tenuitate examinatis, Divino, ac Deiparæ præsidio humillimè implorato DD. VV. Illustrissimis referendum esse censui, prout eorum saniori Judicio semper salvo refero.

Videlicet licentiam, de qua agitur, dispositioni Juris communis Romanorum (juxta quod Clericorum causæ audiri, ac decidi Genuæ debent) inniti, & proindè nihil ex adverso proponi, quo minus ejusdem licentiæ executio tanquam ritè, & rectè emanata firma, & valida haberi debeat.

Ratio meæ hujusmodi relationis, ac voti est, nam cum Instrumenta confessionata, sive confessiones Judiciales ad simplicem tantùm rogationem, vel stipulationem creditoris nulla præcedente petitione, & absque figura Judicii emissæ (quæ debita confessa in nostra Civitate appellari solent, prout etiam animadverterunt nostri legumlatores in Statuto *de confitentibus debitum in §. pro summis vero*) ne dum ab eodem Statuto originem non trahant, neque formam ullam recipiant, sed nullum ne quidem fomentum, ac robur mutuentur ab eo, quippè quod suppositivè
2 dumtaxat, de illis loquatur; cumque propterea in dispositione solius juris communis, per quod confessus pro judicato, & condemnato habetur, vel in partium conventione omninò fundentur, habeantque executionem paratam tamquam præseferentia vim, & vices rei judicatæ, juxtà illud, *non est confessi causa quærenda rei, Caravit. super rit.* 166. & *Text. in l. si debitori* 21. *ff. de Judic. in l. post rem judicatam ff. de re judicata, & l. unica C. de confessis post Bartol. & antiquiores omnes, tradunt Marant. in specul. par.*6. *act.* 5. *n.* 21. *Scact. in tract. de appellat. quæst.* 15. *limit.*47. *num.* 187. *Parlador. lib.* 2. *rerum quotidianarum* 1. *part. §.* 2. *de confess. pluribusque relatis Cancer. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 21. *Thesaur. decis.* 26. *num.* 13. *& Ridolph. in prax. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 82. ac de anno 1642. in causa carcerationis Antonii Carbone ad instantiam R. Jo: Jacobi Zerbi Illustrissimis DD. VV. responsum fuit à nunc Illustrissimo, & Excellentissimo D. Jo: Baptista Raggio, & M. Jo: Baptista Casanova, cui tertia vice commissus fuerat articulus Jure-Consultis celeberrimæ authoritatis, secundum quorum votum pronunciatum fuit. Ideò obligatio Petri Martyris Protis concepta, quod, eo deficiente præfinito tempore in solutione ob inobservantiam promissorum teneret præfato R. Creditori, sive dicto Bartholomæo Thesauro ejus Procuratori *in tal caso aver la sua licenza spedita in forma di debito confesso* nulla habita expressa relatione ad dictum Statutum *de confitentibus debitum*; Ideò, inquam, dicti Protis obligatio, non ad Statutum, sed ad jus commune, à quo hujusmodi debita confessa (ut præmisi) suam originem, & existentiam deducunt referenda venit, siquidem plures Juris regulæ hanc suadent intelligentiam, sive conjecturam,
quarum præcipuæ sunt, quod ubi actus fieri potest 3
ex duplici jure, gestus ex eo dicitur per quod substinetur *Reyger. in Thesaur. jur. lib.* 1. *verb. actus n.* 6. *Seraph. decis.* 509 *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 1418. *num.* 10.
Altera quod semper dicitur electa via, quæ ad effe- 4
ctum à partibus intentum perducit *Bald. cons.* 88. *lib.*
1. & denique quod interpretatio, quæ actus firmita- 5
ti assistit tamquam omnium aliarum Regina semper sumenda venit, *Mantic. de conject. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 23. *& seq.* cui sicutima sunt tradita per *Gratian cap.* 355. *num.* 5. quod scilicet positis duobus possibilibus unum quod suadeat contractum valere, aliud secus, sumendum est primum nullitatem excludens, ut habetur etiam ex *Pacian. de probat. cap.* 7. *num.* 11. *lib.* 2.

Ex his non resistit quod facultas relaxandi pro debitis confessis licentiam ex officio competat Notariis Collegiatis à præallegato Statuto *de confiten. debitum in §. pro summis vero*, ibi *finito termino concedantur ex officio licentiæ expedita.*

Nam ex hoc non infertur quod remoto Statuto 6
non valeant de Jure Notarii actuarii præsertim ex conventione partium, ut infrà dicetur de mandato Judicis similes concedere, & relaxare licentias, sive mandata pro executione hujusmodi Judicialium confessionum. Non enim diversus in substantia est modus, & ordo, quo de jure communi compellitur debitor ad observantiam harum obligationum provenientium ex confessionatis Instrumentis ab eo, quo proceditur ad earum executionem, à forma præscripta per dictum nostrum Statutum, sive verius introducta à stylo, & observantia ejusdem Statuti interpretativa desumpta (ut puto) *ex dicta l. si debitori ff. de Judiciis*, & ab ejus interpretibus, qui pro illius practica exigunt præceptum Judicis ad solvendum, & observandum promissa cum assignatione brevis termini, ut habetur ex *Boer. decis.* 295. *n.* 6. *Phan. de Juvent. quæst* 242. *num.* 102. *de Franch. decis.* 218. *Thesaur. ex dicta decis.* 26. *num.* 13. Quæ sanè requisita, licet contineantur in illis clausulis cæteratis in debitis confessis apponi solitis, *videlicet, & ita Statutus est terminus &c. quo termino transacto &c.* nihilominus attenta dispositione dicti nostri Statuti concedentis authoritatem Notariis relaxandi licentias *expeditas, nullo requisito*, superflua deteguntur, undè sequitur, ut dixi, quod tantummodò à Praxi desumpta ex jure communi introducta fuerint.

Non obstat, quod præcitata Jura, & DD. loqui videantur de confessionibus emanatis coram Judice, vel saltem coram Notariis, qui simul sunt Judices
Ordinarii, vel Cartularii, & hinc secus dicendum ve- 7
niat, quoad confessionem factam simpliciter coram Notariis, tamquam puris Tabellionibus, qui nullam habent authoritatem præcipiendi in confessos, sed dumtaxat tenentur pro eorum munere scribere factum, de quo rogantur, ut benè declarat *Ridolph. in dicto cap.* 1. *part.* 1. *num.* 90. *ubi supra.*

Nam pro responsione animadvertendum venit di- 8
scrimen, quod DD. & signanter *Phanu. dicta quæst.* 242. *num.* 102. *Thesaur. decis.* 26. *num.* 4. *&* 13. *Scact. dicto cap.* 62. *num.* 13. 15. *&* 17. *vers. & ut intelligas, Grass. de except. in prælud. n.* 10. *&* 24 *Vincent. de Franch. dicta decis.* 118. *num.* 7. *ac Ridulph. ubi supra n.* 82. 84. 89. 95. constituunt inter instrumenta confessionata, sive debita confessa, de quibus supra actum est, & Instrumenta Guarentigiata hoc est habentia Guarentigiam, in his enim, cum nihil aliud sit Guarentigia, nisi præceptum, quod per Notarios fit in confessum volentem, & acceptantem non ex dispositione juris communis, sed ex authoritate Statutorum, seu consuetudinis talem eis facultatem, & jurisdictionem concedentium teste *Bartol. in lib.* 1. *ff. de Judic. & in l. error.* 25. *C. de Juris, & fact. Ignorant. Boer. dicta decis* 225. *num.* 6. *Menoch. de arbitrar. cas.* 17. *num.* 6. *Asin de execution. §.* 1. *cap.* 25. *&* 26. *Scact. dicto cap.* 62. *num.* 2. *&* 15. *Thesaur. dicta decis.* 26. *numer.* 13. *& Cancer. variar. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 6. Ideò pernecessè requiritur ex communi voto DD.

ad

ad hoc ut Notarii tamen habeant facultatem, quòd sint etiam electi Judices, vel à Statuto, vel in eorum creatione, ita *Corn. cons.* 238. *num.* 3. *lib.* 3. *Boer. dicta decis.* 295. *num.* 5. *Scacc. dicto cap.* 62. *numer.* 14. *Phanuc. de Franch. ubi suprà num.* 6. *& Graff. de except. in præludi. num.* 17. *in fine*, *Rot. in decis.* 173. *numer.* 9. *post Zachiam de obligat. Camer. Gratian. cap.* 455. *num.* 18. *& seq. Merlin. controv.* 24. *num.* 8. & instar omnium *Ridulph. ubi suprà num.* 86. 90. *& seq.*

9 Confessionata verò Instrumenta sive debita confessa recipiuntur à Notariis, non uti coram se facta, nec de aliqua eorummet authoritate propria, sed apud acta, & tamquam Actuariis Judicis ordinarii, & nomine, ac de authoritate, & mandato illius, quod utique mandatum generaliter habere dicuntur ipsi Actuarii ad expedienda universa acta judicialia eo ipso, quod ad hoc munus deputantur *Berlich. conclus. practic.* 8. *num.* 23. *part.* 1. eoque ex inveterato stylo Genuæ utuntur. Quapropter per dictos Actuarios de mandato, & nomine ipsius Judicis recipiuntur dictæ confessiones, statuitur terminus debitori ad solvendum, sive ad observanda conventa, & concipitur præceptum contra eum juxta superius tradita, non enim minus dicuntur facta coram Judice, quæ fiunt penes acta, ac expediuntur ab Actuariis illius
10 nomine, & de ejus mandato, juxtà vulgatissimas regulas, quod omnia nostra facimus, quibus authoritatem nostram impertimur *l. unic. C. de mandat.* & quod actus tribuitur mandanti non exequenti *Cap. litteris, & ibi scribentes de rescript. Barbos. axiom.* 12. *num.* 4. & in puncto est originaria Doctrina *Aretini in cap. Quoniam contra num.* 28. *& seq. de probat.* ac *habetur ex Afflict. dicta decis.* 135. *Caravit. super Rit. magna Cur. Vic.* 128. *num.* 12. ubi nihil subdit referre quocumque in loco dicta acta per Actuarios expliceatur absque præsentia Judicis *De Franch. dicta decis.* 118. *num.* 10. *Scacc. dicto tract. de Judiciis lib.* 1. *dicto cap.* 62. *num.* 5. *Ridulph. in prax. cap.* 9. *part.* 1. *numer.* 109. *&* 111. quibus in locis habetur, quod obligatio recepta de mandato Judicis absentis dicitur facta apud acta, ac si Judex præsens fuisset.

Nihil quoque prædictis obesse visum fuit, quod clausula cæterata, *incipiens il qual termine &c.* apposita in Instrumento, de quo agitur, videatur juxtà communem formulam approbatam à Serenissimo Senatu extendenda, ut continent verba *in omnibus ad formam Statuti de confitentibus debitum.*

11 Primò, quia clausulæ omnes restringendæ sunt, ut conveniant casui, in quo versatur, & de quo loquitur dispositio, nam illæ sunt accessoriæ ad dispositionem, & ideò regulantur secundum illam, & secundum contractum, cui adjiciuntur, & sortiuntur illius naturam *Decian. cons.* 373. *numer.* 14. *Sard. cons.* 350. *numer.* 28. *Put. decis.* 1. *numer.* 1. *libr.* 1. *Michal. de fratribus cap.* 41. *numer.* 7. 8. *part.* 3. *Rota decis.* 393. *numer.* 13. *part.* 7. *recentiorum*, *& post Cencium de Censibus decis.* 84. *numer.* 7. *ac decis.* 329. *num.* 2. *part.* 1. *diversorum*, ubi in ferè similibus terminis nostris, quod nominatio, quæ non potest fieri, nisi in vim alicujus legis, sive Statuti non censetur facta aliter, aliosque refert, & sequitur *Barbos. de clausulis clausf.* 1. *num.* 3. *ubi num.* 2. generaliter tradit, quod hujusmodi clausulæ non alterant, augent, neque mutant dispositionem, idemque sequitur *Mart. de clausf. part.* 4. *clausf.* 21. *num.* 24. quibus congruunt tradita per *Menoch. de arbitr. cap.* 144. *num.* 12. ubi quod non attenditur clausola, quæ ex defectu, & inhabilitate contrahentium nihil operari potest.

12 Secundò quia, quæ superabundant non vitiant, neque obesse possunt *Roman. cons.* 343. *num.* 9. *&* 10. *Curt. Jun. cons.* 20. *sub num.* 7. & faciunt tradita per *Rotam decis.* 96. *num.* 1. *& in decis.* 549. *n.* 2. *part.* 2. *diversorum*, in quibus habetur quod Judex, qui habet ordinariam, & delegatam jurisdictionem enunciando se abundanter ordinarium non obest actui, in quo procedere debet solùm uti delegatus, idemque sequitur *Menoch. de præsumps. præsumpt.* 37. *numer.* 6. *lib.* 2.

13 Accedat, quod hujusmodi clausulæ persæpè adjiciuntur à Notariis de stylo perfunctoriè, & inconsideratè, quo in casu non præsumuntur appositæ de voluntate contrahentium, nisi prout conveniant dispositioni, ut suprà dixi *Cephal. cons.* 94. *num.* 29. *& seq. & cons.* 142. *num.* 5. *vol.* 1. *Decius cons.* 322. *col. penult. & Tiraq. de retract.* §. 1. *gloss.* 18. *num.* 6. *Passerin. in problem. legal.* 4. *num.* 141. *&* 232. *Michal. de frat. part.* 3. *cap.* 41. *num.* 13. *De Luc. disc.* 177. *numer.* 21. *&* 22. *de fideicomm. disc.* 178. *num.* 3. *&* 6. *ac disc.* 179. *num.* 7.

Patet ex prædictis responsio ad objectum deductum ex *dicta decis. Rotæ* 173. *n.* 7. *post Zacch. de obligat. Cameral.* ubi resolutum fuit obligationem Abbatis Maphæi concedentis facultatem ejus creditori agendi contra se executivè, non simpliciter, sed juxta formam ritus Magnæ curiæ Vicariæ Neapolis nullam, & irritam esse, ex quo Clerici ex defectu potestatis nequeunt constitutionibus laicalibus se se subjicere; unde pro parte dicti Petri Martyris Protis inferebatur, idem resolvendum fore in hoc casu nostro, quasi militet eadem ratio, licet non agatur de passiva obligatione Clerici, sed de obligatione ad ejus favorem suscepta per Laicum, cum Clericus non minus activè, quàm passivè excludatur in Judicus à beneficio nostri Statuti.

Non enim idem Protis se obligavit (ut uberrimè ex suprà narratis apparet) habito respectu ad nostrum Statutum, & proindè illius obligatio ad jus commune referenda venit, juxta quod Causæ Clericorum audiri, ac decidi debeot; secus in casu dictæ decisionis, ubi fuerat inita obligatio cum dicta expressa relatione ad ritum Magnæ Curiæ Vicariæ benè declarat *Rot. decis.* 348. *ad num.* 24. *part.* 9. *rec.*

Ulterius in nostro casu cessare videtur præallega- 14
tum fundamentum dictæ *decis. Rota de qua ibi num.* 8. nimirum, quod Ecclesiastici non possunt, vel volentes se submittere laicorum statutis, se se obligando juxta eorum formam erga Laicos; quia istis vice versa non videtur prohibitum, sicut illis renunciare Juri ad eorum favorem introducto, & sic pacisci possent, ut contra eos ad instantiam Clericorum procedatur executivè, ac relaxetur licentia ex officio Notarii, prout relaxanda foret, ubi ad favorem personæ Laicæ obligati essent ex traditis per *Bart. in l. creditoris* 26. *C. de Pignor. Boer. dicta decis.* 295. *num.* 10. *Thesaur. dicta decis.* 26. *numer.* 6. *usque ad fin. Graff. de except. in prælud. num.* 8. *Rot. dicta decis.* 348. *numer.* 24. *part.* 9. *rec. Seraphin. de jurament. privileg.* 77. *num.* 4.

Quæ sanè partium conventio, nedum removet
hoc objectum, sed quodcumque aliud, quod exco- 15
gitari potest adversus facultatem Actuarii relaxando nomine Judicis licentiam executivam, nam non minùs operatur pactio contrahentium, quàm lex *l. non impossibile ff. de pact. l. fin. C. de fidejuss. Abb. cons.* 33. *lib.* 2. *Peregr. in cons. unic. de succ. regiis num.* 18. *Rot. decis.* 172. *num.* 2. *& dicta decis.* 173. *num.* 6. *& seq. in punct. post Zacch. de oblig. Camer. Scacc. d. cap.* 62. *sub num.* 17. *vers. unde eam habent ex contrahent. pact. & num.* 20. *&* 23. *lib.* 1. *de Judic. & de Luca tract. de judic. discurs.* 316. *num.* 16. *&* 20.

Non obstat memoratum votum Illustrissimi, & Excellentissimi Jo: Baptistæ Raggii pro R. Jo: Jacobo Zerbi, in quo post ingeniosissimam distinctionem inter debita confessa, circa quæ, ut præmissum fuit, nihil disponere, inquit, Statutum nostrum, sed illa tantùm supponere, & eorum executionem, cui statuentes voluerunt formam perscribere, concludit licentiam in casu suo, & illius executionem impugnari non valuisse, quia attento tempore obligationis Carboni, quo R. Zerbi carebat privilegio, debitum confessum rectè de jure procedebat, si verò spectetur tempus relaxatæ licentiæ, is jam obtinuerat privilegium, ex quo per Dominos informantes pro dicto Protis deducebatur contrarium concludendum esse adversus R. Saitam, qui dicto privilegio non patiebatur de tempore sibi concessæ licentiæ.

Tum quia argumentum à contrario sensu non ad- 16
mittitur, neque etiam ex decisionibus Romanæ Rotæ, ut ex *Seraph. decis.* 1342. *num.* 1. *docet Barbos. loc.* 27. *n.* 21. nec à sententiis *Mart. Medic. decis.* 40. *n.* 4. *decis.* 69. *n.* 9. & longè minùs à dictis DD. ut pluribus relatis prosequitur *Barbos. loc. cit. n.* 22. præsertim, quia præfatus Excellentissimus Consultor hunc

arti-

articulum non examinavit, neque examinare debuit, cum cessaret ratio dubitationis in casu sibi proposito, & propterea objectum non diluit, sed prudenter exclusit, tum etiam, quia non aderat ibi expressa inter partes conventio, quod adversus debitorem inobservantem concederetur licentia in forma dicti debiti confessi, quæ referri posset semoto Statuto ad jus commune, prout in nostro casu ex superiùs traditis.

Non obesse pariter duxi, quod obligatio Protis videatur concepta sub conditione, quatenus is defecisset in solutionibus, diversis temporibus promissis, prout à DD. VV. Illustrissimis pronunciatum fuisse videtur sub die 23. Decembris anni proximè præcedentis in causa detentionis Francisci Carboni.

Quia quidquid evenerit in casu prædicto, in quo agebatur de paupere reguo, & articulus minimè discussus fuit, comparuit enim pro creditore solus D. Joann. Baptista Calsera institor ejus negotii serici, & die cadentis primæ citationis ad carceres Malepagæ prodiit asserta provisio potiùs, quàm sententia;
17 utique in casu nostro indubitatissimi Juris est, quod cum de adimplemento, & solutione nihil apud acta constiterit; Ideòque R. Saita, cui adimplendum fuerat, haberet intentionem fundatam in negativa per *Text. in l. 1. Cod. de probat. Carn. cons. 102. numer. 5. lib. 1. Rota decis. 362. num. 2. part. 1. recent. & in Caligat. Capella penes Marches. fol. mihi 122.* Rectè potuit, & debuit Notarius conventam relaxare licentiam, prout de facto quotidie hoc jure utimur, alioquin vix unquam posset dari casus, quod hujusmodi licentia concederetur, cum ferè omnia debita confessa concipiantur, quatenus debitor tempore sibi indulto non solvat, vel non adimpleat promissa, ut in puncto, quinimò in terminis longè fortioribus, author mihi est *Cancer. lib. 2. var. resolut. cap. 3. de instrum. guarentigiato nobis num. 69.*

Quibus ita pro firmitate, & validitate licentiæ, & oppignorationis, de quibus est quæstio se habentibus, censeo non esse immorandum circa aliud fundamentum pro eodem R. Saita allegatum, nempè quod præsupposita (citrà præjudicium veritatis) nullitate ejusdem executionis, adhuc illa jure communi attento substinenda foret, *vel saltem consilio de bo-*
18 *no Jure acceris non revocanda*, cùm leges hos inutiles circuitus abhorreant ex traditis per *Rotam nostram decis. 39. num. 21. penes Cartar. Surd. decis. 36. num. 12. Gratian. cap. 259. num. 14. discept. for. Mart. Medic. exam. 56. num. 11. ad decis. Rota Senen. Carloval. de Judic. tit. 2. disp. 8. num. 4. 5. & seq. Rot. decis. 151. part. 2. recent.* & innumeros alios congestos per *An-*
19 *dreol. controv. 159. num. 3.* cui fundamento ex adverso respondebatur huic Illustrissimo Magistratui competere cognitionem nullitatis, non autem justitiæ, vel injustitiæ, licentiæ, quapropter decretum meæ commissionis non egreditur dictæ nullitatis articulum.

20 Denique non obstat altera exceptio Protis, nimirum quòd his se obligavit hæreditario nomine &c. Raphaelis ejus Patris, nec proindè potuisse contra eum proprio nomine prædictam licentiam relaxare, & longè minùs eam exequi, quippe quod de jure adversus hæredem non permittitur executio, nisi eo citato, & prævia cognitione (quæ ex concessis non competit Notario) juxta tradita per *Phanuc. de Invent. quæst. 242. num. 29. & 70. & Rot. decis. 721. n. 1. & 2. coram Merlin. part. 2.*

Quia id procedit, & authoritates præmissæ loquuntur, vel quando agitur contra hæredem ex obligatione defuncti, vel ubi non apparet eumdem hæredem, licet cum beneficio Inventarii ultrà vires hæreditatis se obligare voluisse.

21 Protis autem pulsatus fuit ex propria ipsius obligatione absque eo, quod nequidem se enunciaverit hæredem beneficiatum, quo in casu proprio nomine, & novandi animo contraxisse dicitur, neque Inventarii beneficio se tueri potest, ut post *Phanuc. de Invent. part. 6. num. 113. in princ. Gratian. cap. 264. numer. 20. & seq. Rot. decis. 545. part. 5. recentiorum tom. 2.* novissimè instar omnium docet *Doctissimus Passerin. in lib. problem. legal. problem. 1. §. 3. à n. 21. & §. 4. num. 53. & §. 5. num. 123. vers. denique*, sub-
22 dens *num. 26.* rationem, quia quando promissio ultronea hæredis est determinata ad certam quantitatem absque ulla reservatione dicendus est omninò voluisse facere novam promissionem substantialiter diversam ab ea, quæ prius in hæreditatis aditione cum beneficio Inventarii facta fuerat præsertim, ut in subjecto cum obligatione propriorum hæredis bonorum, ut prosequitur idem *Auctor num. 110. 111.* quam distinctionem amplexa fuit *Rot. decis. 430. coram Bich. part. 2. per totam, & præcipuè à num. 7. & sequent.*

Nullumque prædictis negotium facessere potest, quod 23
obligatio Protis tanquam facta in executionem laudi Arbitratorum ex necessitate processisse, & per consequens Inventarii beneficio minimè carere videatur, sed juxta vires hæreditarias illa coarctanda veniat, juxtà communissimam distinctionem DD. de qua testantur *Surdus decis. 297. num. 12. Gratian. ubi suprà cap. 553. n. 19. & clarius Rot. dicta decis. 700. part. 3. num. 1. & 2.* quos refert cum aliis, & sequitur *Passerin. ubi suprà num. 104.*

Quia id ponderandum esset, quatenus compromis- 24
sum factum fuisset ex necessitate, nempè vigore decreti Judicis, vel Statuti illud mandantis, juxtà terminos dictæ *decis. Rota 700. & decis. 648. Præsid. de Franchis*, secus ubi hæres non coactè, sed liberè, & spontè, prout in casu nostro transegisset, vel compromisisset, ut in puncto luculenter probat *Passerin. ubi suprà num. 46. & 95. ex Surd. decis. 183. n. 11. Fontanel. decis. 491. num. 10.* & aliis pluribus per eum laudatis.

Tandem non turbat *decis. 5. cons. Neapolis* junctis 25
aulis emanata anno 1622. qua cautum fuit hæredem, cum beneficio Inventarii obligatum pro debitò defuncti etiam proprio, & principali nomine, & in solidum, non teneri ultra vires hæreditarias, nisi expressa, & specialis renunciatio eidem beneficio interveniat cum obligatione satisfaciendi ultra vires hæreditatis, de qua decis. testatur *Capyc. Latro consult. 31. num. 26.* pro parte Protis allegatus.

Quia id sancitum dumtaxat fuit pro speciali jure, & lege in dicto Regno Neapolis, teste eodem *Capyc. ibid.* qui alioquin secundum dispositionem juris communis enixè contrarium tuetur in specie huic nostræ simili in tota dicta ejus consultatione, & testantur *Donat. Anton. de Marin. lib. 2. resol. 233. num. 13. & sequent. Carol. Anton. de Luc. ad dictam decisionem 648. Franch. num. 2. & num. 4. vers. nihilominus, cum aliis, quos allegat Passer. in loc. citat. num. 50.* Quamobrem non obstat juri communi, ut etiam prudenter animadvertunt prædicti auctores, & præcipue *Passer. num. 52.*

Ex quibus hoc qualecumque meum hujusce quæstionis judicium, & obedientiæ meæ testimonium Illustrissimis DD. VV. Supremo Justitiæ, & Universæ Reipublicæ Serenissimæ oraculo expurgandum submitto.

Prædictum votum, præter aliquas meas authoritatum additiones idem est cum eo præsentato Illustrissimo Magistratui Supremorum Syndicatorum à Jo: Dominico Genuote meo, & ab eodem Illustrissimo Magistratu fuit anno 1678. mense Septembris approbatum.

A R G U M E N T U M.

A Qua die incipiat decennium, intra quod instrumenta executioni mandantur, ad intellectum Statuti nostri *de cauf. executivis in princip.* in verbis *à die quo advenit tempus petendi, seu consequendi*; explicatur quoque *§. acta, & gesta*, Statuti nostri *de Curat. general.*

S U M M A R I U M.

1 *FAlli series.*
2 *Per mortem uxoris solvitur matrimonium.*
3 *Soluto matrimonio maritus tenetur statim restituere dotem, si in bonis immobilibus consistit, vel saltem intra annum, si in pecunia numerata.*

4 *Ne-*

4 *Neque agi potest contra eum pendente anno, ut eo transacto dos solvatur.*

5 *Ususfructus bonorum maternorum defuncta matre, remanet paenes patrem, in cujus potestate filii adsunt.*

6 *Pater retinens post mortem uxoris dotem censetur illius hareditatem nomine filiorum adivisse. Declaratur, ac limitatur n. 11. 12. 13. pluribus modis.*

7 *Aditione hareditatis patrimonium defuncti fit haredis.*

8 *Usufructuarius non dicitur sibi, sed proprietario possidere, & dicitur procurator proprietarius.*

9 *Post mortem matris nulla competit filiis actio consequendi dotes, si in medio adsit pater retinens eas pro usufructu.*

10 *Paria sunt actionem non habere, & per exceptionem posse infirmari.*

14 *Explicatur* text. in l. qui in aliena §. Sed, & si non adierit ff. de acquirenda hæreditate.

15 *Pater post mortem uxoris retinendo dotem non potest fingere sibi solvisse tanquam creditori nomine filiorum ad hoc, ut extincta dici possit actio ex dotali Instrumento filiabus competens.*

16 *Explicantur verba Statuti de causis executivis ibi* à die, quo advenit tempus petendi, seu consequendi, *& num.* 19.

17 *Alternativorum sufficit alteram partem esse veram.*

18 *Dictio* seu *aliquande stat pro conjunctiva, & declarativa.*

20 *Notatur differentia inter prascriptionem quinquennalem Statuti* de confitentibus debitum, *& aliam decennalem Statuti* de caus. executiv.

21 *Quando agitur de levi prajudicio, etiam impedito tempus currit.*

22 *Filii debent expressè hareditatem matris apprehendere, vel se pro haredibus gerere, quia non sunt sub ejus potestate.*

23 *Si aliquis faciat actum, uti heres, dicitur hareditatem adivisse.*

24 *Ad favorem filii in dubio semper intelligitur adita hareditas lucrosa.*

25 *Propinqui ad formam Statuti consentientes dicuntur tantummodo consentire actui, quod principaliter conficitur, non verò prasupposito, vel enunciato.*

26 *Mulier non obstante Statuto nostro potest sine propinquorum consensu adire hareditatem opulentam.*

27 *Et ita procedit in pupillo, qui sine Tutoris authoritate potest opulentam hareditatem adire.*

28 *Explicatur Statutum* de Curat. general. in §. acta, & gesta, *& num.* 32. *&* 33.

29 *Non juvat scire aliquem esse heredem, nisi probetur eum hereditatem adivisse.*

30 *Patrimonium defuncti per aditionem fit heredis.*

31 *Confessio voluntaria procuratoris non nocet Domino, nisi mandatum habuerit à Principali, vel precedentè Judicis precepto illam emiserit.*

33 *Non sufficit actori agenti contra curatorem generalem supervenientia notitia heredum ad hoc, ut ab ea die notitia prosequi teneatur judicium contra heredes, sed requiritur, quod in judicio compareat, ac opponat, & sic intelligendus est* §. acta, & gesta de Curat. general.

34 *Scientia procuratoris non prajudicat Domino.*

35 *Scientia vera procuratoris est scientia prasumpta Domini.*

36 *Qui facit actum, qui citra jus, & nomen heredis fieri non potest, non dicitur verus, sed prasumptus heres.*

37 *Statuta intelligi debent de vera, & non prasumpta scientia.*

38 *Semper pro validitate Judicii in dubio pronunciandum venit.*

RESOLUTIO XIV.

Clavarens. executionis instrumenti dotalis.

1 DOminæ Minetta, & Benedicta sorores de Riparolia, uti hæredes ambæ pro quadrante q. D. Benedictæ earum matris proposuerunt executionem ad formam Statuti *de caus. execut.* pro dote materna, seu portione dictæ dotis ad eas spectante adversus curatorem q. D. Laurentii patris, sed quia prædicti Statuti beneficium coarctatur intra decennium à die, quo advenit tempus petendi, seu consequendi, quod continetur instrumentis exequi postulatis, ut cantant præcisa ipsius verba; Dubitatum fuit numquid istud decennium deberet computari à die obitus matris, vel patris? utilitas autem in eo residebat, quia si primum dicendum foret, cùm non modo decem, sed quadraginta ferè anni exacti essent à die, quo mater decesserat, DD. Actrices juvari non poterant dicto statuto, sicut è contra evenisset in secundo casu.

Quod autem ab obitu matris currere incœperit al- a
lata statutaria præscriptio mordicus contendebat Magnificus Curatoris Advocatus ex eo, quòd per mortem uxoris solvitur matrimonium *cap. fin. de secundis nupt. auth. de nupt. §. deinceps coll.4. Barbos. in 2. part. rubr. ff. sol. matrim. sub n. 72. vers. Succedit igitur*; eo autem
soluto dies petendi, & consequendi dotem hæredibus 3
mulieris statim cedit, si dos in bonis immobilibus consistit, vel saltem intra annum, si in pecunia numerata *l. unica §. exactio, C. de rei uxor. act. Bart. in l.*
si constante, §. quoties, ff. sol. matrim. Quinimò, & 4
nondum decurso anno prædicto; agi potest contra maritum, ut eo transacto dos solvatur, *Zuccard. cons.* 68. *Ruin. decis.* 463. 3. *parte Imol. ad Stat. Mutin. cap.* 13. *gloss.* 6. *part.* 1. *num.* 34.

Nec videbatur obstare prædictis, quod bona ma- 5
terna (ut ex adverso allegabatur) remanere debeant defuncta uxore pœnes patrem, in cujus potestate filii, filiævè sunt, cum ipse pater habeat pro sui libito administrationem, & usumfructum, *l.* 1. *C. de bon. matern. l. cum oportet, §. non autem, C. de bon. qualib.* Adeò ut nec possint ab eo, vel ad secunda vota transeunte avelli, ideoque durante ejus vita nullam esse natam actionem filiis pro dotis restitutione.

Respondebatur enim ex parte curatoris conventi, 6
quod ex hoc ipso, unde solutionem objectis autumabant, magis involvebantur DD. Actrices; etenim, cum pater post mortem uxoris ejus dotem pœnes se retinuerit, dicitur illius hæreditatem nomine filiarum adivisse, *Text. est expressus in l. qui in aliena* 6. *§. sed, & si non adierit, ff. de acquir. hered. Surd. cons.* 244. *n.* 20. *lib.* 2. *& decis.* 140. *n.* 1. *Rot. Rom. apud Ludov. dec.* 421. *n.* 7. *Natt. cons.* 74. *n.* 10. *Buratt. decis.* 120. *n.* 32. *Rot. in rec. decis.* 527. *n.* 4. *part.* 4. *quibus addo, Gratian. discept. forens.* 627. *n.* 26. *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 12. *tit.* 13. *sub n.* 12. *cum seqq. & Morot. resp.* 11.
n. 10. *& seqq.* Quia aditione mediante ipsa hæredi- 7
tas in qua materna dos consistebat, dicitur ex tunc effecta proprium patrimonium dictarum filiarum, *l. sed, & si plures* 10. *§. filio impuberi, ff. de vulg. & pupill. Arot. in his ferè terminis cons.* 160. *n.* 2. *vers. esse in patrimonio, Rot. in rec. decis.* 527. *n.* 8. *part.* 4. *tom.* 3.
Surd. decis. 444. *n.* 15. Et quidem non obstante usu- 8
fructu debito patri, quia usufructuarius non sibi, sed proprietario possidere dicitur, *Cum in l. naturaliter n.* 1. *vers. ego autem, ff. de acquir. possess. Andreas Niger in tract. de laudem. tom.* 1. *quest.* 1. *art.* 2. *n.* 27. *fol.* 120. & dicitur procurator proprietarii *Bellon. Sen. cons.* 7. *n.* 11. *Rot. March. apud Gratian. decis.* 47. *n.* 15.

Ergo sequitur dictas DD. Actrices nullo pacto postulari potuisse executionem ejus instrumenti, quod jamdiu suam habuit executionem, nec petere id, quod à tanto tempore in earum patrimonio connumerabatur. Et si quidem actualem apprehensionem maternæ dotis affectant, agere debent, non uti matris hæredes ex prima obligatione dotali, sed tamquam proprietariæ defuncto usufructuatio.

Visum tamen fuit, his minimè refragantibus, executionem procedere, & decennium prædicti statuti currere non cœpisse, nisi à die obitus patris, quo tempore, & non anteà potuerunt dictæ DD. Actrices petere, & consequi maternas dotes, quæ, quoad viveret ipse pater, remanere debebant pœnes eum, propter usumfructum in illis ipsi competentem; usque adeò, quod nec prohiberi poterat pro sui libito, salva distractione, eas administrare, cum veriùs citrà alienationem dicatur habere in eis perfectum, solidumque dominium *dicta l.* 1. *C. de bon. matern. & l. cum oportet, §. non autem, C. de bon. qua liber.*

Quapropter nulla nata fuit prius actio dictis filia- 9
bus

bti pro maternis dotibus consequendis, ut in terminis decidit *Senat. Pedem. apud Gasp. Antonium Thes. q.59. n.1. lib. 4.* Licèt enim verum sit, quod soluto matrimonio venit casus restituendarum dotium, id tamen intelligi debet in terminis habilibus, non autem quando earum debitor potest alio ex jure, aut causa adhuc illas sibi retinere, prout in casu nostro, ubi
10 quinimò, esto etiam, quòd esset nata actio filiabus pro petenda dote, eodem prorsùs instanti orta est pariter exceptio patri eas repellendi, paria autem sunt actionem non habere, & per exceptionem posse infirmari, *l. non videtur, & l. nihil interest, ff. de reg. jur. & utrobique Deci. & Cagnol.* & malè petit, cui obstat exceptio, *l. 4. ff. de compensat.*

Non obstat, quod pater, retinendo maternas dotes, dicatur nomine filiarum adivisse per jura, & DD. plena manu supra allegatos. Quia omisso non esse id ita generaliter acceptum à DD. (ut respondebat Mag. Agentium Advocatus) cum non desint quamplures ex receptioribus contrarium tenentes, ut observant *Surd. dicto decis. 140. n. 10. & Mascard. tract. de probat. conclus. 44. num. 53.*

11 Multifariam objectum submovetur; primò quia prædicta procedunt in filio infanti, minore scilicet septennio, cujus nomine pater hæreditatem adire potest, *l. si in infanti, Codic. de jur. de lib.* Secus in filio infantiam egresso, pro quo ne quidem expressè, non modo tacitè adire potest, sed ipsius filii præsentia, & voluntas, licèt cum consensu patris, requiritur. *DD. omnes in dicta l. si infanti, l. cum non solum, §. si autem in secunda ætate, C. de bon. quæ liber.* & ita intelligunt conclusionem prædictam DD. pro ea allegati, uti videre est *ex Bald. cons. 273. n. 8. Surd. d. dec. 140. n. 11. & ibi Hodiern. num. 19. Mascard. dicta conclus. 44. n. 52. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 13. n. 2. & Natt. dicto cons. 74. n. 10.* Qui dum in comprobationem ejusdem conclusionis allegat dictam *l. si in infanti*, debet intelligi secundum legem, quam allegat *Bart. in l. non solum, §. liberationis verba, §. de liberat. leg. Prat. discept. foren. lib. 1. cap. 7. n. 11.* Quæ sanè infantia debuisset probari ab allegante *Mascard. eadem concl. 44. num. 52.*

12 Secundò, quod nunquam præsumitur aditio, quando pater potuit ratione ususfructus dotem sibi retinere, *Rot. Rom. in rec. decis. 723. n. 14. in fine part. 2. & apud Buratt. decis. 207. n. 3. Gratian. discept. cap. 627. n. 27. & 28. Hodiern. ad Surd. dicta decis. 140. num. 19. ubi allegat eamdem Rot. decis. apud Farinac.* Competit enim patri ususfructus, quamvis filius hæreditatem adire nolet, *l. cum non solum C. de bon. quæ liber.* Si autem alia de causa, & titulo quam hæreditatis quis retinere, & possidere rem hæreditariam possit, non inde rectè arguitur aditio, *Mascard. dicto tract. de probat. conclus. 45. lib. 1. n. 29. & seqq. Rot. apud Buratt. in dicta decis. 207. n. 3. & 4. ubi adducit. aliam Rotæ decis. apud Ludovis.* Et concludit aditionem minimè probari, quando actus fieri potest citrà jus, & nomen hæredis, & idem reassumit *in decis. 523.* Nec est probandum, quòd actus alia ex causa, quam hæreditaria facti sint, sed satis est eam subesse *ad tradita, per addentes ad dictam decis. Burat. 207. ex Castr. Dec. Mascard. ac aliis*, ibi congestis; Ratio autem est, quia regulariter hæreditatis aditio, cum sit facti, non præsumitur, nisi probetur. *Masc. concl. 40. n. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 99. n. 2. Cyriac. lib. 2. contr. 244. n. 21. & seqq. ubi prædictos, & alios recenset*; Quod usque adeò verum est, ut si quidem alia conjectura, & interpretatio, quæ illam excludat, capi possit, illa accipienda est *Cyriac. Niger ibidem n. 26. Mantic. dicto tract. de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 9. n. 3.* Nec actus dubius aditionem inducit *Mantic. ibidem n. 5. Mascard. eadem conclus. 40. n. 10. Cyriac. ubi supra n. 27. & 29.*

13 Tertiò submovetur objectum, quia per retentionem dotis non censetur adita hæreditas, ubi aditio tenderet in damnum filiorum. *Hodiern. ad dict. decis. 140. num. 20. & seqq.*

Quarto tandem, & ultimo, quia *secundum Bart. in dicta quæst. 10. incipiente debitor in diem in fin. & cons. 129. lib. 1.* id procedit, quando ipsæ filiæ aditionem præsumptam allegarent, secus si contra eas allegaretur, ut in nostro casu, hæreditatem enim à patre pro se aditam fuisse declarare possunt filii *Burat. dicta decis. 523. num. 3.*

Et prædictis minus obstare visum fuit *Text. in d. 14
l. qui in aliena §. sed, & si non adierit ff. de acquir. hæredit.* Quia prætérquamquod, & ipsa lex satis superque tollitur per secundam, tertiam, & quartam ex allegatis responsionibus; Respondetur illum textum loqui in patre possidente bona immobilia matris, non autem si pecunias dotales, quas debebat, & in casu, de quo agitur non exsolvit, cum debitor non dicatur possidere debitum, sed potius creditor. *Surd. ubi supra decis. 140. num. 12. & 13.*

Cessat igitur cessante supposita hæreditatis aditio- 15
ne fictio solutionis factæ per patrem debitorem sibimet ipsi creditori nomine filiarum, ex qua solutione arguebatur extinctam fuisse actionem ex dotali instrumento filiabus competentem. Accedat, quod absque aliquo facto hominis solutionem prædictam nullo pacto intelligi posse constanter negat *Raph. de Turri ex late per eum adductis in tract. de Camb. disp. 2. q. 10. n. 10. & 27.* Quod fortiùs obtinet in nostris terminis, ubi admissa fictione solutionis prædicta hypotheca, quæ pro dote dictis DD. Actricibus competebat extincta fuisset, ex quo fieret, ut in bonis paternis exteris creditoribus posteriores, & inferiores existerent, & sic posset pater ejus filiorum in dote Materna conditionem deteriorem facere contra apertum *Text. in l. fin. §. as autem alienum ibi (& omnia circa usumfructum facere, quæ proprietatem nullo modo deteriorem possint facere) C. de bon. quæ liber.*

Parvi quoque pendenda fuit consideratio deducta 16
ex verbis statuti *de caus. execut.* ibi (*à die quo advenit tempus petendi, seu consequendi, quod continetur in instrumento*) per quæ satis esse inferebatur, quod advenerit à die obitus matris tempus petendi,
licèt consequi non potuerint ejus hæredes maternas 17
dotes, quia, alternativorum sufficiet alteram partem esse veram *l. planè §. pen. ff. de leg. 1. Menoch. de præsumpt. 83. n. 66. Amat. cons. 15. n. 6.* Etenim de industria prætermissa responsione ab Advocato DD.
Agentium allata, nempe dictionem illam (seu) vim 18
potiùs habere in nostru casu conjunctivæ, & declarativæ per *decis. Rot. apud Seraphin. 393. n. 7. & 11.* ubi interpretando verba Bullæ ibi *(diffamati, seu condemnati)* declarat non intelligi de simplici diffamatione, quæ sufficiat ad inquirendum, sed de illa, quæ sufficiat ad condemandum, & sic pariter in casu nostri statuti non verificantur verba ipsius, nec sufficit esse ortam actionem, aut advenisse tempus petendi, nisi etiam sit talis petitio, ex qua possit subsequi condemnatio. Omissis inquam prædictis, negatur primo advenisse tempus petendi dotes maternas, cum ex iis, quæ supra deducta fuere, satis luculenter constet, quod remanere debebant pœnes patrem, uti earum verum dominum ejus vita durante, si demas facultatem alienandi.

Secundò, respondetur verba illa statuti (*petendi*, 19
seu consequendi) non ita accipienda esse, ut intelligantur voluisse statuentes sic discrimen facere inter petere, & consequi, ut si furtè daretur casus, quod aliquis posset petere, licet consequi minimè posset, id sufficeret ad inchoandam præscriptionem decennalem statuti; Quia cum vix possit casus hujusmodi figurari, non est præsumendum illum præ oculis habuisse; tum quia jura se adaptant ad casus magis frequentes *l. nam ad ea ff. de leg.* & Concord. tum quia verba debent intelligi cum effectu *l. 1. §. hæc verba ff. quod quisque juris cum aliis concordantibus, & DD. allatis per Barbos. in tract. var. axiom. 222. n. 10.* Veriùs ergo dicendum venit, quod cum plerumque contineatur in instrumento id, cui non potest aptè congruere petitio, at satius verbum consequi, quod enim, exempli gratia, nostrum jam est, id non petimus, sed persequimur, pro ut notatur in diffinitione actionis, ubi ad hoc, ut illa comprehendat utramque actionem personalem scilicet, & realem, additur à DD. *seu jus persequendi in judicio, quod nostrum est*, post illa verba (quod sibi debetur) ad tradita per *Gloss. in principio Inst. de act. §. actio autem verb. quod sibi debetur vers. med. & Jason. de act. in principio §. superest numer. 98. & 99. ubi ex*

Baldo, *& Aretino* docet statutum disponens, quod si aliquis fuerit negligens ad petendum sibi debitum spacio decem annorum, amplius petere non possit, non intelligi procedere, ubi agitur de actione reali, in qua quis propriè non petit sibi debitum, nam statutum debet intelligi in propria, & stricta significatione, quare ad ablegandas hasce longas disputationes, statuentes usi sunt verbis aptis ad utrumque ut pro varietate contentorum in instrumentis fieret dictorum verborum ad omnia congrua relatio; si enim in instrumento contineatur nobis debitum, tempus ibi præscriptum incipiet à die, quo potuit peti, si verò facultas consequendi quod nostrum est, à die quo consequi potuit.

20 Nec satis opportunum visum fuit simile deductum à statuto de confitentibus debitum præfigente terminum quinque annorum ad obtinendam ex officio executionem à Notario; Secundum, quod dicebatur, quòd si maritus fuisset obligatus erga uxorem per debitum confessum ad solvenda centum in Kalend. Maji, decedente interim uxore, quamvis denegetur actio filiis nihilominus illud quinquennium præscriberetur adversus eos, licèt non valentes agere; Respondebatur enim per DD. Actrices diversum id penitus esse à nostra facti specie, in qua, ut supra ostensum fuit tempus petendi, seu consequendi advenisse minimè verificatur, aut in supposito casu certum erat advenisse Kalend. Maji, & sic tempus à statuto requisitum; Unde cum à diversis non sit facienda illatio vulgata *l. Papinianus exuli ff. de Min.* argumentum minimè procedit *Everard. in loc. à simili.*

21 Sicut nec ultimo loco admittere placuit hic agi de modico præjudicio, dum versamur dumtaxat in præscriptione temporis circa modum agendi, & sic cum regulare sit etiam impedito hujusmodi casu currere tempus *ad trad. per Barbos. dicto tractat. var. axiom.* 116. *in fine*, decennium dicti statuti præscriptum esse; non enim (si verum amamus) tam leve apparet illud præjudicium, dum brevi manu expediuntur causæ executivæ nullis prorsus admissis, præter solutionem, exceptionibus, aut dilationibus, minusque appellatione saltem quo ad effectum suspensivum, at è contra in judiciis ordinariis sæpè sæpius prius vita, quam lis ad finem perducitur.

22 Ad exceptiones autem oppositas circa legitimationem personarum, nimirum dum primo dicebatur DD. Actrices nullo pacto se probasse hæredes dictæ q. D. earum matris, pro cujus dotis consecutione agebant, nec sufficere eas egisse tamquam tales, quia cum in matre, quæ non habet filios in potestate, cessent jura suitatis, debebant expresè illius hæreditatem apprehendere, aut saltem gerere se pro hæredibus *ex Cyriac. in comment. ad tit.* 56. *C. ad S.C. Orphie. vers. sed non*, *& aliis* satis occursum fuit ex eademmet *decis. Mantic.* 198. *n.* 7. quam ad sui favorem allegabat curator conventus, dum in ea deciditur debere actores probare se fecisse actus tales, qui non potuerint fieri citrà jus, & nomen hæredis; Verum enim verò statim, ac DD. Actrices, uti hæredes earum matris constituerunt procuratorem ad lites omnes activas, & passivas, dicuntur fecisse actum, quod citrà jus, & nomen hæredis non potuit fieri, addito præsertim, quod in processu probaverunt mortem dictæ earum matris, & nullo condito testamento, nec alios præter ipsas in gradu succedendi reliquisse, quæ sanè probationes solitæ sunt fieri ab iis, qui
23 hæreditatem alicujus adire volunt, & in terminis, quod is, cui delata fuit hæreditas, si faciat actum uti hæres, dicatur hæreditatem adivisse tradunt *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 11. *n.* 10. *per tot. & seqq. Michael. Graff. lib.* 2. *sent.* §. *acquisitio hereditatis q.* 7. *n.* 13. 14. *&* 15. *quem sequitur*, *& refert*, *Nicol. Gen. de verb. enunciat. q.* 29. *n.* 7. *lib.* 2.

24 Quinimò licèt essemus in dubio adhuc æquitate suadente ad favorem filii intelligitur adita hæreditas lucrosa, ut in simili determinant *Mantic. eodem lib. tit.* 9. *n.* 12. *& clarius tit.* 13. *n.* 26. *& post illum Mascard. de probat. conclus.* 43. *sub n.* 3. *vers. concilias.*

Sed omnis difficultas, si quæ erat nostro in casu, tollebatur per illam clausulam (*quam hæreditatem licèt jam adiverint, tamen ad cautelam per hunc præsentem actum denuo adeunt*, *& apprehendunt*)
existentem in dicto instrumento mandati; nec rele- 25
vans habita fuit doctrina *Lambertenghi in tract. de contract. gloss.* 7. *num.* 5. 6. *desumpta ex Socin. Sen. cons.* 92. *num.* 20. *cum seqq. vol.* 3. nempè, quòd propinqui ad formam statuti consentientes, dum nesciunt hæreditatem fuisse prius aditam, & credunt aliàs aditam fuisse, dicuntur tantummodò consentire mandato, quod principaliter conficiebatur, non verò aditioni hæreditatis; quia dum in effectu præstiterunt eorum consensum omnibus contentis in dicto instrumento, ut legitur ibi (facientes prædicta omnia, & singula in præsentia, & de consilio) satis apertè dignoscitur eos consentire voluisse aditioni hæreditatis factæ per verba dispositiva de præsenti, non enunciativa de præterito, permittentes ulteriùs dictis DD. Minetæ, & Benedictæ, quod uti hæredes dictæ earum matris procuratorem suum constituerent, ut in terminis punctualiter sic declarato dicto *Lambertengh.* firmat *Rot. Gen. Legatorum die* 4. *Februarii* 1697. quæ est inter recoll. à D. *Balduce. sub tit. de legat. & fideicommiss. tit.* 3. *decis.* 46. *à numer.* 17. *usquè ad* 21. *Gizzarell. decis.* 35.

Accedat denique non esse ita expeditum in jure 26 (ut supponitur) quod in aditione hæreditatis requiratur consensus propinquorum à statuto requisitus in contractibus, & distractibus, quibuscumque per muliere faciendis. Contrarium enim quamplures, & quidem clarioris nominis DD. simpliciter docent, & præcipuè *Paul. de Castr. cons.* 91. *n.* 5. *lib.* 1. *& antè eum Bart. in l. apud Julianum* §. *si pupillus num.* 3. *ff. ex quibus causis in possess. eatur*, *& Alex. ibi in apostil. Abb. cap. qua fronte num.* 4. *extr. de appellat. cum aliis, quos plena manu congerit Carpan. in comment. ad Stat. Mediol. cap.* 326. *num.* 41. Verùm si agatur 27
de aditione hæreditatis utilis, & opulentæ, omnes uno ore, & omni dubio procul id concedere firmat in terminis nostri Statuti *Rot. Genua apud Cartar. decis.* 46. *num.* 16. *cui addo Menoch. de arbitr. cons.* 171. *num.* 53. *Lambert. de contract. gloss.* 3. *vers. ex contract. vel quasi numer.* 3. 4. *& seqq. Vasq. cum aliis de success. creat. lib. primo* §. 4. *num.* 46. etiam de pupillo, quod possit adire opulentam hæreditatem absque tutoris authoritate dixit *Castrens. in l.* 21. §. *si servus fuit ff. de acquir. hæredit.* Quibus in locis habetur hæreditatem in dubio semper præsumi opulentam, nisi contrarium probetur. *Ros. consultat.* 4. Ergo tanto magis in præsenti nostro casu, ubi agitur de hæreditate matris defunctæ post paucos annos à die contracti matrimonii, quo constante nullam præsumitur habuisse causam æs alienum contrahendi, quinimo nec potuisse ex se sola palam est, utilis ac opulenta haberi debet, præsertim cum (ut communiter accidit) in sola dote consistat.

Nec magis urgere potuit altera respiciens legiti- 28
mationem Rei conventi exceptio, quæ desumebatur ex Statuto *de Curat. generalibus*, *in* §. *acta*, *& gesta*, nempè judicium motum adversus dictum D. Curatorem q. D. Laurentii fuisse nullum propter scientiam, quam habebant DD. Actrices existentiæ hæredis ejusdem q. D. Laurentii, & quidem antequam illud inchoassent, quæ scientia arguebatur ex compromisso olim facto anno scilicet 1652. inter easdem DD. Actrices, & alias sorores ex una, & DD. Didacum Riparolam, & Theresiam ejus sororem hæredes pro besse q. D. Joannis Bernardi patris ex altera, nec non & ex quadam scriptura responsionis factæ per D. Jo: Benedictum Bacigalopum, uti procuratorem earumdem DD. Minetæ, & Benedictæ adversus executionem viceversa propositam per D. Mariam uxorem secundo loco dicti q. D. Laurentii, & illarum Novercam contra eumdem Curatorem, in qua id ipse D. Jo: Benedictus dicto nomine opposuerat, quod judicium dirigi debebat contra Curatorem, aut aliam personam legitimam q. D. Jo: Gregorii filii, & hæredis in solidum dicti q. D. Laurentii, pro quo cum adesset hæres, Curatoris officium extinctum erat.

Nam quoad compromissum (omissis cæteris omnibus, quæ pro responsione adducebantur ex parte DD. Actricium) licet ipsæ sese asseruerint hæredes dicti q. D. Laurentii patris mediante persona D. Jo:

Gre-

29 Gregorii earum fratris, non inde infertur quod sciverint eumdum D. Jo: Gregorium dictam hæreditatem adivisse; non enim implicat contradictionem, quod aliquis sciat Titium esse hæredem Caji, hæreditatem scilicet illi delatam esse, & ignoret non ne hæreditatem adierit: hoc enim est, quid facti, ideò probari debet *Bart. in l. necessariis ff. de acquir. hæredit. Natt. cons. 398. n. 44. vol. 2. cum aliis, quos congerit Mascard. de probat. conclus. 40. num. 8.*

30 Quinimò dum sese asseruerunt hæredes patris mediante persona fratris uti superstitis post mortem dicti patris, satis clare apparet, quoad eas latebat hæreditatem fuisse ab eo agnitam, quia si id scivissent non patris, sed fratris simpliciter, & immediate sese dixissent hæredes, nam post aditionem, & immixtionem hæreditas non dicitur ampliùs, sed patrimonium hæredis *l. 1. §. veteres ff. de acquir. possess. l. si pluree ff. de vulg. & pupil. Fachin. controv. lib. 4. cap. 41. in fin. Surd. decis. 144. num. 15.* Accedat quod probabile fuit eas ignorasse aditionem factam à fratre defuncto exacto tantummodo biduo post patrem.

31 Quò verò ad assertam scripturam responsionis, nullibi constabat, quod de ea habuerint scientiam dictæ DD. Actrices, nec procuratoris confessio potuit eis aliquod præjudicium inferre nisi habuisset ad hoc specialissimum mandatum, & quidem legitimè factum *Jodoc. in prax. rerum civ. de procurat. special. cap. 88. Ludov. comm. concl. 30. Bich. decis. 259. n. 9. Angel. de confess. lib. 3. quæst. 1. & 2. per tot.* & revocari potest à principali etiam non docto de errore *Bich. decis. 169. num. 14.* secus si fuit facta à procuratore coactè, idest præcedente Judicis mandato per *Bich. & Angel. supra citatos.*

Secundò minimè producta fuerat ante cœptam litem per dictas DD. Actrices adversus dictum Curatorem, qua propter nec subintrabat illatio prædicta.

Tertiò, nec in omnem casum de ea quidquam apparebat in præsenti, de quo agebatur judicio, licèt enixè id assereret Magnificus Rei Advocatus, & quæ sunt extrà processum, tanquam extra Mundum dijudicantur.

Ultimo tandem loco rejicere placuit oppositionem, quam idem D. Curator conventus desumebat ex testamento dicti q. Jo: Gregorii exhibito in judicio de quo agitur ab eodem procuratore DD. Agentium; licet enim inficiari non possit, quin in eo aliquid appareat, unde aditio paternæ hæreditatis præsumatur.

32 Non tamen proinde resultat, quod deberent imposterum dictæ DD. Actrices, relicto Curatore prosequi cœptum judicium contra personam legitimam pro earum fratre, nam omisso, quod non sufficit aditio, sed requiritur successio, & delatio hæreditatis ex doctrina *Virgil. de legitim. person. cap. 12. n. 1.* & verè deficiebant in processu aliquot probationes necessariæ, ad justificandam hæreditatis aditionem utpotè probatio filiationis legitimitatis, & aliæ, ut observabat oculatissimus dictarum sororum Advocatus, omisso etiam, ut pariter respondebat idem D. Advocatus, quod licèt notitia delationis, & aditionis deduceretur ex productione dicti testamenti, cum tamen non fuerit probatum fuisse pœnes actrices tempore inceptæ litis, acta, & gesta cum Curatore nihilominus valebant per *Statutum de curat. generalibus in §. acta, & gesta.* Etenim licet statuentes usi sint dictionibus temporis præteriti, non inde sequitur, quod agenda, & gerenda post notitiam hæredis non approbaverint, quia statuta loquentia in præsenti, & per consequens etiam in præterito trahuntur ad futura, quia lex futuris negotiis providet, ubi præsertim agitur de actu habente tractum successivum etiam in futurum per doctrinam *Alciati in l. verbum oportebit vers. præsens ff. de verb. significat.* omissisque aliis pluribus ab eodem D. Advocato pro objecto prædicto diluendo copiosè quidem, & perquàm subtiliter allegatis.

93 Respondetur, quod sola, & simplex supervenientia notitiæ hæredis non videtur sufficere ad hoc, ut quis cogatur prosequi contra hæredem litem inceptam adversus curatorem, non quidem ponderatis verbis statuti ibi (*nisi supervenerit hæres*) quatenus casus iste à statuto comprehendatur, videtur enim statutum per dicta verba ponderare supervenientiam hæredis in judicio opponentis scilicet, & requirentis se citari, non simplicem scientiam in actore, ut in praxi sic intelligi testatus fuit Egregius, & consummatus in Alma Urbe Genuæ causarum Patronus Bartholomæus Navarrus. Non denique de jure communi, quatenus ad hoc, utpotè quod iste casus à statuto fuerit omissus recurrendum sit, quia tunc demum prosequendum venit Judicium contra hæredem si ipse compareat, id requirens, ut non obscurè *ex Specul. de execut. sententia, §. sequitur num. 9. lib. 1. ibi (sed si hæres se opponet.) Virg. de legit. person. cap. 11. sub n. 14. vers. est verum ibi (hæres comparuerit) Rosc. cons. 287. n. 1. vers. 2. quia ibi: dicendum est ergo, cum iste curator datur bonis, & hæreditati jacenti, intelligitur dari ad tempus, scilicet quoad hæres appareat, & se offerat liti, qui hæreditatem adiverit, quia paria sunt non esse, & esse, sed non apparere l. rutilia ff. de contrah. empt. l. duo sunt Titii de Testam. tut. & tunc per hujusmodi comparentiam finitur cura.*

Prædicta autem fortiùs locum obtinent, quando est facta debita diligentia in datione curæ, factumque proclama, ut si quis esset, vel esse vellet hæres, compareret, prout requiritur ex forma præfinita à Statuto nostro *de Curat. generalibus §. quotiescumque ad trad. per Virg. dicto tract. de legit. person. cap. 11. n. 14. vers. Sed ia dic in fin. ex Scacc. de Camb. §. 7. gloss. 6. n. 130.*

Cæterùm nec in omnem casum notitia aditionis 34
hæreditatis paternæ factæ per q. D. Jo: Gregorium, prout deducitur ex dicto ejus testamento exhibito, pervenerat ad dictas DD. Actrices, sed tantummodo ad earum procuratorem. Unde nullum potuit præjudicium afferre ipsis Dominabus *per text. in l. interveniunt §. petitam ff. de petit. hæreditatis*, ubi scientia procuratoris Domino non præjudicat, quem textum ad hoc propositum allegat *Capyc. decis. 86. n. 9.*

Nec relevat, quod procurator mandatum haberet ad exhibendum quæcumque testamenta, quia non indè resultat, quod DD. ejus principales notitiam habuerint hoc, vel illud testamentum in specie fuisse exhibitum.

Denique licèt aliqua scientia convinceretur in ip-
sis DD. Actricibus propter scientiam procuratoris, ea
tamen nunquam fuisset scientia vera, sed præsumpta;
scientia enim vera procuratoris dicitur scientia præ-
sumpta Domini, *Capyc. eadem decis. 86. sub n. 9.* Qui-
nimò præsumpta quoque in nostris terminis dici debet 35
scientia ipsiusmet procuratoris, quæ deducitur ex di-
cto testamento q. D. Jo: Gregorii: Præsumitur enim 36
hic hæreditatem paternam adivisse ex eo dumtaxat,
quod in dicto suo testamento mandat solvi quoddam
debitum, & exigi creditum ejus patris. Quæ, & si
faciant præsumi hæreditatis aditionem *per text. ac DD.
in l. 2. C. de jur. delib. Mantic. de conject. ult. lib. 12.
tit. 10. n. 15.* quia adire intelligitur in dubio, qui de
re hæreditaria testatur, *Mantic. ibid. tit. 12. vers. Is quo-
que*; Tamen nunquam erit verum dicere hanc esse
veram, & non præsumptam aditionem, undè con-
cludit ex *Cephal. cons. 203. n. 10. vol. 2. Mascard. de
probat. conclus. 44. n. 7.* quod ubicumque quis gerit
actum, qui citrà jus, & nomen hæredis fieri non
potest, licèt gerat se pro hærede, non tamen dicitur
adivisse rectà via, sed haberi pro adeunte per indire-
ctum, & in consequentiam illius actus, ad quem non
promovetur potissimum ea mente, atque consilio, ut
adeat, & efficiatur hæres, & sic actus semper non
fit ea voluntate, sed est lex, quæ adeundi animum
præsumit ad tradita per *Paul. de Castr. in cons. 274.
num. 2. vers. nam ille qui facit lib. 1.*

Præsertim, quia & solvere debita, & exigere credita hæreditaria, ac denique de eis testari licèt verisimiliter inducant aditionem hæreditatis, tamen non ita necessariò eam inducunt ut fieri nequeant citra jus, & nomen hæredis; quilibet enim pro alio etiam invito solvere potest, *l. solvendo, ff. de negot. gest. l. solutionem, ff. de solut.* & filius aut contemplatione maternæ dotis, aut ejus legitimæ debitæ jure naturæ potest credita exigere, tradit *Mantic. d. tract. lib. 12. tit. 12. n. 5.* Nec prohibetur aliquis de rebus alienis testari *l. unum ex familia §. si rem suam de leg. 2. & l. cum alienam C. de leg. §. non solum instit. eodem tit.*

Ex qua præsumpta, & non vera scientia hæredis 37
malè inferebatur nullitas judicii, de quo agitur,

esto etiam, quod Statutum, & jura disponerent adveniente simplici tantummodo scientia existentiæ hæredis judicium dirigi debere contra illum relicto Curatore, cum leges, & Statuta semper intelligi debeant de vera, & non præsumpta scientia, quia loquuntur in casu vero, non autem in casu ficto. *Cravet. conf.* 271. *num.* 3. *Jason. in l. lecta vers. quia pacta col.* 13. *num.* 14. *& ibi Dec. numer.* 16. *not.* 11. 38 *leg.* 3. §. *hac verba ff. de negot. gest.* Addito potissimum, quod etiamsi aliquod remaneret adhuc dubium, quod non videtur ex prædictis, semper pro validitate Judicii venit pronunciandum *argumento l. si pars ff. de inoff. testam. l. quoties ff. de rebus dubiis cum aliis concordantibus, & DD. adductis per Vant. tract. de nullit. tit. quid sit nullitas, & unde dicatur num.* 24. *& seqq.*

Et ità ex prædictis omnibus prævia pronunciatione super dilatoriis affirmativè, deductis fraziis ad formam Statuti, exclusaque summa per dictum q. Laurentium non exacta tam ratione pacti in istrumento dotali, quam Statuti *sub rubr. quod dotes non solvea &c.* pro qua tamen teneatur Curator nomine hæreditatis cedere jura, & manutenere efficacia pro facto ejusdem q. D. Laurentii, fuit pronunciatum ad favorem DD. Agentium Capitulum intentarum sibi locum vendicare, & executio deinde expedita ad formam Statuti *de causis executivis.*

Jo: Dominicus de Casaregis.

ARGUMENTUM.

LAtè tractatur de conjecturis præsumptæ solutionis.

De intellectu *l. Procula ff. de probat.*

SUMMARIUM.

1 *FActi series.*
2 *Solutio, licèt sit quid facti, potest per conjecturas probari.*
3 *Diuturnitas temporis est conjectura solutionis.*
4 *Ex eo quod creditor, neque ejus filius petierit debitum à principali debitore, neque a fidejussore, neque ab ejus heredibus, dum vitam respectivè ducebant, oritur urgens præsumptio solutionis.*
5 *Conjectura præsumpta solutionis resultat ex qualitate tum creditoris, ac debitoris.*
6 *Ex parte debitoris, nempè si fuit solvendo, & paratus omni tempore ad solutionem.*
7 *Ex qualitate creditoris, si fuit iste semper diligens in omnibus aliis suis creditis exigendis.*
8 *Eò magis, quia creditor erat Genuensis, in quo præsumitur diligentia.*
9 *Præsumitur item solutio crediti ex eo, quia Tutores filiorum creditoris nullam in libris fecerunt notulam crediti.*
10 *Tutores tenentur de suo, si munus rectè non adimplent suæ tutelæ.*
11 *Pro conjectura solutionis etiam deservit hoc, nempe quod nunquam fuerit exhibitus aliquis liber creditoris defuncti, ex quo appareat descriptum creditum.*
12 *Item quod non fuerint pro solutione crediti conventi heredes debitoris principalis, sed fidejussoris.*
13 *Præsumitur solutio ex eo, quia creditor per longum tempus administravit bona debitoris.*
14 *Inverisimile est quod nunquam creditor mentionem fecisset de suo credito, si istud non fuisset solutum.*
15 *Enumerantur requisita* l. Proculæ, *quæ concurrunt in casu nostro.*
16 *Fortiores requiruntur præsumptiones ad inducendam donationem præsumptam, quàm solutionem, & num.* 20.
17 *Contractus factus alieno nomine, si non est ratificatus, penitus evanescit.*
18 *Fidejussor non remanet obligatus, si principalis obligatio non subsistit.*
19 *Liberatio præsumitur cum creditor debitori sæpius ex alia causa solvat, nec sui debiti compensationem fieri petat, vel de prætenso credito nihil dicat.*

R E S O L U T I O XV.

Intimiliensis solutionis præsumptæ.

CAusa, quam habet M. Antonias Franciscus Oli- 1 gnanus conventus, uti hæres fuit paterni debitoris in vim fidejussionis factæ ad favorem q. D. Bataglini Orenghi pro credito dotali q. D. Constantiæ Mariæ ejus uxoris contra D. Antonium Bataglinum Orenghum, uti assertum hæredem dictæ q. D. Constantiæ Mariæ suæ Aviæ maternæ mediante persona q. M. Joseph Francisci ejus Patris meretur prorsus arbitrium Judicis, de quo minimè ambigendum esse non debere ad favorem dicti M. Rei stantibus præcipuè bonis, & legalibus conjecturis, & fundamentis, ad quæ, omisso facto super quo jam puto informatum esse M. Judicem D. meum Colendissimum, extendenda immediatè me transfero.

Indubitata enim conclusio in Jure nostro, quòd 2 quando debitor creditori opponit præsumptam solutionem supponunt omnes solutionem probari ex conjecturis, quamvis solutio sit quid facti. *Masc. conclus.* 1324. *num.* 16. *de Probat. Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 135. *Surd. decis.* 125. *num.* 6. *& seq.*

Prima enim conjectura solutionis in nostro casu est 3 diuturnitas temporis per sexaginta ferè annorum cursum, quæ fortis, & vehemens, ac violenta reputata est à Doctoribus, & præcipuè à *Menoch. conf.* 1257. *n.* 9. *vol.* 3. qui decem, & novem refert Doctores *Scipion. Theodor. conf.* 78. *n.* 29. ubi hanc præsumptionem appellat vehementem *Galeat. controv.* 14. *lib.* 2. *n.* 7. ubi vocat hanc conjecturam magnam *Anell. Amat. conf.* 13. *n.* 1. *vers. hinc firmarunt Marcell. Cala de mod. artic. n.* 1415. *Seraphin. decis.* 1337. *Jo: Baptista Torr. tom.* 5. *compend. decis. Regni verbo solutio, seu redemptio*, & sanè omnes hi Doctores ad summum loquuntur in lapsu sexdecim, vel 20 annorum: vide hic *Afflict. controv. cap.* 27. *n.* 27. *&* 28. *Pacion. alleg.* 187. *n.* 5. qui loquitur in lapsu 12. annorum. Relinquo modo cogitandum D. meo Judici, quid dixissent in casu lapsus annorum 60. cum à verisimili satis aberrare videatur creditorem, & simul ejus hæredes tanto temporis intervallo sui crediti petitionem distulisse, si illud re vera non fuisset solutum *Cravet. conf.* 148. *n.* 13. *Paris. conf.* 137. *n.* 12. *Gozadin. conf.* 8. *n.* 46. *in fin. Lancellott. Galea conf.* 48. *n.* 19. *& conf.* 86. *n.* 13. *Rot. decis.* 379. *n.* 14. *part.* 17. *Altograd. conf.* 53. *n.* 33. *lib.* 2. *Cyriac. controv.* 516. *n.* 14. *Prat. discept.* 8. *n.* 6. *&* 11. *lib.* 3. *Theod. allegat.* 78. *n.* 18. *&* 19. *Galeot. controv.* 14. *n.* 7. *& seq. n.* 11. *lib.* 2. asserens hanc conjecturam ex temporis lapsu deductam esse magni faciendam *Merlin. controv.* 37. *n.* 12. *lib.* 1. *Andreol. controv.* 55. *n.* 1. *& seq. &* 318. *n.* 13. *Surd. decis.* 105. *n.* 4. *Medic. decis.* 84. *num.* 2. *& exam.* 53. *num.* 52. *Episcop. Thomat. decis.* 143. *Episcop. Ascian. cap.* 155. *num.* 3. *&* 4. *Caraceol. decis. jur. prætor. Panorm.* 19. *num.* 28. *Cardin. Mantic. decis.* 246. *num.* 3. *Cels. decis.* 40. *num.* 6. *Rot. post Zach. de obligat. Cameral. decis.* 59. *num.* 4. *Caren. resol.* 108. *num.* 4.

Secunda conjectura est, quod numquam q. D. Ba- 4 taglinus Orenghus, & ejus filius, nec non ejus Nepotes petierunt hoc debitum à suis principalibus, neque ab ejus hæredibus, nec à q. M. Jo: Francisco Olignano uti fidejussore, neque pariter ab ejus filio, & nepote, dum vitam respectivè ducebant, hanc conjecturam urgentissimam existimavit *Merlin. controvers. for.* 57. *num.* 12. & fortissimam *Munoz. de ratiocin. adminis. cap.* 37. *num.* 10. *Caraceol. decis.* 19. *num.* 29. *Monac. decis. Flor.* 2. *num.* 13. Hoc enim casu præsumendum certè est, quod illi non petissent tamquam de solutione benè informati *Menoch. de arbitr. cas.* 88. *num.* 17. *& seq. & præsumpt.* 135. *num.* 19. *lib.* 3. *Mart. Medic. decis.* 85. *num.* 9. *Prat. discept.* 8. *num.* 8. 9. *lib.* 3. qui urgentissimam appellat, & *Rot. decis.* 379. *num.* 18. *part.* 17. *recent.*

Tertia conjectura eruitur ex qualitate persona- 5 rum, & potentissima est secundum *Cardinal. de Luc. disc.* 31. *de debit. & credit.* & primo ex qua- 6 litate debitorum, & eorum hæredum, qui semper fuerunt solvendo, & divites, optimæque famæ, & familia, ut notorium est, promptique, & parati in omni tempore ad solutionem, ut apparet ex solutionibus longè majoris summæ factis in instrumentis anno-

annorum 1621. & 1639. exhibitis, quam autem conjecturam approbat *Mart. Medic. exam.* 84. *num.* 3. *& Andreol. controv.* 57. *num.* 12. *Pacion. allegat.* 187. *numer.* 7. & in hac materia qualitas hæc summum operatur *Mart. Medic. examin.* 53. *num.* 33. & benè *Prat. discept.* 8. *num.* 15. *lib.* 3. Neque umquam verisimile hujusmodi debitores hoc debitum tandiu retinuisse *Parif. conf.* 83. *num.* 29. *lib.* 1. *Amat. conf.* 53. *num.* 3. *verf. tertio ad idem*, *Contiol. dicta decif.* 19. *numer.* 27. *Surd. dicta decif.* 105. *numer.* 2. *Capon. discept.* 179. *sub num.* 7. *Gobb. consultat.* 68. *numer.* 13.

7 Secundo ex qualitate creditoris, qui diligens semper fuit in omnibus aliis suis creditis exigendis *Afflict. decif.* 13. *num.* 9. *Surd. dicta decif.* 105. *num.* 2. *Maur. de solut. cap.* 4. *num.* 15. *Craver. conf.* 129. *numer.* 6. *Bertazol. conf.* 118. *Munoz. de præsumpt. lib.* 3. *præsumption.* 135. *num.* 13. *& conf.* 457. *num.* 6. *lib.* 5. *& conf.* 1257. *num.* 15. *lib.* 13. *Prat. dicta discept.* 8. *numer.* 13. *&* 16. *Venturin. conf.* 36. *numer.* 72. tantò
8 magis, quia erat Genuensis, ut in specie creditoris Januensis ponderat *Dunnozet. Jun. decif.* 962. *num.* 7. affirmans, quod mores patriæ nostræ summam diligentiam in exigendo suadeant, prout experientia satis superque edocuit, idemque sensit *Rota nostra de Mercat. decif.* 139. *num.* 9. & signanter erat mercator non assuetus detinere pecunias otiosas, prout in specie hanc creditoris qualitatem expendit *Monac. dec. Flor. dec.* 2. *n.* 5. *&* 12. *Pacion. allegat.* 187. *n.* 6.

9 Quarta habetur ex eo, quod curatores filiorum dicti q. M. Creditoris de anno 1655. notam omnium bonorum, & creditorum ex libris q. M. Creditoris eorum Patris desumptam jussi fuerunt à Principe, sive per ejus interpositas personas, in qua notula non fuit descriptum hoc creditum, & profectò si verè tutores creditorem reperiissent, dictum q. M. Battaglinum non omisissent, & hanc conjecturam ponderat in specie *Cyriac. controv.* 516. *num.* 20. & meo quidem judicio ipsamet sola validissima est, &
10 de per se sufficiens, nam benè tutores, seu curatores consideraverint, & prospexerint in omnibus libris defuncti, & in eis omnia credita inquisiverint, adhoc ut numquam teneri possent, prout tenerentur de suo pro neglectis *Rot. decif.* 155. *par.* 15. *rec. & plenè decif.* 57. *num.* 5. *par.* 5. *recent.*

11 Quinta conjectura est, quod D. Antonius Battaglinus non exhibuerit aliquem librum, vel notulam sui avi Paterni, vel aviæ, in quo descriptum videri possit hoc antiquum debitum, quod verosimiliter esset, si adhuc non fuisset extinctum. Hac enim præsumptione utitur validissimè *Rot. decif.* 296. *& decif.* 126. *par.* 12. *recent.*

12 Sexta conjectura, quæ non minus vehemens est in nostro casu, quod scilicet D. Antonius Battaglinus convenire voluerit hæredes fidejussoris, & non principalis debitoris, seu debitorum, à quibus haberi possent quitantiæ, seu probationes, vel defensiones, vel aliqua alia indicia, de quibus omnibus destitutus est M. Antonius Franciscus, qui nonquam scientiam habet in præsentiarum de dictis principalibus, neque de eorum hæredibus, & ita in simili argumentatus est *Merlin. dicta controver.* 87. *num.* 12. *& Prat. dicta discept.* 8. *numer.* 9. *Venturin. in puncto conf.* 36. *num.* 70. *&* 71.

13 Septima ex eo, quod creditor per longum tempus bona debitoris administraverit, & habuerit sæpius summas pecuniarum illius in mano, ex quibus poterat benè se satisfacere, hoc enim casu præsumitur sibi solvisse *Mart. Medic. exam.* 53. *numer.* 35. *Rot. rec. decif.* 86. *par.* 10. *n.* 7. *par.* 5. *decif.* 51. *n.* 21. *& par.* 9. *dec.* 337. *n.* 25. 26. *Merlin. dec.* 44. *n.* 7. *& Rot. par.* 15. *recent. decif.* 345. *numer.* 23. *& decif.* 252. *n.* 7. 8. *par.* 9. *& dec.* 166. *n.* 23. *par.* 10. *Pedroec. consil.* 3. *num.* 82. *Surd. latè consil.* 290. *num.* 33. Nec
14 verisimile est, quod ipse bona reddiderit, & sibi non solverit, vel saltem omni eo tempore, quo fuit administrator, non apparent aliquam mentionem fecisse de suo credito *Medic. dicto loco num.* 43. *& bene in decif.* 84. *num.* 5. *& Cyriac. controv.* 76. *num.* 8.

Reflectendum denique est in nostro casu, quod præsumptiva, vel adminiculativa probatio deducitur excipiendo, & ad liberandum, non verò ad obligandum, nec ad restituendum, & sic in terminis facilius admittitur præsumptio solutionis, ita juxta terminos nostros dotis non solutæ sensit *Cardin. de Luc. disc.* 132. *de debit. & credit. num.* 9.

Hæ conjecturæ satis superque sunt ad talem solutionem præsumendam, at in omni casu evitare non possumus terminos *l. Procula ff. de probat.*

Requisita autem *l. Procula* ad inducendam remissio- 15
nem hujus debiti sunt sanguinis conjunctio, diuturnitas temporis, & calculata sæpius ratio, quæ in casu nostro superabundant.

Et prima sanguinis conjunctio scilicet, nos sumus inter fratres, & sorores, quod est præcisè exemplum dictæ legis Proculæ, quæ tamen extenditur ad omnes conjunctos *Dec. conf.* 79. *numer*...... *&* 267. *Mart. Medic. decif.* 85. *num.* 2.

Secunda diuturnitas temporis, quæ ad plus arbitratur ab interpretibus 10. annorum, & est in nostra specie cursus 60. *Medic. dicto loco, & decif.* 26. *numer.* 24. *& seq. afflict. controv. cap.* 27. *n.* 28. *Gob. Consult.* 68. *n.* 28. *& seq. Balduc. decif.* 7. *&* 8. *de Rot.*

Tertia calculata ratio facta fuit generaliter inter debitores, & creditores, sive eorum viros de anno 1638. *dictus author dicto num.* 2. *& Merlin. controv.* 87. *num.* 8. *&* 9. omninò videndus, qui explicat illud verbum *sæpius*, quod arbitrio Judicis remittitur, & præsertim considerandum est, quod dicta calculatio facta fuit sine aliqua mentione dicti crediti, & protestatione, quod arguit satis, & clarè remissionem, sive solutionem *Andreol. controv.* 318. *n.* 4. *Monac. decif. Flor.* 2. *num.* 16.

Addendum pariter est, quod sumus in casu adeò parvæ quantitatis, quo magis ex qualitatibus etiam suprà expositis personarum præsumitur donatio, seu remissio *Andreol. dicta controv.* 318. *num.* 11. *Medic. decif.* 86. *num.* 2.

Cum igitur habemus in hypothesi sufficientia adminicula, & probationes præsumptivas remissionis debiti, tantò magis debemus admittere solutionem sequutam fuisse, nam fortiores requiruntur præsum- 16
ptiones ad præsumendam remissionem, quam solutionem *Caren. resol.* 108. *Episc. Isclanus cap.* 155. *numer.* 16. ubi sufficiunt pro solutione leviores probationes, quod secus est, quando probanda est remissio in terminis *l. Procula*.

Sed per impossibile dato hucusque adducta ad favorem dicti M. Rei cessare adhuc non remanet destitutus à fundamentis dictus Dom. Antonius Franciscus, quin à lite debeat recedere, & victum se fateri.

Cum obligatio hæc dotalia facta fuerit de libris 4000. a qq. assertis DD. Horatio, & Ambrosio Olignanis fratribus, & nomine q. D. Jo: Baptistæ absentis alterius eorum fratris, pro quo promisit de rato N. . . . . Speronus dicti Horatius, & Ambrosius subitò solverunt lib. 3600. suis, & dicto nomine, & pro lib. 400. residuo dictæ dotis non soluto promiserunt dictis nominibus eas solvere in fine anni, & pro eis principaliter fidejusserunt q. Jo: Franciscus Olignanus, & dictus N. Speronus.

Dictus q. D. Jo: Baptista non ratum habuit hoc instrumentum, & sic numquam habet, & habuit locum obligatio fidejussoria pro tertia parte dicti q.
D. Jo: Baptistæ ea ratione, quia si quis contrahet 17
alterius nomine, si iste non ratificat postea contractum, nulla adest obligatio *Bald. conf.* 199. *in princ.*
lib. 1. *Gemin. conf.* 150. *per tot.* & sic corruit fidejus- 18
soria, quamvis facta fuerit in vim principalis obligationis *Rot. dec.* 50. *n.* 1. 2. 3. *& decif.* 55. *par.* 1. *rec.*

At si dicatur, quòd saltem remanent obligati dicti fidejussores pro duabus portionibus dictarum lib. 400. scilicet dicti DD. Horatii, & Ambrosii.

Respondeo quòd dicti creditores, vel eorum hæredes satis superque habent, & habuerunt in manu pro earum compensatione, nam si de lib. 4000. solutæ fuerunt lib. 3600. longè hæc solutio exsuperat dictas duas portiones debitas per dictos DD. Horatium, & Ambrosium, imò remanent isti creditores de summa lib. 933. 6. 8. supra pluris ab eis exbursato proportione dicti q. D. Jo: Baptistæ eorum fratris, qui numquam ratificavit dictum instrumentum dotale, habet tamen dictus Actor actionem contrà hæredes q. D. Speroni, qui ad interesse tenetur de suo, qui ille solus de rato promisit.

ADDITIO

Ad num. 11.

19 Liberatio præsumitur cum Creditor debitori sæpius ex alia causa solverit, nec sui debiti compensationem fieri petiit. *Galganet. de Jur. public. libr. 2. cit. 30. num. 27. Rot. Roman. decis. 259. n. 3. part. 4. tom. 2.* etiam quando Creditor testamentum fecit, & in eo omnia credita descripsit, & de uno nihil dixit, vel mentionem fecit præsumitur solutum. *Vot. Motren. in fin. Tom. 3. allegat. Palm. Nep. num. 118.*

Ad num. 16.

20 Requisita *L. Procula* non semper rigorose exiguntur ad præsumptionem liberationis: *Palm. Nep. decis. 31. num. 2. De Luc. de Debit. disc. 132. num. 3. & 4. Cyriac. controv. 280. num. 6. & controvers. 411. n. 30. Antonell. de temp. leg. lib. 2. cap. 67. n. 2. Pignatell. controv. 62. num. 5. cent. 2. Scopp. ad Gratian. Observ. 46. per tot. idem Pignatell. cap. 87. sub n. 8. per tot. Rot. dec. 259. n. 5. & 8. decis. 343. n. 9. part. 18. rec.*

ARGUMENTUM.

QUando committatur, vel non vitium litigiosi, vel dicatur in fraudem paratæ executionis alienatio fuisse facta, & quando non. Quomodo dicatur alienatio voluntaria, vel necessaria. Explicatur Statutum nostrum *de elevatione Canellæ §. non possit.*

SUMMARIUM.

1 *FActi series.*
2 *Vitium litigiosi committitur solum quando actum fuit in actione reali, secus personali.*
3 *Si res effecta fuit litigiosa, tunc agi potest contra acquirentem sine novo processu, quemadmodum fieri poterat contra primum reum.*
4 *Nulla requiritur scientia ex parte acquirentis de litis pendentia ad effectum inducendi vitium litigiosi.*
5 *Vitium litigiosi committitur etiam quando actum fuit in actione personali ratione certa rei, ut ex vendito, deposito, censu, legato, & n. 16.*
6 *Alienatio facta fuisse in fraudem parata executionis, dicitur, quando post expeditum mandatum, & bona sub hasta posita fuerint, alienatio facta fuerit.*
7 *Secus si post sententiam, vel primum Decretum alienatio facta fuerit.*
8 *Alienatio facta post instrumentum guarentigiatum, dummodo interveniat ex utraque parte intentio fraudandi censetur facta in fraudem parata executionis.*
9 *Alienatio non dicitur facta in fraudem parata executionis, quando facta fuit in creditorem habentem causam ante motum judicium, & num. 11.*
10 *Quando apparet aliquem principaliter egisse ad sui commodum, numquam præsumitur in eo fraus, quamvis actus resultet in damnum tertii.*
12 *Datio in solutum licet facta sine Judicis authoritate dicitur necessaria alienatio, quia fit pro complemento alicujus contractus.*
13 *Ad hoc, ut dicatur aliquis necessariò agere, sufficit, quod de jure ad id faciendum compelli possit.*
14 *Statutum prohibens alienationem intelligitur de voluntaria, & non de necessaria in vim alicujus debiti, vel contractus.*
15 *Explicatur Statutum nostrum* de elevatione Canellæ §. non possit.
17 *Dolus quando habet mixtam utilitatem non dicitur dolus, sed diligentia.*

RESOLUTIO XVI.

Clavarensis in fraudem parata executionis.

1 FUit anno 1694. coram me Judice tertiæ instantiæ disputatum, an alienatio facta per Reum post latam sententiam de quadam terra, seu tenuta
fuisset prohibita tanquam de re litigiosa, vel in fraudem paratæ executionis, itaut contra acquirentem sine
novo processu directè agi, ac exequi possit sine rescissione, & omissa via ordinaria.
Pro indubitato in prædicto casu habui non adaptari terminos *l. 2. & l. fin. C. de litigios.* cum aliis 2
contextibus, quia solum vitium litigiosi committitur
in re contra quam principalis actio realis concepta
fuit, & non in actione personali, licet postea executio contra bona intentata fuerit est magistralis *Rot.
in decis. 364. n. 8. coram Duran. Rot. decis. 157. par. 10.
rec. per tot. Mans. consulc. 217. n. 10. & seq.* quibus
doctrinis attentis rejeci *Caler. de process. execut. pars. 2.
cap. 3. n. 443.* contrarium firmantem, quamvis ipsemet melius consultus se remittit novo examini dictæ
propositionis: Sic ergo solum quando fuit actum in 3
actione reali vel hypothecaria, vel in rem scriptam
res alienata efficitur litigiosa, & prohibita alienari,
itaut contra acquirentem directè agi, & exequi potest sine novo processu, prout fieri poterat contra reum
primo possidentem, & in tali casu neque requiritur 4
aliqua scientia in acquirente de litis pendentia, nempe de intentione fraudandi ex parte acquirentis,
prout in alienatione facta in fraudem paratæ executionis necessaria est, ut infrà dicam *Rot. decis. 177.
n. 14. & 15. cum seq. post Posth. de subhast. Andreol.
controv. 211. n. 6. 7. Ridulphin. in prax. part. 1. cap. 6.
n. 64. Merlin. de Pignor. lib. 1. q. 18.* optime *de Luc.
ad Marin. resol. 256. lib. 1. Spercli. decis. 7. n. 8.* ac 5
etiam procedit hæc conclusio, quando actum fuit in
personali actione, ratione tamen certæ rei, ut ex vendito, deposito, censu, legato, ac aliis, quia tunc
etiam ea res efficitur litigiosa, & contra tertium acquirentem via tecta sine novo processu agi potest *Rot.
part. 10. rec. decis. 339. n. 3. & 4. Rot. decis. 296. per
tot. part. 18. rec. & 157. n. 1. & 12. part. 10.* latissimè
*Schettin. de tertio ven. ad caus. cap. 2. inspect. 2. n. 55.
56. Salgad. de reg. protect. part. 4. cap. 8. n. 173.* Tota enim difficultas restricta fuit ad id videlicet, an
prædicta alienatio facta fuerit in fraudem paratæ executionis, ad quam materiam late *Pegaz. cap. 5. n. 120.
& plurib. seqq.* ubi docet plures casus; sed in hac
quæstione distinguendum est; scilicet si actor non so- 6
lum obtinuisset sententiam, sed etiam primum, &
secundum decretum immissionis ad bona debitoris,
nempè si fuisset ei mandatum executivum expeditum,
executumque super illius bonis, quæ deinde sub hasta posita fuerint; eo casu absolutè dici posset alienationem factam fuisse in fraudem paratæ executionis,
& per consequens agere posset contra acquirentem
directè, & executivè sine novo processu. *Posth. de subhab. inspect. 18. num. 178. & decis. 364. n. 14. & 58.
coram Duran. Buratt. decis. 917. num. 7.*
Secus verò, si reus post primum decretum tan- 7
tum, seu solam sententiam contra se ab actore obtentam, vel antea, nempè post litem inceptam alienaverit. Tunc ut dici posset factam fuisse alienationem in fraudem futuræ, & imminentis executionis
requireretur probatio scientiæ de litis pendentia ex
parte acquirentis, & sic probatio illius intentionis
fraudandi judicium actoris, si verò alienatio facta
fuerit ante litem motam, tunc solum dici posset
fuisse factam in fraudem creditorum, & per consequens necessaria esset rescissoria in via ordinaria,
quæ omnia probat *Bald. in l. executorem de execut.
rei Judic. & in l. ob maritorum C. ne uxor pro marit. num. 8. Osasc. decis. 65. num. 4. & 5. Pegaz. resol.
cap. 5. num. 122. Giurb. decis. 62. num. 9. Guzman. de
evict. quæst. 11. num. 61.* ad litteram Giurbam transcribens *Buratt. decis. 166. num. 3. & 4. & in addit.
ad decis. 917. numer. 10. & sequent. Posth. de subhast. inspect. 18. numer. 145. & sequent. Rota coram
Duran. decis. 364. à numer. 22. cum seq. Rot. decis. 177. numer. 16. & 17. post Posth. de subhast. Ridulphin. in prax. part. 1. cap. 6. numer. 65. Cancer.
var. resolut. part. 3. cap. 17. numer. 461. & sequent.
Schettin. de tertio venien. ad causam cap. 2. inspect. 3. per tot.* quam conclusionem militare existi- 8
mo in instrumento Guarentigiato, vel habente paratam executionem, licet executioni nondum demandatum fuerit, dum tamen ex utraque parte
alienantis, & acquirentis probata sit intentio frau-
dandi

dandi paratam executionem dicti instrumenti. Quemadmodum requiritur ut supra per Doctores lato calamo à me laudatos non obstante quicquid contrarium sensit *Salgad. de reg. protection. part. 4. cap. 8. n. 182.* erroneè opinans petendam prius esse oportere executionem dicti instrumenti, sed verè intelligendo dictum authorem dicere debebis, quod Salgad. ad hunc finem tantum voluit demandandam prius esse executioni dictum instrumentum, ut facilius cognosci possit, ac probari, an alienans, & acquirens voluerint fraudare paratam exequutionem dicti instrumenti, non verò, ut illud necessarium sit.

Deveniamus modo ad nostram hypothesim in qua alienationem non fuisse factam in fraudem imminentis executionis veridicè censui, licet concurrebat scientia de litis pendentia ex parte nostri acquirentis, & inopia ex parte nostri rei alienantis, quæ conjecturæ satis superque essent in altero casu ad inducendam fraudem, tam ipsius acquirentis, quàm alienantis.

9 Ratio autem principalis fuit, quia cum reus alienaverit in creditorem suum ex sententia, ideoque alienatio non fuit facta ex mera voluntate, sed ex necessitate solvendi debitum, & ex causa onerosa, undè non poterat argui præcisa fraus in alienante paratæ executionis, multò minus in acquirente, qui verè est creditor, quo casu imò potius præsumendum est non fraudis faciendæ consilio acquisiverit, sed ut ejus propriæ rei consuleret nempè, ut Judicis, & alieni Judicii coactionem præveniret, & sic licitè agendo nulla fraudis suspicio cadere poterat. Ita hucusque *D. Mans. dicta consult. 217. num. 23. & seq. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 68. n. 122. lib. 1. Ca-*
10 *ven. resol. 250. n. 11.* & sic quando apparet aliquem principaliter egisse ad sui commodum, & utilitatem nunquam præsumitur fraus, quamvis actus evadat in damnum tertii *Surd. cons. 300. n. 21. 22. Conciol. alleg. 34. n. 33. Gob. consult. 87. n. 35. Gratian. cap. 391. n. 26. & 27. late Rub. ad decis. 16. part. 8. rec. n. 72.* Quinimo nulla intrat simulatio, vel fraus, quando in actu celebrato adstat primordium veritatis late *D. meus Calderon. resol. 53.* & ubi non probatur causa simulandi non sunt indagandæ conjecturæ simulationis, quia requiritur causa simulandi late *Pegaz. resol.* . . . .

Et quamvis subtiliter replicatum fuerit ex adverso, quod cum prædicta alienatio à debitore facta fuerit in creditorem posteriorem, & sine Judicis authoritate dici debet voluntaria, & per consequens tamquam in fraudem prohibita per *text. in l. alienationes 13. ff. famil. Ercisc.* ubi per Papinianum decisum fuit, quod solum permissæ sint alienationes, *quæ vetustiorem causam, & originem juris habent necessariam*, secùs verò dici debet de quibuscumque aliis, quæ nullam vel posteriorem causam habent.

11 Satis enim nobis visum fuit non procedere objectum, nam prædictus textus nullam rationem habuit de anterioritate crediti, & creditoris, in quem fit alienatio, sed solum respexit causam, & originem alienandi necessariam, quæ tamen debeat inesse ante inceptum judicium, & sic habens vetustiorem causam respectu Judicii, ut benè ex dicto textu malè incontrarium relato dignoscitur ibi *alienationes enim post judicium inceptum interdictæ sunt dumtaxat voluntariæ, non quæ vetustiorem causam, & originem Juris habent necessariam.* Itaque punctualiter *Mans. consult. 217. n. 23.* & causam vetustiorem scilicet ante motum judicium cum alienante benè explicat *Lancellot. de attentat. lit. pendent. part. 2. cap. 4. limit. 8. n. 8. 9. Buratt. decis. 166. n. 10. Rot. post Postb. de subhast. decis. 178. n. 20. & inspect. 18. n. 111. de subhast. Pegaz. resol. cap. 5. n. 127. Ginrb. decis. 62. n. 20. Guzman. de evict. q. 11. n. 78.* ubi quod dicitur ex causa necessaria alienatio, quæ habet causam ante alienandi prohibitionem.

Prout neque officit alterum objectum, quod non 12 fuerit facta in nostro casu datio in solutum à debitore authoritate Judicis, sed voluntariè, quia semper dicitur necessaria illa alienatio, quando fit pro complemento alicujus contractus, vel solutionis alicujus debiti etiam non cogente Judice, ita *text. in dicta l. alienationes ff. famil. Ercisc. in verb. originem juris*, & in his similibus terminis nostris sensit *Lancellott.* paulo supra citatus *Benintend. decis. 48. n. 16. Gratian. cap. 227. n. 12. & seq. decis. 278. n. 9. part. 5. rec.* Optime *Salgad. Labyr. credit. part. 1. cap. 14. à n. 80. usque ad 87. & late Rocc. de decoct. not. 52. n. 155. & seq. & Rocc. Episc. cap. 104. n. 12.* ubi quod idem est 13 agere per metum præsentem, quam per metum futuræ coactionis. *Conciol. dicta alleg. 34. n. 12. & n. 34.* ubi, quod sufficit posse partem, & debitorem compelli ad id faciendum, quod pars, vel debitor facit, adhoc, ut dicatur actus necessario factus.

Probata igitur hac necessaria alienatione nulla un- 14 quam potest considerari in casu nostro fraus, quæ solum habet locum in translationibus, & alienationibus voluntariis, & non necessariis, ita *Mans. consult. 217. n. 23. & melius n. 36. per text. prædictum in l. alienationes* cui subnecto alium *in l. pater §. prædium de leg. 2.* Eruditissimus hoc ævo *Alvarez. Pegaz. c. 5. n. 127.* & 15 sic Statutum, sive lex prohibens alienationem (prout nostrum *de elevation. Canella §. non possit*) intelligit solum de voluntariis *Roman. cons. 107. & cons. 219. n. 8. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. cap. 68. n. 122. & cap. 438. n. 3. & 4. part. 1. Benintend. decis. 48. n. 16. & in puncto Mans. dicta consult. 217. n. 36. Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 18. num. 23.*

A D D I T I O

Ad num. 5.

Quando, & in quibus casibus committatur vitium 16 litigiosi latissime differit *Altimar. ad Rovit. cons. 66. tom. 1.* & quod in hypothecaria non debetur vitium litigiosi tenent *Rodolphin. in prax. part. 1. cap. 6. n. 64. Duran. dicta decis. 364. n. 11.* Sed contrarium est verius per Doctores hic à me citatos, & latè *Schettin. de tert. venien. ad causam cap. 2. inspect. 2. n. 48.* quibus addo *Merlin. de Pignor. lib. 2. quæst. 18. n. 7. 8. 9. 10.* ubi reprobat *Duran. Carol. Anton. de Luc. ad Marin. resol. 256. Rot. coram Ubald. decis. 79. lib. 3.* Egregie *Carleval. de Judic. tit. 3. disput. 11. n. 2. vers. res igitur. Far. ad Covar. pract. quæst. 15. n. 40. Altimar. ad Rovit. cons. 66. lib. 1.*

Ad num. 9.

Dolus quando habet mixtam utilitatem non dici- 17 tur dolus sed diligentia, *Rovit. cons. 69. n. 17. 18. tom. 1.* Vide ad materiam late *Surd. cons. 528. n. 35. & seqq.*



DECISIO

EXCELSÆ ROTÆ FLORENTINÆ CONSILIIQUE JUSTITIÆ S. R. C.

IN CAUSA DELEGATA

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE FERONIS

Coram Illustrissimo Domino Auditore

JOSEPH BIZZARRINI

EJUSDEM CAUSÆ RELATORE,

Veneris xi. Septembris 1739.



AMICE LECTOR.



Um reddebatur typis in uberiorem exactioremque formam præsens Tractatus de Successionibus ab intestato editus à celeberrimo Jurisconsulto Josepho Casaregis in Illustrissima Florentina Rota Auditore emeritissimo, sequentem habui præ manibus Decisionem à tanto, ac tam insigni Tribunali evulgatam in famigerata Caussa inter Illustrissimos DD. Marchiones de Feronis, in qua præcipui totius ferè Italiæ Juris Antistites scripserunt, ac desudarunt; cumque in perdifficili materia, nodosisque involuta Articulis sapientissimi & selectissimi Judices matura animadversione sententiam dixerint, Reipublicæ litterariæ, ac scitis præsertim in juridica facultate rem gratam & perjucundam me facturum sum arbitratus, si Magistrale hoc Responsum in calce hujus voluminis traductum publicæ commoditati exhibuerim. Vive feliciter.



Efuncto absque filiis Marchione Francisco Silvio de Feronis die 13. Octobris 1733. celebris in Curia nostra, tum propter Causæ gravitatem, tum propter præstantissimorum Consulentium hinc inde edita responsa, exarsit controversia super successione ad particulare Fideicommissum scutorum fere biscentum millium inductum ab olim Clarissimo Senatore, & Marchione Francisco de Feronis; contendebant siquidem Dom. Marchiones Ubaldus, & Alexander Fratres de Feronis prædicti Francisci Sylvii nepotes, sibi dumtaxat debitam esse hujusmodi successionem; E contra vero Dominus Marchio Franciscus pariter de Feronis eorum frater natu major pro virili ad illam quoque admitti expostulabat: eoque annuente in Judicialem arenam subinde descendit Dominus Marchio Franciscus Antonius illius filius pro coæquali consuccessione cum prædictis Dominis Ubaldo, & Alexandro ejus patruis, quatenus Dominus Marchio Franciscus illius Pater voti compos fieri non posset.

Inito propterea inter Partes compromisso coram Supremo Magistratu hujus Civitatis, die 15. Maji 1736. prodiit Laudum petitionibus tum Domini Marchiunis Francisci, tum Domini Marchionis Francisci Antonii ejus filii contrarium. Delegata vero nova hujus Causæ cognitione integro nostræ Rotæ Auditorio ex Supremo Principis Rescripto diei 2. Julii 1738. post rem serio, & diligenter discussam, & opportune communicatas utrique Parti dubitandi rationes, pronunciavimus pro confirmatione Laudi, quoad petitionem Domini Marchionis Francisci, illudque e contra revocavimus quoad petitionem Domini Marchionis Francisci Antonii, quem ideo unà cum Dominis ejus patruis consuccedere debere censuimus, ejusque favore condemnavimus reos conventos ad restitutionem fructuum à die obitus prælaudati Domini Marchionis Francisci Silvii.

Antequam motivas rationes, quæ Nos ad ita sentiendum impulerunt in medium proferamus, operæ pretium ducimus testamentariæ dispositionis, de qua est quæstio seriem breviter exponere, nec non verba Testamenti, super quorum interpretatione præcipuè lis agitata est, hic recensere, quo facilius totius Causæ status, & Dominorum unà mecum Judicantium sensus patere possit.

In ultimo igitur, cum quo decessit Testamento memoratus Dominus Marchio, & Senator Franciscus de Feronis, rerum gerendarum peritia, & Principis beneficentia conspicuum nactus Patrimonium, cum duos haberet filios Fabium, & Franciscum Silvium, ex universa hæreditate certam, ac satis amplam, quam innuimus, portionem primum segregavit, eamque reliquit favore dicti Francisci Silvii natu minoris cum onere perpetui, & particularis Fideicommissi, eidemque substituit omnes ejus Filios, & Descendentes masculos, quibus deficientibus ad successionem prædicti particularis Fideicommissi vocavit Fabium, istiusque filios, & descendentes masculos sub hac verborum formula „ *ed all' ultimo descendente maschio di maschio, che morirà di detto Signor Francesco Silvio, sostituisco in tutti i sopraddetti effetti volgarmente, e per fidecommisso il Sign. Marchese Fabio altro mio figliuolo maggiore, ed i suoi figliuoli, e descendenti maschj legittimi, e naturali a principio di lor concezione come sopra, in perpetuo, ed in infinito nel modo, e forma, che più a basso ho disposto di tutto il resto della mia Eredità a favore*

di

di detto Signor Marchese Fabio, e sua Descendenza.

Hæredem deinde universalem instituit Fabium natu majorem, cumque in hæreditate adesset Tenuta, & Marchionatus *di Bellavista*, super illa ordinavit perpetuam Primogenituram linearem favore Marchionis Francisci sui nepotis tunc jam nati, istiusque lineæ masculinæ, variis deinde adjectis substitutionibus, quarum seriem infra opportune indicandam opus non est hic accuratius enarrare; cætera autem omnia Bona titulo universalis institutionis relicta Fabio supposuit universali fideicommisso favore reliquorum filiorum, & descendentium masculorum ejusdem Fabii per hæc verba „ *in tutto il restante della mia Eredità lasciata come sopra al detto Sig. Marchese Fabio, niuna cosa eccettuata, sostituisco dopo la morte del detto Sig. Marchese Fabio tutti gli altri suoi Signori figliuoli, e descendenti maschi di maschio, legittimi, e naturali a principio di lor concezione in infinito, fino a tanto, che ve ne sarà alcuno, eccettuato però il Primogenito, e quello, che di mano in mano succederà nella detta Primogenitura, il quale non possa succedere in detto restante, se non in mancanza di tutti li figliuoli, e gli altri descendenti maschi di detto Sig. Marchese Fabio, tra i quali tutti induco una perpetua, e reciproca sostituzione in infinito di persona a persona, e di linea a linea con ordine successivo, e secondo la prossimità del grado all'ultimo moriente.*

Ex hac itaque Testamenti litera sicuti resultare existimavimus exclusionem Domini Marchionis Francisci, ita clare emergere visa est vocatio Domini Marchionis Francisci Antonii, eique licet remotiori consuccessionem cum patruis decrevimus, de quibus singillatim modo habendus est sermo.

A R T I C U L U S I.

Super exclusione Domini Marchionis Francisci.

Quamvis prima fronte suæ vocationis sedem ostendere conaretur Dominus Marchio Franciscus in ea Testamenti parte, in qua ad Fideicommissum, de quo agitur, extincta linea Silvii, vocantur „ *il Signor Marchese Fabio, ed i suoi figliuoli, e descendenti* „ cum revera ipse uti filius Fabii ibi litteraliter comprehensus dici posset, quia tamen supradicta dispositionis pars necessario referenda est ad alteram mox enunciatam Testamenti partem, in qua scriptum legimus „ *eccettuato però il Primogenito, e quello, che di mano in mano succederà nella detta Primogenitura* „ hinc Dominus Marchio Franciscus, qui est Primogenitus, & successit in Primogenitura *di Bellavista* tantum abest, quod vocatus dici possit, ut è contrario ex littera Testamenti omnino repellatur à successione ob pervulgatam regulam, *substitutio de se non loquitur*, de qua post *Joann. Andr. in addit. ad speculat. tit. de testament. 51. vers. occurrit. Peregr. cons. 31. num. 2. lib. 4. Rot. decis. 433. num. 2. coram Gregor. decis. 272. num. 1. coram Buratt. & decis. 378. num. 3. par. 13. recent.*

Neque in dubium revocari posse credidimus, quod dispositio concernens fideicommissum particulare referri debeat ad alteram dispositionem respicientem fideicommissum universale, adeout utraque ex jam enarratis Testamenti partibus simul accipienda, ac conferenda sit, cum Testator id luculenter expresserit mediantibus verbis „ *nel modo, e forma, che più abasso ho disposto di tutto il resto della mia eredità a favore di detto Signor Marchese Fabio, e sua descendenza.* „ & hujusmodi clausulæ ea sit indoles, ac natura, ut partem relatam cum referente, omnino parificet, nec una, absque altera possit consistere, sed immò utrisque invicem collatis una ferme Testamenti pars constituatur, sicuti post *Text. in l. si testamentum 8. §. sin autem Cod. de institut. & substitut. & l. cum pater 77. §. final. ff. de legat. 2.* in terminis similis clausulæ docent *Gratian. cap. 832. num. 3. & seqq. Cyriac. controv. 70. num. 4. Balducc. ad Kamon. consil. 37. num. 44. in fin. Altegrad. Jun. controv. 94. num. 67. & seqq. Rot. cor. Priol. decis. 423. num. 16. coram Lancett. decis. 1297. num. 4. & 5. & decis. 1332. numer. 6. & 7. Rot. Lucens. post Paulut. tom. 3. post dissert. 109. decis. 1. num. 109. Rota Nostra penes Palm. decis. 454. num. 66. & seqq. & in Florentina Primogenitura de Orlandinis 11. Augusti 1725. §. Reliquum fundamentum coram Illustriss. D. Audit. Vasoli Piccinini.*

Non obstante satis nota regula, quod referens non debeat destrui à relato, de qua *Surd. cons. 244. numer. 5. lib. 3. Rocc. disp. jur. cap. 67. num. 30. & seqq. Cyriac. controv. 96. num. 82. 83. Rot. decis. 513. num. 28. par. 5. & decis. 536. num. 93. par. 14. recent.* prout contingeret, si vigore partis relatæ excluderetur à successione uti Primogenitus Domin. Marchio Franciscus, qui in referente, uti filius Fabii litteraliter vocatus apparet, cujus absurdi vitandi causa prætendebatur relationem ad alia expressa in parte relata, præterquamquod ad exclusionem primogeniti fieri debere; dispositio siquidem contenta in relato, ubi excluditur à successione Primogenitus „ *il quale non possa succedere, se non in mancanza di tutti gli figliuoli, e gli altri descendenti maschi del detto Sig. Marchese Fabio* „ revera non destruit substantiam vocationis Domini Marchionis Francisci Primogeniti, sed unice modum, & ordinem succedendi præscribit inter filios Fabii antea in referente vocatos, ut nimirum primogenitus succedere nequeat nisi in defectum aliorum filiorum, & descendentium ejusdem Fabii; id verò non correctionem, aut destructionem præcedentis dispositionis, sed tantum illius modificationem, & declarationem præsefert, ut bene in proposito considerant *Menoch. cons. 973. num. 12. & seqq. Buratt. consil. 73. num. 11. Bellon. de jur. accrescend. cap. 5. quæst. 26. num. 172. & seqq. Card. De Luc. de fideicommiss. disc. 118. num. 4. & 6. Mans. consult. 296. num. 35. & seqq. Palm. Nep. allegat. posthum. 101. num. 26. Osasch. decis. 23. sub num. 40. Rot. decis. 210. num. 6. coram Emer. Jun. Rota nostra in Florentina Majoratus de Puccis post Balducc. de legation. tit. 3. decis. 35. num. 54. & seqq.*

Minusque suffragari posse existimavimus præfato Domino Marchioni Francisco, quòd ipse licèt exclusus à fideicommisso universali aspirare tamen possit ad fideicommissum particulare, de quo nunc agitur, cum istud diversum sit ab alio, utpote diversa bona respiciens, & sub diverso casu, & substitutione conceptum.

Etenim fideicommissorum duplicitas, eorumque diversitas non impedit, quin inter utrumque adsit similitudo, eaque satis inducitur ex supra recensitis verbis „ *nel modo, e forma &c.* quæ licèt non operentur unionem, & conjunctionem utriusque fideicommissi per veritatem, illam tamen inducunt per similitudinem juxta opinionem *Socin. Jun. consil. 75. per tot. lib. 3.* communiter receptam contra *Dec. cons. 362. & cons. 497.* & signanter per *Casanat. cons. 47. num. 114. & seqq. cons. 53. num. 16. & cons. 56. per tot. Peregrin. de fideicomm. art. 16. num. 114. Fusar. de substitut. quæst. 498. num. 7. Castill. controv. jur. lib. 4. cap. 43. num. 5. De Luc. de fideicommiss. disc. 119. num. 5. & in summ. num. 208. Torr. de primogenit. par. 2. quæst. 20. num. 12. & seqq. quæst. 22. per tot. & quæst. 23. num. 37. Rot. decis. 180. num. 15. par. 17. recent. & cor. Molin. decis. 1023. n. 21. & seqq.* quod sufficit ad effectum, ut in hisce duobus fideicommissis ita parificatis per relationem, & similitudinem diversi statuendi non sint ordines succedendi, ad late firmata per *Rot. nostram penes Palm. Nep. dec. 454. num. 63. & seqq. ubi concord.*

Ex quibus potissimum rationibus moti fuerunt Domini pro resolutione præsentis Articuli, in cæteris se referendo ad decisionem super hoc puncto in præcedenti Instantia emanatam, ubi late hujusmodi fundamenta exornantur, quæ propterea consulto hic summis tantum labiis attigimus, & argumentis in contrarium adductis plenissime occurritur. Et ita, &c.

Marcus Philippus Bensini Prætor.
Octavius Vasoli Piccinini Rotæ Auditor.
Hieronymus Finetti Rotæ Auditor.
Joseph Bizzarrini Rotæ Auditor, & Relator.
Raynerius Franciscus de Mari subrogatus.

A R-

ARTICULUS II.

Super vocatione Domini Marchionis Francisci Antonii.

Tota præsentis articuli controversia in eo potissimum sita erat, an exclusio Primogeniti, quæ adjecta legitur in dispositione concernente fideicommissum universale, juxta antea recitatam Testamenti litteram, & quæ vigore omnimodæ relationis superius examinatæ repetita censenda est etiam in fideicommisso particulari, adaptari possit, ac debeat Domino Marchioni Francisco Antonio, quem exteroquin, ut filium dicti Domini Marchionis Francisci, ac nepotem Fabii in dubium revocari non poterat comprehensum esse in vocatione descendentium ipsius Fabii ex propria, ac germana verborum significatione per *Text. in l. fin. Cod. de suis, & legit.* & communiter notata per *Barbos. de appellat. appellat. 70. num. 1. Mart. de success. legal. p. 1. quæst. 1. art. 1. num. 5. & 7. Fusar. de substitut. quæst. 325. numer. 3. Palm. Nep. allegat. 233. numer. 13. & alleg. 235. num. 34. Samminiat. controv. 175. num. 49. Rot. coram Falconer. titul. de fideicomm. decis. 8. numer. 12. decis. 308. num. 4. part. 14. & decis. 168. numer. 16. par. 17. recent.* Super qua sane quæstione Domini concordi Voto censuerunt prædicto Domino Marchioni Francisco Antonio, quamvis filio Primogenito Domini Marchionis Francisci, minime congruere exclusionem Primogeniti a Testatore demandatam, cum talis exclusio unice respiciat Primogenitum civilem, seu pro tempore successorem primogenituræ *di Bellavista*; unde sicuti ratione hujus possessionis à fideicommissaria successione arcetur D. Marchio Franciscus, ut supra decisum fuit, ita obesse nequit hujusmodi exclusio D. Marchioni Francisco Antonio ejus filio, qui vivente patre Primogenituram non possidet, quæ penes duos uno, eodemque tempore esse non potest, ut de se patet, & bene ad rem nostram ponderant *Surd. cons. 494. n. 7. Tiraq. de primogenit. quæst. 42. num. 3. Torr. var. jur. quæst. tit. 1. quæst. 6. numer. 25. & de majorat. par. 1. cap. 40. numer. 60. Bottin. de majorenat. cap. 4. numer. 2. & cap. 13. numer. 18. Fontanell. decis. 34. num. 9. Rot. coram Crisp. decis. 75. num. 16. & coram Molin. decis. 837. num. 6.*

Hujusmodi vero capiendam esse intelligentiam evidenter apparuit, sive attendatur genuinus, ac legalis verborum sensus, quibus exarata legitur testamentaria dispositio, de qua agitur, sive mentem, ac voluntatem Testatoris ex ipsa dispositionis natura elicitam introspiciamus. Et quidem exordiendo primum à disquisitione verborum, quibus uti communibus cogitationum humanarum signis nulla datur aptior via ad assequendam Testatoris voluntatem, *Bald. in leg. continuus §. Cum ita ff. de verbor. obligat. Peregrin. de fideicomm. art. 11. numer. 33. & seqq. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 4. & 6. Rota Nostra coram Urceol. decis. 13. numer. 58.* Verbum „ *Primogenito* „ cui refertur exclusio, nil aliud proprie significat, quam Primogenitum cum effectu, actu scilicet Primogenituram possidentem, ut in subjecta materia primogenialis successionis solide docent *Castill. quotid. jur. controver. lib. 5. cap. 93. §. 1. num. 68. Rocc. select. jur. disputat. cap. 3. num. 66. Roblos de repræsent. lib. 2. cap. 30. num. 3. Mierez. de primogenit. quæst. 4. illat. 3. vers. nec sentit Peguer. decis. Lusitan. 114. num. 19.* ita plane suadente regula, qua edocemur verba semper intelligenda esse cum effectu, ad *Text. in l. 1. §. Hæc verba ff. quod quisque jur. leg. quoties ff. qui satisd. cogant. l. si quis ita §. final. ff. de legat. 2.* unde receptum est hæredis appellatione, non hæredem tantummodo scriptum in Testamento, sed eum, qui hæreditatem adivit proprie contineri, *L. 3. §. si quis ita ff. de hæred. instit. Bart. in leg. gerit ff. de acquir. hæred. Bald. in l. potuit Cod. de jur. delib. Alexand. cons. 1. lib. 1. num. 6. Peregrin. de fideicomm. artic. 32. numer. 2.* nec actorem eum dici, qui potest agere, sed illum, qui in Judicio agit *l. quæ omnia 25. ff. de procurat.* nec similiter Dominum eum nuncupari, qui habet jus ad rem, sed potius, cui res ipsa tradita est *L. tradition. Cod. de pact. l. numquam nuda ff. de acquir. rer. dom.*

Et quamvis juxta multiplicem fere omnium verborum significationem, verbum istud „ *Primogenito* „ ad varios etiam sensus pro diversa rei subjectæ natura trahi possit, ut nempè in sensu mere grammaticali accipiatur pro eo, qui primo natus est, vel illum quoque aliquando designet, qui habet jus, aut spem succedendi in Primogenitura, tamen omnis exulat ambiguitas, quoties in dispositione respiciente perpetuam Primogenituram illud adhibetur relative ad tempus mortis, quia tunc semper intelligitur de Primogenito civili, & actualiter succedente in Primogenitura, prout egregie firmant *Alciat. resp. 560. num. 3. in fin. Peregrin. cons. 1. num. 28. lib. 4. Alb. cons. 60. numer. 11. vol. 1. Menoch. cons. 106. num. 354. Torre de Majorat. par. 1. cap. 1. numer. 44. & 45. & cap. 10. num. 21. & cap. 33. numer. 44. Bottin. de majorenat. cap. 8. numer. 8. Fragos. de regim. Reipubl. par. 6. lib. 6. disput. 9. num. 7. Tiraquell. de primogenit. quæst. 34. num. 27. Pegas. de majorat. cap. 8. num. 7. Bellamer. dec. 723. numer. 16. Larr. decis. Granaten. 52. numer. 22. Rot. post Torr. de Majorat. Ital. decis. 7. n. 4. & seqq. decis. 8. num. 2. decis. 9. num. 1. & seqq. & decis. 10. num. 1. & seqq.*

Quod autem in casu nostro verbum *Primogenito* prolatum fuerit relative ad tempus mortis, manifeste profluit ex littera Testamenti ibi „ *sostituisco dopo la morte del detto Sig. Marchese Fabio tutti gli altri suoi Sig. figliuoli, o descendenti, eccettuato però il Primogenito, &c.* „ unde consequitur Testatorem revera locutum esse de Primogenito actualiter successuro post mortem Fabii, non autem de iis, qui vel essent primogeniti, aut qui tantum habitu pollerent qualitate primogenitali, ad tradita per *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 10. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 92. num. 3. Gutier. practic. quæst. lib. 5. quæst. 46. num. 8. Rot. post De Luc. de fideicomm. decis. 109. numer. 12. coram Emer. Jun. decis. 1229. num. 16. coram Bich. decis. 196. num. 27. & coram Falconer. tit. de primogenit. decis. 10. num. 10.*

Præsertim animadvertendo, quod exclusio Primogeniti concepta legitur in numero singulari, cujusmodi loquendi formula ad unam tantum personam, minime autem ad plures referri potest per *Tex. in cap. gaudemus de divort. cap. pluralis locutio ibique Jo. Andr. num. 1. vers. sciendum, de reg. jur. in 6. Alciat. in l. in usu num. 3. de verbor. significat. Decian. resp. 16. num. 31. lib. 4. Bursatt. consil. 354. num. 12. & 13. Andreol. controv. 191. n. 5. Mans. consult. 235. num. 18. Torr. de primogenit. par. 1. cap. 23. num. 55. Rot. decis. 566. num. 1. par. 1. divers. decis. 837. num. 7. coram Molin. & decis. 1. num. 7. par. 10. recent.* & sic convenire nequit pluribus simul, qui naturaliter sint Primogeniti, seu qui potentiam habeant succedendi in Primogenitura, sed illi tantum, qui actu gaudet possessione Primogenituræ, qui nisi unus in eadem familia, eademque successione esse non potest *Riminald. Jun. cons. 544. num. 89. & seqq. Surd. cons. 494. num. 7. Tiraquell. de primogenit. quæst. 40. num. 3. Afflict. de feud. rubric. 8. tit. de success. feud. num. 17. Rot. decis. 837. num. 6. & seqq. cor. Molin. & decis. 75. num. 15. & 16. coram Crispo.*

Fortius quia hic res est non de vocatione primogeniti, sed de ejus exclusione, proindeque versamur in materia odiosa, & in qua omnis strictior sumi debet interpretatio, ut plurimis omissis, considerant *Torr. de Majorat. Ital. par. 1. cap. 35. num. 19. & seqq. & num. 148. & seqq. & par. 2. quæst. 53. numer. 8. & seq. Mastrill. decis. 266. num. 31. & numer. 46. Rot. decis. 896. num. 2. & 3. coram Molin.* quo fit, ut expressio singularis numeri, licet in materia favorabili, plures aliquando complecti posset ad terminos *Text. in l. in usu 158. ff. de verbor. significat.* in materia tamen odiosa nullo modo impropriari possit, aut ad plures extendi per *Text. apertum in l. nominatim 2. ff. de liber. & posthum.* & punctualiter tradita per *Jason. in l. qui filiabus 17. §. Si*

quis

quis ita num. 6. ff. de legat. 1. Castrens. in l. 1. numer. 4. in fin. ff. de liber. & posthum. Castill. quotid. contr. jur. lib. 5. cap. 121. num. 47. Mierez de Majorat. par. 2. quæst. 12. num. 70. Rot. decis. 1066. num. 3. coram Pen. & decis. 29. num. 4. p. 2. recent.

Accedente etiam usu, & consuetudine loquendi ipsius Testatoris, qui in aliis Testamenti partibus, cum de Primogenito sermo haberetur, illum appellat successorem in Primogenitura, atque his duabus denominationibus pluries promiscue unitur, ut ex lectura ipsius Testamenti colligitur præcipue in §. *Per ragione di legato* §. *Con obbligo*, §. *E perchè nel Fidecommisso*, & §. *Gravo il detto Sig. Marchese Fabio*. Unde arguere fas est Testatorem etiam de Primogenito possessore sensisse in ea parte Testamenti, quæ respicit Primogeniti exclusionem, cum in interpretatione verborum, quæ aliquam fortasse dubietatem involverent, satis validum præbeat argumentum consuetudo loquendi ipsiusmet Testatoris, ut per Text. in l. liberorum §. Quod autem Cassius ff. de legat. 3. & in l. si quis vinum ff. de tritic. legat. bene considerant Ciriac. controv. for. 70. num. 6. tom. 1. Casanat. cons. 47. num. 61. & seqq. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 9. num. 1. & per tot. Rodulphin. allegat. 174. num. 19. Peregrin. de fideicomm. art. 11. num. 7. & art. 25. num. 29. & 30. De Ros. consult. 69. num. 218. Mens. consult. 691. numer. 11. Rot. coram Buratt. decis. 272. num. 7. coram Molin. decis. 1023. num. 6. & seqq. cor. Ludovis. decis. 344. num. 30. decis. 40. num. 8. vers. non obstat, par. 5. & decis. 398. num. 7. part. 15. recent. Rota nostra post Torr. de majorat. Ital. decis. 1. numer. 7. 8. & 23. in Florentina Primogenitura de Orlandinis 11. Augusti 1725. §. Tanto magis coram Illustriss. Dom. And. Piccinini, & in Massen. Fideicommissi 9. Augusti 1737. §. Aliud argumentum coram eodem.

Clariora autem redduntur hactenus perpensa super vera significatione verbi „ *Primogenito* „ si illud cohærenter ad alia verba, quibus adjungitur, & completam orationis formam constituit, ut par est, consideretur. Substituit Testator in Fideicommisso universali, ibi „ *tutti gli altri suoi Signori figliuoli, o descendenti, &c. eccettuato però il Primogenito, o quello, che di mano in mano succederà, il quale, &c.* „ patet igitur exclusionem Primogeniti, non aliò directam esse, quam ad Primogenitum possessorem, quia verbum „ *succederà* „ quod unicam, & continuatam hanc orationem regit, ac proinde ad omnia in illa contenta æque refertur vulgata l. nam hoc jure ff. de vulgar. & pupill. l. in Testamento 6. C. de testament. militar. l. hereditatem, & l. quamvis 4. C. de impuber. & aliis substitut. Bart. in l. re conjuncti num. 12. vers. 4. ff. de legat. 2. Soccin. Jun. cons. 26. num. 3. lib. 3. Pacion. allegat. 75. num. 23. Mans. consult. 1710. num. 41. Rot. coram Molin. decis. 381. num. 3. & decis. 357. numer. 8. par. 4. recent. nil aliud præsefert, quam actualem, & effectivam successionem, nec habitum, aut potentiam, sed proprie actum succedendi designat, Casanat. cons. 15. num. 16. cons. 49. num. 24. & cons. 55. num. 2. Roland. a Vall. cons. 59. num. 15. lib. 3. Natt. cons. 678. num. 15. Bellamer. decis. 720. num. 15. versic. modo hoc verbum Rot. cor. Put. decis. 154. par. 3. & decis. 116. num. 4. part. 1. recent.

Idque apprime etiam indigitat clausula „ *di mano in mano* „ adjuncta prædicto verbo „ *succederà* „ quæ ordinem gradualem successionis, cum temporum tamen distinctione, nec nisi in una persona eodem tempore verificabilem denotat, ut præcise advertit Rot. cor. Emer. Jun. decis. 598. num. 2. & decis. 306. num. 14. par. 12. recent. adeout in vim dictæ clausulæ exclusio Primogeniti, non solum non afficit eos, qui numquam succedent in Primogenitura, verum etiam nec cadit in illos, qui aliquando succedere poterunt pro tempore, nimirum, quo actualis successio eis nondum delata sit.

Quinimò prædictorum verborum efficacia magis, magisque examinata, illud aperte colligitur, quod exclusio Primogeniti à successione in fideicommisso unice pendet à conditione possessionis Primogenituræ, perinde ac dictum fuisset „ *esclusa il Primogenito, e quello, che di mano in mano è chiamato alla Primogenitura, se succederà* „ regulare quippe est, ut quotiescumque, prout in præsenti themate, dictio relativa „ *che* „ seu „ *il quale* „ additur verbo futuri temporis, semper conditionem importat, ut pulchre docet Tex. in l. stychum, qui meus erit ff. de legat. 1. & aliis cumulatis notant Altograd. cons. 77. num. 31. lib. 2. Peregrin. de fideicomm. art. 22. numer. 76. Barry de success. lib. 17. tit. 5. in fin. Camarell. de legat. lib. 8. quæst. 27. num. 38. pag. 656. Osasch. decis. 171. numer. 5. Fusar. de substit. quæst. 318. numer. 89. Mans. consult. 59. num. 4. Rot. coram Molin. dec. 646. numer. 15.

Prædicta maxime comprobantur ex eo, quod exceptuatio, seu exclusio Primogeniti non fit relative ad unam tantum personam, sed ad descendentes Fabii in parte vocativa antea expressos, & sic ad integram familiam de Feronis quasi per modum Collegii consideratam; ideoque cum relative ad omnes Fabii descendentes, totamque familiam de Feronis unus dumtaxat esse possit, qui in individua Primogenituræ successione locum, & nomen sibi adsciscat Primogeniti, hinc plane emergit, unum quoque inter omnes prædictos vocatos esse exclusum, & exceptuatum, ob regulam servandæ correspectivitatis, de qua Barbos. axiom. 85. num. 6. Rot. cor. Falconer. tit. de offic. ord. decis. 10. num. 12. & cor. Molin. decis. 314. num 6. Cumque talis Primogenitus exclusus sit modo Dominus Marchio Franciscus, qui inter omnes descendentes Fabii possidet Primogenituram *di Bellavista*, ita exclusio, ejus vita durante afficere non valet D. Marchionem Franciscum Antonium, qui vivente patre nullo pacto dici potest Primogenitus inter omnes descendentes Fabii, nec totius familiæ de Feronis, Rocc. select. jur. disputat. cap. 3. num. 66. Torr. de Majorat. Ital. par. 1. cap. 33. num. 57. Peguer. decis. 114. num. 19. Rot. Ferrarien. penes Balduc. ad Ramon. decis. 92. num. 19. tom. 4. Rot. Januen. penes Palm. decis. 411. num. 32. & seqq. Rot. Roman. cor. Molin. decis. 687. num. 17. & decis. 627. num. 1. p. 2 recent.

Quodque juxta præcitatam Testamenti partem, ubi inter descendentes Fabii vocatos ad fideicommissum exceptuatur Primogenitus, exclusio sit omnino correspectiva vocationi, obvia, optimaque ratione evincitur, cum Primogenitus non odio, aut alia de causa privatus dici possit commodo successionis in residuo hæreditatis, sed solum intuitu emolumenti in Primogenitura eidem à Testatore elargiti; non est igitur diverso jure censendus Primogenitus ad effectum exclusionis, quam ad effectum ejus admissionis ad succedendum, & sicuti si quæstio foret super successione ad Primogenituram, non omnes sane admitti possent, qui naturaliter essent primogeniti, sed in concursu filii, aut nepotis succederet pater, quamvis in suo gradu tam filius, quàm nepos respective dici possent Primogeniti, ita agendo exclusione, sub hac comprehendi nequeunt omnes simul, qui primo nati in suo gradu reperiuntur, sed exclusus habendus est solum pater, qui successurus fuisset, prout effective successit Dom. Marchio Franciscus, qui propterea in contingenti unice excluditur, ne aliàs destruatur æqualis proportio, quæ est in casu nostro inter vocationem, & exclusionem, contra monitum Text. in l. alumna 30. §. Seja ff. de adim. legat. l. quominus ff. de flumin. & l. manumiss. 4. ff. de just. & jur. & bene in proposito animadversa per Rodulphin. allegat. 164. n. 7. Capyc. Galeot. contr. 59. num. 24. lib. 2. Pegas. de majorat. par. 2. cap. 8. num. 24. Torr. de Majorat. Ital. par. 1. c. 25. n. 164. & var. jur. quæst. tom. 2. tit. 8. quæst. 10. n. 12. Giurb. decis. 85. n. 20. Rot. cor. Cerr. decis. 752. num. 5.

Denique omnem prorsus dubitandi ansam removet reintegratio Primogeniti ad successionem fideicommissi à Testatore volita in casu omnimodæ deficientiæ cæterorum descendentium Fabii „ ibi „ *eccettuato il Primogenito, e quello, che di mano in mano succederà in detta Primogenitura, il quale non possa succedere, se non in mancanza di tutti gli figliuoli, e gli altri descendenti maschi del detto Sig. Marchese Fabio, tra' quali tutti, &c.* „ ratione siquidem continuatæ, atque absolutæ orationis plane assequimur, eumdem omnino, ejusdemque generis esse debere

Pri-

Primogenitum, qui in defectum omnium descendentium Fabii reintegratur ad succedendum in fideicommisso, ac illum, qui inter prædictos Fabii descendentes à successione fuit exclusus; cum igitur supposita omnium aliorum deficientia in uno tantum verificari possit reintegratio, luce clarius apparet, unum quoque dumtaxat Primogenitum habendum esse pro excluso, qui certe alius esse non potest, quam Primogenitus civilis, seu pro tempore Primogenituræ possessor, ut facile cuique consideranti patet.

Propiusque accedendo ad nostram quæstionem, in hypothesi quod defecissent omnes aliæ lineæ secundogenituræ, quodque ex tota Fabii descendentia non alii superessent, quam Dominus Marchio Franciscus, nec non Dominus Marchio Franciscus Antonius ejus filius, nemo non videt, quod iste reintegratus dici non posset ad fideicommissum universale, quin potius ob propriam existentiam impediret ad illud reintegrari Dominum Marchionem Franciscum ejus patrem, ideoque palam fit eumdem Dominum Marchionem Franciscum Antonium, qui vivente patre non esset reintegratus, nec etiam in vita patris habendum esse prò excluso propter identitatem personæ, super qua cadit tum exclusio, tum reintegratio, ut in similibus terminis arguunt *Alexande. cons. 9. num. 4. lib. 2. Soccin. Jun. cons.* 202. *numer.* 14. *volum.* 1. *Mans. consult.* 268. *numer.* 25. *Rot. decis.* 69. *numer.* 16. *coram Priol. decis.* 198. *numer.* 3. *coram Bich. decis.* 183. *numer.* 16. *par.* 8. *decis.* 344. *num.* 3. *par.* 14. *& decis.* 23. *num.* 25. *par.* 15. *recent.*

Nec ad elidendam vim fortissimi hujus argumenti quidquam profuit replicatio, quod plures eodem tempore Primogeniti, licet diversi gradus censendi sint exclusi à fideicommisso, quia plures quoque eodem tempore dari possint Primogeniti reintegrati, quorum unus intelligatur reintegratus ad actum successionis, cæteri vero ad illius habitum, & potentiam; quoniam cum reintegratio nec verificari, nec concipi possit in eo, qui est penitus, & perpetuo exclusus, sed solum in eo, cujus actualis successio suspenditur ex aliqua conditione, & interim pendet ab aliquo futuro eventu, sicuti docent *Altograd. Sen. cons.* 48. *numer.* 25. *&* 26. *lib.* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 218. *numer.* 85. *& cap.* 477. *numer.* 25. *Urceol. consult. forens.* 78. *in addit. num.* 1. *Brun. de stat. exclus. fœmin. art.* 10. *num.* 63. *& seqq. Peregrin. de fideicomm. artic.* 27. *numer.* 21. Ideo adveniente casu, & purificata conditione, reintegrationis effectus consistit in acquisitione juris actualiter succedendi, quod antea conditione pendente per aliquod tempus suspendebatur, non autem in acquisitione habitus, & potentiæ, quæ etiam antea præexistebat, quod recte confirmatur exemplo reintegrationis fœminarum temporaliter exclusarum, & quousque extant masculi, quæ fieri dicitur non per acquisitionem novi juris, nec vi novæ, sed primordialis vocationis, & ex jure jam ad ipsas delato per existentiam masculorum dumtaxat suspenso, ut optime considerat *Rot. coram Molin. decis.* 186. *num.* 11. *& seqq. & in Forosempronien. Legatorum super reintegratione* 18. *Aprilis* 1712. §. *Absque eo quod, cor. Emin. Aldovrando, & in Camerinen. pratensa Successionis* 4. *Junii* 1714. §. *Et ratio discriminis cor. Cerr.* propterea que omnino repugnat plures inter Fabii descendentes dici posse habitu, & potentia reintegratos ad successionem fideicommissi universalis, ad quod habitualiter omnes erant vocati, adveniente nimirum casu eorum vocationis *Bottin. de majorenat. cap.* 5. *num.* 5. *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 36. *Torr. var. jur. quæst. lib.* 2. *titul.* 9. *quæst.* 3. *num.* 38. *bon. mem. Dom. Audit. De Comitib. in addit. ad decis. Florentin. de Fideicommiss. decis.* 28. *numer.* 108.

Omnique procul dubio in casu nostro, ubi hæc reintegratio ab eodem Testatore exprimitur per verba „ *possa succedere* „ quæ non habitum, aut potentiam, sed præcisum actum successionis cum effectu designant, juxta authoritates superius laudatas in §. *Clariora autem redduntur*; unde magis, magisque fatendum est Testatorem in exclusione Primogeniti de aliis locutum non fuisse, præter quam de Primogenito possessore, qui ex ejusdem judicio reintegratur ad successionem fideicommissi universalis in casu omnimodæ deficientiæ reliquorum descendentium ejusdem Testatoris, qui eo casu nil aliud de facto præcipit, quam quod ipsa Juris dispositio operata fuisset, juxta firmata per *Rox. de incompatib. par.* 1. *num.* 28. 29. *&* 32. ibique *De Aquil. in addit. numer.* 13.

His ita constabilitis pro coarctanda exclusione Primogeniti ad personam solius Primogeniti possessoris, ex enucleatione, ac proprietate verborum, quibus concepta est dispositio, de qua agitur, nihil officiebant, quæ in contrarium super dictorum verborum interpretatione afferebantur. Et primo minime referre visum fuit, quod verbum „ *primogenito* „ prolatum in dispositione progressiva, & perpetua pro collectivo accipiendum sit, adeout omnes, & quoscumque primogenitos comprehendat ex firmatis per *Castill. controv. jur. lib.* 5. *cap.* 93. §. 1. *num.* 50. *& seqq. Mans. consult.* 92. *num.* 1. *Rotam nostram penes Torr. de primogen. decis.* 2. *num.* 31.

Etenim, ultra quam quod hic non agitur de explicatione verbi „ *Primogenito* „ relative ad successionem Primogenituræ, sed habito respectu ad exclusionem a fideicommisso universali, ideoque tamquam in re prorsus diversa, & odiosa strictiorem decet amplecti interpretationem, ut præ aliis adductis in §. *fortius quia*, monent *Dec. cons.* 406. *n.* 6. *Caball. cons. decis.* 72. *numer.* 47. *par.* 2. *Giurb. de feud.* §. 2. *gloss.* 8. *num.* 10. *Paulut. dissert.* 109. *art.* 1. *numer.* 59. *&* 60. *par.* 3. *Rox. de incompatib. par.* 4. *cap.* 2. *numer.* 5. *& seqq. Palm. Nep. decis.* 46. *numer.* 37. *Rot. cor. Emer. Jun. decis.* 187. *num.* 6. *Rota nostra de fideicomm. decis.* 77. *num.* 38. quodque etiam in terminis successionis primogenialis verbum „ *Primogenito* „ non semper, & indistincte pro collectivo, sed quandoque etiam pro appellativo juxta casuum circumstantias usurpatur *Palm. Nep. allegat. posthum.* 107. *num.* 6. *& seqq. & decis.* 472. *num.* 272. *Rot. in Bononien. Immissionis* 30. *Aprilis* 1736. §. *Contra cor. R. P. D. de Vaas*, nulla suboritur difficultas etiamsi præcitatum verbum pro collectivo accipiatur, quia id verum esse potest, cum temporum diversitate, designando nimirum omnes, qui ordine successivo, & lineali ex tota familia erunt Primogeniti, quorum cum nisi unus eodem tempore dari non possit ratione linealis, & individuæ successionis, ita unus in casu nostro censendus est exclusus, qualis est D. Marchio Franciscus, qui fruitur possessione Primogenituræ *di Bellavista*.

Nec pariter relevat, quod immediate post verbum *primogenito* „ subsequantur alia verba „ *e quello, che di mano in mano succederà* „ ex quo prætendebatur duplex quoad exclusionem consideratum fuisse a Testatore genus personarum, ut nempe appellatione Primogeniti veniant omnes Primogeniti naturales, appellatione autem „ *di quello, che di mano in mano succederà* „ veniant postea omnes Primogeniti civiles vigore particulæ illius copulativæ „ *&* „ quæ regulariter stare dicitur augmentative, & ampliat præcedentem orationis partem, cui adnectitur, juxta notata per *Rot. cor. Merlin. decis.* 685. *num.* 11. *cor. Molin. decis.* 88. *num.* 5. *& in rec. decis.* 119. *numer.* 5. *part.* 18. *& decis.* 144. *numer.* 22. *part.* 19. *tom.* 2.

Quandoquidem præmisso, quod prænunciata particula „ *&* „ non semper apponitur ampliative, verum sæpissime stare dicitur expositive, seu declarative, præsertim cum, ut in casu nostro, oratio a genere progreditur ad speciem, sicuti communiter asserunt *Altograd. cons.* 79. *num.* 16. *lib.* 2. *Andreol. controv.* 254. *num.* 41. *Palm. Nep. alleg.* 314. *num.* 5. *Cabed. decis.* 117. *num.* 9. *bon. mem. Dom. Audit. De Comitib. decis. Senen.* 32. *num.* 31. *& in addit. Rotæ Florentinæ de fideicommiss. decis.* 35. *numer.* 15. *Rota decis.* 38. *num.* 12. *&* 13. *par.* 6. *& decis.* 181. *numer.* 22. *par.* 11. *recent.* Ideoque prædictorum verborum æque commode, ac proprie sensus esse possit „ *eccettuato il Primogenito, o quello, che di mano in mano succederà* „ qui uti congruentior argumentis hactenus adductis pro coarctanda exclusione ad Primoge-

mogenitum possessorem facile esset recipiendus, admittebant nihilominus Domini particulam copulativam „ & „ in illo themate accipi posse in sensu ampliativo, eo videlicet modo, ut verbum „ *Primogenito* „ referatur ad Primogenitum in ingressu, qui talis erit tempore mortis Fabii, & subsequentia verba „ *e quello, che di mano in mano succederà* „ reperantur ad subsequentes successores Primogenitos in progressu, sicuti in nostris terminis ratiocinatur *Palm. decis.* 467. *numer.* 272. *& decis.* 493. *numer.* 21. sive etiam eo pacto, ut correspective ad partem vocativam, ubi invitantur ad successionem filii, & descendentes Fabii, prior dictæ orationis pars denotet Primogenitum inter filios Fabii, & secunda Primogenitum inter illius descendentes, quia etiam in hoc sensu semper fateri necesse est exclusionem ad unicum pro tempore Primogenitum possessorem esse referendam.

Numquam vero admitti poterit vigore prædictorum verborum „ *Primogenito, e quello che di mano in mano succederà* „ indigitari duplex, diversumque genus personarum, quarum una pars habenda sit absolute pro exclusa, altera vero tantum sub conditione possessionis, & quarum rursus, aliæ simul eodemque tempore omnes excluderentur, aliæ vero non item, sed ordine successivo, quia cum prædicta verba unicam, & continuatam orationem constituant, & regantur ab unico verbo „ *succederà* „ quod nonnisi de actuali successione intelligi potest ex supra firmatis, impossibile est, ut tam diversam, immò contrariam interpretationem admittant argumento notissimi *Text. nam hoc jure ff. de vulgar. & pupillar.* cum concord. supra allegatis *Pacion. allegat.* 75. *num.* 25. *Gabriel. commun. conclus. lib.* 6. *conclus.* 9. *num.* 1. *Capyc. decis.* 108. *num.* 9. *Molin. decis.* 581. *num.* 3.

Inhærendo igitur proprietati verborum, quorum vim, ac significationem hactenus ponderavimus, & absque violatione literæ connectendo ambas Testamenti partes, quæ ordinationem fideicommissi, tum particularis, tum universalis respiciunt, non alia profecto erui potest intelligentia, quamquod Testator ad successionem fideicommissi, de quo agitur, vocaverit omnes filios, & descendentes Fabii, in quorum numero adesse Dominum Marchionem Franciscum Antonium nulla suboriri potest dubitatio, parique evidentia colligitur, quod à successione prædicti fideicommissi illum tantum excluserit, qui est Primogenitus habito respectu ad totam familiam de Feronis, quique obtinet possessionem Primogenituræ, & Marchionatus *di Bellavista*, qualis est Dominus Marchio Franciscus, quem propterea repellendum duximus à petita successione in fideicommisso, ad quam viceversa omni jure admittendus est hodie Domin. Marchio Franciscus Antonius, quantumvis in suo gradu Primogenitus, quia exclusio Primogeniti est mere personalis, nec in eo verificatur, nec illius vocationem clare ex litera resultantem destruere potest, sicuti in terminis exclusionis mere personalis in individuo firmant *Castill. contr. lib.* 5. *cap.* 178. *num.* 2. *vers. multum interest*, *Solorzan. de jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 28. *De Luc. de lin. legal. art.* 9. *numer.* 39. *Rox. de incompatib. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 37. *& seqq.* Patris enim incapacitas, seu exclusio, quoties de reali, aut lineali non agitur, minime nocet filio venienti ex propria persona *Faber. in Cod. lib.* 6. *tit. de condit. insert. definit.* 3. *Molin. de primogen. Hisp. lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 4. *Torr. de Majorat. Ital. par.* 1. *cap.* 33. *numer.* 134. *& plur. seqq. Balducc. ad Raman. cons.* 16. *numer.* 34. *Rot. decis.* 403. *num.* 4. *&* 5. *cor. Emer. Jun.* & in ejus confirmatoria post *Torr. de Majorat. decis.* 26. *num.* 10.

Verum enimvero supradicta evidentiora quoque redduntur, si ad mentem, & voluntatem Testatoris advertamus, ejusque dispositionem ad laudabiles prudentiæ, & æquitatis leges, ut fieri debet revocemus juxta monitum *Rota in Albanen. Fideicommissi* 29. *Januarii* 1714. *cor. Ansald. & in Romana, seu Interamnen. Fideicommissi* 1. *Aprilis* 1715. §. *Quamquam cor. Cerr.* Cum enim à veritate maxime abhorreat Testatorem odio habuisse Primogenitum, ejusque lineam, quæ potius prædilecta, & magis honorata non solum de jure præsumitur *Tiraquell. de jur. primogenit. in præfat. num.* 3. *& seqq. Torr. de Majorat. Ital. par.* 1. *cap.* 33. *num.* 19. *& par.* 2. *quæst.* 53. *num.* 8. *Fontanell. decis.* 32. *num.* 24. Verum speciali beneficio cumulata in facti contingentia dignoscitur ob vocationem ad conspicuam Tenutam, & Marchionatum *di Bellavista* nulla congruentior assignari potest ratio, cur eumdem Primogenitum excluserit à fideicommisso quamquod illum satis provisum censuerit mediante possessione dictæ conspicuæ Primogenituræ *di Bellavista*, quodque ita gradatim servari voluerit respectu quorumcumque possessorum Primogenituræ, ut sic pinguius, latiusque etiam, quo fieri posset provideret cæteris omnibus suis descendentibus, inter quos æqualiter propriam substantiam diviserat, qui sane dispositionis ordo distributivæ justitiæ regulis apprime conformis, & æqualitati inter liberos servandæ maxime accommodatus communi Doctorum calculo commendatur, ut videre est post *Text. in l. cum pater §. Evictis ff. de legat.* 2. *l. quæsitum §. Sed & ipse ff. de fund. instr. l. illud in fin. Cod. de collat. apud Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 5. *Fusar. de substitut. quæst.* 549. *num.* 14. *Tondut. resolut. civil. par.* 2. *cap.* 109. *num.* 23. *Fontanell. decis.* 53. *num.* 10. *& decis.* 526. *num.* 28.

In hypothesi vero, quod exclusio a fideicommisso non unum tantum Primogeoituræ possessorem, sed totam ejus lineam, sive omnes Primogenitos de linea Primogeniti directa comprehendat vix dici potest quantum testamentaria hæc dispositio ab omni æquitate, & prudentia aberraret, cum lineis secundogenitorum esset satis ample quidem consultum ob dividuam fideicommissi universalis successionem, linea vero Primogeniti in nulla haberetur consideratione, & in ea quotquot forte reperirentur in inopia fere sordescerent, in quibus sane terminis facile apparet pro exclusione mere personali, & restricta ad Primogenitum possessorem esse pronunciandum, cum omnis dispositio ita mereatur interpretari, ut sit prudens, ac rectæ rationis regulis consentanea, sicuti generaliter monent *Cravet. cons.* 32. *num.* 23. *in fin. Menoch. cons.* 55. *num.* 22. *Casanat. consil.* 20. *num.* 48. *Surd. cons.* 203. *n.* 38. *& decis.* 4. *num.* 14. *Bellamer. decis.* 723. *num.* 6. *Falconer. tit. de stat. exclus. fœmin. decis.* 4. *num.* 7. *& seqq.* in dubio is verior reputetur intellectus, qui dispositionem benigniorem, ac minus odiosam efficit *l. ea quæ §. in re dubia, l. capienda, & l. quoties idem ff. de regul. jur. l. Salvius Ariste ff. de legat. præstand. Capr. concl.* 28. *num.* 2. *Dec. cons.* 406. *numer.* 6. *Cyriac. contrev.* 555. *num.* 13. *Palm. Nep. decis.* 46. *num.* 37. *Caball. cons. decis.* 72. *num.* 47. *par.* 2. *Rot. decis.* 487. *num.* 6. *coram Emer. Jun. Illustriss. Dom. Audit. Finetti in Florentina, seu Liburnen. Fideicommissi* 13. *Septembris* 1737. §. *Ulterius autem in fin.*

Quin juvet replicatio, quod Testator excludere intellexerit etiam cæteros descendentes de linea Primogeniti, quia illos satis provisos existimaverit, vel propter alimenta eisdem competentia, vel propter spem, quam habent succedendi in Primogenitura. Etenim quoad alimenta cum hæc debeantur, non ex dispositione hominis, sed ex provisione Legis, *l. final. §. Ipsum autem cod. de bon. quæ liber.* reputari nullo modo possunt correspectiva exclusioni ordinatæ à Testatore, nec propterea salvari posset maxima inæqualitas inter diversas lineas, quarum una ad simplex alimentorum subsidium redacta foret, dum aliæ fruerentur opulenta Testatoris substantia universali fideicommisso supposita; quoad spem vero succedendi in Primogenitura, nec ea ad effectum correspectivæ exclusionis meretur attendi, quia utpote à plurimis eventuum circumstantiis dependens, & facile in irritum cessura in nulla habenda est consideratione, unde receptum est spem in cujusquam Patrimonio proprie numquam computari *l. spem, & l. stante Cod. de donat. l. Proculus ff. de damn. infect. Roman. in leg. is potest column.* 1. *ff. de acquirend. heredit. Tiraquell. ad ll. connubial. Gloss.* 2. *num.* 37. & magis præcise *Rot. cor. Emer. Jun. decis.* 1153. *num.* 16.

Nec respectu personæ Dom. Marchionis Francisci

Antonii officere potest, quod ipse saltem, uti filius Domini Marchionis Francisci Actualis possessoris Primogenituræ habeat spem magis proximam, & immediatam succedendi in eadem Primogenitura, proindeque satis provisus dici possit, & consequenter in exclusione Primogeniti comprehensus. Cum enim ei aperte faveat litera Testamenti, in quo descendentes Fabii invitantur ad successionem, curandum non est de aliqua diversitate inter spem magis proximam, aut remotam, si quæ in re semper incerta adesse dici posset, nec ideo satis provisus reputari valet in vita patris, ad effectum, ut etiam eo vivente successionem sibi delatam capere nequeat, sicuti in præcisis terminis nostræ quæstionis egregie firmant *Rox. de incompatib. par. 7. cap. 6. num. 16. & seqq. & numer. 40. & seqq. Castill. controv. lib. 3. capit. 15. numer. 63. & 69. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 19. numer. 37. & seqq. adden. ad Molin. de primogenit. Hispan. lib. 3. cap. 2. numer. 30. vers. cæterum. Torr. de Majorat. Ital. part. 2. quæst. 46. numer. 49. & quæst. 58. numer. 4. & seqq. De Luc. de lin. legal. lib. 1. artic. 9. numer. 36. & 37. Valasc. consult. 76. numer. 58. Mans. consult. 121. numer. 13. Palm. Nep. allegat. 128. numer. 2. allegat. 204. num. 3. & allegat. 323. num. 21. Balducc. ad Ramon. observ. 16. num. 137. Bellamer. decis. 723. numer. 16. Larr. decis. 52. numer. 22. Rot. cor. Emer. decis. 403. num. 4. & 5.* & in ejus confirmatoria post *Torr. de Majorat. Ital. decis. 26. numer. 10.*

His ita constabilitis, ruit Marte suo prætensa exclusio linearis, super qua præcedentis contrariæ resolutionis principale fundamentum constitutum est. Communi siquidem Doctorum calculo, qui de incompatibilitate in Primogenituris tractarunt, receptum est illam ad duo tantum genera reduci posse, nempe vel ad linearem, propter quam non solum Primogenitus, sed tota ejus descendentia excluditur, vel ad personalem, ob quam solus excluditur Primogenituræ possessor, ut cæteris omissis luculenter docet *Rox. de incompatib. dict. par. 7. cap. 6. numer. 36. & seqq.* & alibi passim. Unde cum exclusio in casu nostro sit mere personalis ex iis, quæ satis supra firmavimus, omnis de lineari cessat disputatio.

Verumtamen prosequendo examen eorum, quæ in contrarium adducebantur, prænotabant Domini exclusionem linearem, cujus vigore universa Primogeniti linea, tamquam a radice infecta procedens à successione repellitur, rem suapte natura maxime odiosam, ac exorbitantem reputari, itaut clarissimis argumentis ex litera Testamenti desumptis probanda sit. *Castill. controv. lib. 6. cap. 178. numer. 2. vers. verum, & numer. 4. & 8. Solorzan. de jur. Indiar. lib. 2. cap. 18. numer. 14. Torr. de primogen. par. 1. cap. 33. numer. 81. & par. 2. quæst. 53. numer. 9.* adeout re ad quamlibet, vel minimam dubietatem redacta, pro illius rejectione sit judicandum *Torr. dict. par. 1. cap. 33. num. 19. & dict. par. 2. quæst. 53. num. 8. Larr. decis. Granaten. 51. numer. 5. vers. & cum majoratum. Fontanell. decis. 32. num. 24.*

Ulterius animadvertebant, quod ad tramites contrariæ defensionis quæstio proprie non versabatur super exclusione lineari, sed nova quædam, ac prorsus irregularis asserebatur resultare incompatibilitas, sive exclusio, dum ultro concedebatur secundo, & ultragenitos in linea primogenita existentes ad successionem de qua agitur fore admittendos, exclusis dumtaxat Primogenitis quibuscumque de linea directa ipsius Primogeniti possessoris. Atque hæc inusitata successionis methodus, quam nec forus unquam audivit, nec præcisa ullius Doctoris authoritas comprobavit juxta distinctionem paulo supra recensitam, eo difficilius videbatur admittenda, ni pro illa indubia consurgeret hominis dispositio, cujus tamen ne minimum quidem vestigium præsefert litera Testamenti, de quo quæritur.

Pro adstruenda itaque peculiari hac exclusionis specie afferebatur pars vocativa, ubi legitur „ *in tutto il restante della mia Eredità, &c. sostituisco dopo la morte del detto Sig. Marchese Fabio tutti gli altri suoi figliuoli, e descendenti maschi, &c. eccettuato però il Primogenito, e quello, che di mano in mano succederà in detta Primogenitura* „ quæ cum proxime subsequatur aliam Testamenti partem, ubi Testator Primogenituram ordinaverat super possessione, & Marchionatu *di Bellavista*, hinc arguebatur verba illa „ *tutti gli altri* „ quæ sunt adversativa, & exclusionem respectu certi generis personarum importare, ad notata per *Rot. decis. 105. n. 8. & decis. 1086. num. 56. cor. Emer. Jun.* intelligenda esse adversative ad Primogenitos antea vocatos, solumque referri posse ad secundogenitos in superiori dispositione non comprehensos, adeout Testator omnes Primogenitos prius excluserit, reliquos vero omnes non vocatos ad Primogenituram invitaverit ad residuum suæ hæreditatis, nempe ad fideicommissum universale, & sic exclusionem linearem respectu lineæ primogenialis à Primogenito possessore recta via derivantis induxerit.

Verùm asserta hæc interpretatio futilis prorsus, sibique contradictoria comperta est, reflectendo, quod ad Primogenituram plura invitantur, & respective substituuntur personarum genera, cum Testator ad illam primo vocaverit omnes filios, & descendentes masculos Fabii; secundo omnes filios, & descendentes masculos Silvii; tertio omnes descendentes masculos fœminarum Fabii; quarto omnes descendentes masculos fœminarum Silvii; quinto omnes descendentes masculos Domus de Vecchiettis, sexto omnes descendentes masculos Domus de Portinaris, & septimo demum omnes descendentes masculos Domus de Braccis, quorum omnium respectu ordinatur successio juxta formam linearem, invitatis nimirum secundo, & ultragenitis de linea prius admissa, ante quam ad diversum genus personarum Primogenitura devolvi possit; profecto in his terminis, si verba „ *tutti gli altri* „ stare possent adversative ad omnes supra vocatos ad Primogenituram, eorumque exclusionem inducerent respectu fideicommissi, sequeretur omnes secundogenitos ex descendentia Fabii, & sic etiam Dominum Marchionem Ubaldum, ejusque fratres incapaces fore succedendi in eodem fideicommisso, immò etiam exclusio protenderetur ad descendentes masculos ex fœminis tum Fabii, tum Silvii, nec non ad cæteros descendentes masculos ex familiis supra nominatis, qui omnes nil habent commune cum vocatione ad fideicommissum, & sic eadem exclusio latior esset ipsa vocatione ad fideicommissum, quod unice destinatum legitur favore descendentiæ masculinæ Fabii, & Silvii, quæ omnia absurdum undequaque intollerabile, nec unquam admittendum involvunt.

Omnino irrelevante replicatione, quod verba illa adversativa „ *tutti gli altri* „ non ad omnes indistincte supra vocatos ad Primogenituram, sed ad solam lineam directam qualitatis primogenialis referenda sint, quia si admitteremus hujusmodi adversativam ex prædictis verbis resultantem operari posse relative ad præcedentem dispositionem, fateri quoque cogeremur illam referendam esse ad omnes personas antea vocatas, cum nulla probabilis assignari possit ratio, cur talis exclusio sub tali generalitate verborum concepta aliquas tantum personas afficiat ex toto genere in priori dispositione comprehenso, cumque revera prædicta verba „ *tutti gli altri* „ si ad præcedenter disposita referantur, sint penitus, & integre exclusiva omnium, de quibus mentio facta fuerat, sicuti ponderant *Soccin. Jun. cons. 107. numer. 45. vers. nam per illud verbum lib. 3. Paris. cons. 79. num. 21. lib. 2. Decian. resp. 55. num. 83. Cels. decis. 278. num. 1.*

Nec dici potest, quod sicuti ad præcedentem dispositionem vocati sunt Primogeniti, ita verba „ *tutti gli altri* „ proprie intelligenda sint de secundogenitis, qui destituti sunt vocatione ad Primogenituram; quoniam attenta natura, atque indole Primogenituræ perpetuæ, & linearis, cujusmodi esse illam, de qua modo fit sermo, Testamenti litera satis evincit, explorati Juris est omnes personas de lineis honoratis generaliter, & usque à principio vocatas haberi, ea nimirum lege, ut unaquæque juxta lineæ, & gradus prærogativam possit, ac debeat succedere; sicuti post *Text. in leg. unum ex familia §. Rogo ff. de legat. 2.* optime docent *Alciat. resp.*

560.

560. *numer.* 1. *& seqq. Molin. de primogenit. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 32. *Mierez. de Majorat. par.* 2. *q.* 4. *illat.* 3. *Bottin. de majorennt. capit.* 13. *numer.* 25. *Torr. de Majorat. Ital. par.* 1. *cap.* 10. *numer.* 29. *&* 30. *Mart. de success. legal. par.* 3. *quæst.* 2. *art.* 2. *per tot. Peguer. decis.* 114. *num.* 19. *Revit. decis.* 51. *num.* 7. *&* 8. *Rot. decis.* 118. *num.* 1. *part.* 2. *divers. & decis.* 1229. *num.* 15. *& seqq. cor. Emer. Junior.*

Omnia autem hæc absurda optime vitantur, si verba „ *tutti gli altri* „ non ad præcedentem satis prolixam dispositionis partem, ac tot personarum genera complectentem referantur, sed ad proxime cohærentia verba in eadem oratione, ac periodo videlicet „ *sostituisco, &c. tutti gli altri suoi figliuoli, e descendenti maschi, &c. eccettuato però il Primogenito, e quello, che di mano in mano succederà in detta Primogenitura* „ adeout adversativa respectu Primogeniti actualiter succedentis suum operetur effectum, quia sic utraque pars tum vocativa, tum exclusiva, juxta naturalem, ac rectam sermonis rationem, una, eademque oratione, ac periodo commode comprehenduntur, ut regulariter fieri debere considerant *Bald. in l. final. ff. de reb. dubiis*, ibique *Bartol. vers. si enim illa clausula. Decian. consil.* 44. *num.* 42. *lib.* 5. *Peregrin. de fideicomm. art.* 16. *num.* 45. *Rot. nost. de fideicommiss. decis.* 16. *numer.* 31. 32. *&* 33. attenta etiam dictione illa pariter adversativa „ *però* „ quæ reperit thema antecedens, & ad superiorem ejusdem orationis partem necessario refertur *Alexand. cons.* 9. *numer.* 4. *lib.* 7. *Mans. consult.* 453. *num.* 25. *Rota coram Ludovis. decis.* 85. *num.* 9. *cor. Bich. decis.* 198. *numer.* 3. *coram Priol. decis.* 69. *numer.* 13. *& decis.* 75. *numer.* 4. *part.* 2. *recent.* talique pacto cæterorum vocatio bene compatitur cum exclusione Primogeniti, quem necessario designare actualem successorem in Primogenitura, proindeque unam tantum personam satis est manifestum ex rationibus superius adductis.

Objiciebatur ulterius exclusionem lineæ primogenialis resultare ex eo, quod Testator pinguem suam hæreditatem in duas partes diviserit, assignando Primogenitis Marchionatum *di Bellavista*, residuum vero secundogenitis, eorumque lineis masculinis, idque non alia de causa fecerit, quàm ut provideret diversis lineis, & propriæ familiæ multiplicationi ansam præberet; hujusmodi vero causa ita supposita subinferebatur inductam fuisse à Testatore inter has duas successiones exclusionem, seu incompatibilitatem linealem, ut nimirum, sicuti nullus secundogenitus admitti valet ad Primogenituram, ita nullus Primogenitus ad fideicommissum sit admittendus, sed utraque pars hæreditatis data censeatur a principio unicuique in exclusionem alterius, prout arguit præcedens contraria Decisio *Super prætensa successione Primogeniti junioris* §. 12. *& plur. seqq.*

Facili tamen negocio diluebatur objectum, præsentis dispositionis natura in qualibet ejus parte bene perspecta; nam licèt verum sit Testatorem secrevisse à sua hæreditate possessionem *di Bellavista*, super ea erigendo Primogenituram favore illorum, quorum supra meminimus, nullo modo subsistit, quod ejusdem hæreditatis residuum reliquerit secundogenitis, super eo ordinando distinctam, & individuam successionem cum ordine secundogenituræ, quia contrarium satis evincit litera Testamenti, ubi ad fideicommissum invitantur „ *tutti gli altri figliuoli, e descendenti di Fabio, eccettuato però il Primogenito, &c.* nec ullum adest verbum denotans individuæ successionis formam favore secundogenitorum ordine lineali regulandam, sed immo omnia consonant pro institutione simplicis fideicommissi de sui natura divisibilis inter omnes descendentes Fabii, quo posito corruit penitus asserta exclusio, seu incompatibilitas linealis ex voto providendi pluribus lineis; id enim locum habere posset, quando ageretur de institutione duplicis majoratus de sui natura incompatibilis, seu de duplici successione individua, quarum altera esset pro Secundogenitis, quia tunc neque Primogenitus, neque illius linea ad eam aspirare posset ob diversitatem lineæ, quam quisque ex filiis constituit sub ea distincta qualitate vocatis, ut late firmat *Rox. de incompatib. par.* 4. *cap.* 1. *numer.* 87. *& par.* 8. *cap.* 7. *numer.* 17. quem sequitur *Torr. de primogenit. par.* 1. *cap.* 33. *numer.* 159. *& sequentib. & par.* 2. *cap.* 53. *numer.* 22. 36. *&* 39. longe vero aliter se res habet quando post erectionem Primogenituræ, instituitur, ut in casu nostro, simplex divisibile fideicommissum favore omnium descendentium, quia tunc omnibus lineis, omnibusque individuis easdem componentibus provisum dicitur, nec ulla resultat linealis exclusio. Ita in puncto *Torr. de Majorat. Ital. par.* 2. *quæst.* 56. *numer.* 17. *&* 18. *& var. jur. quæst. lib.* 1. *quæst.* 14. *numer.* 25. *Molin. de primogenit. lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 3. *&* 4. *Rox. de incompatibil. par.* 4. *cap.* 1. *numer.* 87.

Ultra quam quod hujusmodi Testatoris desiderium providendi pluribus lineis non sufficit, quod vel præsumi possit, vel quod a Doctoribus quandoque connumeretur inter causas inductivas incompatibilitatis realis, sive linealis, ut videre est apud *Rox. dict. tract. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 33. *& par.* 4. *cap.* 1. *numer.* 43. sed necesse est, quod Testator illud disertis verbis expresserit, vel implicite patefecerit mediante institutione alterius secundogenituræ, aut duplicis majoratus de sui natura incompatibilis, quia tunc ab hoc Testatoris desiderio, & voluntate recta fit illatio ad exclusionem linealem juxta authoritates supra relatas. In casu autem nostro neque verba, neque dispositionis indoles tale quidquam præseferunt, quinimmo, quantum conjectura assequi licet, longe alia in mente Testatoris consideranda videtur ratio excludendi à successione fideicommissaria Primogenitum, ut pinguius scilicet consultum remaneret omnibus individuis in quacumque linea existentibus ex tota descendentia Fabii eodem tempore, quo Primogenitus prælative quoad omnes honoratur, ac providetur conspicuo Primogenituræ relicto, ut ex toto Testamenti contextu facile colligitur.

Altera vero causa inducendæ propagationis propriæ familiæ, quam pariter supponebatur Testatorem præ animo habuisse, nedum favet excogitato sistemati exclusionis linealis, quin potius eidem directo adversatur; data siquidem exclusione lineali in descendentibus à Primogenito possessore, difficilius potius propagari posset Testatoris familia, quia unico excepto Primogenito possessore, cæteri de illius linea, utpote exclusi à commodo fideicommissi impares propemodum reperirentur impensis necessariis pro parandis condignis nuptiis, novisque familiis seorsim constituendis. Redacta vero exclusione ad solam Primogeniti possessoris personam, & sic Patrimonio inter omnes descendentes æqualiter distributo, facile perspicitur commodiorem viam sterni unicuique ad contrahendas nuptias, & Testatoris familiam nova linearum subdivisione multiplicandam, ut bene in proposito advertit sæpe laudatus *Torr. de Majorat. d. quæst.* 56. *num.* 18. *par.* 2.

Concludendo igitur, clara, & innegabilis visa fuit vocatio Domini Marchionis Francisci Antonii, qui est unus ex descendentibus Fabii invitatis ad fideicommissum modo purificatum per obitum Marchionis Francisci Silvii eodem modo, & forma regulandum, quibus institutum legitur fideicommissum universale, quique e contrario non est Primogenitus exceptuatus à successione prædicta, dum ab ea solum excluditur Primogenitus totius familiæ de Fetonis, & pro tempore possessor Primogenituræ, & Marchionatus *di Bellavista*, cumque hæc exclusio sit mere personalis, vana, atque inutilis remanet omnis disceptatio circa exclusionem linealem, cui nec litera Testamenti, nec verisimilis Testatoris voluntas ullo modo opitulantur; tantoque minus admitti valet tertia illa exclusionis semilinealis species, ob quam excluderentur soli Primogeniti de linea directa Primogeniti possessoris, admissis nihilominus secundo, & ultragenitis de eadem linea primi honorati (quod liberaliter ex adverso concedebatur) quia hic successionis ordo enormem, ac monstruosam inæqualitatem inter personas in una, eademque linea existentes induceret, nec ullum habet in litera, aut in juris principiis fomentum, adeout novo ingeniosæ defensionis commento dumtaxat adscribi possit.

His firmatis, nullum denique scrupulum injicere valuit animadversio, quòd admisso hodie ad successionem Domino Marchione Francisco Antonio, sicuti is post mortem patris successurus est in Primogenitura, ita tunc portionem sibi obventam ex fideicommisso universali tenebitur dimittere, ne alias implicite subvertatur dispositio Testatoris, qui a fideicommisso excludit ejusdem Primogenituræ possessorem, ut supra firmavimus, cujus absurdi vitandi gratia inferebatur nullo in numero habendam esse vocationem prædicti Domini Marchionis Francisci Antonii, cujus hodierna admissio ad consuccessionem fideicommissi inutilis, ac frustratoria proinde redditur propter futuræ dimissionis necessitatem.

Quamvis enim non æque constet de voluntate Testatoris inducendi incompatibilitatem ad effectum retentionis, ac ad effectum assecutionis, adeout diversum fortasse super utroque casu ferri posset Judicium, quod tamen Domini de præsenti minime duxerunt determinandum, id unum pro removenda difficultate exuberat, quod ex necessitate futuræ dimissionis, neutiquam profluit defectus præsentis vocationis, cum in fideicommisso præsertim dividuo nulla adsit repugnantia, quod aliquis admittatur ad successionem temporalem, & post adeptam aliam incompatibilem, primam dimittat, prout in durioribus terminis duplicis majoratus incompatibilis fieri posse affirmant *Roxas de incompatib. par. 17. cap. 4. numer. 6. Mierez. de Majorat. par. 2. quæst. 6. numer. 211. & seqq. Torr. de primogen. par. 1. cap. 33. num. 60. & plur. seqq. & par. 2. quæst. 58. numer. 3. & seqq.* Quod sane facere tenerentur etiam Domini fratres Ubaldus, & Alexander de Feronis, eorumque descendentes, si aliquando, defecta linea Domini Marchionis Francisci, Primogenitura ad eos devolveretur, cum tamen interea de illorum vocatione ad fideicommissum nulla cadat quæstio.

Nec inutilis proinde, aut frustratoria remanet hodierna admissio Dom. Marchionis Francisci Antonii ad successionem fideicommissi, quantumvis subjecta eventuali dimissioni in casum adeptæ Primogenituræ, quia interea hac de causa auctus facultatibus facilius uxorem ducere, & liberos suscipere poterit, ad quorum commodum tunc portio antea quæsita fideicommissi dimittetur, quæ sane utilitas non modo præsentem, ac temporalem, sed futurum quoque, ac quodammodo perpetuum respicit rei familiaris statum, & mire confert ampliori familiæ propagationi, quam verisimile est, maxime in votis habuisse Testatorem; cumque idipsum beneficium præventivæ consecutionis fideicommissi ex ejusdem Testatoris judicio competat lineis secundogenitorum, eorumque descendentibus, utique lineæ Primogeniti ex mente ipsius Testatoris censeri nequit ablatum, ne ut aliàs consideratum fuit eadem linea Primogenialis contra obvia Juris principia minus dilecta dici possit.

Et ita, &c.

Marcus Philippus Bonsini Prætor.
Octavius Vasoli Piccinini Rotæ Auditor.
Hieronymus Finetti Rotæ Auditor.
Joseph Bizzarini Rotæ Auditor, & Relator
Raynerius Franciscus de Mari subrogatus.

ARTICULUS III.

Super actuali successione Domini Marchionis Francisci Antonii, nec non super fructibus.

COnstabilita ex rationibus expositis in præcedenti articulo vocatione Domini Marchionis Francisci Antonii, altera suborta est non minus acris disputatio super illius actuali, seu hodierna successione unà cum Dominis Marchione Ubaldo, aliisque ejus patruis, qui cum sint uno gradu proximiores respectu Marchionis Francisci Silvii, de cujus successione agitur, juxta consuetum proinde intestatæ successionis ordinem repellere satagebant Dominum Marchionem Franciscum Antonium uno pariter gradu remotiorem à consuccessione prædicta, quam tamen remotioritatem minime obstare credidimus prædicto Domino Marchioni Francisco Antonio, illumque hodie admittendum ad consuccessionem cum Dominis ejus Patruis, uno licet ex Dominis dissentiente, declaravimus.

Æqualem siquidem gradum D. Marchioni Francisco Antonio subministrat repræsentatio, cujus vigore una cum patruis nepotes ad successionem admitti sancitur in §. *Cum filius, instit. de hered. quæ ab intest. deferunt. §. Si igitur defunctus Auth. de hered. ab intest. venient. & novell. 118. cap. 3.* adeout remotior concurrere valeat cum proximiore, & licet gradu dispar, æqualis nihilominus in successione habeatur *Caball. consil. decis. 114. num. 27. lib. 2. Roland. cons. 68. numer. 41. lib. 1. Episcop. Rocc. disput. jur. 9. num. 15. & 16. Fusar. de substit. quæst. 485. numer. 1. & seqq. Crass. de success. §. Fideicommissum quæst. 11. num. 1. Rot. cor. Cels. decis. 176. num. 25. Rot. Lucen. post Balduec. ad Ramon. tom. 2. decis. 46. num. 25. & decis. 47. num. 1.*

Quod juris beneficium licet in intestatis successionibus jure civili primo introductum sit, æque tamen locum sibi vindicat in successionibus fideicommissariis, juxta inconcussam Doctorum, & Tribunalium sententiam, quam post *Gloss. in l. cum ita §. In fideicommisso ff. de legat. 2.* communiter asserunt *Caphal. cons. 16. num. 29. & seqq. Decian. resp. 9. n. 43. & seqq. lib. 2. Bald. cons. 488. vol. 3. Peregrin. de fideicommiss. art. 21. num. 6. & 7. Knischilpdt. eod. tr. cap. 9. num. 30. & seqq. Cardin. De Luc. eod. pariter tract. disc. 21. num. 4. Fusar. de substitut. d. quæst. 485. num. 16. Mars. de success. legal. par. 1. quæst. 23. ar. 1. per tot. Rot. dec. 88. n. 16. & seqq. cor. Cels. dec. 335. n. 4. cor. Priol. & dec. 707. num. 8. cor. Merlin.*

A qua quidem opinione admittendi repræsentationem etiam in fideicommissis, quæ nititur præsumptæ Testatoris voluntati sese conformandi juris civilis dispositioni, quæque tendit ad conservandam laudabilem inter omnes descendentes æqualitatem, recedendum plane non est, nisi ipsius Testatoris voluntas concludentissimis, & univocis conjecturis patefacta in contrarium refragetur, imò omnis latior, ac benignior favore repræsentationis sumenda est interpretatio, sicuti unanimiter advertunt *Decian. dicta resp. 9. numer. 38. & seqq. lib. 2. & resp. 55. numer. 38. lib. 3. Castill. quotid. jur. controv. lib. 3. cap. 19. numer. 284. Fusar. de substitut. dict. quæst. 485. numer. 121. & num. 131. Robles de repræsent. lib. 1. cap. 13. num. 16. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 8. num. 5. Mans. consult. 89. numer. 11. lib. 1. Rot. cor. Falconer. tit. de fideicomm. decis. 45. numer. 23. & 24. & in Tusculana immissionis 2. Julii 1723. §. Et quamvis cor. Ratto, impressa post dec. 60. de fideicommiss. inter recollect. a bon. mem. Domino Audit. De Comitib. Rot. nostr. in Lucinianen. Fideicommissi 21. Martii 1702. inter recollect. per Palm. Nep. dec. 454. num. 8.*

In casu autem nostro tantum abest, ut Testatoris voluntas resistat beneficio repræsentationis, ut potius illius admissio ex forma, ac verbis Testamenti apprime resultet. Primo siquidem sese offert substitutio per verba collectiva in eadem oratione concepta „ ibi „ *sostituisco, &c. tutti gli altri figliuoli, e descendenti, &c.* inter quos pariter collective ordinatur reciproca „ ibi „ *tra i quali tutti induco una perpetua, e reciproca sostituzione di Persona a Persona, e di linea a linea* „ qui sane disponendi modus æqualem affectionem erga singulos, & respectu uniuscujusque portionis, quam parentes capere potuissent, suapte natura demonstrat *Honded. cons. 70. num. 33. vol. 1. Bellon. Jun. cons. 77. nu. 89. Menoch. cons. 1082. n. 28. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 95. numer. 33. Tondut. resolut. civil. 118. numer. 12. & 22. Cyriac. controv. 114. num. 40. & seqq. Peregrin. de fideicommiss. artic. 21. numer. 26. & art. 27. numer. 15. Fusar. de substitut. dict. quæst. 485. n. 111. Rot. post Urceol. de transact. dec. 70. n. 9. & dec. 71. num. 1. Rota nostra penes Palm. Nep. dict. decis. 454. numer. 61. & post Torr. de primogen. decis. 1. numer. 35. & decis. 2. numer. 17. & seqq.* Ideoque indubie præfefert volitam fuisse à Testatore repræsentationem *Surd. cons. 325. num. 1. & seqq. Altograd. consil. 671. num. 22.*

numer. 22. lib. 1. Castald. cons. 124. numer. 12. Cancer. var. par. 1. cap. 5. numer. 53. Castill. controv. lib. 3. cap. 19. numer. 214. Rocc. disp. jur. cap. 9. numer. 18. & 43. Cardin. De Luc. de fideicommiss. disc. 20. num. 11. Palm. d. decis. 454. numer. 22. Seraphin. decis. 1023. num. 3. & 5.

Secundo hoc ipsum aperte suadet expressa vulgaris substitutio filiorum, & descendentium Fabii, de qua non est ambigendum ob clausulam „ ibi, *volgarmente, o per fidecommisso* „ quæ cum necessario importet subingressum filii in locum patris, clare etiam repræsentationis beneficium inducit *Decian. respons. 9. sub num. 53. vers. secunda conjectura. Altogr. Sen. cons. 65. num. 20. lib. 1. Mans. consult. 48. n. 13.* maxime attento quod dicta clausula „ *vulgariter* „ nedum æquipollet, sed majoris quoque ad hunc effectum est efficaciæ alterius clausulæ „ *in stirpes* „ *Torniel. apud Port. cons. 51. numer. 3. Mans. dicta consult. 48. numer. 14. Rot. decis. 426. numer. 4. par. 4. diversor. bon. memor. Dominus Audit. Bonfini Senior in Florentina Fideicommissi de Fantonis 5. Februarii 1716. §. Ex his manifeste in fin.* qua quidem clausula „ *in stirpes* „ adhibita semper intrat remedium ejusdem repræsentationis *Decian. resp. 55. numer. 24. & seqq. lib. 3. Castald. consultat. 124. num. 11. & 13. Altograd. Sen. dict. cons. 65. num. 5. & consil. 67. numer. 23. & 24. lib. 1. Fusar. cons. 84. numer. 14. & de substitution. dict. quæst. 485. numer. 115. Peregrin. de fideicommiss. artic. 20. numer. 8. & artic. 21. numer. 18. bon. memor. Dominus Audit. de Comitib. in addit. ad decis. 60. de fideicommiss. numer. 12.*

Tertio pro admittenda repræsentatione maximum voluntatis Testatoris indicium eruitur ex forma succedendi, quam in hoc fideicommisso idem Testator voluit servari omnino similem, ac in fideicommisso universali „ ibi „ *nel modo, e forma, che più a basso ho disposto di tutto il restante della mia Eredità a favore del detto Signor Marchese Fabio, e sua descendenza* „ sicuti igitur in fideicommisso universali relicto favore Fabii regulariter, ac de sui natura intrat beneficium repræsentationis, cum ibi agatur de succedendo ascendenti, ita etiam ob hanc similitudinem vigore dictæ clausulæ inter utrumque fideicommissum inductam, ut alias ostendimus, dicendum est repræsentationem locum habere in fideicommisso relicto favore Silvii, prout optime in proposito firmant *Robl. de repræsent. lib. 2. cap. 29. numer. 20. & seqq. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 3. cap. 7. numer. 11. De Luc. de lin. legal. artic. 27. numer. 26. Rot. cor. Kaunitz decis. 199. numer. 10. & decis. 244. numer. 3. & in utriusque confirmatoria 18. Aprilis 1712. coram Scotto §. Ita dicendum est, & §. Non attento, & cor. Lancett. decis. 1332. numer. 5. & 6. & in Asculana Immissionis 16. Maji 1727. §. Eodemque cor. Gamaches;* & in præcisis terminis *Rot. nostr. in Lucinianen. Fideicommissi 31. Martii 1702. inter recollect. per Palm. Nep. decis. 454. num. 65. & seqq. & num. 78.*

Unde etiam nil refert, quòd versemur in fideicommisso particulari, in quo regulariter non admittitur repræsentatio, quoniam ultraquamquod huic conclusioni sui non desunt contradictores, ut videre est apud *Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 6. num. 44. & cap. 7. num. 29. Castill. quotid. jur. controv. lib. 3. capit. 9. numer. 214. Rot. decis. 69. numer. 14. post Urceol. de transact. & decis. 478. numer. 15. par. 18. recent.* cessat omnis difficultas ex mox ponderata omnimoda relatione, & similitudine, cum fideicommisso universali, quam Testator jussit servari in hoc ipso fideicommisso particulari, in quo proinde omnia, quæ fert natura fideicommissi universalis, repetita, ac volita censenda sunt, & consequenter etiam repræsentatio, ut pro ejusdem objecti solutione in individuo respondet eadem *Rota nostra penes Palm. Nep. d. decis. 454. num. 63. & plur. seqq.*

Nec aliquod negotium facessit, quòd Testator in dispositione fideicommissi universalis de ordine successivo, seu etiam de gradus proximitate mentionem fecerit, ut propterea videatur exclusa repræsentatio, & impeditus contemporaneus concursus nepotis una cum patruis; nam clausula „ *con ordine successivo* „ tantæ efficaciæ esse nequit, ut impedire valeat repræsentationem juxta receptissimam Doctorum sententiam, quam præ cæteris propugnant *Gabriel. consil. 86. numer. 3. lib. 1. Castald. consult. 124. numer. 18. Samminiat. controv. 18. numer. 22. Castill. quotid. controv. jur. lib. 3. cap. 19. numer. 308. & 309. Mans. consult. 48. sub num. 14. tom. 9. Palm. Nep. allegat. 204. num. 28. tom. 1. Rot. post Urceol. de transact. decis. 64. numer. 11. & decis. 65. numer. 34. & cor. Falconer. tit. de fideicommiss. decis. 45. numer. 7.* & similiter vocatio proximioris in gradu insufficiens reputatur pro auferendo repræsentationis beneficio, sicuti de communi testantur *Port. Imol. consil. 55. numer. 105. & seqq. Decian. resp. 9. numer. 18. & fere per tot. Altograd. consil. 65. numer. 25. lib. 1. Rovit. cons. 51. numer. 17. Fusar. de substitut. quæst. 485. sub num. 3. vers. respondetur, & num. 37. & seqq. Urceol. consultat. forens. cap. 12. append. 1. num. 1. Tondut. resolut. civil. cap. 89. num. 19. Caball. cons. decis. 114. numer. 24. lib. 2. Rot. decis. 526. numer. 6. par. 4. divers. decis. 5. num. 22. par. 6. decis. 437. num. 8. par. 19. recent. & in d. Tusculana Immissionis coram Ratto §. Quin pro inducenda,* & in ejus confirmatoria penes *Fredian. de fideicomm. dissert. 27. à num. 56. & seqq.* quia mentio proximitatis gradus intelligi debet non de facto, & secundum naturam, vel sanguinem, sed de jure, & secundum successionem, ut considerant Doctores supra laudati, & signanter *Rovit. dict. consil. 51. numer. 8. & seqq. Peregrin. de fideicommiss. d. art. 21. numer. 9. & 11. Mart. de success. legal. par. 1. q. 21. artic. 1. num. 7. Castill. controv. lib. 3. d. c. 19. sub num. 305. versic. rectius etiam Rot. dict. decis. 5. num. 24. par. 6. recent.*

His ita firmatis, minime obstat, quod Dominus Marchio Franciscus Antonius sit extra gradus de jure repræsentabiles, cum agatur de succedendo Marchioni Francisco Silvin illius propatruo, ideoque redduntur extranei termini repræsentationis, quæ in transversalibus ultra tertium gradum non protenditur ad *Text. in leg. ex diverso vers. hujusmodi vero, & §. Si autem vers. quandoquidem instit. de hered. ab intest.* & tradita per *Curt. Jun. consil. 128. numer. 11. Menoch. cons. 124. num. 84. volum. 2. Honded. cons. 70. n. 73. lib. 1. Altrogr. contr. 73. num. 2. & 3. Palm. decis. 452. num. 33. Rot. decis. 24. num. 9. & decis. 224. num. 9. par. 15. recent.*

Etenim cum ex iis, quæ supra ponderavimus satis constet Testatorem inducere voluisse repræsentationem inter ejus descendentes, nihil interest, quod res sit de successione transversalium, quia pariter in ista, constito de voluntate Testatoris, repræsentatio etiam ultra patruum locum habere potest, ut bene animadvertunt *Altograd. cons. 67. num. 14. lib. 1. Fusar. de substitution. quæst. 485. num. 109. Rocc. select. jur. disput. cap. 9. numer. 19. Castald. consult. 124. num. 11. Palm. Nep. allegat. 183. numer. 6. Torr. de Majorat. Ital. par. 1. cap. 34. numer. 75. & variar. jur. quæst. tom. 2. titul. 9. quæst. 5. num. 46. Rot. post Urceol. de transact. decis. 70. numer. 7. & decis. 71. numer. 1. Rot. coram Emerix Jun. dec. 299. numer. 7. & seqq. bon. memor. Dom. Audit. De Comitibus in addit. ad decis. Rotæ Florentinæ de fideicommiss. decis. 60. num. 6. & decis. 73. numer. 19.* cum in hac repræsentationis materia totum pendeat à voluntate Testatoris, qui sicuti illam tollere potest in casibus, in quibus juxta Legis præscriptum locum haberet, ita viceversa eamdem potest introducere, ubi alias juris dispositio resisteret *l. cum ita §. In fideicommisso versic. nisi specialiter ff. de legat. 2. Samminiat. controv. 38. num. 30. & controv. 62. num. 33. Robl. de repræsent. lib. 1. cap. 7. numer. 16. & cap. 13. numer. 12. Fredian. de fideicommiss. dissert. 27. num. 39. Rot. decis. 702. num. 8. par. 18. tom. 2. & decis. 174. part. 19. recent.*

Sed ulterius omnis removebatur difficultas ex ea facti circumstantia, quod in contingenti non agitur de continuatione successionis inter personas ejusdem lineæ, sed de novo transitu, atque ingressu fideicommissi à linea Silvii, cujus nullæ extant reliquiæ ad alteram lineam Fabii hodie vigentem, quo casu revolvi dicitur totius successionis ordo, & ad

illius effectum proximitas non desumitur à gravato, sed à gravante, prout unanimi sententia statuunt Decian. resp. 21. numer. 6. & seqq. lib. 3. & respons. 14. num. 4. & seqq. lib. 5. Benicll. cons. 6. numer. 150. Altograd. Sen. cons. 65. num. 11. lib. 2. De Ros. consultat. 2. num. 13. 22. & 23. Tondut. quæst. civil. 114. num. 13. Cyriac. controv. 269. num. 14. Gratian. discept. forens. cap. 456. num. 39. Peregrin. de fideicommiss. art. 20. per tot. Petr. de fideicommiss. quæst. 11. num. 5. Cardin. De Luc. de fideicommiss. discurs. 15. num. 9. & in summ. numer. 232. Carol. Ant. De Luc. de lin. legal. part. 1. art. 11. numer. 22. Giurb. de success. feud. §. 2. gloss. 8. numer. 40. ampliat. 2. Mans. consult. 89. num. 12. Mart. de tacit. lib. 23. tit. 29. numer. 10. Caball. cons. decis. 114. n. 16. & seqq. lib. 2. addent. ad Pamphil. decis. 306. numer. 12. Palm. Nep. decis. 277. num. 36. & decis. 291. num. 56. Rot. decis. 98. num. 16. par. 8. decis. 438. n. 7. & 8. par. 9. tom. 2. decis. 469. num. 5. par. 13. recent. decis. 31. numer. 36. cor. Priol. & decis. 2. num. 5. cor. Molin. & in Senogallien. Fideicommissorum 21. Januarii 1715. §. Faciliori cor. Ansald. & 14. Februarii 1716. §. Nec magis cor. Cerro, & in Tiburtina Fideicommissi 21. Junii 1715. §. Non ideo, & §. Quidquam, & seqq. cor. eod. & in Avenionen. fideicommissi 4. Februarii 1729. §. 18. cor. Nunez.

Attenta autem gravantis proximitate perinde est, ac si versaremur inter descendentes ad omnes Juris effectus, & consequenter repræsentatio nullo gradu præscribitur, sed procedit in infinirum, ut generaliter sancitur per Text. in §. Cum filius instit. de hered. quæ ab intest. & l. Papinianus 8. §. Quoniam autem ff. de inoff. testam. & in præcisa nostra facti specie communiter tradunt Buccaferr. resp. 41. num. 2. & per tot. Altograd. d. consil. 65. num. 9. & 10. lib. 1. Mans. d. consult. 89. num. 11. & 13. Caball. d. cons. decis. 114. num. 19. Fusar. de substit. d. quæst. 485. numer. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 21. num. 6. Card. De Luc. eod. tract. disc. 17. num. 14. Barz. decis. Bononien. 39. num. 9. & seqq. Magon. dec. Florent. 194. num. 20.

Quin de prædictæ conclusionis veritate dubitari possit ex eo, quod aliquando Doctores firmaverint spectandam esse proximitatem gravati etiam in transitu successionis de una linea ad aliam; id namque procedit ubi agatur de duabus lineis ratione tantum qualitatis inter se diversis, ut puta, si fideicommissum transire deberet à linea masculina ad fœmininam ab eodem tamen stipite derivantem; quando vero, prout in casu nostro agitur de duabus lineis separatim procedentibus à duobus filiis Testatoria, quæ dicuntur lineæ substantiæ penitus inter se diversæ, prout notant Card. de Luc. de fideicomm. disc. 13. per tot. Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 21. num. 285. Castill. controv. lib. 3. cap. 19. num. 19. tunc profecto inconcussa viget regula, quam præmisimus, de attendenda gravantis proximitate sicuti bene distinguendo firmant Summiniat. controv. 103. num. 32. & seqq. Mans. consult. 198. sub n. 6. Fredian. de fideicommiss. differt. 37. num. 22. & 23. De Luc. de fideicommiss. in summ. numer. 232. & 233. Rota nostra penes Palm. Nep. decis. 431. num. 15. & decis. 453. num. 48. & 49. cum cæteris ibidem cumulatis.

Ad declinandam certissimam hanc Juris dispositionem repræsentationis beneficio faventem, opponebatur Testatorem in institutione fideicommissi universalis, ad cujus normam regulari debet etiam particulare, præcepisse servari proximitatem gravati ibi „ *attesa la prossimità del grado all' ultimo moriente* „ quo attento Testatoris præcepto frustra recurreretur ad Legis sanctionem pro dimetienda proximitate quoad gravantem etiam in novo ordine successionis, novoque transitu de una in aliam lineam, quia nihilominus Testatoris placitum foret observandum ex traditis per Surd. cons. 370. num. 14. Amat. resolut. 10. num. 33. & 49. Simon. de Pret. de interpret. ultimar. volunt. lib. 3. num. 44. Petr. de fideicommiss. quæst. 11. num. 7. Rot. dec. 31. num. 5. & 16. cor. Ostob. & dec. 841. num. 8. cor. Emer. Jun.

Facili tamen negotio diluebatur objectum ex ipsa utriusque fideicommissi comparatione; prædicta siquidem verba „ *attesa la prossimità del grado all' ultimo moriente* „ in fideicommisso universali apposita dignoscuntur pro regulando dumtaxat progressu ejusdem fideicommissi post radicatam scilicet successionem in descendentibus Fabö, & proprie respiciunt fideicommissum reciprocum, ut infra considerabimus, nullo autem modo referri possunt ad ejusdem fideicommissi universalis ingressum, quod revera suum desumebat initium in personis filiorum ipsius Fabii, inter quos nulla erat, nec considerari poterat gradus disparitas; sicuti igitur vigore talis clausulæ in fideicommisso universali determinatur solum illius progressus, ita pariter dicendum est illam determinate quidem posse alterius fideicommissi particularis progressum, postquam nimirum successio radicata fuerit in descendentibus Fabii, & substitutioni reciprocæ inter eosdem locus fiet, nullimode vero respicere ejusdem fideicommissi particularis ingressum, qui modo contingit à linea Silvii ad lineam Fabii, cum alias dispositio in parte relata contenta omnino difformis esset ab altera contenta in referente, nec salvari posset utriusque fideicommissi omnimoda parificatio contra censuram Text. in leg. asse toto ff. de hered. instit. l. final. ff. mand. l. 1. ff. de legat. & firmata per Rot. decis. 1297. num. 7. & seqq. & decis. 1332. num. 5. & seqq. cor. Lancett. cum aliis supra allegatis in artic. 1. §. Neque in dubium, & §. Minusque suffragari.

Quodque revera hujusmodi clausula solum afficiat fideicommissi universalis progressum bene depromitur ex altera præcedenti clausula, cui immediate adhæret „ ibi „ *con ordine successivo, e secondo la prossimità del grado all' ultimo moriente* „ cum namque ordo successivus de sui natura progressum inter vocatos importet, neque considerari possit in ingressu ut bene advertunt Decian. resp. 10. numer. 15. in fin. lib. 3. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 1. n. 301. Mart. de success. legal. par. 2. quæst. 1. art. 3. num. 3. ad progressum quoque coarctanda est immediate subsequens clausola circa gradus proximitatem propter connexam sermonis formam, ut in fere similibus terminis apposite considerant Cravett. cons. 147. num. 8. Gabriel. conclus. titul. de clausul. conclus. 9. numer. 3. Mans. consult. 650. num. 21. tom. 7. Rot. cor. Ludovis. decis. 384. num. 4. cor. Coccin. decis. 2283. num. 60. & seqq. & decis. 627. num. 9. par. 2. recent.

Fortius spectata verosimili mente Testatoris, qui potius præsumitur se conformare voluisse Juris dispositioni, quam ab ea recedere, ut generaliter monent Fusar. de substit. quæst. 485. num. 1. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 6. num. 8. Rota coram Cerr. decis. 177. num. 17. unde consequimur clausulam prædictam censeri debere appositam pro regulando successionis progressu, in quo ex juris dispositione gravati proximitas attendi debet, minime autem pro regulando illius ingressu, ubi Lex jubet attendi proximitatem gravantis, ne ex verbis, quæ exprimi potuerunt ad explicationem ejus dumtaxat, quod veniebat ex Juris dispositione, sumatur interpretatio ipsius Juris correctoria, & exorbitans, cujusque vigore ademptum sit vocatis beneficium repræsentationis, sicuti in puncto decidit Rota in Tusculana Immissionis 2. Julii 1723. cor. Ratto post decis. Rota Florentina de fideicommiss. recollectas à bon. memor. Dom. Audit. De Comitibus decis. 6. num. 16. & in ejus confirmatoria relata per Fredian. de fideicommiss. differt. 27. num. 66. & cor. Falconer. titul. de fideicommiss. decis. 45. num. 5. 6. & 24. & consonant Decian. respons. 55. per tot. lib. 3. scribens in Causa Strozzi in qua adest Decisio eidem favorabilis Rot. Florent. Lib. Motivor. 31. à 28. & Rot. Roman. decis. 426. per tot. par. 4. diversor. quodque in vim supradictæ hujusce præsumptionis consimiles clausulæ unice ad progressum referri debeant luculenter etiam firmavit Rota coram Falconer. titul. de fideicomm. decis. 45. numer. 5. & 6. & 24. cor. Priol. decis. 70. num. 5. decis. 627. numer. 9. part. 18. recent. & in Ferrarien. fideicommissi de Signa penes Fredian. de fideicommiss. differt. 37. num. 45. nec non in ejus pariter confirmatoria 7. Julii 1720. §. Nec relevante coram Marimon. & in similibus terminis in Bonon. Immissionis 14. Maji 1735. §. Spreta penitus cor. Eminentiss. Rezonico.

Nec

Nec ullius ponderis visa fuit replicatio, quod cum Testator defecta linea Silvii, substituerit in fideicommisso particulari Fabium, ejusque filios, & descendentes „ *nel modo, e forma, che più a basso, &c.* „ hinc proximitas respectu gravati ordinata in parte relata Testamenti referri debeat non solum ad casum progressus, sed etiam ad casum ingressus fideicommissi in lineam Fabii vigore illius verbi „ *sostituisco* „ quod totam orationem regit, ac determinat, cuique annexa reperitur clausula supradicta gravati proximitatem respiciens, ut aliàs firmavit *Rot. nostr. in Lunen. Fideicommissi 6. Junii 1727. §. Siquidem coram Illustriss. Dom. Aud. Piccinini.*

Cessat enim difficultas reflectendo duo proprie in parte relata contineri fideicommissa, unum scilicet descensivum inter filios, & descendentes Fabii per ea verba „ *sostituisco, &c. tutti gli altri suoi Signori figliuoli, e descendenti maschi di maschio, &c. in infinito, fino a tanto, che ve ne sarà alcuno, &c.* alterum vero reciprocum subsequentibus verbis expressum „ *trà quali tutti induco una perpetua, e reciproca sostituzione di persona a persona, e di linea a linea con ordine successivo, e secondo la prossimità del grado all'ultimo moriente* „ Quoniam & si admitti possit ordinationem fideicommissi descensivi regi à praecedenti verbo „ *sostituisco* „ in parte referente prolato, secus tamen est respectu fideicommissi reciproci, quod separata, & distincta oratione concluditur, & regitur à diverso verbo „ *trà quali tutti induco* „ unde sequitur clausulam „ *secondo la prossimità del grado all'ultimo moriente* „ neutiquam respicere, ac determinare posse casum fideicommissi descensivi, sive illius ingressum, sed unice tribui, ac referri debere casui alterius fideicommissi reciproci, sive illius progressui, cui immediate adhæret connexa, etiamsi in calce totius dispositionis adjecta sit, propter duplicem, perfectam, ac separatam orationem, quam eadem dispositio complectitur, juxta in similibus terminis perpensa per *Card. de Luc. de tutor. disc. 19. n. 5. & 8. Urceol. consult. forens. cap. 89. n. 7. Rodulphin. alleg. 176. n. 6. Mastrill. decis. 66. n. 20. Rot. Januen. post Torr. de Majorat. Ital. decis. 16. n. 46. & plur. sequent. Rot. cor. Buratt. decis. 21. num. 9. cor. Ludovis. decis. 383. n. 4. & decis. 530. n. 6. part. 5. recent.*

Neque his adversatur præallegata Decisio in *Lunen. Fideicommissi*, quia juxta ibi propositam facti speciem duo fuerant à principio instituti hæredes, & duæ constitutæ lineæ cum declaratione, quod in casu extinctionis unius earum, illi semper succedere deberent, qui essent proximi ultimo morienti, ideoque clare jam habebatur decisus casus ex judicio Testatoris de attendenda proximitate gravati etiam in primo ingressu, & transitu da una linea ad aliam, unde enim quæstio incidisset super interpretatione alterius sequentis substitutionis ordinatæ sub iisdem pactis, Legibus, & conditionibus, merito Rota censuit, in illa quoque substitutione spectandam fuisse proximitatem gravati, etiam quoad ingressum propter parisormem utriusque substitutionis determinationem, præsertim, quia ibi Testator præceperat, quod *semper* succedere deberet is, qui esset ultimo defuncto proximior, ut clare colligitur ex ejusdem decisionis lectura, quæ omnia longe distant à terminis nostræ quæstionis, in qua clausula de spectanda proximitate gravati determinat solum substitutionem reciprocam inter descendentes Fabii, & stat de per se in oratione separata, & distincta à fideicommisso descensivo, nec ulla extat præcedens regula circa unam, vel aliam proximitatem in ingressu fideicommissi, adeout in tam diversis facti circumstantiis subintret vulgata regula desumpta ex *Text. in l. si ex plagis §. In clivo capitolino ff. ad l. Aquil. & l. eadem referunt ff. de jur. codicill.*

Frustra pariter prætendebatur sæpe dictam clausulam „ *secondo la prossimità del grado all'ultimo moriente* „ indistincte cuique casui aptari debere, ex quo fuerit apposita per modum regulæ in testamentaria dispositione, de qua agitur; quoniam ultraquamquod solemne est, ut si quid Testatores per modum regulæ præcipere velint, id in principio orationis separatæ, & omnino à quovis casu independentis exarandum curent, ut bene notant *Cosmat. cons. 38. n. 97. Mans. consult. 607. n. 29. & consult. 608. n. 23. & seqq. Rot. decis. 249. n. 12. part. 7. decis. 165. n. 13. & 14. part. 8. dec. 519. n. 13. part. 13. & dec. 232. n. 1. part. 19. rec. cor. Royas dec. 90. n. 6. & seqq.* quod non ita se habet in casu nostro ex superius animadversis; consimilis ordinandi formula per viam regulæ Testatori nostro haud erat incognita, cum ea expressè usus fuerit respectu legitimitatis vocatorum „ ibi „ *con dichiarazione sempre per via di regola, che i successori in detta Primogenitura devino essere sempre legittimi, e naturali a principio di lor concezione, esclusi sempre i legittimati in qualsivoglia modo* „ unde si generaliter spectari voluisset gravati proximitatem, utique eamdem loquendi formam adhibuisset, quod cum revera non fecerit, corruit penitus objectum in vim validissimi argumenti, quod à discretiva locutione desumitur ad *Text. in l. unica §. Sin autem ad deficientis C. de caduc. tollend. & l. quæsitum §. Idem respondet ff. de fund. instruct. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 1. tit. 14. n. 10. Card. De Luc. de donat. disc. 8. n. 20. & de fideicomm. disc. 56. n. 11. Palm. dec. 215. n. 13. Rot. dec. 345. n. 13. part. 16. recent.*

Irrito demum conatu provocatum fuit ad aliam Testamenti partem, in qua ordinatur Primogenitura super Possessione, & Marchionatu *di Bellavista*. Cum namque ibi Testator extincta linea masculina Fabii, nec non altera linea masculina Silvii substituerit prius descendentes masculos ex fœminis Fabii, rursusque descendentes masculos ex fœminis Silvii, addita tamen declaratione, quod spectanda esset proximitas ultimi morientis, inducta proinde in eo casu dicebatur regula, quod etiam in transitu de una linea ad aliam servanda esset proximitas respectu gravati, idque non minus in fideicommisso servari oportere ob declarationem, quam una Testamenti pars ab altera recipere solet ad *Text. in l. qui filiabus ff. de legat. 1. l. si servum plurium §. final. ff. eod. l. utrum ff. de petit. heredit.*

Placuit enim responsio, quod nulla vis fieri possit super dispositione concernente Primogenituram ad effectum declarandi dispositionem fideicommissi, tum quia agitur de duabus Testamenti partibus omnino distinctis, ac separatis, diversæque penitus naturæ, atque indolis, tum quia dispositio primogenialis in eo, quod attinet ad ordinem proximitatis inepta, inopportuna, variisque ambagibus involuta deprehenditur.

Et sane cum dispositio Primogenialis toto Cœlo distet ab institutione fideicommissi ob diversitatem tam minus relicti, quam generis vocatorum, nec non ordinis succedendi, cumque unaquæque earum independenter ab alia distincta, & separata oratione concepta sit, in his certe terminis nulla Juris ratio suadet ab una ad aliam argumentum declarationis gratia desumi posse, sicuti egregie advertunt *Bellon. cons. 56. n. 13. & per tot. Gabriel. cons. 95. sub n. 12. & 13. lib. 1. Honded. consil. 57. n. 35. lib. 1. Altograd. cons. 76. n. 63. & 64. lib. 1. Mans. consult. 205. n. 15. & 18. Torr. var. jur. q. lib. 1. tit. 2. q. 39. n. 35. pag. 414. Caball. cons. decis. 60. num. 17. & per tot. Fusar. cons. 182. n. 25. & seqq. cons. 183. n. 34. & seqq. & de substit. q. 11. n. 5. & 7. & q. 482. n. 17. & 18. Palm. decis. 212. n. 9. & seq. Rot. Januen. post Torr. de Majorat. Ital. decis. 16. n. 43. Rota nostra decis. 34. n. 1. coram Urceol. & decis. 98. n. 79. cor. bon. mem. Dom. Audit. de Comitib. Rot. Rom. decis. 12. n. 4. cor. Ubald. & in Senogallien. Immissionis 24. Novembris 1724. cor. Cerr.* relata per *Fredian. de fideicommiss. dissert. 15. num. 22.*

Jam vero ipsam Primogenituræ dispositionem, vel leviter examinando, quisque videt clausulam de attendenda proximitate gravati ibi omnino esse inutilem, ac prorsus ineptam; cum enim agatur de successione individua, ac lineali, contentio de proximitate cadere non poterat inter unum, ex. gr. ex descendentibus ex fœmina de linea Silvii, & alterum de linea Fabii, sed necessario versari debebat inter omnes descendentes ex fœmina de linea Fabii, quos Testator prælative ad descendentes Silvii invitaverat; in hoc autem concursu superfluum plane erat ordinare, quod spectaretur proximitas gravati, quasi ad contradistinctionem proximitatis gravantis, seu Testatoris, quia cum omnes de linea Fabii sint transver-

ver-

versales respectu ultimi de linea Silvii, non potest in aliquo ex eis verificari major proximitas respectu ejusdem ultimi de linea Silvii, quin itidem sit æque proximus gravanti, seu Testatori, dum in successione transversalium dimensio graduum sit percurrendo usque ad communem stipitem, computatis tot gradibus, quot sunt personæ per ascensum, & totidem per descensum, juxta notam regulam præscriptam in *§. final. instit. de grad. cognat. & l. jurisconsultus* 10. §. *Et lateribus ff. de grad. affinit.*

Quocirca hujusmodi clausula merito tribuenda videtur oscitantiæ, aut imperitiæ extensoris Testamenti, formulario, ut sæpe usuvenit, abutentis, ut propterea nulla vis in ea constitui possit, sicuti præ cæteris crebro advertit *Emin. De Luc.* & præcipue de alienationibus *disc.* 45. *n.* 4. *de legit. disc.* 32. *n.* 7. *& de fideicomm. disc.* 123. *n.* 3. *in fin. & disc.* 141. *n.* 1. *&* 11.

Ulterius etiamsi concederetur dictam clausulam ibi consulto, & ex mente Testatoris fuisse appositam, nihil tamen prodesset ad effectum prætensæ declarationis in fideicommisso, cum in Primogenitura non alia ratione adjecta dici valeat, quàm pro designandis fœminis, unde nova linea primogenialis initium sumeret „ ibi „ *salva però sempre la prelazione alli descendenti delle femmine più prossime in grado all' ultimo Primogenito* „ & infra „ *gli figliuoli, e descendenti maschj dell' altre femmine descendenti di detto Sign. Marchese Fabio più prossime in grado all' ultimo moriente* „ unde consequitur ibi proprie non agi de proximitate gradus personæ vocatæ, sed potius de proximitate illius, vel alterius fœminæ sumptæ pro stipite masculorum vocatorum, quamvis ipsa fœmina nullo modo esset ad Primogenituram vocata. In fideicommisso autem quæstio præcise versatur circa proximitatem gradus personæ vocatæ, & sic cum inter unam, & aliam proximitatis speciem nulla adsit analogia, nulla quoque à Primogenitura ad fideicommissum oriri potest comparatio, nullusque intercedere declarationis effectus vulgata *l. Papinianus ff. de minor.*

Præsertim, quia spectata proximitate talis fœminæ pro stipite designatæ respectu ultimi morientis, facile posset contingere, quod masculus gradu remotior comparative ad gravatum præferretur alteri masculo proximiori vigore majoris proximitatis, quam respectu ultimi morientis haberet fœmina, unde masculus descendit, adeout spectato effectu istius clausulæ, is nihil prodesse possit pro eruenda declaratione circa proximitatem, de qua in fideicommisso disputari contingit, juxta ea, quæ in proximis terminis arguunt *Peregr. de fideicom. art.* 25. *n.* 33. *Fusar. de subst. q.* 450. *n.* 9. 10. *Mans. consult.* 199. *n.* 12. *&* 13. *tom.* 2.

Immo si quid ex dispositis in hac parte respiciente successionem in Primogenitura erui valet, quod pertineat ad regulandam successionem in fideicommisso, seu ad interpretandum, an in ingressu novæ lineæ Testator voluerit spectari proximitatem gravantis, vel gravati, argumentum potius retorquetur, si consideremus non dictum inutile, & superfluum extensoris Testamenti, sed factum præmeditatum, & deliberatum Testatoris, qui cum extincta linea Silvii substituerit in Primogenitura masculum ex fœmina lineæ Fabii, non curato, quòd adesset masculus ex fœmina de linea ipsius Silvii ultimi gravati, aperte voluntatem suam patefecit minime propensam proximitati gravati in transitu successionis de una linea ad aliam, ut in puncto ratiocinatur *Rot. in rec. dec.* 460. *n.* 14. *& dec.* 550. *n.* 3. *p.* 1. *dec.* 627. *n.* 6. *part.* 2. *cor. Cels. dec.* 33. *n.* 12. *& cor. Molin. dec.* 470. *n.* 23. cum aliis relatis ab eadem *Rot. in Benonien. Immissionis* 28. *Junii* 1734. *§. final. cor. Emin. Rezzonico*, & in ejus confirmatoria 14. *Martii* 1735. *§. Idemque efficaciter cor. eodem*; quod quidem factum, potius quam dictum eidem repugnans est attendendum *cap. dilecti* 52. *de appell. l. si tamen* 48. *§. Ei qui ff. de edil. edict. Nevizzan. cons.* 66. *n.* 53. *Tiraquell. de retract. conventional. ad fin. tit. sub n.* 76. *Thusc. pract. conclus. litt. F. concl.* 15. *n.* 14. 15. *&* 16. *Barbos. axiom.* 93. *n.* 9. 10. *&* 11. *Roman. cons.* 291. *n.* 4. *Magon. dec. Lucens.* 24. *n.* 19. *& dec.* 25. *n.* 21. *Rota dec.* 27. *n.* 10. *& dec.* 151. *n.* 24. *part.* 10. *dec.* 344. *n.* 6. *part.* 16. *& dec.* 328. *n.* 10. *part.* 18. *rec. cor. Buratt. dec.* 113. *n.* 20. *Caval. dec.* 100. *n.* 7. *Crisp. dec.* 552. *n.* 4. licet enim sæpe dicant homines aliud quam velint, ut advertit Jurisconsultus in *l.* 3. *ff. de reb. dub.* raro autem, vel numquam faciunt contra id, quod sentiunt, ut bene observat *Rot. d. decis.* 344. *n.* 7. *&* 8. *part.* 16. *& decis.* 328. *n.* 11. *&* 12. *part.* 18. *recent. & cor. Ludovis. dec.* 247. *sub num.* 18.

Verum pro omnimoda hujus objecti resolutione fuit etiam consideratum, quod in Primogenituris perpetuis, & ordine lineali rigorose ordinatis cujusmodi est illa, de qua fit mentio, successio non per gradus, sed per lineas primario defertur, itaut semper succedat is, qui linea, & gradu reperitur proximior personæ ultimi masculi, in quo linea Primogenialis obtruncatur. *Amat. resol.* 10. *n.* 21. *Cyriac. de success. in Ducat. Mant. art.* 6. *n.* 454. *De Ros. consult.* 69. *n.* 10. *& seqq. Rot. cor. Falcon. tit. de primog. dec.* 2. *n.* 3. *&* 4. *& in Romana Primogenitura de Sannesiis* 18. *Junii* 1725. *§. Indeque cor. Ratto*, reperita post *Castill. tit. de var. quæst. dec.* 85. *num.* 16. quod procedit etiamsi vocatus fuerit proximior, aut mentio de proximiore in gradu facta fuerit, quia semper intelligitur de prærogativa gradus successionis in linea Primogeniali, & qui in ista reperitur pro proximiore habetur *Castill. quotid. jur. controv. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 314. *Torr. de Majorat. Ital. cap.* 12. *n.* 28. *& seqq. & n.* 36. *Rot. Lucens. post eumd. dec.* 14. *n.* 37. *& seqq. Rot. Roman. in Bonon. Primogenitura de Podiis*, pariter post *Torr. de Majorat. dec.* 28. *n.* 2. *& seqq. & decis.* 30. *n.* 1. *& seqq. & in Bonon. Fideicommissi de Barberiis decis.* 28. *n.* 6. *dec.* 29. *n.* 2. *& decis.* 30. *n.* 12. *post consult. Vela.*

Qua quidem incontrovertibili Juris dispositione attenta, vel dicendum est nullius efficaciæ habendam esse hanc clausulam, utpote, quæ in substitutionibus factis favore descendentium ex fœminis interverteret proprium, ac rigorosum ordinem successionis linealis contra normam tum præcedentium, tum subsequentium substitutionum, & contra uniformem totius Primogenituræ speciem, quam Testator declaravit instituisse, ibi *per via, ed ordine di Primogenitura perpetua lineare* „ (quod sæpe sæpius in toto dispositionis primogenialis contextu, & in hac eadem substitutione quoque repetitum legitur) vel saltem maxima oriretur dubietas, an in vim dictæ clausulæ derogatum dici posset in ea parte supra recensitis regulis successionis linealis, quod neque hoc loco, neque hoc tempore meretur determinari. Quoquo autem modo rem interpretari libeat, id unum pro remotione objecti exuberat, ut præsens quæstio circa unam, vel aliam proximitatem attendendam in fideicommisso, nullam exinde declarationem recipere valeat, dum pars ipsa Testamenti, quæ pro declaratione afferri prætenditur, extranea, superflua, ac dubia omnino deprehenditur, prout bene ponderant *Altograd. Sen. cons.* 22. *n.* 27. *cons.* 61. *n.* 59. *& cons.* 76. *n.* 58. *&* 59. *lib.* 1. *Mans. consult.* 288. *n.* 56. *consult.* 338. *n.* 29. *& cons.* 583. *n.* 80. *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 4. *Palm. inter dec. per eum recollect. dec.* 274. *n.* 30. *Torr. de primog. part.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *n.* 36. *Rot. dec.* 123. *n.* 38. *part.* 2. *rec.* ad effectum præsertim auferendi descendentibus Fabii beneficium repræsentationis, quæ cum in jure maxime favorabilis reputetur, tolli nequit per conjecturas incertas, aut subobscuras interpretationes. *Rot. cor. Falcon. tit. de fideicomm. dec.* 45. *n.* 23. *vers. deinde, & n.* 24. *in Balneoreg. Fideicommissi* 6. *Februarii* 1718. *§. Et licet cor. Card. Scotto, & in Tusculana Immissionis* 2. *Julii* 1723. *§. Et quamvis cor. Ratto*, cum cæteris prius allegatis in præsenti Articulo *§. A qua quidem opinione.*

Firmum igitur stat, immotumque fundamentum innixum beneficio repræsentationis, cui ob novum successionis ordinem, & transitum fideicommissi à linea Silvii ad lineam Fabii, Juris dispositio viam sternit, etiamsi agatur de succedendo propatruo, cuique nullatenus adversatur proximitas gravati spectanda in suis congruis casibus fideicommissi reciproci numquam tamen in præsenti casu novi ingressus fideicommissi descensivi attendenda, ut demonstravimus.

His omnibus postremo non obstat, quod Dominus Marchio Franciscus Pater careat vocatione ad controversum fideicommissum, vel quod adhuc vivat, ex qua duplici facti circumstantia dicebatur præberi obstaculum Domino Marchioni Francisco Antonio ejus filio, quominus frui posset beneficio repræsentationis.

tionis. Nam pro eo, quod attinet ad vocationem, licet eam nonnulli ex antiquioribus necessario requiri autumaverint in persona, quæ vult repræsentari; hodie communiter in foro recepta est opinio, ut personæ vocatio ad hunc effectum minime sit necessaria, quia non persona, sed proprie gradus repræsentatur, prout unanimi sententia comprobant Faber in C. lib. 2. tit. 2. defin. 14. vers. illa etiam ratio Surd. cons. 133. n. 25. Fusar. cons. 19. n. 17. & 18. Castald. consult. 117. n. 1. & 4. Robles de repræsent. lib. 1. cap. 10. n. 4. & 5. & cap. 11. n. 18. & lib. 2. cap. 16. n. 99. & 100. Bellon. de jur. accresc. cap. 9. q. 11. n. 27. & 28. Palm. Nep. alleg. 104. n. 34. Rodulphin. alleg. 80. n. 23. & 24. & alleg. 81. n. 1. & 2. Torr. de Majorat. Ital. part. 2. q. 4. à n. 4. ad 13. & q. 56. n. 54. & seqq. Salgad. Labyr. credit. part. 2. cap. 25. n. 10. & 11. Palm. Nep. decis. 291. n. 4. & decis. 292. n. 6. & 10. Rot. cor. Priol. decis. 314. n. 10. & seqq. cor. Molin. decis. 367. n. 5. & decis. 753. n. 4. & 5. part. 18. rec. qua de causa repræsentatur etiam mater quantumvis exclusa à Statuto Rot. post De Luc. de legat. lib. 8. decis. 23. per tot. Severol. inter decis. ad mater ejusdem Cardin. De Luc. de stat. success. resp. 2. à num. 231. & plur. seqq. Rot. decis. 463. num. 4. & 9. part. 1. recent.

Quo verò ad superviventiam Patris, nec ea apta est nocere prædicto Domino Marchioni Francisco Antonio, quia cum Pater propter actualem Primogenituræ possessionem incapax sit succedendi in fideicommisso, ad hunc plane effectum perinde est, ac si obiisset, cum paria sint non extare, ac non posse succedere, ut punctualiter ad rem nostram docent Rub. cons. 22. n. 14. Stella apud Fusar. cons. 19. n. 18. Gabriel. cons. 153. n. 21. lib. 1. Bellon. de jur. accresc. cap. 9. q. 10. n. 12. & 13. Robl. de repræsent. lib. 1. cap. 10. n. 12. Castill. quotid. jur. controv. lib. 3. cap. 15. n. 46. & seqq. Pegas de majorat. part. 2. cap. 10. n. 754. & seqq. Palm. Nep. alleg. 128. n. 22. & 23. allegat. 204. n. 33. & alleg. posth. 7. n. 16. bon. mem. Dom. Audit. De Comitib. decis. Senen. 25. sub n. 9. & in annot. ad decis. Rot. Florent. de fideicomm. decis. 75. n. 26. in fin.

Hactenus de repræsentatione, ex qua objectæ remotioritatis defectum satis superque suppleri omnes, qui favore Domini Marchionis Francisci Antonii suffragium tulimus, unanimiter arbitrati sumus; additum tamen præterea fuit, aliud in omnem casum eidem Domino Marchioni Francisco Antonio, ad effectum concurrendi cum patruis, competere posse remedium à Testatoris voluntate deductum, subingressus scilicet in vim vulgaris in fideicommisso, sive anomalæ ex rationibus hic adnectendis.

Non controvertebatur in substitutione Fabii, ejusque filiorum, & descendentium, de qua agitur, contineri vulgarem anomalam tum expressè vigore enunciatæ clausulæ „ volgarmente „ tum tacite vigore compendiosæ sub qua vulgaris comprehenditur; cum autem istiusmodi substitutionis ea sit indoles, ut singuli descendentes propriis respective ascendentibus non solum per fideicommissum, sed etiam per vulgarem in infinitum substituti, succedant in locum, & gradum Patris nolentis, vel non valentis succedere, eamque capiant portionem, quæ eorum Patri contigisset juxta communiter receptam Bartoli theoricam in l. quamdiu num. 10. ff. de acquir. heredit. clare inde emergebat coæquatio Domini Marchionis Francisci Antonii cum DD. ejus Patruis, cum ope vulgaris anomalæ subingrediatur in locum Patris non valentis succedere, atque ad illius gradum elevetur pro obtinenda successione una cum ipsius Patruis, sicuti concorditer firmant Ruin. cons. 168. n. 9. cons. 171. n. 8. lib. 2. & consil. 152. n. 4. lib. 3. Odd. cons. 39. n. 57. & seqq. Decian. cons. 9. n. 53. lib. 2. & cons. 55. n. 24. & seqq. lib. 3. Buccaferr. resp. 41. per tot. Altograd. Sen. cons. 65. n. 20. & cons. 67. n. 20. & 22. lib. 1. Port. Imol. cons. 55. n. 92. & seqq. Torniol. apud eumd. cons. 51. n. 5. Mans. consult. 56. n. 34. lib. 9. Andreol. contr. 87. n. 4. & per tot. Samminiat. controv. 110. n. 19. & seqq. Merlin. apud Urceol. consult. 13. n. 45. Rocc. select. jur. disp. cap. 13. n. 5. & n. 18. Peregr. de fideic. art. 21. n. 39. Fusar. de substit. q. 485. n. 72. & plur. seqq. Intrigliol. de substit. cent. 3. q. 67. n. 34. De Luc. de fideicomm. disc. 21. n. 8. vers. secus autem, & disc. 107. n. 5. Castald. consult. 124. per tot. bon. mem. Dominus Auditor De Comitibus decis. Senen. 26. per tot. Rot. post Merlin. de legit. dec. 96. n. 4. & seqq. & post Urceol. de transact. decis. 64. n. 14. & seqq. & decis. 55. n. 28. & seqq. cor. Coccin. decis. 1230. n. 10. & seqq. cor. Buratt. dec. 770. n. 5. cor. Falcon. tit. de fideicomm. dec. 51. per tot. cor. Molin. decis. 879. n. 15. & n. 20. cor. Kaunitz dec. 199. n. 4. & decis. 244. n. 6. & per tot. Rota nostra post Torr. de primog. decis. 1. & 2. per tot. & in Florentina Fideicommissi de Braccis 16. Aprilis 1706. Dom. Audit. Marini, & Advocatus Galeotti Judices delegati in Florentina Fideicommissi de Bardis 13. Martii 1683. §. Primo quia non agitur, cum aliis pluribus adductis per bon. mem. Dom. Aud. Bonfini Sen. in Florentina Fideicommissi de Fantonis 5. Februarii 1716. §. Ex Tribunalibus in fin.

Quin cessare debeat effectus vulgaris anomalæ, ex quo fideicommissum non est modo in causa caduci ob totalem peremptionem gradus antecedentis, quo casu ne contra voluntatem Testatoris fiat caduca dispositio fideicommissaria, gradus subsequens transfertur, & subrogatur in locum gradus intercisi, sed versemur in terminis gradus integrè non perempti, cum nimirum D. Marchio Ubaldus, aliique fratres de Feronis reperiantur in priori gradu successibili, quo casu, cessante periculo caducationis fideicommissi vulgari anomalæ locus esse non possit, ad tradita per Palm. Nep. allegat. posth. 60. n. 5. & alleg. 109. n. 31. & 32. quoniam verius visum est vulgarem anomalam nedum operari præservationem fideicommissi à caducitate, sed eum quoque parere effectum, ut adhuc perdurante fideicommisso subsequens vocatus subintrare possit in locum antea vacantem, quamvis gradu integre non perempto, ut revera supponunt omnes fere auctoritates superius hic cumulatæ perpendentes vulgarem ad præcisum effectum concursus nepotis cum patruo, independenter à repræsentatione, & in specie animadvertunt Port. Imol. cons. 55. num. 92. vers. ne alias, Torniol. apud eumd. cons. 91. sub n. 5. vers. nam si secus diceretur, Menoch. cons. 124. sub n. 78. Altograd. Sen. cons. 65. n. 20. lib. 1. Laderch. cons. 10. n. 6. Andreol. controv 87. n. 6. in fin. Rodulphin. alleg. 95. n. 11. Peregrin. de fideicomm. art. 13. n. 20. in fin. & art. 21. n. 32. in fin. Rot. apud Balduc. decis. & rer. judicat. tit. de legat. dec. 48. n. 15. & 18.

Nec pariter refert, quod agatur de concursu remotioris cum proximiore inter descendentes ab unica, eademque linea, quo casu cessare vulgarem anomalam asseruit Card. De Luc. de fideicomm. disc. 17. & innuit præcedens contraria Decisio §. 129. & seqq. Hujusmodi siquidem opinio numquam satis tuta comperta est, & præcise reprobatur à Rot. Rom. cor. Falconer. tit. de fideicomm. dec. 51. num. 14. quodque etiam in hoc casu intret remedium vulgaris anomalæ diserte colligitur, ex firmatis per Odd. Paris. Buccafer. Altograd. Merlin. & Mans. locis supra citatis, idemque tenuit Rot. Senen. decis. 26. n. 6. cor. bon. mem. Dom. Audit. De Comitib. nec non Rota nostra in dicta Florentina Fideicommissi de Braccis, quam refert bon. mem. prælaudatus Dom. Audit. Bonfini sen. in d. Florentina Fideicommissi de Fantonis §. Et in casu individuali.

Nihil etiam officiente, vel quod versemur in successione Propatrui, vel quod ob relationem ad fideicommissum universale pro repetita haberi debeat clausula de attendenda proximitate gravati, ob quam præscriptus videatur ordo gradualis succedendi, & sic cesset concursus nepotis cum patruis etiam ope vulgaris anomalæ, ut in finitimis terminis clausulæ „ salva gradus prærogativa „ dixit Rot. cor. Cerr. decis. 875. n. 6. & decis. 896. n. 13. & coram Emer. Jun. decis. 841. n. 8. & 9. & decis. 1116. n. 12.

Prima enim objecta pars extranea est à terminis vulgaris anomalæ, quæ etiamsi fraternizzet cum repræsentatione quoad effectum coæquandi nepotem cum patruo, in eo tamen potissimum differt, quod locum sibi vindicat etiam in casibus, ubi aliàs repræsentatio admitti non posset, ut de communi testantur Odd. d. cons. 39. n. 63. vers. & præsertim, Soccin. Jun. consil. 116. n. 17. 18. & 24. lib. 1. Ruin. cons. 168. sub n. 11. lib. 2. Andreol. controv. 87. n. 1. & 4. Castald. consult. 124. n. 13. Card. De Luc. apud Mans. consult. 86. n. 15. tom. 1. & de fideicomm. disc. 21. n. 8.

Rot.

Rot. Senen. d. dec. 26. cor. bon. mem. De Comitib. Rot. cor. Falcon. tit. de miscellan. dec. 29. n. 8.

Posterior vero pluribus responsionibus per Informantes pro D. Marchione Francisco Antonio adductis removetur; prima nempe, quod clausula de attendenda proximitate gravati minoris est efficaciæ, quam clausula „ *salva gradus prærogativa* „ nam quidquid sit de ista, utique prima, quæ aliud non involvit, quam vocationem proximioris, effectum vulgaris non tollit, qua mediante qualitas proximitatis volita à Testatore æque verificatur in patruo, ac in nepote, ut uno ore affirmant *Torniol. apud Port. Imol. cons. 55. n. 37. & seqq. Decian. resp. 55. n. 25. & resp. 56. n. 2. lib. 3. Alcagr. Sen. cons. 65. n. 25. lib. 1. Menoch. cons. 357. n. 27. Fusar. de substit. q. 485. n. 37. Amat. resolut. 10. n. 37. Knipschildt. de fideicomm. cap. 9. n. 28. & seqq. Mans. consult. 610. n. 19. Samminiat. controv. 110. n. 25. & 26. Caball. cons decis. 114. n. 26. lib. 2. Rot. decis. 426. n. 5. & 6. part. 4. diversf. in rec. dec. 147. n. 6. & dec. 437. n. 8. part. 19. rec. post Urceol. de transact. dec. 64. n. 4. & 5. & dec. 65. n. 17. & seqq. & in Romana, seu Ariminen. Fideicommissi coram Kaunitz dec. 199. n. 5. & decis. 244. n. 19. & seqq.* & in illarum confirmatoria 18. *Aprilis* 1712. *§. Majori facilitate cor. Scotto.*

Altera, quod supposita etiam parificatione inter utramque ex dictis clausulis, non tamen exinde excluderetur operatio vulgaris anomalæ, cum non agatur de tacita contenta in compendiosa, sed de expressa per clausulam „ *volgarmente* „ quæ sicuti apertam disponentis mentem ostendit pro subingressu substituti in locum gradus præcedentis vacui, ita modificat, & enervat vim clausulæ „ *salva gradus prærogativa* „ qua stante modificatione inefficax remanet ad impediendum concursum nepotis cum patruo ope vulgaris anomalæ, ad tradita per *Soc. Jun. cons. 116. sub n. 12. vers. primo quia, & n. 24. lib. 1. Decian. resp. 9. n. 60. & 62. lib. 2. Torniol. apud Port. Imol. consil. 51. n. 1. Menoch. cons. 124. n. 87. & cons. 357. n. 30. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 95. n. 20. in fin. Peregr. de fideicomm. art. 25. n. 18. Rodulphin. alleg. 95. n. 2. & alleg. 96. n. 6. Samminiat. controv. 110. n. 24. Castald. consult. 96. n. 8. Mans. consult. 610. n. 20. Mart. de success. legal. part. 1. q. 21. art. 1. n. 14. & seqq. Andreol. controv. 29. n. 5. Rocc. select. jur. disp. cap. 9. n. 12. Petra de fideicomm. q. 11. n. 132. Urceol. consult. 12. n. 29. Crass. de success. §. Fideicommissum q. 11. n. 7. Tonduc. quæst. civil. lib. 1. cap. 99. n. 2. Rot. cor. Dunozet. Jun. dec. 837. num. 9. cor. Falconer. tit. de fideicomm. decis. 45. n. 14. cor. Molin. decis. 1001. n. 30. & in rec. dec. 445. n. 8. & seqq. part. 19.* quæ auctoritates licet loquantur non de clausula „ *volgarmente* „ sed de clausula „ *in stirpes* „ tamen à fortiori applicantur, & procedunt in terminis clausulæ „ *volgarmente* „ quæ ad inducendum subingressum filii in locum patris potentior, & efficacior reputatur, ex auctoritatibus supra relatis in §. *Secundo hoc ipsum*, istamque diversitatem inter vulgarem tacitam, & expressam bene agnovit *Rot. cor. Emer. Jun. d. decis. 1166. ubi n. 11. & 12.* conatur excludere in facto vulgarem expressam, & deinde firmat cessare tacitam mediante clausula „ *salva gradus prærogativa.*

Tertia demum, quod verba „ *secondo la prossimità del grado all' ultimo moriente* „ potius designant personam, à qua proximitas desumi debet, quam ordinem succedendi inter vocatos, ut in puncto observant *Decian. resp. 55. sub n. 44. versic. & ita lib. 3. Rota in Tusculana Immissionis 2. Julii 1723. cor. Ratto*, impressa post *dec. 60. Rot. nostr. Florent. de fideicomm. in append. n. 14. & seqq.* & in ejus confirmatoria penes *Fredian. de fideicomm. differt. 27. sub n. 65.* exprimendo id, quod de jure, & præcisive à quacumque Testatoris declaratione tacite inerat, cum hodie juxta receptam sententiam in fideicommissis regulariter non gravantis, sed gravati proximitas attendatur, unde plus operari non debent, quam quod venit ex juris dispositione, ut generalibus omissis, in puncto objecto occurrit *Rot. cor. Falconer. tit. de miscellan. decis. 29. num. 4. & 5.*

His positis minime obstat, quod Dominus Marchio Franciscus, ad cujus gradum elevari prætenditur ope vulgaris anomalæ illius filius, non sit vocatus ad fideicommissum, de quo agitur, juxta superius decisa in Art. I. qua proinde deficiente vocatione, impossibilis reddatur subingressio ex vulgari in gradum antecedentem, cum is, qui vocatus non est, substitutum habere non possit, *ad Text. in l. coheredi §. Quod si heredem vers. & ideo ff. de vulgar. & l. final. §. Sin autem C. de hæred. instit.*

Etenim etiamsi verum sit Dominum Marchionem Franciscum carere actuali vocatione ad fideicommissum ob assecutionem Primogenituræ *di Bellavista*, constat tamen eumdem habendum esse uti saltem habitualiter vocatum ad eamdem fideicommissi successionem, quæ habitualis vocatio sufficiens reputatur ad hoc, ut filius tanquam vocatus ex propria persona subingredi, & occupare valeat gradum vacantem ex superventa incapacitate patris vigore vulgaris anomalæ, sicuti optime distinguendo docent post *Bald. in l. pactum dotale C. de collat. Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 7. n. 4.* ibique *Adden. Giurb. de success. feud. cap. 118. §. 2. gloss. 6. n. 88. Castill. quotid. jur. controv. lib. 3. cap. 15. n. 64. in fin. & n. 76. & seqq. Rox. de incompatib. part. 7. cap. 6. n. 20. Thes. quæst. forens. 34. n. 21. vers. secunda est conclusio lib. 1. Torr. de majorat. Ital. lib. 2. q. 4. n. 9. & 10. & q. 56. n. 45. & 51. Palma Nep. alleg. 128. n. 16. & n. 22. & 23. bon. mem. Dom. Audit. De Comitib. decis. Senen. 25. n. 10. & in addit. ad decis. Rot. Florentin. de fideicomm. decis. 75. num. 20.*

Quod autem prædictus Dominus Marchio Franciscus considerari mereatur habitualiter vocatus ad fideicommissum, corollarie deducitur ex iis, quæ late firmavimus in Artic. II. super vocatione Domini Marchionis Francisci Antonii; cum namque ibi ostensum fuerit, Testatorem vocasse ad fideicommissum omnes filios, & descendentes Fabii, e contra vero ab eodem exclusisse non omnes, qui aliquo modo dici possent Primogeniti, sed illum dumtaxat, qui in Primogenitura actu successisset, hinc sequitur, quod Dominus Marchio Franciscus, utcumque Primogenitus, aliquo tempore ante agnitam Primogenituram, quo incertum erat, an potuisset, vel voluisset in ea succedere, fuerit revera in statu habitualiter succedendi in fideicommisso, in qua sane capacitate succedendi per possibile aliquo temporis momento ante apertam successionem consistit habitualis vocatio ad effectum de quo agitur, ut bene explicat *Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 7. n. 4.* & ibi *Addent.* cum cæteris mox supra laudatis, quibus addi merentur *Robl. de repræsent. lib. 1. cap. 11. n. 18. Rox. de incompat. part. 7. cap. 6. n. 22. Palm. Nep. alleg. 128. n. 23. Castill. quotid. jur. controv. lib. 3. cap. 15. n. 76. & 78. Giovagnon. resp. 77. sub n. 5. vers. at si primi lib. 1. Ruin. cons. 97. n. 4. lib. 1. Surd. cons. 347. n. 16. & dec. 37. n. 54.* ibique *Hodiern. n. 33. Bellon. de jur. accresc. cap. 9. q. 10. n. 13. Rot. apud Palm. Nep. alleg. 324. n. 1. 2. & 3. Rot. nostra post Torr. de majorat. Ital. dec. 2. n. 54. versic. inhabilitas.*

Nec turbat, quod idem Dominus Marchio Franciscus fuerit antea specialiter ad Primogenituram vocatus, aut primam habuerit causam succedendi in eadem Primogenitura, unde dicendum sit Testatorem de eo nominatim sensisse, quando excludit Primogenitum à successione fideicommissi; recurrit enim responsio, quod quidquid dici possit de vocatione ad Primogenituram, exclusio Primogeniti à fideicommisso non alio directa censeri potest, quam ad illum, qui tempore mortis Fabii extitisset actuali Primogenituræ successor inter omnes ejusdem Fabii descendentes, & sic ad personam prorsus incertam, de certo tamen genere à futuro solum eventu certificandam, ut bene considerant *Riminald. Jun. cons. 544. sub n. 24. vers. substitutio, & n. 38. & n. 241. lib. 5. Alciat. resp. 560. n. 4. Mier. de majorat. part. 2. q. 4. illat. 3. n. 1. Mart. de success. legal. part. 3. q. 9. art. 2. n. 12. Peguer. dec. 114. n. 19. Bellamer. dec. 723. sub n. 16. Rot. post Torr. de majorat. Ital. dec. 7. n. 8. & 10.* ideoque hac certificatione pendente omnes per possibile, & habitualiter includuntur in vocatione *Fusar. de substit. q. 513. n. 54. vers. non facta electione, Peregr. de fideicomm. art. 33. n. 57. vers. & non eligente, Duran. de condit. & mod. impossib. part. 3. cap. 4. n. 24. Cancer. var. resol. part. 3. cap. 20. n. 93. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6. n. 69. Bellamer. d. dec. 723. sub n. 16. vers. septimo quia, Rot. cor. Seraphin. decis. 1219. n. 2.* quod æque dicendum est de Domino Marchione Francisco, etiamsi prima causa succedendi in Primogenitura ei fuerit à Testatore

rore collata, cum adhuc incertum esset an de tempore mortis Fabii potuisset, vel etiam voluisset in Primogenitura succedere, ad servandam præsertim inter omnes descendentes Testatoris debitam æqualitatem, cum aliàs eidem adempta fuisset optio succedendi in fideicommisso, prævia Primogenituræ refutatione, quæ cæteris descendentibus Fabii præservata apparet, contra præsumptionem *Text. in l. si viva matre C. de bon. matern.* & generaliter tradita per *Fusar. de substit. q. 359. n. 10. Torr. var. jur. quæst. tom. 1. q. 29. n. 69. Rot. Lucen. post eumdem de majorat. dec. 25. n. 5. Rota Romana coram Falconer. tit. de fideicomm. decis. 26. num. 26. in fin.*

Neque itidem prædictis adversatur, quod vocatio Domini Marchionis Francisci, nu saltem concepta sub conditione negativa, *si Primogenituram non possederit*, ob ipsius conditionis inadimplementum, ex caussa scilicet adeptæ possessionis Primogenituræ, sublata penitus, ac destructa dicenda sit, cum regulariter quælibet vocatio conditionalis deficiente postmodum conditione, pro non scripta usque ab initio haberi debeat, per *Text. in l. si quis sub conditione ff. si quis omiss. caus. testam. l. ex facto ff. de hered. instit. & l. aliquando ff. de condit. & demonstrat.* prædicta enim conclusio bene procedit quoad vocationem actualem, ut nempe is; in cujus persona conditio defecerit, nequeat actu succedere, & ad hunc effectum perinde habeatur, ac si numquam vocatus fuisset, secus tamen quoad vocationem habitualem, qua statim pollet is, qui aliquando successionis fuit capax, & spem habuit succedendi, licet suspensam ab alicujus conditionis eventu, quia etiamsi conditio deficiat, semper tamen verum est, quod vocatus sub conditione fuit aliquando in numero vocatorum, habuitque potentiam, & habitum succedendi, antequam conditio ipsa deficeret, sicuti egregie advertunt *Molin. de primog. Hispan. d. lib. 3. cap. 7. n. 4. & Castill. quotid. jur. contr. lib. 3. d. cap. 15. n. 76.* cum cæteris superius allegatis in Artic. II. §. *Nec ad elidendam.*

Aliàs si conditionis defectus tolleret vocationem etiam habitualem, numquam substitutus vulgaris succederet instituto sub conditione, qui ob conditionis defectum succedere non potuisset, ex quo semper deesset vocatio saltem habitualis gradus præcedentis contra apertam dispositionem *Textus in l. sub conditione ff. de hered. instituend. Vigil. in instit. tit. de pupillar. substit. cap. 1. sub n. 1. pag. 259. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 10. tit. 6. sub n. 2. vers. proinde deducitur.*

Verum tantum abest, ut hic ipse conditionis defectus, cujus gratia pater excluditur à successione, ullum præbeat obstaculum filio substituto, quin potius ei viam aperiat ad subingrediendum in locum patris, juxta individualem doctrinam *Peregr. de fideicommiss. art. 15. n. 9. & 11.* unde bene infertur conditionis defectum neutiquam tollere, aut destruere præcedentem vocationem habitualem, dum alias substitutio tali vocatione omnino sublata, locum habere non posset; & ita pro certo supponunt auctoritates in individuo firmantes filium subingredi in locum patris exclusi ob assecutionem Primogenituræ incompatibilis, ad effectum concurriendi cum patruis in successione alterius fideicommissi, quales sunt præ cæteris *Torr. de primog. pars. 2. q. 56. num. 45. vers. & in omnem casum, & n. 51. & 55. Dom. olim Audit. De Comitib. in addit. ad decis. Rot. Florent. de fideicomm. dec. 75. n. 20. Rot. Rom. apud Palm. Nep. allegat. 324. n. 1. 2. & 3.*

Postremo neque ullam difficultatem ingerit, quod filius ad effectum subingrediendi ope vulgaris in gradum paternum, probare debeat purificationem conditionis, non solum respectu sui, sed etiam respectu personæ ipsius patris; etenim ultra plures responsiones per Informantes allatas, eo distinctionis fœdere tota quæstio dissolvitur, quod aut agitur de conditione apposita ad relevandum gravatum, seu conditionandum relictum, & tali casu ea in gradu antecedenti non purificata, cesset effectus vulgaris, ea nempe ratione, quod si primus, & magis dilectus excluditur ob defectum conditionis, nec Testator hæredem gravare voluit illius favore, nisi purificata conditione, multo minus illum favore secundi, & minus dilecti gravare voluisse præsumi debeat; ubi vero conditio apposita dignoscitur ad qualificandam personam anteriorem in gradu, seu conditionandum relictum primo substituto defectus conditionis, non solum non officit venienti per vulgarem, sed immo illi viam aperit, idque non solum in hæreditate, sed etiam in fideicommisso, vel legato, sicuti magistraliter distinguit *Peregr. de fideicomm. d. art. 15. à n. 7. ad 11. & n. 38. & cons. 53. n. 10. lib. 5.* quam distinctionem secuti sunt *Rodulphin. alleg. 90. n. 6. & Rot. Rom. cor. Dunoz. Jun decis. 280. num. 2.*

Hujusque distinctionis præsidio facilè inapplicabiles dignoscuntur contrariæ auctoritates, & præcipue *Rot. cor. Duran. dec. 339.* omnes enim intelligi debent juxta primam ejusdem distinctionis partem, quando scilicet agitur de conditione apposita ad conditionandum relictum, ac relevandum gravatum ab onere fideicommissi, vel legati, in quibus ad amussim terminis procedit allegata *decis. cor. Duran.* in qua Testator fecerat legatum cum expressa conditione compensandi legatum cum legitima debita legatariæ, quæ cum maluerit habere legitimam, merito decisum fuit legatum ad legatariæ substitutum transire non posse, neque per fideicommissum, neque per vulgarem, conditio enim compensandi unice tendebat ad relevandum hæredem, quem Testator duplici onere, legati videlicet, & legitimæ gravatum noluerat, sicuti explicando hanc ipsam *Durani Decisionem* animadvertit eadem *Rot. Rom. cor. Falcon. tit. de fideicomm. & substit. dec. 53. n. 19.*

Applicando autem casui nostro distinctionem supra recensitam, facile apparet, conditionem non possidendi Primogenituram volitam non fuisse favore gravati, ad illum nempe relevandum ab onere restitutionis, cum de fideicommissi continuatione etiam respectu portionis ademptæ Primogenito minime dubitetur, sed unice apposita dignoscitur ad qualificandam personam cujuslibet ex descendentibus Fabii, seu ad conditionandum relictum singulis, ut proinde defectus conditionis in uno, alteri per vulgarem substituto præjudicare non possit. Quod si in omnibus hujusce generis conditionibus servari juris ratio postulat, eo fortius admittendum videtur in conditione non possidendi Primogenituram, de qua disceptari contingit, quæ non solum tendit ad qualificandas personas substitutorum, sed primario apposita dignoscitur ad magis consulendum cæteris descendentibus, in quibus eadem verificetur conditio; cum autem certum sit in Domino Marchione Francisco Antonio, æque, ac in Dominis ejus Patruis verificari conditionem, quod non sit Primogenitus, ad effectum, ut possit in fideicommisso succedere, ex supra firmatis, consequens est, ut illius non minus, quam Patruorum favore scripta dici debeat prædicta conditio, quæ modo in illius odium retorqueri prætendebatur, aliàs enim Patrui non solum proprias portiones caperent, sed etiam portionem Primogeniti absorberent per Jus accrescendi, in exclusionem nepotis, qui in portione proprii parentis patruos ipsos excludere debet, cum nimirum vigore vulgaris substitutionis omni Juri accrescendi locus ademptus remaneat, sicuti late probat *Bellon. de jur. accresc. cap. 20. q. 20. n. 1. & seqq.* cumque in proposito sequuntur *Peregr. de fideicomm. art. 13. n. 20. Fusar. de substit. q. 493. n. 5. in fin. Andreol. contr. 87. n. 4. Rota in Romana, seu Ariminen. Fideicommissi 18. Aprilis 1712. §. Quod procedit coram Card. Scotto.*

Potissime, quia si in casu nostro conditio negativa non possidendi Primogenituram intelligeretur adjecta primo ad conditionandum relictum, & relevandum hæredem, inutilis, & sine effectu remaneret vulgaris expressa, quam Testator inter vocatos ordinavit, quia exclusio primi ob conditionis defectum influeret etiam in substitutum, quare ad evitandam contrarietatem, & repugnantiam inter ejusdem dispositionis partes, dicendum potius est, conditionem non possidendi Primogenituram adjectam intelligi ad qualificandam personam anterioris in gradu, & conditionandam illius admissionem *Decian. resp. 9. n. 60. & 62. lib. 3. Caball. cons. dec. 162. n. 46. lib. 1. Rota cor. Buratt. dec. 168. n. 3. cor. Cavaler. decis. 65. n. 2. cor. Falconer. tit. de primog. decis. 1. n. 14. & coram Molin. decis. 76. n. 12.*

Ad removendam exceptionem remotioritatis gradus præstantissimi defensores Domini Marchionis Francisci Antonii, aliud quoque in principio causæ, decidendi fundamentum proposuere, videlicet simultaneæ

voca-

vocationis, ex eo desumptum, quod tum filii, tum descendentes Fabii apparent copulative substituti, in quibus terminis extranea remanet quæstio circa majorem, vel minorem proximitatem inter vocatos, juxta doctrinam *Paris. consil.* 38. *n.* 55. *& seqq. lib.* 2. *Peregr. de fideicomm. art.* 21. *n.* 39. *&* 40. nec non *Rot. Florent. in Causa Strozzi Lib. Motiv.* 21. *à* 28. §. *Vidimus autem*, *&* §. *Cum igitur*, cum aliis concordantibus.

At Domini existimantes resolutionem consuccessionis Domini Marchionis Francisci Antonii unà cum Patruis satis superque innixam fundamento repræsentationis, nec non beneficio vulgaris anomalæ ex rationibus superius examinatis, superfluam proinde hujus articuli discussionem censuerunt.

Quoad condemnationem demum fructuum restituendorum à die obitus Domini Marchionis Francisci Silvii, moti fuerunt Domini ex eo, quod agitur de fideicommisso particulari, quod cum in Jure nostro exæquatum in omnibus reputetur legatis *l.* 1. *ff. de legat.* 1. *& l.* 2. *C. commun. de legat.* ideoque recta via, & absque ulla traditione, seu acceptatione transeat in dominium fideicommissarii statim ac cedit dies, ad *Text. in leg. servo legato* 69. *in princ. l. si tibi homo* §. *Cum servus ff. de leg.* 1. *& l. legatum ff. de legat.* 2. in hujusmodi propterea Judicio fructus, qui sunt accessiones dominii eidem fideicommissario debentur à die apertæ successionis, etiam sine interpellatione, & mora, sicuti post *Text. in l. Herennius* 42. *ff. de usur. & fruct. & Bartol. in l. fideicommissarium n.* 6. *ff. ad Trebell.* tradunt communiter *Marian. Soc. cons.* 182. *n.* 24. *lib.* 2. *Casanat. cons.* 23. *n.* 13. *Gall. de fruct. disp.* 16. *n.* 3. *& seqq. Peregr. de fideicomm. art.* 49. *n.* 88. ibique *Censal. observ.* 5. *vers. vero*, *Petr. eod. tract. q.* 15. *n.* 313. *& sequent. Surd. decis.* 138. *n.* 63. & firmavit *Sac. Rot. dec.* 47. *& dec.* 48. utrobique *n.* 1. *& seqq. cor. Emin. Falcon. tit. de fideicomm. & substit. dec.* 51. *n.* 3. *cor. Priol. dec.* 34. *n.* 17. *& decis.* 74. *n.* 1. *cor. Crisp. & in Romana Fideicommissorum super reservatis* 3. *Martii* 1738. §. *Quod vero attinet coram Crescentio*.

Et licèt aliquando à prædicta certissima Juris regula recedi valeat, ubi res sit de fideicommisso maxime dubio, & obscuro, atque ab extrinsecis conjecturis contra propriam verborum significationem eliciendo, aut ubi principaliter de ipsius fideicommissi existentia quæri contingat, quo casu fructuum restitutio non debetur, nisi à die moræ litis, etiam in fideicommissis particularibus, ut ionuit *Rot. dict. decis.* 34. *n.* 18. *& dec.* 74. *n.* 2. *cor. Crispo*: de hoc tamen minime ambigendum putarunt Domini in præsenti controversia, in qua vocatio Domini Francisci Antonii perspicue resultare visa est, ex propria, ac germana verborum significatione, & ex clara littera Testamenti, juxta rationes, & auctoritates late superius adductas, præsertim, cum nulla ne quidem orta fuerit quæstio super substantia, seu existentia fideicommissi, sed solum disceptatum fuerit circa comprehensionem, vel exclusionem alterius substituti, in quibus sane terminis dubitari nequit, quin fructuum restitutio semper facienda sit à die purificati fideicommissi prout huic objecto opportune occurrens decidit eadem *Sac. Rot. d. decis.* 34. *n.* 19. *& seqq. & dec.* 74. *n.* 4. *&* 5. *cor. Crispo*.

Neque ullo bonæ fidei præsidio sese tueri possunt Domini Marchiones Ubaldus, aliique fratres de Feronis pro evitanda refusione fructuum à die obitus Marchionis Francisci Silvii, quia ne dum habuerunt certam scientiam hujusmodi fideicommissi particularis, dum secuta morte Marchionis Francisci Silvii in sui creditum transferre curarunt conspicuam quantitatem Locorum Montium Urbis, vigore hujusmodi fideicommissi, sed ulterius sese judicialiter opposuerunt Domino Marchioni Francisco, & Domino Marchioni Francisco Antonio, qui usque sub die 17. Octobris 1733. atque ita triduo post mortem dicti Marchionis Francisci Silvii apponi fecerant *nihil transeat* super omnibus Locis Montium Romæ existentibus, posteaque die 31. ejusdem Mensis obtinuerant mandatum de immittendo pro quarta parte super dictis Locis Montium huic fideicommisso suppositis; ex quibus satis colligitur, tum quod prædicti Domini fratres de Feronis nullam allegare valeant bonam fidem, quæ sola contraria scientia tollitur *l. si quis fundum* 43. *ff. de acquir. possess. Bartol. in l. Celsus vers. sed qualiter probetur ff. de usucapion. Felin. in cap. illud de præscript.* optime in proposito *Rot. in d. Romana Fideicommissorum super reservatis* 3. *Martii* 1738. §. *Cessare visa est*, *& seqq. cor. Crescentio*; tum quod revera ex parte Domini Marchionis Francisci Antonii lis mota fuerit Romæ super consuccessione ad controversum fideicommissum statim post obitum Marchionis Francisci Silvii, ibique contestata cum Dominis reis conventis, licet subinde, proprii Principis, ut par erat, obtemperando mandatis, illam Domini Marchio Franciscus, & Marchio Franciscus Antonius in hac Curia reassumpserint; quod sane exuberat pro decernenda fructuum restitutione à die obitus March. Francisci Silvii, quo vita functo, in continenti ob motam litem Domini rei conventi in statu malæ fidei constituti fuerunt, juxta notam censuram *Text. in l. sed & si* §. *Si ante litem ff. de petit. hered. in l. qui scit fundum ff. de usur. & l. in fideicommissaria* 18. *ff. ad Treb.*

Et ita utraque Parte, acerrima, ac numquam intermissa contentione informantes &c.

Marcus Philippus Bonfini Prætor.
Octavius Vasoli Piccinini Rotæ Auditor.
Joseph Bizzarrini Rotæ Auditor, & Relator.
Raynerius Franciscus de Mari subrogatus.

F I N I S.

INDEX MATERIARUM, LOCUPLETISSIMUS,

Quæ sub utroque Tractatu, ac Resolutionibus continentur.

Præ-

Clausu-

De-

Di-

Et

Dotare.

Dota-

Præ-

Filii

Filia.

Filia

Gene-

Inclu-

En

Matrimonium.

Mens.

Mensis.

Mentecaptus.

Mobilia.

Monachus.

Monasterium.

Monialis.

Montium loca.

Monstrum.

Mors.

Mos.

Mulier.

Oppo-

Probi-

Et

nec

Decla-

Statu-

Statu-

late-

Stipulans.

Subreptio.

Subrogatio.

Subrogatus.

Substentatio.

Substitutio.

Substituens.

Substitutus.

Subtilitas.


Successio.

sed

Trire-



FINIS.



Statu-

Statu-

sed

Trire-

expoli-



F I N I S.